

# CHRISTIANISSIMO

ET INVICTISSIMO SIGISMUNDO,  
REGI POLONIAE, MAGNO DVCI LIT-  
VANIAE, RVSSIAE, PRVSSIAE, MA-  
SOVIAE, &c. IOANNES  
SICHARDVS.



**I**ACIT illa publica rerum iactatio, atq; optimorum quo-  
rumq; studiorum nostra tempestate desperatio, Serenissime  
Rex, unicū Christianae religionis columen, ut hoc argumen-  
ti genus, quod nominis tui auspicijs nunc in manus homi-  
num exit, ab illo fastigio dignitatis tuae paulo ante longe la-  
teq; abhorrens, iam non modo alienū amplius non debeat,  
uerum etiam certo consilio, eiq; re nata susceptum iudicari:

Ita ut non sim hic quenquam auditorus, qui aut me officij admoneat mei, aut  
decori: Quasi demum hoc sit quodq; munus regi aptius, quo ab omni pietatis  
specie longius recesserit: modo uoluptate aliqua, cui soli creditum est non  
ita magno nostro bono, cuiusmodi Heroum uitā ex professo ueluti deberi, au-  
res permulceat. Quam ob causam facile deinde factum est, ut quo quisque ad  
eam rem plus alicunde attulerit momenti, hoc se magis magisque functum offi-  
cio suo duceret: Vt bene agēda uita, tract. nda q; religionis cura ne interim pe-  
nes eos minima resederit, ad quos nunc demū non secus, atq; ad sacram ancorā  
confugiamus necesse est. Huc enim res planē redierunt, ut non modo de stu-  
dijs, omnium uirtutum incunabilis, uerum etiam religione ipsa actum sit, nisi  
Regum nos uel sero respexerit benignitas. Aliud uero tulisse superiora secula  
neceo inficias: quibus ut delicias suas non inuideo, sic uicissim cum res tanto-  
pere flagitat alia Reges ingredi uia, non censuerim tam nos esse oportere ueter-  
ris tenaces moris, quin ad eam quae nunc nos tenet calamitatē, studia animosq;  
conferamus. Quid enim regium magis dici potest? quid diuinius? quam id ab  
interitu uindicare, quo amisso humana omnia tenebricosa reddi & inamoena  
necesse est. Vere enim caliginem inferat rebus humanis perpetuā, qui religio-  
nem ex animis hominū euellat, tanquam solem è caelo. Cui enim obscurum  
esse potest, quā sit nunc passim longe alius rerum publicarum color, atque  
fuit olim? Cum felicitas illa temporum, atque à bellis ocium, tantum etiam tem-  
poris suppedicaret, quod uel superuacare eis, nec ita multum nobis profuturis  
rebus abunde sufficere potuisset. Eiusmodi uero nunc est ratio, ut à fatali o-  
mniū permixtione, ab intestinis motibus, ut bellorū, quo nunc ardent omnia,  
non meminerim, uix tantum relinquatur ocij, quo uel necessarijs rebus, sum-  
moq; usui futuris, ita ut res cogit, consulere sit integrum: literis dico & pietati,  
riteq; colendorum sacrorum religioni, quarum optimo cuiq; curam esse quā  
maxime qui negat oportere, is mihi nā rerum non modo communium imperi-  
tus, sed ne quidem satis animi sui compos uidetur. Aetha nunc sic coguntur in  
angustum, sic infans, & per iugulum recogendis quorundam conuicijs exagi-  
tantur miseræ, ut omnium seculorum incendia, omnium hæreseon piacula, no-  
stri seculi foeditati collata, aut nulla, aut certe pro ludo iocoq; haberi merito  
possint.

*Superiorum  
temporum  
felicitas.*

*Religio pro  
sole est.*



# CHRISTIANISSIMO

ET INVICTISSIMO SIGISMUNDO,  
REGI POLONIAE, MAGNO DUCI LIT-  
VANIAE, RUSSIAE, PRUSSIAE, MA-  
SOVIAE, &c. IOANNES  
SICHARDVS.

2  
23  
79



**I**ACIT illa publica rerum iactatio, atq; optimorum quo-  
rumq; studiorum nostra tempestate desperatio, Serenissime  
Rex, unicū Christianæ religionis cōlumen, ut hoc argumen-  
ti genus, quod nominis tui auspicijs nunc in manus homi-  
num exit, ab illo fastigio dignitatis tuæ paulo ante longe la-  
teq; abhorrens, iam non modo alienū amplius non debeat,  
uerum etiā certo consilio, eiq; re nata susceptum iudicari:

Ita ut non sim hic quenquam auditorus, qui aut me officij admoneat mei, aut  
decori: Quasi demum hoc sit quodq; munus regi aptius, quo ab omni pietat-  
tis specie longius recesserit: modo uoluptate aliqua, cui soli creditum est non  
ita magno nostro bono, cuiusmodi Heroum uitā ex professo ueluti deberi, au-  
res permulceat. Quam ob causam facile deinde factum est, ut quo quisque ad  
eam rem plus alicunde attulerit momenti, hoc se magis magisq; functum offi-  
cio suo duceret: Ut bene agēdæ uitæ, tract. ndæq; religionis cura ne interim pe-  
nes eos minima resederit, ad quos nunc demū non secus, atq; ad sacram ancorā  
confugiamus necesse est. Huc enim res planē redierunt, ut non modo de stu-  
dijs, omnium uirtutum incunabilis, uerum etiā religione ipsa actum sit, nisi  
Regum nos uel sero respexerit benignitas. Aliud uero tulisse superiora secula  
necesse inficias: quibus ut delicias suas non inuideo, sic uicissim cum res tanto  
pere flagitat alia Reges ingredi uia, non censuerim tam nos esse oportere uete-  
ris tenaces moris, quin ad eam quæ nunc nos tenet calamitatē, studia animosq;  
conferamus. Quid enim regium magis dici potest: quid diuinius: quàm id ab  
interitu uindicare, quo amisso humana omnia tenebricosa reddi & inamoena  
necesse est. Vere enim caliginem inferat rebus humanis perpetuā, qui religio  
nem ex animis hominū euellat, tanquam solem è cœlo. Cui enim obscurum  
esse potest, quàm sit nunc passim longe alius rerum publicarum color, atque  
fuit olim: Cum felicitas illa temporum, atque à bellis ocium, tantum etiā tem-  
poris suppeditaret, quod uel superuacare eis, nec ita multum nobis profuturis  
rebus abunde sufficere potuisset. Eiusmodi uero nunc est ratio, ut à fatali o-  
mniū permixtione, ab intestinis motibus, ut bellorū, quo nunc ardent omnia,  
non meminerim, uix tantum relinquatur ocij, quo uel necessarijs rebus, sum-  
moq; usui futuris, ita ut res cogit, consulere sit integrum: literis dico & pietati,  
riteq; colendorum sacrorum religioni, quarum optimo cuiq; curam esse quàm  
maxime qui negat oportere, is mihi næ rerum non modo communium imperi-  
tus, sed ne quidem satis animi sui compos uidetur. At hæc nunc sic coguntur in  
angustum, sic insanis, & per iugulum recogendis quorundam conuicijs exagi-  
tantur miseræ, ut omnium seculorum incendia, omnium hæreseon piacula, no-  
stri seculi fœditati collata, aut nulla, aut certe pro ludo iocoq; haberi merito  
possint.

*Superiorum  
temporum  
felicitas.*

*Religio pro  
sole est.*



possint. Leuis enim illa connubiorum controuersia, si rem primo aspectu asserimus, olim Romam in arma coniecit, eò quod sacrorum inde orituram confusionem diuinaret: Nec is motus Rempub: leuiter afflixit. Compluribus præterea claris alioqui, beneq; institutis Rebuspub: exitij causam attulere sacra aut parum rite inita, aut non ex ordine absoluta. Nos autem impune ferri omnia sacra furtim atque deorsum patimur, quibus multis documentis constat, eiusmodi esse ea ingenio, ut uel ex eodem præscripto gesta, animorū incredibilem pariānt coniunctionem, uel aliter atque aliter capitale inuehant odium. Et hodie uiri prudentesq; non modo secus quā est per manus nobis traditum, sed semel uniuersam inuerti faciem, nec unam dilabi religionis portunculam, sed summam patimur. Et ad Arii, Eunomij, Photini nomina uelut inauspicata sic exhorrescimus, sic fremimus, ne scilicet parum Christiani uideamur, rem uero ipsam defendimus: quid autē defendimus dico? imò quod per nos stat, propagamus ad posteros. Nam, hinc enim potissimum exordiri libet, PHOTINVS ille Sirmitanæ ecclesiæ Episcopus, uir quidem, quod hic ingenuè dicendum est, non pessimus alioqui, literarum autem cognitione præditus incredibili, adeo ut græce latineq; scriptos libros memoriæ prodiderit. Is sic unitatem dei prædicabat, ut filij & spiritus sancti personas exemplo Iudæorū à trinitate auerteret. Fuit id quidem, quod negandum non est, noxiū dogma, simplex tamen. Et bene actum tum fuit, quod hic quicquid fuit mali intra Pannonias subsedit, sopitumq; est priusquam satis primas terræ defigeret radices. At quid facias, si hoc idem hodie audias uerbis non minus illotis etiā in tonstrinis tibi occinere? Atq; id non solum, sed cum alijs coniunctū ineptijs, si modo sunt ineptiæ dicendæ, longe pestilentioribus. Quas tamen sic uolunt accipi, tanquam è tripode Apollinis prolatas & dignas quibus assurgāt omnes, qui Christiano nomine censerī cupiant. ARII dogma, quod sic in se omnium calamos exacuit, quod sic ueluti Bellona quædam totū orbem exciuit, quantulum, quæso, erat, si receptis iam quorundam persuasionibus pergas conferre? *ομοδοξία* illud nō recipiebat: nostri autem ridet etiam tanquam anile, tantū abest ut agnoscant. Ingenitum præterea non uolebat uideri filium: At hij eiusmodi faciunt hominē Christum, qui nulla peculiari dote præcellerit: nisi quod spiritu dei præditus, multorum Prophetarum fuerit exemplo. Hoc autem uno conueniunt, quod utrunq; latissime peruagatum est, id tamen quod mirum in Ariano dogmate uideri non debet, quippe freto CONSTANTII Augusti autoritate. Nostros autem uideas semel Cæsaribus, Regibus, Principibus medium ostendere digitum, atque hoc audacius perrumpere, quo causa sit magis magisque bonorū præsidio destituta. Hac tamen una in re multis Arijs nequiores, quod literas uelut aconitū reformidant, quibus fuit ille ad miraculum usque instructus. Et quod in se est, cuperent quauis mercede tollere quicquid uel micam habet in se cuiuscunq; eruditionis. Postremo præclare actum est cum superioribus, quod singulæ ferè singulas ætates exercuerunt hærefes: nos uero non una, non unius generis, non autoris, nec modi oppugnant simul plurimæ. Ut quæ singulæ erant per se satis exhibituræ negocij, omnes etiam pessudent. Eiusmodi uero prolata autoribus, quorum fidem non satis tutò re quidem minima experiaris. Hij sunt, qui ueteris illius iamq; quod dolendum est, loco motæ religionis iura nō contaminant, sed rescindunt: non atterunt, aut in ordinem cogunt, sed ueluti capitis ream, graues scilicet Areopagitæ supplicij indicta causa addicunt: eiusq; in locum

in locum commenta nobis ex compotatiuicula credo allata obtrudunt, quibus tamen nisi protinus subscriperis, quiduis citius audias quā Christianum, quā piū. Sic factū nemo iure mirabitur, cur post tot Conciliorum præscripta, contra tam recepta omnium seculorum consensione dogmata, conuictibus ad id hij, quorum erat muneris, dare operam ne quid detrimenti caperet religio, nunc demum in incerto omnia posita fluctuent, & quo quisq; apud plebem uideatur promiscuam uel gratia, uel autoritate magis præcellere, hoc pluribus & insaniam suam persuadeat, & moribus pieratq; capitalius uulnus infligat. Quorsum uero, inquis, tam multa? Huc, Serenissime Rex, ut intelligas eò discriminis esse adductam Christianam religionem, ut nisi iam iam uirtutis tui similes humeros supponant, eamq; in locum restituant, non sit quod paulo post queramus pulcherrimæ rei possessionem obsoleuisse, quam ipsi hæreditariam ea lege à maioribus accepimus, ut ad posteros non modo integrā, sed & auctiorem transmitteremus. Nam qui hæctenus maiorum æquitate, & temporum dexteritate huic officio præfuerunt cum laude, fessi tot malis, fracti conuictijs, quibus nunc ad quoduis liberius uerbum, uel per imprudentiam dictum, perstrepunt omnia, paulatim cedentes, nunc demum aperte manus dare coacti sunt: Ut nisi hij tanquam fluctibus in uitam nostram exundantibus Regum opponatur autoritas, religionem simus habituri aut nullam omnino, aut Turcis nihilo meliorem. Ut interim de literis nihil dicam, quibus qui plurimū apud nos sapiunt iam dudum epitaphia adornant. Quaris autem, pro singulari erga pieratem affectione, rationem qua malo occurras? Hem clamus, non huius quidem seculi, quam poterat inuidia fermentare, sed uetustissimorum simul & eruditissimorū uirorum: quorū cum monumenta iam magno optimorum quorumq; expectatione primi protulisse in lucem, orbī antea ne quidem satis ipsis nominibus cognita, effecit incredibilis illa PETRITOMITII, Episcopi Cracouiensis erga me & humanitas, & uix dicenda liberalitas, ut omnino liberet tuæ Serenitati inscribere, quæ sic exeunt noua, sic desiderata ab omnibus, ut totius libri ne quidem apex unus antea, quod saltem sciamus, extiterit uulgo. Cuius enim apud externos etiam tanta fertur pietas, tantaq; erga syncerum dei cultum propensio, ei non potest non esse gratissimum id muneris, quod eruditum cum sperem adiumento fore ad compescendam quorundam libidinem: tum hoc, nisi fallor, assequar, qui est regionis tuæ candor, ut testatū saltem relinquatur hoc ceu testimonio, quid uniuersæ debeam Poloniae, cui me sic deuinxit ornatissimi Antistitis Cracouiensis humanitas, ut cupiam isthic perpetuum meæ erga eam regionem obseruatiæ uelut trophæum statuere. Atq; hoc magis, quod sic animato ultro accessit quotidianus hortator, ANDREAS ZEBRIDOVIVS, clarissimus adolescens, dignus eo loco quo natus est honestissimo, dignus auunculo non modo PETRO TOMITIO, uiro omni laudis genere cumulado, uerum & ANDREA CRITIO, Episcopo Plocense, eò usq; in omni literarum cognitione progresso, ut toti Poloniae non minus ex eo splendoris accedat, quā ei ex Polonia, muneribusq; quibus est à tua Serenitate cum summa utriusq; laude præfectus. Quos cum tanto studio nepos exprimere, ac quodammodo in se referre studeat, moribus, eruditione, cuius gratia ad nos ex tam diuerso orbe concessit, ut ab hij exemplis, quæ sibi ad imitandum in omni uirtutis genere domestica propo-  
sunt, haud quidem multum abfuturus sit, si quidem sic, ut felicissime iam coepit  
perrexit:

Petrus Tomi-  
tius Episcopus  
Cracouiensis.

Andreas  
Zebroidouius.  
Andreas  
Critius.

perrexit: Is, inquam, instando, atq; uere regias animi tui dotes depingendo, facile peruenit, quæ est eius apud me autoritas, ut editione istam, cuius necessitate mihi temporum sinistritas imponebat, non modo maturarem, sed & maiestatis tuæ nomine in publicum emitterem. Habes itaq; Augustissime Rex,

*Victorini* *sa-* D. Athanasij Alexandrini libros XI. MAR. VICTORINI Aferi libros *lebrae.* quatuor. De quibus sanè non habeo in præsentia quod dicam, nisi iniquissime nos esse acceptos, non tam difficultate argumenti quod tractant, quam dictionis salebris: Dum sic loquitur Afer, quasi hoc agat ne à recte Latinis intelligatur. In ATHANASIO uero etiam exemplaria nos satis odiose exercuerunt: Nam exemplar, quod uetustissimū nacti eramus ex bibliotheca Murbaensi, pauciora quidem habebat, quam id quod ex Treuirensi bibliotheca Mathias à Saracastro submiserat. Hic cum in alterutram partem omnino peccandum uideretur, sic nos gessimus, ne nobis factum nostrum fraudi esse possit: Nam pleraque Treuirensi codici sic deprehendimus inserta, eruditi alicuius eiusq; alterius seculi diligentia, ut semidoctis essent uice commentarioli. Ea sic adicimus germanis illis, ut notis quibusdā includeremus, ne quis aut fidē nobis, aut religionem in tractandis ueterum scriptis deesse cauillari possit. Verba mur autem, nec id quidem ab re, ne dictionis asperitas, eaq; perpetua, lectorem delicatum offenderet: ob id sic temperauimus, ut quorundam anxie perplexa amœnioris scripti genere interpolarem. Sic Victorini afrismo obieciimus

*Theophilus* THEOPHILI Alexandrini libros Paschales: uel hoc ipso satis cōmendatos, quod in D. Hieronymum interpretem inciderūt. IDACIO CLARO hispanitatē quandam redolenti, TIMOTHEVM Episcopū opposuimus, elegantem sanè, & totius uetustatis pereruditum. Alijs autem VINCENTIUM Lirinensem: Qui si Serenitati tuæ, cui inscripti sunt, satisfecerint, iam suo sunt functi munere. Hoc enim unum spectauimus, ut non tam nos Maiestati tuæ, quam uis id longe maxime, quam studia, & per hæc pietatem etiam ipsam commendaremus. Cui dii faxint, ut sit quàm diutissime superstes Augustissima tua Serenitas.

Basileæ, mensē Augusto,

A N N O

M. D. XXVIII.

# INDEX

EORVM OMNIUM

QVAE LIBRO

INSUNT.

A



Amoris monimenta de deo. 121. B

Actio & agere inter se differunt, ut causa & effectus. 67. D

Adæ eiectione à Paradiso. 116. D

Adæ præuaricatio nostram substantiã corruptit. 172. A

Adiuuare pater dicitur. 143. B

Adoptio umbratile nomen habet pro puritatis. 193. A

Adoptione nos sumus filij dei. 43. A

Advocatus noster deus est. 145. A

Aedificare dicitur deus. 145. A

Aegyptus persequens sonat. 92. D

Aegyptij solebant annuò indicere pascha diem. 95. B

Aequalis trinitas est. 1. D

Aequale ad magnitudinē pertinet. 46. C

Aequalem esse patri filium. 226. B. 46. C

Aeternū esse filiū sicut & patrem. 136. A

Affectus deo placet, nō sumptus. 186. B

Affectuum nomina in Christo quorum sum debeant intelligi, ut dolor, miseratio. 53. C

Africanum Concilium. 204. C

Agnus dicitur Christus in scripturis. 91. D

AGRIPIVS iterati baptismi autor. 204. B

Alcinoi hortus pro Paradiso. 119. A

Alexāder Polyhystor atticas res descripsit historiarum libris. 114. B

Alexandrina bibliotheca à Ptolemæo instructa. 115. A

Alius paracletus quis dicatur in Ioanne. 63. D

Ambulare in imagine dei quid sit. 92. C

Ambrosius Episcopus Mediolanensis. 213. B

Ambrosij liber ad Gratianum Augustinum. 203. D

Amisissis nobis omnia reliqua percunt. 198. A

Amoris erga liberos medullam nonnulli uocant auaritiã. 183. D

Amphilochus Episcopus Iconij. 235. C

Amusles quaedam intelligenda diuinæ scriptura. 84. C

Anathema aliquem fieri quid sit. 205. B

Anathemata Cyrilli Alexandrini. 150. A

Anaxagoras similes particulas rerum omnium principium affirmauit. 113. A

Anaximander infinitum dicit principium rerum. 113. A

Anaximenes Milesius aërem dixit principium mundi. 113. A

Angeli ex animis sunt, & supra animas. 70. C

Angelos apostaticos esse à deo, non à seipso factos. 16. B

Angelica natura. 8. A

Anima quid sit. 46. A

Anima Christi apud inferos. 97. A

Anima sola non dicitur uir. 109. C

Anima uiuens quæ intelligatur in Genesi. 106. A

Anima imago est τοῦ λόγου. 62. A

Anima à uerbo assumpta est. 63. C

Anima ad imaginem imaginis facta est. 63. B

Anima substantia est. 56. B

Anima est secundum imaginem dei. 46. A

Animæ gemina potestas est. 49. D

Animæ uis, & de ea contentiones Philosophorum. 113. D

Animæ & uitæ definitio. 52. D

Animæ quæ accidunt. 50. A

Animam perfectam esse. 46. A

Animarum quoddam exilium induxit Origenes. 97. C

Animas non reuertí in corpora, ut dicebant Pythagorici. 16. B

Animas unde dixerit Origenes appellatas. 98. D

Animas Origenes à frigore dixit. 105. C

Animus humanus pro censore est. 186. B

**Animus** habitaculū est uirtutis. 214. D  
**Ante Olympiadas** nihil est omnino scriptum in historijs paulo exactius. 115. A  
**Ante omnes Aeonēs** subsistere filium. 41. B  
**Anthropomorphitæ** membra fingunt in deo. 4. D  
**Antichristus.** 87. C  
**Antichristi** sunt qui negant uerum patrem & filium. 10. D  
**Antiochus Episcopus Ptolemaidis.** 236. A  
**Antiochenorum hæresis.** 174. A  
**Antiquitate** metimur fidem catholicā. 203. B  
*ἀνομοίος* sit deus, an *ἰσομοίος.* 58. D  
**Apertum hostem** facile uitamus. 123. B  
**Apocrypha** non recipienda contra stabilem sacratū scripturarū fidē. 16. C  
**Apocryphum** quid faciat librum. 181. C  
**Apollinaris** contra quasdam hæreses scripsit. 98. D  
**Apollinaris** negat perfectæ humanitatis in Christo proprietatem. 207. D  
**Apollinaris** secta. 206. A  
**Apollinari** nihil fuit præstantius acumen ingenij, omnibusq; cæteris dotibus. 206. A  
**Apollonij magi** præstigiæ ante Domitianum Cæsarem. 94. A  
**Apparare** dicitur pater. 147. B  
**Apostolus** confessionis nostræ Christus est. 149. C  
**Apostolus** dum solum patrem asserit immortalem quid sit. 128. B  
**Appion** historicus Mosis meminit tanquam ductoris Hebræorum. 114. B  
**Aqua uiua** spiritus sanctus est. 33. C  
**Aqua** comes est pudicitia. 108. B  
**Aqua** spiritus sanctus intelligitur. 32. D  
**Aquila** dicitur Christus. 91. D  
**Aratrum** uocatur Christus. 91. D  
**Archelai** de principio mundi opinio. 113. A  
**Arguere** deus dicitur. 144. C  
**Arius** gradus facit in diuinitate. 22. C  
**Arius** trinitatis substantiā diuidit. 180. C  
**Arius** trinitatis unitatem dissectit. 211. A  
**Arij** commentum de Christi natiuitate. 53. B  
**Arij** sententia. 41. B  
**Arianus** insimulatur Cyrillus ab Orientibus. 168. B  
**Ariana** nouitas uelut Bellona & Furia totum orbem armauit. 203. D  
**Ariani** unum tantum deum dicunt perfectū, alios uero inchoatos tantum, & commutabiles. 19. A  
**Ariani** solum patrem adorandum censent, eò quod hic solus sit inuisibilis. 19. B  
**Ariani** filium dei dicunt fuisse quando non fuerit, & ante natiuitatem non fuisse. 19. D  
**Ariani** confundunt naturas in Christo. 207. A  
**Ariani** filium dei in substantia sua mortalem dicunt. 19. D  
**Ariani** ad diuersitatem personarum in diuinitate ponunt etiam tres diuersas substantias. 19. D  
**Ariani** dicunt post occasum mundi regnum filij dei finiendum. 20. B  
**Ariani** ex non scriptis, cum pietate tamē intellectis, sunt partim refutati. 39. A  
**Ariani** filium secundum substantiam diuinitatis uisibilem dicunt, & patre minorem. 19. B  
**Ariani** filium omnium arcanorum patris faciunt exortem. 19. B  
**Ariani** negant filium tum fuisse apud patrem in cælis, cum apud homines uersaretur. 19. C  
**Ariani** crucifixam creatricem substantiam affirmant, non corpus, quod Christus nostro simile induerat. 35. C  
**Ariani** dicunt uerbū aduenisse in Christum, ueluti in aliquem Prophetarum. 35. C  
**Ariani** dogmatis uenenū penè totum orbem infecerat. 203. C  
**Ariani** filium dei dicunt nō ex substantia patris natum, sed alicunde creatum. 18. C  
**Ariani** negant filium & spiritū sanctū semper apud patrem fuisse. 18. C  
**Ariani** tres naturas in diuinitate mentiuntur. 4. B

Ariani

**Ariani** Christum creaturam dicunt. 4. C  
**Ariani** spiritum sanctum de ministris angelis habere substantiam cauillantur. 4. C  
**Ariani** adimunt filio omnem potestatem, nisi à patre acceperit. 18. D  
**Ariani** filio dabant quædam secundū uirtutem, non autem secundum substantiam. 39. C  
**Ariani** *ὑποούριον* negant. 38. C  
**Arianorum** dogmata qualia. 40. D  
**Ariana** hæresis summa proponitur. 38. D  
**Ariana** hæreseos origo. 24. B  
**Aridæ** manus in Euāgelio sunt ab operibus ociosæ. 186. A  
**Arideus** tyrannus Pamphiliæ. 118. B  
**Ariminensis** Concilij decreta. 38. B  
**Ariminensis** nouitas obrepit synodo Ephesina. 213. A  
**Ariminense** Concilium parum rite actum. 37. D  
**Aristoteles** Alexandri Magni tempore floruit. 115. A  
**Aristoteles** animam mortalem sensit, quā *ψυχὴν* dixerit. 113. D  
**Aristoteles** principia rerum facit deum & materiam. 113. C  
**Aristotelis** de dijs sententia contra Platonem. 113. B  
**Aristotelis** de anima sententia. 113. D  
**Aristoteli** Eurypus fuit mortis causa. 120. C  
**Ars** ipso opere maior semper est. 99. B  
**Ascendit** in montē, & transfigurauit se quid sit. 26. A  
**Aspera** sunt pulchra. 202. A  
**Athanasius** Alexandrinus. 213. B  
**Athanasij** scripta ab hæreticis corrupta sunt. 35. A  
**Athanasij** epistola ad Epictetum corrupta. 172. B. & 175. B  
**Athanasij** epistola ad Epictetum citatur à D. Cyrillo. 172. B  
**Athanasij** liber de trinitate citatur à Cyrillo Alexandrino. 165. D  
**Atis** ex cælo præcipitatur. 119. B  
**Auaritia** comparatur inferno. 110. B  
**Auaritia** pessimus foenerator est. 101. B  
**AUA** RITIAE una mēsurā est, mensuram non nouisse. 110. B  
**Auaritiæ** comites qui sunt. 183. A  
**Auaritiā** interpretamur idololatriam. 183. A  
**Auaritiā** esse radicem omnium malorum. 183. D  
**Audacia** quid sit. 100. C  
**Augustinus** Episcopus contra Pelagianos. 220. C  
**Augustini** laus. 220. D  
**Augustini** contra hæreticos libri. 221. A  
**Auidiores** semper sunt qui ex sordibus emerferunt, quā qui diuitijs sunt innutriti. 180. D  
**Auxentius** hæreticus. 37. D

B

**B**abylon calix aureus esse dicitur. 100. C  
**Babylonica** flumina quæ sunt. 104. B  
**Baptizate** omnes Gentes in nomine patris &c. 5. B  
**Basilus Magnus** Cæsariensis. 213. B  
**Basilus Magnus** Christum quoq; deiferum hominem dicit. 158. D  
**Basilus** *ὑποούριον* ponit. 60. D  
**Basilus** quidam hæreticus. 53. D  
**Basilica** Cumana ex uno lapide perpolitā. 120. D  
**Benedicere** pater dicitur. 143. D  
**Benedictus** pater dicitur. 144. A  
**Beneficia** nos grauant urgentq; ad liberalitatem ulteriorem. 200. B  
**Beneficijs** dei erga nos nulla possumus ratione respondere. 179. D  
**Beneficentiæ** dei in nos multa magnaq; sunt argumenta. 179. C  
**Bestiam** tangere montem quid sit. 95. D  
**Blasphemia** in spiritum sanctum. 44. C  
**Bochoris** quartus à Mose legumlator fuit. 114. C  
**Bonum** se Christus dici non arguit, sed fidem eorum qui interrogabant. 86. C  
**Bonum** neminem esse nisi solum deum quomodo sit intelligendum. 86. C

Boni

Bonificognomen patri datur. 142. D  
 Bonifacius Episcopus Rom. 220. C  
 Boni tantum dulcem uitam agunt. 118. B  
 Bona falso dicuntur bona. 183. D  
 Bonorum nostrorum quomodo deus egeat. 200. A  
 Brachium uocatur Christus. 91. C  
 Breuiatum uerbum dominum facere in terra, quomodo in Propheta intel ligatur. 132. A

## C

**C**admus literarum inuentor. 115. A  
 Caius Pannonius haereticus. 35. B  
 Caesar ab Imperatore quo differat. 26. A  
 Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam uel sinistram, non est meum dare quomodo intelligendum sit. 127. A  
 Capillos non aduri quid sit. 105. C  
 Captioſae interrogationes Arianorum. 23. A  
 Carenus Episcopus. 175. B  
 Caro Christi uiuificatrix. 149. B  
 Caro pro homine sumitur. 159. A  
 Caro uolucrum quae sit in Paulo. 93. A  
 Caro piscium quae dicatur in Paulo. 93. A  
 Carnem Christi non esse mutatam in deitatem post resurrectionem. 171. D  
 Carnium esus nominatim in quadragesima interdicitur. 108. A  
 Carnaliter nasci quid sit secundum Orientales. 168. A  
 Capreoli Carthaginensis epistola. 213. B  
 Castitatem dat deus pater. 145. A  
 Castor Atheniensis scriptor historiae. 114. B  
 Catholica fides quibus constet. 203. B  
 Celestinus Episcopus Romanus Celestium Italiae finibus pepulit. 220. C  
 Celestinus Episcopus Romanus contra nouationes scribit pro uetustate. 213. D  
 Celestinus peccatum originale negauit. 211. A  
 Centurionis fides in Euangelio. 21. 7C  
 Cerealis Episcopi uita. 225. D

Certamen huius uitae non est perpetuum. 106. D  
 Cham filij qui sint hodie. 204. D  
 Character substantiae dei est filius. 77. B  
 Caritas religionis nostrae culmen est. 178. D  
 Caritas pater dicitur deus. 143. A  
 Charitatis laus. 152. A  
 Charitatis perfectae officium. 88. B  
 Christus apparere dicitur. 147. B  
 Christus implet corda nostra. 146. D  
 Christus imago dei est, homo uero secundum imaginem dei est. 44. D  
 Christus non agnoscitur a discipulis. 94. B  
 Christus a Ioanne quare primus agnoscitur, & non ab alijs. 94. B  
 Christus confortare nos dicitur. 144. A  
 Christus in parabolis loquens, significationem aliquam dedit naturae suae. 43. C  
 Christus doctor hominum. 146. C  
 Christus legem & Prophetas adimpleuit. 26. C  
 Christus insufflator dicitur. 146. D  
 Christus quaedam humilia & passus est, & dixit propter nos. 43. A  
 Christus respicere dicitur. 147. B  
 Christus significat. 147. C  
 Christus forma patris est. 59. D  
 Christus quomodo caro factus sit. 148. D  
 Christus probare dicitur. 145. C  
 Christus ut homo ignorat quaedam, quae secundum deitatem ab aeterno praescierat. 21. C  
 Christus carne passus est, non diuinitate. 238. D  
 Christus assumens humanitatem, diuinitatem quam ab aeterno habuit, non amisit. 222. B  
 Christus uiuificator dicitur. 144. B  
 Christus inspirator est. 147. C  
 Christus protector noster est. 146. B  
 Christus interpellat pro nobis. 145. A  
 Christus omnia humana praeter peccatum habuit. 96. & 207. B  
 Christus filius dei & filius hominis uocatus. 7. A

Christus

Christus uocatur appellator. 145. D  
 Christus quoque mittere legitur. 146. B  
 Christus patris est sapientia. 86. A  
 Christus alter Adam dicitur a Nestorio. 151. C  
 Christus non est aliquis communis homo. 159. D  
 Christus illuminator dicitur. 147. B  
 Christus quicquid in carne gessit, id uere, non per phantasiam gessit. 16. C  
 Christus se pro peccatoribus obtulit. 149. C  
 Christus fidei iussores nobis dedit promissorum suorum Prophetas & Martyres. 201. B  
 Christus habitare in credentibus scribitur. 145. A  
 Christus mundator noster. 147. A  
 Christus deus dicitur. 170. A  
 Christus ubique est. 144. D  
 Christus illuxit. 147. C  
 Christus ueritas est. 147. B  
 Christus castitatem donat nobis. 145. A  
 Christus praedicat quaedam. 146. B  
 Christus increpat nos. 144. D  
 Christus aedificator dicitur. 145. A  
 Christus aduocatus noster est. 145. A  
 Christus eligere dicitur. 145. B  
 Christus imperator dicitur. 146. C  
 Christus retributor noster. 146. D  
 Christus imago patris est. 44. B. & C  
 Christus mandat. 147. B  
 Christus plorat, lassatur, sitit, lacrimatur, tentatur a diabolo, ut homo. 21. C  
 Christus regnare dicitur. 145. B  
 Christus intellectum dat. 147. A  
 Christus Pontifex confessionis nostrae. 149. C  
 Christus sempiternus quemadmodum sit, cum natiuitas uideatur sempiternitati repugnare. 12. B  
 Christus quare maiora praeeperit nobis quam fuerat Iudaeis praecipit. 181. A  
 Christus imaginem suam reparauit. 92. C  
 Christus carnem adsumpsit propter resurrectionem, qua nobis spem confirmauit. 37. A  
 Christus separat, quod pessumierat per Adae delictum. 8. B

Christus etiam quadam adoptione filius est. 43. A  
 Christus naturae se nostrae attemperauit. 85. A  
 Christus nihil imperfectum assumpsit. 97. A  
 Christus non uoluit magister legis dici. 86. C  
 Christi misericordia celebratur. 145. D  
 Christi Euangelium. 147. C  
 Christi regnum aeternum est. 103. B  
 Christi uita nobis est ad recte uiuendum documento & exemplo. 22. D  
 Christi caro profecit in uerbum, non uerbum in carnem, ut Arianus dicunt. 25. A  
 Christi corpus temporaneum fuit, non aeternum. 35. C  
 Christi fides. 146. B  
 Christi digitus. 146. B  
 Christi quaedam uoces mediae sunt. 174. C  
 Christi passio nos obarmat contra humanas calamitates. 163. D  
 Christi sermones diuersi. 174. C  
 Christi disciplina. 146. C  
 Christi donum. 146. D  
 Christi nomina quaedam aeterna, quaedam sunt temporalia. 169. D  
 Christi carnem factam propriam. 164. D  
 Christi regnum quidam finiendum somniant. 103. A  
 Christi corpus quale nunc sit. 54. A  
 Christi uita est nobis documento. 109. A  
 Christi carnem nonnulli immortalem asserunt. 36. D  
 Christi exinanitio spontanea. 157. C  
 Christi uaria nomina. 91. C  
 Christi nomine aliquid petere quid sit. 63. D  
 Christi descensus omnia uiuificauit. 48. A  
 Christo Haeretici putant pedetentim accessiones esse factas dignitatis. 13. B  
 Christo plus deest, quam singulis hominibus. 200. B  
 Christo placere. 147. A  
 Christo soli omnia desunt. 200. C  
 Christo minus damus fidei, quam quibuslibet uilissimis cerdonibus. 201. C  
 Christum

Christum aliquo modo facere licet ha-  
redem. 201. B  
Christum in terris conuersatum quid  
sit. 179. C  
Christum mensurā dare nobis. 146. A  
Christum situisse quid sit. 7. B  
Christum lacrimas fudisse cuiusmodi  
sit. 7. B  
Christum uitam factum quid sit. 56. D  
Christum perpeffum dura quadam ho-  
mini imputatur; fecisse autem signa  
& miracula diuinæ uirtuti adscribi-  
tur. 7. B  
Christum ad patrē esse profectū quid  
sit. 66. A  
Christum omnia colligere. 46. B  
Christum filium esse hominis. 10. A  
Christum esse deum. 46. B  
Christum non fuisse phantasma. 8. B  
& 93. D  
Christū incōprehensibilem esse. 44. A  
Christum loqui. 146. D  
Christum esse sacerdotem secundum  
ordinem Melchisedech. 170. A  
Christum à mortuis suscitatum quo-  
modo intelligi debeat. 85. D  
Christum esse; atri *ἁποδοσιον*. 46. B  
Christum missum esse quid sit. 165. B  
Christum filium dei appellare, & uerū  
deum negare impium est. 23. B  
Christum esse ueritatem quid sit. 53. A  
Christianus uerus quis sit. 209. B  
Christiani unde sint dicti. 182. D  
Christiani ad unam omnes legem per-  
fectionis uocantur. 183. C  
Christiani à Christo dicimur. 29. B. &  
60. C. & 225. C  
Christiano non est satis symbolo obi-  
ter utcunq; subscripsisse. 148. B  
Christianum nomen habemus sincere.  
183. B  
Christianorū nomē nouū ex Esaia. 4. D  
Clarifica me apud temetipsum quo-  
modo intelligatur. 90. B  
Clarificatum esse filium à patre, & pa-  
trem à filio. 9. B  
Clarificatū filium per patrem quid sit.  
226. D  
Clientum nomine sumus hostes non-  
nunquam. 110. A  
Cognati nostri non amant nos sed res  
nostras. 198. C  
Cognosci deum patrem. 145. B  
Colles Hieremias pro superbis huius  
seculi potestatibus nōnunquam po-  
nit. 13. D  
Cōmori Christo est recte uiuere. 85. C  
Concilium Ephesinum quando cele-  
bratum. 213. A  
Concilio Ephesino qui interfuerint do-  
cti, & quæ sint scripta recitata. 213. B  
Concilia quorsum sint celebrata. 210. D  
Concilia quatuor sunt recepta. 239. B  
Cōfessio fidei diui Athanasij. 15. A. & B  
Confortator noster deus est. 144. A  
Cōfusio nulla facta est naturarū. 171. C  
Coniugum status. 181. C  
Congregare dicitur deus. 144. D  
Conscientiæ nomen ed est dictum, q̄  
cum altero quid teneat. 64. C  
Consensionem requiramus in fide ca-  
tholica. 203. B  
Cōsolator pater in scripturis dicitur. 143. B  
Cōsolationis est infelicissimū genus de  
miserijs se aliorū consolari. 180. A  
Consonantia eorum quæ uidentur se-  
cus de filio dici quam de patre. 69. B  
C O N S T A N T I V S Imperator ap-  
probauit *ἁποδοσιον* suo tempore. 61. A  
Constantius Imperator Concilium Ni-  
cænum fieri iusserat. 38. B  
Constituere deus pater dicitur. 145. D  
Constitutum esse filio regnum quid  
sit. 132. D  
Continētiae muro uallādus aius. 100. C  
Contrariorū natura qualis. 218. D  
Cōtrouersia de substantia Christi. 59. A  
C O R P V S E T S A N G U I S C H R I  
S T I in sacramento altaris quomo-  
do. 165. A & 233. C  
Corpus ex Maria non est uerbo deita-  
tis *ἁποδοσιον*. 35. B  
Corpus naufragatur si desit animæ tan-  
quam rectoris opera. 110. C  
Corpora nō sunt fabricata propter rui-  
nam animarum, ut fabulaf Orige-  
nes. 109. B  
Creator aliud Platonī uisum atq; opi-  
fex. 117. B  
Creator dicitur deus pater. 145. C  
Credere

Credere in deum est habere uitam æter-  
nam 44. B  
Credenda quædam sunt, non excutien-  
da 25. C  
Crucis mysterium de omnibus potesta-  
tibus egit triumphum. 66. C  
Crucifixus est homo, uiuit deus. 7. C  
Cur non unusquisq; in suo nomine ue-  
nerit. 4. B  
Currus Iouis. 119. C  
Cyprianus lumen martyrum. 204. C  
Cyprianus Episcopus Carthaginensis.  
213. B  
Cyrillus omnes hareses dicitur instau-  
rare. 170. B  
Cyrillus Alexandrinus. 213. B  
Cyrillus uetustatem contra Nestorū  
defendit. 213. A  
Cyrillus Nestorianam haresim præso-  
cauit. 220. C  
Cyrillus dicitur Arii, Eunomij, Apolli-  
narisq; impietates restaurare ab Ori-  
entalibus. 168. C  
Cyrillus insimulatur à Theodoreto hæ-  
reseos Apollinaris. 153. B  
Cyrilli testimonium de Athanasij Epi-  
stola ad Epictetum. 35. A

D

D Amasus Romanæ urbis Episco-  
pus. 37. C & 237. C  
Danielis declaratur locus: Aspiciebam  
in uisionem noctis. 20. B  
Darius sextus à Mose leges Aegyptijs  
dedit. 114. C  
Data commendantur ex animo, nō ani-  
mus à dato. 186. B  
Debitum reddere deo quid sit. 184. D  
Debitorum sumus omnes dei. 179. C  
Declarat locus Pauli ad Philip. 43. A  
Declaratur locus Hieremias. 49. B  
Declaratur locus Ioannis. 56. B  
Declaratur locus: Non ueni à meipso.  
124. D  
Declaratur dictum Ioannis de alio para-  
cleto. 63. D  
Declaratur locus Esaia de nomine no-  
110. 4. D  
Declaratur locus primi psalmi. 92. C  
Declaratur locus Pauli ad Corinthios

de sensu Christi. 29. C  
Declaratur locus Ioannis ex Epistola:  
Tres sunt qui testimonium &c. 3. A  
Declaratur locus Pauli: Dominus in ius-  
su Archàngeli & in tuba descēdet. 134. D  
Declarat locus: Quicquid petieritis pa-  
trem in nomine meo. 63. D  
Declaratur locus Esaia de uncto. 32. C  
Declaratur locus Ioannis de corpore &  
sanguine Christi. 69. A  
Declarat Solomonis locus: Dominus  
creauit me in initium uiarū suarū. 125. A  
Declaratur parabola Euangelica Lucæ  
decimo quinto. 60. B  
Declarat locus Pauli: Tunc & ipse sub-  
ijcietur ei qui illi subiecit omnia. 151. D  
Declaratur locus Euangelij: De die autē  
& hora nemo scit, neq; filius dei. 132. A  
Declarat Pauli locus 1. Timot. 6. 209. D  
Declarat locus Pauli 1. Cor. 15. 93. A  
Declaratur locus Hieremias: Super mō-  
tes accipe planctum. 13. D  
Declarat locus Pauli: Uti cognouimus  
Christum secundum carnem, sed iam  
non nouimus. 172. B  
Declaratur Pauli dictum: Ex quibus  
Christus secundum carnem. 181. A  
Declaratur locus Hieremias: State in sub-  
stantia domini. 77. B  
Declaratur Esaia locus 92. B  
Declaratur locus Euangelij de duabus  
molentibus. 57. D  
Defodere aurum cuiusmodi scelus sit.  
183. C  
Desertum in Ioanne pro mundo accipi-  
tur. 56. B  
Deus omnium qualitatū expers est. 39. C  
Deus quis hominūculo habet uisior 19. D  
Deus in occulto est, filius autem in ma-  
nifesto. 44. C  
Deus quid sit. 91. C  
Deus non dicitur anima. 63. B  
Deus capabilis est, non capax. 24. D  
Deus quomodo uelit intelligi. 83. C  
Deus, deus quid me dereliquisti? quid  
significet. 134. C  
Deus pater habitat in credētibus. 145. A  
Deus se per formam intelligit. 74. B  
Deus existens. 116. D  
Deus cum dicit non potest dici. 91. C

Deus per opa sua uoluit cognosci. 63. C  
 Deus in deo quomodo sit. 137. A  
 Deus trium potentiarum est. 72. D  
 Deus & dei esse idem sunt. 50. B  
 Dei erga humanum genus dilectio. 1. B  
 Dei uiuere supra omne uiuere est, eodēq;  
 uitam ceteris donet. 73. A  
 Dei esse est substantia. 59. C  
 Dei duæ sunt intelligentiæ. 74. B  
 Dei cognomina qualia sint. 75. B  
 Deitas augmenti & detrimenti nescia  
 est. 7. A  
 Deo quod datur soluitur. 186. C  
 Deo quid sit offerendum. 186. C  
 Deo minus credimus quam cuiuslibet cer  
 doni. 183. A  
 Deo non est ullum proprium nomen.  
 116. D  
 Deo aliquid præponere, est salutē suam  
 contemnere. 199. D  
 Deos immortales omnes gentes dixe  
 runt. 170. C  
 Deum quare nemo unquam uidisse di  
 catur. 62. B  
 Deum uidere mors est hominum. 62. B  
 Deum omnia esse in omnibus. 52. A  
 Deum Christum & dominum fecisse in  
 Actibus Apostolorum quomodo in  
 telligatur. 125. D  
 Deum uisum alia atq; alia forma à patri  
 bus quid significet. 16. C  
 Deū scire aut cognoscere aliquid. 44. C  
 Deum originem τὸν ὄντων πάντων quid sit  
 59. D  
 Deum nemo uidit unquam. 127. D  
 Deum esse omnia. 59. B  
 Deum lumen esse non est accidens esse.  
 49. C  
 Deum sedere in centro omnium. 73. C  
 Deum uiuere idem est quod esse. 63. A  
 Deum esse omniuiuentem. 73. A  
 Dexterā uocatur Christus. 91. C  
 Dexterā domini quæ. 235. C  
 Diabolus etiam scripturis est usus. 211. D  
 Diaboli cibus sunt negatores dei. 104. A  
 Diaboli nomen unde. 119. B  
 Diaboli terni statores sunt. 92. C  
 Diei & noctis uices. 108. D  
 Dignitas dei spiritus sanctus est. 34. C  
 Dignitas patris dei. 146. B  
 Dignitatis æqualitas ad naturarum unā  
 tionem nihil omnino facit. 148. D  
 Dij sunt ad quos sermo dei fit. 165. B  
 Dij alieni sunt noua dogmata. 205. C  
 Dilectio patris erga genus humanum.  
 144. A  
 Diodorus triginta annos in Asia & Eu  
 ropa consumpsit ambiēda. 114. B  
 Diodorus quadraginta libros reliquit.  
 114. B  
 Diodorus historicorum celebratissimus  
 118. D. & 114. B  
 Diodorus *πνευματικός*. 171. A  
 Dionysius Exiguus interpretus Cyrilli.  
 171. A  
 Discipuli baptizauerunt in nomine filij,  
 non spiritus sancti. 141. C  
 Disciplina patris. 146. C  
 Distinctio personarum in diuinis. 138. A  
 Diuina scriptura uno nonnūquam no  
 mine totam trinitatem exprimit. 27. C  
 Diuinitatis sacrum commercium cum hu  
 manitate in Christo. 92. A  
 Diuinitatem qui dicant subiacuisse pas  
 sioni. 96. B  
 Diuinarum literarū qualibet portio su  
 os habet æmulos. 202. A  
 Diuinum quod est nescit mutationes.  
 23. B  
 Diuina omni mole corporis carent.  
 148. C  
 Diuina intelligimus ea nostri parte, quæ  
 & ipsa est diuina. 63. D  
 Diuina sunt secundū Ecclesiæ autorita  
 rem nobis intelligenda, & declaran  
 da. 212. A  
 Diuina humano iudicio patrū recte æsti  
 mamus. 53. C  
 Diuitiæ ignis nominantur a Paulo. 185. C  
 Diuitiæ in quem usum dētur à deo. 184. C  
 Diuitiæ sunt fallaces. 183. D  
 Diuitiæ magis sunt causa mortis quàm  
 uitæ. 184. B  
 Diuitiæ patris filius. 60. B  
 Diuitiæ impedimentorū & onerum sunt  
 loco. 201. C  
 Diuitiæ reos nos faciunt. 201. A  
 Diuitiæ quæ debeant filijs relinqui.  
 184. A  
 Diuitiæ Christianorum sunt in fide, &  
 charitate

charitate & spe. 178. D  
 Diuitiæ ad damnationem sufficiunt, si  
 uel nullus alius reatus accedat. 185. B  
 Diuitiarum fundamenta iaciuntur per  
 iurij. 110. B  
 Diuitiarum fructus quis sit apud Chri  
 stianos. 185. A  
 Diuitiarum sumus precarij possessores.  
 184. C  
 Diuitiarum quis sit modus. 183. C  
 Diuitiarum usu temporario contenti es  
 se Christiani debent. 183. C  
 Diuitijs nos & alios perdimus. 201. B  
 Diuitias à deo dari. 184. C  
 Dixit dominus domino meo, sede à dex  
 tris meis, quomodo intelligat. 130. D  
 Docet nos deus pater. 146. C  
 Docti uiri interdum Prophetæ appel  
 lantur. 205. C  
 Doctrina patris quæ sit. 143. C  
 Doctrina qualibet est cum Ecclesiæ au  
 toritate asserenda. 205. B  
 Dogmatum nouitas quid faciat. 203. C  
 Dñs regit me in Dauide quid sit. 128. B  
 Dominus Sabaoth sonat dominus uir  
 tutum. 32. C  
 Donatistæ rebaptizant. 204. C  
 Donatistæ à Donato. 203. C  
 Donatistæ magnā Africæ partem in suā  
 sententiam pertraxerant. 203. C  
 Donum dei patris. 126. D  
 Dux personæ in Christo. 9. C  
 Dux naturæ in homine. 233. B  
 Duo obseruanda circa uetustatem Ec  
 clesiæ. 212. D  
 Dux dicitur deus pater. 145. C

E

E Bion negat Christum semper cum  
 deo patre fuisse. 8. B  
 Ecclesia Christiana quid de Christo sen  
 tiat, & de humanitate eius. 208. A  
 Ecclesiæ autoritas quare magnificien  
 da. 203. A  
 Ecclesiæ officium. 210. C  
 Ecclesiasticis declaratur locus. 108. D  
 Ego à patre exiui & ueni, quomodo in  
 telligatur. 9. A  
 Ego constitutus sū rex super Sion ab eo,  
 quomō in Propheta intelligat. 135. C

Ego deus creans spiritum, in Propheta  
 quid significet. 138. B  
 Ego, ego sum deus Abraham, deus Isaac,  
 &c: quomodo intelligendum sit. 2. B  
 Ego quæ sunt ei placita facio semper.  
 128. A  
 Eleuauerunt flumina uocem suam quid  
 sit. 34. A  
 Eligit pater deus. 145. B  
 Eloquentia non requirenda in sacris li  
 teris. 2. A  
 Eloquentia non est tristis. 94. D  
 Emmanuel quare dicatur Christus. 7. A  
 Emmanuel quid sonet. 153. D. & 168. B  
 Emendatur locus ad Titum male uer  
 sus. 60. D  
 Emendat locus noui testamēti. 75. D  
 Emendandorum in Ecclesia quorūdam  
 quis debeat esse modus. 210. A  
 Empedocles quatuor elementa dixit es  
 se rerum omnium. 113. A  
 Ephesinæ Synodi fides. 148. C  
 Epicurus corpora quadam speculabilia  
 dixit esse principia rerum. 113. A  
 Epictetus Corinthiorum Episcopus ad  
 quem diuus Athanasius scribit. 35. A  
*ἐπιτομή* panem in Euangelio. 49. B  
 Errores animæ sunt pro rubigine. 100. A  
 Esuries Christi ad quem referatur. 7. B  
 Esse dei. 77. A  
 Ethnici honorem apud homines uenan  
 tur. 81. C  
 Ethnici idola constituunt. 109. C  
 Euangelium dei patris dicitur. 147. C  
 Euangelica falce refecanda sunt omnia  
 quæ fidei repugnant. 97. B  
 Eunomij hæresis. 180. C  
 Euntes baptizate omnes gētes, &c: quo  
 modo intelligendum. 1. C  
 Eusebius Casariensis Arium sequitur.  
 40. C  
 Eusebij Casariensis sententia. 41. B  
 Eusebiani hæretici. 53. A  
 Eustathius Episcopus Antiochenus.  
 234. A  
 Eutyches personas confundit in trinita  
 te. 239. B  
 Eutychianorum hæresis. 230. C  
 Excelsus pater dicit in scripturis. 142. C  
 Excusatio nulli deest qua quid prætexat  
 suis

Exempla ueterum non semper temporibus nostris conueniunt. 180. C  
 Ex filio quomodo omnia sint. 137. B  
 Exharedamus nosmetipsos aliquo modo. 184. A  
 Ex fructibus cognoscere quod sit in Euangelio. 211. C  
 Exinanire quid sit. 48. A  
 Ex non extantibus quidam Christum dicebant. 15. D  
 EX SCRIPTIS in sacris literis non scripta componimus. 60. C  
 Extendere nonnulli solent avaritiam in futurum etiam. 183. A  
 Ex utero ante Luciferum genui te, quomodo intelligatur in Euangelista. 4. D

F

Faciamus hominem, in Genesi quid praeseferat. 2. C  
 Fallendi uia facillima per diuinam scripturam. 211. D  
 Fatidici diuini sunt testimonio Platonis. 128. A  
 Fatuarum uirginum historia declaratur. 189. D  
 Felix Martyr epistolas scripsit. 213. B  
 Fides quae sit. 178. C  
 Fides dei patris dicitur. 146. B  
 Fides purgat animas. 57. D  
 Fides opus bonum facit. 183. A  
 Fidei officium circa inuisibilia uersatur. 83. D  
 Fidei catholicae ab Athanasio circumscribebantur certi limites. 15. A  
 Fidei Christianae amissiones. 212. D  
 Fide magis uult credi deus, quam enarrari. 1. B  
 Figura dei aequalitas dei dicitur. 226. C  
 Filius iudex dicitur in scripturis diuinis. 142. B  
 Filius ungere dicitur. 144. C  
 Filius fons dicitur in scripturis. 142. C  
 Filius regenerator est. 143. D  
 Filius dicitur habere templum hominem. 145. D  
 Filius reuelat arcana. 143. C  
 Filius in scripturis diuinis excelsus dicitur. 142. C

citur. 142. C  
 Filius fortis dicitur ut pater. 142. C  
 Filius constituere quaedam legitur. 145. D  
 Filius Christus dicitur dux noster. 145. D  
 Filius patris dei uerbum est. 143. A  
 Filius actio patris est. 50. C  
 Filius forma est patris. 55. D  
 Filius requiesci auctor. 143. D  
 Filius gaudium dat. 143. D  
 Filius quaedam cum a seipso facit, refert tamen ad patrem tanquam autorem. 75. A  
 Filius passibilis & impassibilis. 46. D  
 Filius motio est in manifesto. 52. D  
 Filius primogenitus naturae quare dicitur. 51. A  
 Filius signat nos. 144. C  
 Filius ratio est. 91. C  
 Filius rectus dicitur. 144. A  
 Filius uerus dicitur. 142. B  
 Filius dicitur saluare homines. 144. A  
 Filius benedicit. 143. D  
 Filius consolatoris etiam nomen habet. 143. B  
 Filius quia natura est inferior, non ideo & potentia est inferior. 135. C  
 Filius arguit nos. 144. C  
 Filius dicitur pacem dare. 143. B  
 Filius ingenuus & genitus. 137. D  
 Filius uox est. 44. A  
 Filius a patre quemadmodum uitam susceperit. 140. B  
 Filius rex dicitur in scripturis. 142. A  
 Filius manifestat. 145. D  
 Filius testificatur de patre. 145. C  
 Filius scrutator dicitur. 145. B  
 Filius congregator appellatur. 144. D  
 Filius liberat homines. 144. D  
 Filius renouator dicitur. 144. C  
 Filius ostendere dicitur. 146. A  
 Filius inuisibilis dicitur. 146. A  
 Filius lux dicitur in scripturis. 14. D  
 Filius creator dicitur. 145. C  
 Filius in scripturis magnus cognominatur. 142. D  
 Filius adiuuare legitur. 143. B  
 Filius ignis dicitur in scripturis. 142. C  
 Filius ex patre quomodo sit. 137. B  
 Filius ubi se deum nominauit in sacris scripturis.

scripturis. 128. D  
 Filius uitam aeternam dat. 143. A  
 Filius iudicat. 142. C  
 Filius benedictus appellatur. 144. A  
 Filius unus est & geminus. 64. B  
 Filius resuscitatus a mortuis. 144. B  
 Filius quemadmodum omnia habeat quae pater. 64. D  
 Filio datum nomen, quod est super omnino nomen. 129. D  
 Filio conuenit charitatis cognomen. 143. A  
 Filio datur cognomen boni. 142. D  
 Filio dicimur, non patri inimici. 51. D  
 Filij proprium est in motu esse. 48. C  
 Filij actio cuiusmodi sit. 48. C  
 Filij sermo alius atque alius est pro conditione naturarum. 85. A  
 Filij doctrina quae sit. 143. C  
 Filij de patre testimonium quale sit. 187. B  
 Filij parentibus non tam in bonis quam in uitijs succedunt. 183. D  
 Filij multae sunt appellationes. 12. B  
 Filij quo pacto recte amentur. 184. A  
 Filij modestia. 146. A  
 Filij liberam esse potestatem quibus scripturis ostendi possit. 227. C  
 Filij dilectio erga nos. 144. A  
 Filium Christum cognosci. 145. B  
 Filium esse patris uoluntatem. 125. C  
 Filium in nomine patris uenisse quid sit. 87. C  
 Filium patri gratiam referre quid sit. 132. D  
 Filium negantes quibus argumentis nitantur. 84. B  
 Filium deum esse. 141. D  
 Filium non esse deum spiritu sancto. 139. D  
 Filium patrem rogasse quomodo accipiendum sit. 129. C  
 Filium a patre prodijisse, & semper apud eum fuisse, quomodo intelligatur. 42. A  
 Filium nominari post patrem, non infert ideo minorem esse patre filium. 133. B

Filium patri gratiam egisse quomodo intelligatur. 135. A  
 Filium esse a diabolo tentatum in deserto quid sit, & non patrem. 128. C  
 Filium cum patre communionis operam habuisse. 134. A  
 Filium dominum esse. 141. D  
 Filium irrisum a Iudaeis, & non patrem, quomodo sit intelligendum. 130. D  
 Filium accipere quaedam a patre quomodo intelligendum. 19. A  
 Filium iussione patris fecisse quae fecerit, quomodo sit intelligendum. 126. B  
 Filium de paterna esse substantia. 132. C  
 Filium in nomine patris uenisse quid sit. 4. A  
 Filium appellari spiritum. 2. A  
 Filium nonnulli purum hominem dixerunt. 58. C  
 Filium patrem rogasse quid sit. 129. C  
 Filium aequalem esse patri quomodo probetur. 125. B  
 Filium nihil facere, nisi quod patrem uiderit facientem. 91. B  
 Filium habuisse praescientiam futurorum quemadmodum patrem. 131. C  
 Filiorum causa non esse quaerendas operas. 183. D  
 Filios quo pacto Paulus tractandos doceat. 184. A  
 Filios duos quidam fingunt. 155. A  
 Filij religiosi ususfructus olim bonorum tantum relinquebatur. 194. B  
 Filij nihil anteponendum est nisi solus deus. 184. A  
 Finis beatos facit. 199. B  
 Flumina in Dauide pro operatione spiritus accipiuntur, aut pro uerbo doctrinae. 34. A  
 Fluij nomen datur alicubi patri. 143. A  
 Foemineo sexui maxime quies conuenit. 183. C  
 Fons dicitur Christus. 91. D  
 Fons putei dicitur. 142. D

Fontana uita Christus est. 50. B  
 Foras spectare quid sit. 62. C  
 Forma serui. 159. D  
 Forma eadem est quæ substantia. 74. A  
 Fortis pater dicitur. 142. C  
 Fortitudo quid sit secundum Genti-  
 les. 178. C  
 Fraus aliud calat, aliud habet quod o-  
 stentet. 103. A  
 Frigida aquæ calicem non carere in iu-  
 dicio extremo sua mercede, quomo-  
 do intelligatur. 195. B  
 Fuco aliquo religionē mentientes gra-  
 uius cæteris puniuntur. 200. D

**G**

**G**audium pater donat. 143. D  
 Generantem non esse maiorem  
 generato. 227. D  
 Generatio filij inenarrabilis est. 44. A  
 Generatio filij manifestatio est sui.  
 56. C  
 Generationis diuinæ declaratio. 72. D  
 Gensericus Romam cepit. 214. C  
 Gentes multos deos & asserunt & co-  
 lunt. 25. C  
 Genu flectere quid sit. 104. D  
 Gloria stellarum in Paulo est seminis  
 Abraham, prima ad Corinthios de-  
 cimo quinto. 93. A  
 Gloria solis in Paulo Christi est.  
 93. A  
 Gloria lunæ in Paulo est Ecclesiæ.  
 93. A  
 Gloriæ deus filius dicitur. 143. C  
 Gloriæ cupido insatiabilis fera est.  
 101. B  
 Golias suo gladio perijt. 13. A  
 Grammaticæ studium abest à sacris li-  
 teris. 2. A  
 Gratia dei patris. 144. B  
 Gratia à deo sunt, diuisiones autem  
 gratiarum à filio. 44. B  
 Gratia referendæ ratio qualis. 200. A  
 Gratiarum diuisiones à spiritu sunt.  
 44. B  
 Gregorius Nisenus. 213. B

Gregorius Nazianzenus. 213. B  
 Gregorius hæreticus. 40. A

**H**

**H**abitur quidam magis quam sen-  
 su seculum relinquunt. 199. A  
 Hæredes quos Christiani debeant in-  
 stituere. 193. B  
 Hæredum instituendorum ratio. 193. D  
 Hæredum circumstantium testatorem  
 animus. 198. B  
 Hæredibus relinquere patrimonium  
 non est à Christiani hominis officio  
 alienum. 193. C  
 Hæretici imitatur pharmacopolas, qui  
 noxia gramina salubribus titulis co-  
 lorant. 211. B  
 Hæretici quadam sana scribunt. 96. D  
 Hæretici quo pacto scripturis utantur.  
 211. B  
 Hæreticorum uasifices, & in obrep-  
 do simplicibus fraus. 204. C  
 Hæreticorum libri testimonijs sacræ scri-  
 pturæ scitent. 211. B  
 Hæreses circa diuinitatem unde sint  
 ortæ. 85. A  
 Hæreses quomodo deprehendantur.  
 212. B  
 Hæreses quare Christus exoriri patia-  
 tur. 205. D  
 Hellanicus scriptor Græcus. 114. B  
 Heraclitus ignem dixit principium re-  
 rum omnium. 113. A  
 Hermetis de deo sententia. 121. B  
 Hieremias receptissimus est Prophe-  
 tarum. 2. D  
 Hieronymus maluit cum Origene er-  
 rare, quam cum alijs recte sentire.  
 208. D  
 Hieronymus Origeni iniquus fuit.  
 94. C  
 Hilarij de Tertulliano sententia. 209. A  
 Hippolitus Episcopus Arabum Me-  
 tropolis. 234. B  
 Homerus Iliadem suam ab errore au-  
 spicatus est aperto metricæ rationis.  
 116. B

Homerus

Homerus poëticam suam decorauit  
 Aegyptiacis disciplinis. 118. D  
 Homerus ab Orpheo quædam studi-  
 ose mutat. 116. A  
 Homerus Mosis Prophetæ historiam  
 legit. 115. C  
 Homeri de dijs opinio. 112. B. C. D  
 Homo dei quid sit in diuinis scriptu-  
 ris. 29. B  
 Homo dei quare dicatur. 225. C  
 Homo dicitur Christus. 91. D  
 Homo ex duobus conflatur. 157. D  
 Homo ex duabus substantijs subsi-  
 stit. 24. D  
 Hominis constitutio ex animo & cor-  
 pore. 207. A & 57. D  
 Hominem in Christo esse à deo indiu-  
 sum. 175. D  
 Hominem quemadmodum deus assu-  
 mpsit. 7. A  
 Homines ipsi sunt diligendi, non ho-  
 minum fortuna. 110. A  
 Homines à deo dicimur, non ex deo.  
 44. B  
 Honor indigno datus est luti ornamen-  
 tum. 182. A  
 Honorari deum de substantia nostra  
 quid sit. 184. D  
 Honorificari filium à patre quid sit.  
 89. A  
 Homuntionitarum hæresis. 8. A  
 Humana omnia in formam catenæ co-  
 hærent. 47. D  
 Humana omnia fiunt altrice spe.  
 183. B  
 Humana mens diuina ægre capit.  
 57. A  
 Humanae comparationes diuinis re-  
 bus non satis conueniunt ubique.  
 20. D  
 Humanitati Christi quædam peculia-  
 ria adscribuntur. 21. B  
 Humanitati Christi facta est adiectio,  
 nulla autem propter humanitatem  
 deitati. 37. A  
 Humiles uoces in Euangelio homini  
 conueniunt, sublimes deo. 235. D  
 Humiliter quædam dicta de filio in

Euangelio humanitati tribuuntur.  
 6. C  
 Hunicus rex Vuandalorum. 221. C  
 Hunicus frequenter usurpatur a Græ-  
 cis. 77. A  
 Hunicus tres Ariani in trinitate fin-  
 gunt. 22. C  
 Hyle. 49. D

**I**

**I**dea Platonica. 68. C  
 Idea Platonis ex Mose. 119. B  
 Idololatria nititur radicibus Magiæ.  
 105. B  
 Ieiunium afflictio animæ est. 92. D  
 Ieiunijs miscenda est Elecmosyna.  
 156. A  
 Ieiunia ad conuersationem angelicam  
 proxime accedunt. 108. C  
 Ignatius Episcopus & martyr Antio-  
 chenus. 234. A  
 Ignis pater dicitur. 142. C  
 Ignoramus quædam recte circa diuini-  
 tatem. 85. D  
 Ille me glorificabit, quia de meo acci-  
 piet, quomodo sit intelligendum.  
 138. D  
 Illuminator deus pater dicitur. 147. B  
 Illuxit deus pater. 147. C  
 Illyriciani hæretici. 53. A  
 Imago à similitudine differt. 46. A  
 Imagines deorum probat Origenes.  
 109. C  
 Imitatio semper est alienorum. 207. B  
 Immortalitatem amissimus post trans-  
 gressionem Adæ. 8. B  
 Immortalitatem multi commutant di-  
 uitijs. 79.  
 Immutabilem esse deum. 13. C  
 Imperat deus pater. 146. C  
 Imperfectum meum uiderunt oculi mei  
 quid sit. 136. D  
 Impiorum opera omnia polluta sunt.  
 215. A  
 Implere dicitur deus pater. 146. D  
 Inachus creditus est terrigena. 114. B  
 In principio erat uerbum, & uerbum

β 4 erat

Incarnatio duas naturas requirit. 232. D  
 In Christo apparet esse, id est pater.  
 55. D  
 In Christo tres esse creaturas. 46. B  
 Incrementum secundum naturam est.  
 84. D  
 Increpare nos dicitur deus. 144. D  
 Indici lapides unde tam magno asti-  
 mentur. 152. A  
 In diuinis omnia unum sunt, sed à pa-  
 tre. 44. A  
 Indiuisam esse naturā diuinitatis. 9. A  
 Initium quod & loquor uobis quomo-  
 do dictum sit à Christo ad Iudæos  
 interrogantes: Tu quis es? 134. B  
 Innocentius Episcopus. 220. C  
 In nomine patris, & filij baptizari,  
 quid, &, syllaba faciat. 133. B  
 In nomine patris & filij baptizari. 1. C  
 In nomine spiritus sancti quare nullus  
 uenisse dicatur. 5. B  
 In principio erat uerbum, & uerbum  
 erat apud deum, quomodo intelligen-  
 tur. 137. C  
 In spiritu & ueritate adorare quid sit.  
 31. C  
 Inspirare dicitur deus pater. 147. C  
 Inspiratum in faciem Adæ quid sit.  
 33. A  
 Instituendorū hæredum ratio. 193. D  
 Insufflare etiam pater dicitur. 146. D  
 Intelligere est in rei substantia stare.  
 60. A  
 Intelligere & uiuere eadem sunt, si sub-  
 stantiam respiciamus. 71. B  
 Intellectum dat pater deus. 147. A  
 Interpellator deus pater dicitur. 145. A  
 Interpretatio scripturarum hæreticos  
 prodit. 211. C  
 Inuisibilis pater dicitur. 144. B  
 Inuitis omnia sunt dura, ea etiam quæ  
 per se sunt leuissima. 202. A  
 Inuertibile quod sit. 245. C  
 Ioannis Antiocheni calumniæ de Cy-  
 rillo. 175. A  
 Iosephus sapientissimus historicorum  
 omnium. 114. C  
 Iosephus Iudaicam historiam scripsit.  
 114. B

Iubentis & facientis quomodo non sit  
 una potestas. 135. D  
 Iudæi filium Christum negant. 180. C  
 Iudæi unam personam diuinitatis asse-  
 runt. 25. C  
 Iudæi hanc uocem: Faciamus homi-  
 nem ad imaginem & similitudinem  
 nostram, deum ad Angelos locutū  
 fuisse asserunt. 8. A  
 Iudæi umbram habuerunt, nos autem  
 ueritatem. 131. A  
 Iudæi unum tantum deum credunt, sic  
 ut excludant filium. 77. A  
 Iudæorum infelicitas. 102. B  
 Iudicium dei. 67. A  
 Iudicat pater. 142. C  
 Iulius Episcopus Romanus epistolas  
 scripsit. 213. B  
 Iulianus Pelagianus. 212. D  
 Iuliani conuicia. 219. B  
 Iustus dicitur filius. 142. B  
 Iustitia quæ accipiatur à maioribus.  
 178. C  
 Iustini martyris uita. 111. D  
 Iustinianus proposuerat tres quæstio-  
 nes Ioanni Episcopo Rom. 238. A  
 Iustinus uestigia casualium uidit, qui-  
 bus Ptolemæus incluserat LXX in-  
 terpretes. 115. B  
 Iustini martyris monumenta. 111. B

## L

Lachrimarum natura, & causa.  
 237. B  
 Lachrimæ Christi super Lazarum tol-  
 lunt omnem suspensionem phantas-  
 matis. 22. D  
 Latere sterilis quæ non parit, quomo-  
 do intelligatur. 181. C  
 Laici alia est conditio atque presbyte-  
 ri. 132. A  
 Laico alia dicuntur quàm presbyteris  
 in Euangelio. 132. A  
 Lapis angularis appellatur Christus.  
 91. D  
 Latini non possunt assequi Græcæ lin-  
 guæ proprietatem. 60. C  
 Latini ciues qui sint habiti. 194. C  
 Latronis

Latronis conuersio ad deum. 216. B  
 Lazari mors gloriam dei operabatur.  
 87. D  
 Lex peccati in Paulo quæ sit. 172. A  
 Lex ad ultionem porrigebat gladium.  
 180. D  
 Lex Mosaica plus habuit indulgētia no-  
 stra, quàm Christus dedit. 180. D  
 Legi parendum tanquam duci uitæ.  
 106. D  
 Legem recte uiuēdi nemo præter deum  
 dare potest. 54. D  
 Leges publicæ Magos puniunt. 105. B.  
 & C  
 Leo appellatur Christus. 91. D  
 Leuitæ quales esse debeant. 182. A  
 Liberator deus. 144. D  
 Liberum arbitrium quale. 215. C  
 Libertatem quæ sequantur commoda.  
 194. C  
 Libertorum iura qualia. 194. C  
 Libidinosi non magnificiunt morum  
 pulchritudinem, sed potius corpo-  
 rum. 106. A  
 λόγος æqualis est & inferior patre. 43. D  
 λόγος est in quo, per quem omnia.  
 50. D  
 λόγος in occulto spiritus est. 43. D  
 λόγος esse imaginem dei. 51. A. & 62. A  
 λόγος paterna est potentia. 50. C  
 λόγος imago dei est ab æterno. 50. D  
 λόγος quid sit. 49. C  
 Loqui deum patrem. 146. D  
 Loqui quidlibet non semper liberum  
 est. 213. D  
 Lucas ad Theophilum Acta scribit.  
 182. C  
 Lucianistæ hæretici. 53. A  
 Lumen de lumine nusquam legitur in  
 scripturis. 60. B  
 Lumen esse in lumine. 61. D  
 Lumen uerum quare dicatur Christus.  
 59. B  
 Luminis uis. 71. B  
 Lunæ cursus intra quantum temporis  
 absoluitur. 108. D  
 Lunæ auctus. 108. D  
 Lux pater dicitur. 142. D  
 LXX interpretes Græcam pariter & La-

tinam linguam edocti erant. 115. B  
 LXX interpretum consonantia in uer-  
 tendo. 115. B  
 LXX interpretes à Ptolemæo singuli  
 singulis casulis inclusi sunt. 115. B  
 Lycis mira in uidendo uis. 94. A

## M

Machabæorum origo & familia.  
 81.  
 Machabæorum historia. 79. C. & 108. C  
 Magnus pater ubique dicitur. 142. D  
 Magorum munera qualia. 100. A  
 Mammea Alexandri mater Origenem  
 ad se propter ingenij admirationem  
 allexit. 208. C  
 Mandatum præcipuum legis est in dile-  
 ctione dei. 88. C  
 Mandat deus pater. 147. B  
 Manichæus spiritum sanctum à diuini-  
 tate separat. 180. C  
 Manichæus figurate dicit fuisse uerbum  
 in corpore. 36. C  
 Manichæi Christum phantasma gar-  
 riant uerius, quàm deum fuisse. 8. C  
 & 207. B  
 Manichæi deum uerum & hominem ue-  
 rum Christum non agnoscunt. 8. C  
 Manichæi Solicolæ. 7. D  
 Manichæorum hæresis. 179. D  
 Manifestator deus pater dicitur. 145. D  
 Marcellus hæreticus. 46. D  
 Marcellionis hæresis. 9. C  
 Marcionis hæresis. 7. D  
 Margarita appellatur Christus. 91. D  
 Maria dei genitrix. 149. D  
 Maria theotocos dicitur. 207. D  
 Mars à Diomedæ uulneratur. 112. C  
 Matthæi Euangelistæ coactitia conuer-  
 sio nihil relinquit loci libero arbitrio.  
 216. B  
 Mediatori Christo gemina inest signifi-  
 catio, dei & hominis. 7. B  
 Memnon Episcopus accusatur ab Ori-  
 entalibus seditionis. 167. C  
 Memnonis dialogus Platonis de reminis-  
 centia. 119. D  
 Mendaciorum finis interitus est. 100. D  
 Mens

Mens timore dei uallata omnia uincit. 108. C  
 Mensuram dare deum quid sit. 146. A  
 MISERICORDIA Christianis, est pro incunabilis. 201. C  
 Misericordia dei patris. 145. D  
 Mittam uobis spiritum ueritatis, quomodo declaretur. 138. A  
 Mittere dicitur deus pater. 146. B  
 Mittuntur saepe maiores a minoribus. 226. D  
 Missum esse filium quid sit. 226. D  
 Modestia dei patris. 146. A  
 Montes Hieremias dixit huius mundi potestates. 13. D  
 Mors peccato adscribitur, id est, corpori. 86. B  
 Mortis genera quot sint. 63. C  
 Mos sacre scripturae. 139. D  
 Moses Chaldaeo genere fuit oriundus. 114. C  
 Moses Aegyptia eruditione fuit praeditus. 114. C  
 Moses Graecis inuisus fuit. 118. A  
 Mosis historia omnia alia est antiquior. 115. A  
 Mosis parentes a Phoenicia migrabant ad Chaldaeos propter famem. 114. C  
 Moses primus apud nos legum lator. 114. A. & C  
 Multa usurpamus tanquam recta, quae in diuinis literis nequaquam reperitur. 60. C  
 Multa pulchre fiunt & cum laude, non tamen ex fide, & ideo bona opera non sunt habenda. 215. B  
 Mundare dicitur deus pater. 147. A  
 Mundi ornatus mirae uarietatis. 97. C  
 Munificentia & liberalitas dei erga homines. 92. A  
 Musaeus Episcopus Achaeorum. 110. D  
 Muta terra est corpus mortuum. 119. C  
 Mysteria circa diuinitatem non debent discuti. 14. A  
 Mysteria Paulus breuissime perstringit. 74. D

N

**N**asci quaedam tantum non sufficit, nisi perdurent aliquousque. 181. D

Nasea Lemnadi Episcopus. 101. C  
 Natura pro ueritate accipitur a Cyrillo. 156. A  
 Natura in Christo una saepe utraque exprimit. 232. C  
 Naturam humanam sequuntur passionnes. 179. A  
 Naturam humanam Theodoretus separatim non dicit deum. 155. B  
 Naturae in Christo quomodo discernantur. 173. D  
 Naturae in diuinitate quot sint. 2. B  
 Naturalis unitas qualis. 156. C  
 Negantes substantiam in deo. 50. B  
 Necessitati non subiacet quod secundum naturam est. 156. C  
 Nemo uenit ad patrem nisi per me, quomodo intelligat in Euangelio. 133. C  
 Nescire dominum quid sit. 104. D  
 Nestorius alias haereses insectabatur, ut suam fidem conciliaret. 205. D  
 Nestorius negat ex uirgine deum natum. 207. D  
 Nestorius duos asserit Christos. 207. D  
 Nestorius quaternitatem pro trinitate conatur introducere. 207. D  
 Nestorius discipulus fuit Diodori. 171. B  
 Nestorius duos filios credit. 174. A  
 Nestorius ex oue subito lupus euasit. 205. D  
 Nestorius sacramentum inhumanationis destruit. 165. A  
 Nestorius unitatem ponebat tantummodo dignitatis, non substantiae. 156. B  
 Nestorius quaedam scelerate dicta non inuenit, sed repetit ab alijs etiam dicta antea. 152. C  
 Nestorius propter assumptum uenerabatur assumptum. 149. A  
 Nestorius non admodum doctus fuit. 205. D  
 Nestorius unum quidem Christum dicit, tamen duos sentit re ipsa. 162. B  
 Nestorius naturas diuidit ab inuicem. 174. B  
 Nestorius Anthropomorphitas inducit. 231. B  
 Nestorij blasphemiam. 150. C  
 Nestorij fides. 151. A  
 Nestorij haeresis. 230. D

Nepenthes

Nepenthes obliuionem malorum omnium parit. 118. D  
 Nicenum Concilium spiritum sanctum a creaturis asseruit. 38. C  
 Nicenum Concilium propter Arium & pascha celebratum fuit. 38. A  
 Nicenum concilium fuit celebratum a CCCXVIII Episcopis. 37. D  
 Nicanae Synodi de spiritu sancto professio. 40. A  
 Nihil offert deo qui non ex fide offert. 186. C  
 Nomen patris in filio & spiritu sancto esse. 5. B  
 Nomina propria sunt in diuinis, cum interim una sit substantia. 4. B  
 Nomina autorum non sunt sollicitate indaganda, cum de profectu libri constat. 181. D  
 Non credere deo peccatum est mundi. 67. A  
 Non est bonus nisi solus deus quomodo intelligatur. 150. B  
 Non potest filius a se facere quicquam quomodo intelligatur. 127. A  
 Non ueni facere uoluntatem meam, sed eius qui me misit, quomodo intelligatur. 125. D  
 Nouatianus crudelem deum dixit, eum quod mallet mortem morientis, quam ut conuerteretur & uiueret. 211. A  
 Noue quidem, non tamen noua dicenda. 210. A  
 Noui homines qui. 110. B  
 Nouitas fugienda. 204. A  
 Nouitates profanae quae sint in Paulo. 210. D  
 Nouitates opprimenda sunt cum se proferunt. 212. B  
 Nouissima quaedam primo loco recensentur in sacra scriptura. 139. D  
 Nubes splendida quae dicitur in Euangelio. 26. A  
 Nullum praesidium ei erit, qui aliquid in amore deo praetulerit. 193. A  
 Numerus non est in diuinitate. 229. A  
 Nuptiae secundae admittuntur. 16. B

O

**O**dimus nos magis quam omnes hostes. 184. A  
 Odisse morbum primum est ad sanitatem

gradus. 136. A  
 Offendere pedem ad lapidem quid sit. 212. A  
 Ogiges creditus est terrigena. 114. B  
 Oleum defuisse fatuis uirginibus quid sit. 181. C  
 Omnes sibi melius malunt quam alijs. 193. B  
 Omnia genita ex motu genita sunt. 73. C  
 Omnipotens pater dicitur. 141. D  
 Omnipotens filius dicitur. 141. D  
 Omnipotens dicitur quoque spiritus sanctus. 141. D  
 Omnipotentem esse filium quibus scripturis probari possit. 227. A  
 ομοουσιον nomen ab Arianis excogitatum. unde sit dictum. 63. D (39. B)  
 ομοουσιον a scripturis ut alienum reiciendum est. 53. A  
 ομοουσιον nomen quid significare possit. 71. A  
 ομοουσιον nomen inuisum est Arianis. 39. D  
 ομοουσιον nomen in scripturis negant Ariani inueniri. 39. A  
 ον quid significet. 118. A  
 οντα quae dicant Graeci. 59. D  
 Operari quando dicatur filius. 42. A  
 Operatur filius. 142. C  
 Ophellus Episcopus Cleopatridis. 110. D  
 Oraculum de ueris cultoribus. 114. D  
 Ordo in diuinis. 76. C  
 Orientalium fidei professio. 167. D  
 Orientalium decreta contra Cyrillum. 167. C  
 Origenes daemones saluandos asserit. 103. B  
 Origenes animas in corpora detrudi uelut in exilium opinatur. 97. D  
 Origenes negat spiritum sanctum operari ea quae in anima sunt. 98. A  
 Origenes filium dei tantummodo ad rationabilia pertinere affirmat. 98. B  
 Origenes feminarium loquacitatis. 99. C  
 Origenes animam & filium dei unum esse dicit. 99. A  
 Origenes Hebraicam linguam calluit. 208. B  
 Origenes non uerba sed mella quaedam protulit propter miram dulcedinem. 208. B

Origenes

Origenes impugnatus est ab Apollina-  
ri, 96. D  
Origenes hydra hæreseon est, 97. B  
Origenes Porphyrij testimonio arcem  
eruditionis Alexandriæ cōdidit, 208. C  
Origenes iocum fecit & ludum ex Chri-  
stianismo, 102. D  
Origenes multos claros uiros erudiuit,  
208. C  
Origenes ipso Pilato est deterior, 103. C  
Origenes corpora humana ergastula  
quādā dixit, ut in quæ præcipites mit-  
terentur animæ, 105. D  
Origenes dei uirtutem metiebatur à re-  
bus creatis, sic ut diceret tot esse crea-  
turas à deo creatas, quot gubernare  
potuisset, 99. B & C  
Origenes omnes hæreticos uincit, 99. B  
Origenes Philosophorum pannos con-  
suere nixus est nouo Ecclesiæ uesti-  
mento, 97. C  
Origenes allegorijis suis & umbris sustu-  
lit ueritatem dīctorum, 97. C  
Origenes propter peccata intelligibiliū  
creaturarū dicit mundū cepisse, 97. C  
Origenes uim facit ueritati, 104. A  
Origenes Stoicorū dogmata transtulit  
in sacras literas, 103. D  
Origenes Christum pro dæmonibus pas-  
sum scribit, 103. D  
Origenes magiā non improbat, 105. A  
Origenes Philosophorū cōmenta deri-  
uauit in literas diuinas, 102. D  
Origenes suscitata corpora, rursus putat  
aliquando interitura, 104. C & 105. A  
Origenes Assyrijs fluminibus os ape-  
ruit, 104. B  
Origenes nullā philosophiæ partē igno-  
rauit, 28. B  
Origenes in Manichæi scita labi, 105. C  
Origenis error de angelis, 97. D  
Origenis error de prouidentia dei, 98. C  
Origenis libri corrupti, 208. D  
Origenis domus illustrata fuit marty-  
rio, 208. B  
Origenis mira eruditio, 208. B  
Origenis innumerabiles libri, 97. C  
Origenis error de creatione, 99. B  
Origenem aura popularis, cui studuit,  
sefellit, 104. C

Origenem quid ad hæreses compulerit,  
208. D  
Orpheus unum deū prædicauit, 120. D  
Osus Cordubensis Episcopus descendiit  
ab ea fidei regula, quæ Nicæa erat cō-  
scripta, 3. C  
Ostendere nobis dicitur quādā deus pa-  
ter, 146. A  
Ousia uel substantiis quo differant, 60. A  
Ousia pauci Græcorū usurpant, 77. A

P

**P**Acem dicitur & pater dare, 143. B  
Pacem habere in mundo est super-  
sedere disputationibus profanis, 89. A  
Pagani multos deos colunt, 77. A  
Palæmon historicus Mosis meminit,  
114. B  
Paracletus uox est uocis, 44. A  
Parum tutum est appetere, quod nostro  
modulo maius est, 179. A  
Pascha quo pacto rite celebretur, 101. B  
Passibilis & impassibilis Christi alia at-  
que alia fuit in Euangelijs oratio,  
36. A. & B  
Pastoris liber ab Arianis habetur in pre-  
tio, 38. D  
Pastoris liber de libero arbitrio aliquid  
habet, 215. C  
Pater operari dicitur, 142. C  
Pater & filius quemadmodum unus sit  
deus, 124. B  
Pater & filius quare duo dicantur, 59. C  
Pater in filio quemadmodū sit, 61. C  
Pater maior me est quemadmodum de-  
beat accipi, 125. B  
Pater glorifica nomen meū quid sit, 63. D  
Pater quomodo maior sit filio, 43. D  
Pater ut fons ad filiū ueluti flumen, 75. B  
Pater filio quomodo præponatur, 137. C  
Pater uerus deus filium uerum deū con-  
firmat, 89. D  
Pater quamobrem prius nominetur &  
deinde filius, 229. B  
Pater deus gloriæ dicitur, 143. C  
Pater quomodo tradiderit filium, 129. B  
Pater filio omnia subiecit quomodo in-  
telligatur, 229. C  
Pater iudex dicitur in scripturis, 142. B  
Pater fluuius dicitur, 143. A

Pater

Pater dicitur iustus, 142. B  
Pater motionem requiescētem habet,  
52. D  
Pater sanctificare dicitur, 143. C  
Pater in filio, & filius in patre potest di-  
ci, secundum personarum uarieta-  
tem, 5. A  
Pater nec uoluntate, nec necessitate ge-  
nuit filium, 23. A  
Pater maior me est, quomodo intelli-  
gatur, 227. B  
Pater prima actio est, & per se, 50. C  
Patris omnia esse etiam filij, 89. B  
Patris nomen, 137. C  
Patri proprium est quiescere, 48. C  
Patri soli sacrificatum fuisse, & non fi-  
lio, quomodo intelligatur, 133. D  
Patripassiani unde sint dicti, 53. C  
Patripassiani substantiam Christi pas-  
sam affirmant, 52. C  
Patripassiani omnia quæ nos filio attri-  
buimus patri adscribunt, adeo ut &  
passum dicant & mortuum, 53. B  
Patripassianorum hæresis, 44. A  
Patrem non conuersum in carnem, sed  
filium, cum tamen unum sint, 131. B  
Patrem tantum Prophetis apparuisse,  
& non filium quoque, quid signifi-  
cet, 133. A  
Patrem filium hominibus reuelasse,  
129. A  
Patrem à mortuis suscitasse filiū quid  
sit, 129. D  
Patrem deum esse, 141. D  
Patrem spiritum appellari, 2. A  
Patrem clarificasse filiū quid sit, 127. C  
Patrem in filio cognosci, 46. D  
Patrem testimoniū præbere filio quid  
sit, 127. D  
Patrem glorificari in filio quomodo  
intelligatur, 63. D  
Patrem frustra credimus, nisi & filium  
confiteamur, 89. C  
Patrem dominum esse, 141. D  
Patrem sanctificasse filium quomodo  
intelligatur, 130. C  
Patrem dedisse filio potestatem facien-  
di iudicij quid sit, 126. C  
Patrem reuelasse hominibus filium  
quid sit, 129. A

Patrem non imperasse filio ut faceret  
creaturam, 227. D  
Patrem filium fecisse, filium uero o-  
mnia, quomodo intelligatur, 136. A  
Patrem inhabitare lucem inaccessibi-  
lem, 136. C  
Patrem non esse deum spiritui sancto,  
139. D  
Patrem de filio testari quid sit, 87. A  
Patrem testificari legimus de filio,  
145. C  
Paulus optimus est sui interpres, 85. C  
Paulus Emeſenus, 172. C  
Paulus solus post discessum Christi  
Christum uidit, 66. D  
Pauli Samosatæ hæresis, 48. D  
Paulinus Tyri Episcopus Arium se-  
quitur, 40. D  
Paupertas temporaria leuior illa æter-  
na, quam ipsa etiam diuitiæ concil-  
liant, 183. D  
Paupertas sponte suscepta Christianos  
deceat, non quælibet alia, 194. A  
Paupertas Christi unde æstimanda sit,  
163. C  
Paupertas Presbyterorum spontanea,  
182. A  
Peccatores sibi blandiuntur, 201. C  
Peccandi finem nonnunquā facit im-  
possibilitas, 185. D  
Pecora Gentiles sunt, quorum sensus  
erga cognitionem dei obbrutuerūt,  
13. D  
Pecuniæ studium sollicitudinē affert,  
& insomnes noctes, 110. B  
Pelagius nimium tribuit libero arbitrio,  
211. A  
Pelagianorum superbia, 205. C  
Perfectus dicitur filius, 142. B  
Perfectus homo à Christo assumptus  
est, 97. B  
Perfectus dicitur pater in scripturis,  
142. B  
Perfecta sanitas est bene agere, 185. C  
Perfecta nesciunt mutationum uices,  
77. C  
Permixtio nulla est diuinarum natu-  
rarum in diuinis, 157. D  
Personæ in diuinis, 2. D  
Personæ in diuinis alterius, alia est etiā  
proprietas

proprietates. 54. D  
 Personæ quemadmodum sint in diuinitate discretæ. 10. C  
 Pestis maxima Christianorum est auaritia. 185. A  
 Petrus Episcopus Alexandrinus. 215. B  
 Petri fides, non corpus super aquas ambulauit. 94. A  
 Petradicitur Christus. 91. D  
 Phamenoth. 106. B  
 Pharmuthi mensis. 106. B  
 Philippus presbyter Romanus. 175. B  
 Philippus Imperator primus inter Principes Romanos Christianus fuit. 208. C  
 Philo Iudaicam historiam in literas contulit. 114. B  
 Philo sapientissimus omnium historicorum. 114. C  
 Philocharus Græcus scriptor. 114. B  
 Philosophi tria capita dicebant in diuinis inter se coherentia. 15. D  
 Philosophi quidam tanquam Sirenes à ueritate abducunt eloquentia sua. 120. D  
 Philosophi circæ diuinas hallucinantur. 83. D  
 Philosophorum de principijs rerum mira dissensio. 113. A  
 Philosophiæ professio est in ueritate inquirenda. 120. C  
 Philosophorum de anima opiniones. 115. D  
 Photinus in Pannonijs uixit. 206. A  
 Photinus doctissimus uir fuit. 206. A  
 Photinus Græcos & Latinos libros scriptos posteris reliquit. 206. A  
 Photinus purum hominem filium dei dixit. 45. B. & 46. C  
 Photinus Christum non semper cum deo patre fuisse à principio gannit. 8. B  
 Photinus Christum uerum deum negat. 8. A  
 Photinus quaternionem pro trinitate induxit. 53. D  
 Pietas omnium uirtutum caput est. 106. B  
 Placere deo patri. 147. A  
 Plato circa principia rerum est uarijs, sibiq; parum constat. 115. D  
 Plato Homerum contemnit. 117. D  
 Plato à Mose edoctus est. 117. D  
 Plato Mosis scriptra legit. 115. C  
 Plato Aristotelis præceptor. 115. A  
 Plato deum opificem, non creatorem uocat. 117. B  
 Plato è Prophetis multa hausit. 120. A  
 Plato cælorum dissolutiones dicit futuras. 120. A  
 Plato tripartitam animam fingit. 115. D  
 Plato sancti spiritus meminit, alio tamen nomine. 119. D  
 Plato abstinuit à nomine Mosis. 117. A  
 Plato quæ recte hauserat in Aegypto ex industria mutat, ueritus exemplum Socratis, quicicutam bibere coactus erat. 116. C  
 Plato quædam disseruit sumpta à Mose, quæ tamen uoluit uideri propria. 117. A  
 Platonis de infernalibus pœnis sententia. 118. C  
 Platonis de dijs sententia. 113. B  
 Platonis sententia de principijs rerum. 113. C  
 Plena Christi humanitas est. 207. A  
 Plenitudo diuinæ trinitatis. 1. B  
 Pœnitentia erroris est magnus gradus ad resipiscentiam. 179. C  
 Poëtarum de dijs opiniones. 112. B  
 Ponere animam & resumere quid sit. 65. C  
 Porphyrius Origenis fama excitus, scribit se Alexandriam uenisse. 208. C  
 Potens pater dicitur. 141. D  
 Potens filius dicitur. 141. D  
 Potentia dei eadem est quæ substantia. 51. B  
 Potentiam & dignitatem accipiebat. 43. A  
 Præcognoscentia dei. 73. B  
 Prædicat deus pater. 146. B  
 Præfecti fiunt ex Imperatoribus. 26. A  
 Præsepe Christi humile diuini sermonis genus significat. 100. A  
 Presbyterorum qualis uita esse debeat. 182. A  
 Primitiua ecclesiæ puritas obsoleuit. 183. A

Primoge

Primogenitus cum Christus appellatur, natura hominis offenditur. 10. A  
 Princeps dicitur pater. 142. A  
 Princeps filius dicitur in scripturis. 142. A  
 Priscillianus deum autorem malorum dixit. 211. A  
 Probare dicitur deus pater. 145. C  
 Processio spiritus sancti cuiusmodi sit. 25. D  
 Processio diuinarum rerum. 59. A  
 Processio spiritus sancti hominibus incognita est. 23. D  
 Proclus Constantinopolitanus. 175. C  
 Professio religionis quid sit. 182. B  
 Prophetæ olim Videntes appellabantur. 104. B  
 Proprietatem olim parentes relinquebant bonorum filijs secularibus, reliquias uero tantum usum fructum. 194. B  
 Protegere nos deus pater dicitur. 146. B  
 Prudentia quæ intelligatur à ueteribus. 178. C  
 Prudentia animi non recte dicitur anima, nedum Christi anima prudentia carnis dici potest. 96. C  
 Prudentiam carnis esse mortem. 64. D  
 Prudentiam carnis quidam animam Saluatoris dicunt. 96. C  
 Ptolemæus Mindesius meminit Mosis. 114. B  
 Ptolemæus Aegypti rex Alexandria instructissimam bibliothecam adornaui. 115. A  
 Pugna deorum Gentilium. 112. D  
 Purpura imperatoris fuit dignitatis. 26. A  
 Pythagoras philosophiam suam symbolis quibusdam exposuit. 116. B  
 Pythagoras Samius numeros, commensurationesq; & ex hijs harmonias dixit principium rerum. 115. A  
 Pythagoræ de uno deo opinio. 116. C  
 Pythagoræ unio. 116. B

Q

Quadragesimæ ieiunium quale fuerit olim. 106. D  
 Quadragesimæ obseruatio, & quo die incipiat. 101. C

Quale prius est qualitate. 42. C  
 Quaternionem nonnulli pro ternione inueniunt. 36. D  
 Quædam ut intelligantur aliter accipiuntur quam sunt se ipsa. 68. C  
 Quædam à Christo sic dicuntur, ut humanitati accomodentur, quædam diuinitati. 86. A  
 Quædam sunt eadem & alia. 54. C  
 Quæ ego loquor sicut dixit mihi pater sic loquor, quomodo intelligatur. 126. A  
 Quidam pro diuinitate animam in Christo fuisse affirmant. 96. B  
 Qui me misit maior me est, quomodo intelligatur. 6. A  
 Quo tempore missus sit Christus à patre. 9. A  
 Quo quisque doctior habitus est antiquitus, hoc citius inolescenti nouitati occurrit. 204. A

R

Rationale. 46. A  
 Reciproca est uirtus mittentis & missi. 9. D  
 Rectus dicitur pater. 144. A  
 Redimere peccata misericordijs quid sit. 186. D  
 Refellimus quædam non sine piaculo, quæ tamen sunt absurdissima. 205. C  
 Regenerare dicitur pater. 143. D  
 Regenerare quid sit. 228. B  
 Regius morbus præcipue commendatur hominum misericordiam. 106. B  
 Regnare dicitur deus pater. 145. B  
 Religio Christiana non in uerbis, sed in rebus, & operibus uersatur. 120. B  
 Religio nobis ducatum præbet, non nos religioni. 204. B  
 Religio quid sit. 182. B  
 Religio Christiana non nititur diuitijs. 183. D  
 Religionis titulo à religione uera multi sunt alieni. 199. A  
 Religionis prætextus ex cultu corporis. 200. C  
 Relinquimur à sceleribus, non relinquimus nonnunquam senio. 185. D

Renouare

Renouare dicitur deus. 144. C  
 Repletos nos esse in Christo quid sit  
 in Paulo. 85. B  
 Requiem dat pater. 143. D  
 Respicit pater deus. 147. A  
 Responsum ratio pendet ex interro-  
 gatione. 86. C  
 Resurgemus omnes in uirum perfectum  
 qui est Christus. 93. A  
 Resurgentium aetas. 93. B  
 Resurrectio diuersitatem sexus etiam  
 seruabit, contra quosdam. 92. D  
 Resurrectio futura est non tantum ani-  
 marum, sed & corporum humano-  
 rum. 16. B  
 Resurrectio mortuorum cuiusmodi sit  
 futura in die iudicij. 92. D  
 Resurrectionis nomen. 93. C  
 Resuscitare legitur pater. 144. B  
 Rete appellatur Christus. 91. D  
 Retributor deus pater dicitur. 146. D  
 Reuelare dicitur deus pater. 143. C  
 Rex pater dicitur. 142. A  
 Reges quidam Arianis fauebant. 123. A  
 Romanae ecclesiae autoritas. 204. B  
 Rubicundus fratruelis in Canticis.  
 93. D

**S**

**S**abatius Episcopus Erethri. 101. C  
 Sabellius patrem natum, incarna-  
 tum, & passum affirmat. 11. D  
 Sabellius unitatis trinitatem confudit.  
 211. A  
 Sabellius spiritum sanctum eundem  
 esse dixit qui est filius. 33. D  
 Sabellius trinitatem credit unius esse  
 personae. 175. C  
 Sabelliani tres personas in unitate non  
 credunt. 222. D  
 Sacerdos dicitur Christus. 170. A  
 Sacrificium laudis cuiusmodi sit. 227. A  
 Saluare dicitur pater. 144. A  
 Saluatoris animam non exinanuisse  
 se. 98. D  
 Samaritana aqua in Euangelio munda-  
 nam animam significat. 68. D  
 Sanctus pater dicitur in scripturis. 142. A  
 Sanctus filius in scripturis dicitur.  
 142. A

Sanctus spiritus dicitur in scripturis  
 142. A  
 Sanctus nemo satis est. 180. B  
 Sancti semper sunt de salute solliciti.  
 180. B  
 Sancti quidam se non putant debito-  
 res dei. 180. A  
 Sanctificat filius. 143. C  
 Sapientia in exitu canitur, quid sit in  
 Solomone. 199. B  
 Sapientia aliud est & id quod sapit. 96. D  
 Sapientia uocatur Christus. 91. C  
 Sapientia Christianorum est amor & ti-  
 mor. 199. C  
 Satanam non fecisse mundum, licet pec-  
 cati omnis sit autor & caput. 16. B  
 Sauchnis secundus legumlator a Mo-  
 se. 114. C  
 Scala Jacob cuiusmodi fuerit, & quid  
 significet. 95. D  
 Scientia absque opere irrita est. 100. C  
 Scientia diuinorum contemptum gi-  
 nit humanorum. 71. D  
 Scripturae diuinae summa est perspicui-  
 tas. 90. C  
 Scrutari spiritum sanctum arcana quid  
 sit. 138. D  
 Scrutari deum patrem legimus. 145. B  
 Scythia frigoribus damnata, multos ta-  
 men uiros ingenio pollentes protu-  
 lit. 170. D  
 Securitas perniciofa. 201. D  
 Semina terra edere innocentes olim  
 solebant Christiani a carnibus tem-  
 perantes sibi. 108. B  
 Semina uirtutum non inesse nostrae na-  
 turae. 214. D. & 216. C  
 Semper quid sit. 103. C  
 Sempiternum esse filium. 23. C  
 Sensum Christi nos habere quid sit in  
 Epistola Pauli ad Corinthios. 29. C  
 Sepelitur caro Christi, non deus. 21. C  
 Seraphin circumstare solium dei. 119. C  
 Sefochis tertius a Mose legumlator fu-  
 it. 114. C  
 Seuerianus Episcopus Gabalorum.  
 236. B  
 Si noueramus Christum secundum car-  
 nem, sed iam non nouimus, quid sit  
 in Paulo. 134. C

Sibylla

Sibylla Cumana ubi oracula cecinerit.  
 120. D  
 Sibylla Cumana Berosi filia. 120. D  
 Sibyllae non fuerunt metricae legi addi-  
 ctae. 121. A  
 Sibyllina carmina quare mensura legi-  
 tima careant. 121. A  
 Sicut me misit uiuus pater, & ego ui-  
 uo propter patrem, quomodo intel-  
 ligatur. 137. A  
 Sicut pater habet uitam in seipso, sic de-  
 dit filio uitam habere in semetipso,  
 quomodo accipiendum sit. 136. B  
 Sicut me misit uiuens pater, quomodo  
 intelligatur in Euangelio. 165. C  
 Signare dicitur deus. 144. C  
 Signatum est super nos lumen uultus  
 tui, quid sit in Dauide. 32. D  
 Signaculum uultus domini quid sit.  
 32. D  
 Significare dicitur deus pater. 147. C  
 Simile. 47. A  
 Similia omnia aliqua ratione possunt  
 esse & dissimilia. 52. B  
 Similis substantiae non est filius cum  
 patre. 44. A  
 Similitudo substantiam non significat.  
 46. C  
 Similitudo in rebus diuinis nulla inue-  
 nitur. 41. B  
 Similitudo qualitate efficitur. 49. A  
 Simon magus. 211. A  
 Sisyphi apud inferos cruciatus. 118. D  
 Socrates ob id sapiens est habitus, quod  
 se ignorare simularet. 120. C  
 Socrates se nihil scire fatetur. 120. C  
 Socrates Platonis praceptor fuit. 115. A  
 Socratis ironia. 120. C  
 Sol & luna oculi sunt mundi. 95. D  
 Solennitas domus Iudae. 106. C  
 Solis cursus intra quantum temporis  
 perficiatur. 108. D  
 Solon attulit literas in Graeciam ex Aegy-  
 pto. 115. A  
 Solon sapientium sapientissimus. 115. A  
 Solonis dictum; Ante obitum nemi-  
 nem esse felicem dicendum. 199. B  
 Solum patrem in fidelibus adorari, quo-  
 modo intelligatur. 135. A  
 Sophoclis de deo sententia. 116. B

Spes quae sit. 178. C  
 Spiritus oris in Dauide quis sit. 2. C  
 Spiritus a filio accipit, filius uero a pa-  
 tre. 56. B  
 Spiritus quare sit sanctus cognomina-  
 tus. 66. B  
 Spiritus a me procedit, & omnem fla-  
 tum ego facio, quomodo intelligen-  
 tur. 139. B  
 Spiritus dei in Paulo quis intelligen-  
 tur. 44. D  
 Spiritus sanctus pacem donare dicitur.  
 143. B  
 Spiritus sanctus liberator noster est.  
 144. D  
 Spiritus sanctus congregator dicitur.  
 144. D  
 Spiritus sanctus creator, & non creatu-  
 ra est. 28. C  
 Spiritus sanctus etiam uerbum dei pa-  
 tris dicitur. 143. A  
 Spiritus sanctus ostendere quaedam le-  
 gitur. 146. A  
 Spiritus sanctus potens etiam dicitur  
 quemadmodum pater. 141. D  
 Spiritus sanctus dat uitam aeternam si-  
 cut filius. 143. A  
 Spiritus sanctus scrutator dicitur. 145. B  
 Spiritus sanctus apparere dicitur. 147. B  
 Spiritus sanctus eligit. 145. B  
 Spiritus sanctus Regis nomine insi-  
 gnitur. 142. A  
 Spiritus sanctus probat nos. 145. C  
 Spiritus sanctus uocator dicitur. 145. D  
 Spiritus sanctus quaedam constituit.  
 145. D  
 Spiritus sanctus adiuuator legitur.  
 143. B  
 Spiritus sanctus uerus doctor noster.  
 146. C  
 Spiritus sanctus mādare dicitur. 127. B  
 Spiritus sanctus unctor dicitur. 144. D  
 Spiritus sanctus aedificat perinde ut  
 Christus. 145. A  
 Spiritus sanctus charitatis nomen etiam  
 habet. 143. A  
 Spiritus sanctus illuminator. 147. B  
 Spiritus sanctus renouat. 144. C  
 Spiritus sanctus respicere dicitur.  
 147. A

Spiritus sanctus implet nos. 46. D  
 Spiritus sanctus etiam fontis cognomē  
 habet. 142. B  
 Spiritus sanctus ueritas quoque est. 147. B  
 Spiritus sanctus retributor noster.  
 146. D  
 Spiritus sanctus quomodo sit lucifero  
 comparatus in Psalmo. 141. A  
 Spiritus sanctus rectus appellat. 144. A  
 Spiritus sanctus protector noster est.  
 146. B  
 Spiritus sanctus mittit. 146. B  
 Spiritus sanctus aduocatus noster est.  
 145. A  
 Spiritus sanctus manifestat quaedam.  
 50. B  
 Spiritus sanctus fortis etiam dicitur.  
 142. C  
 Spiritus sanctus iustus dicitur. 142. B  
 Spiritus sanctus iudex etiam in scriptu-  
 ris dicitur. 142. B  
 Spiritus sanctus illuxit quoque nobis.  
 Spiritus sanctus arcanorum reuelator  
 est. 143. C  
 147. C  
 Spiritus sanctus increpat nos. 144. D  
 Spiritus sanctus praedicat quaedam. 146. B  
 Spiritus sanctus etiam iudicare dicitur.  
 142. C  
 Spiritus sanctus princeps dicitur in scri-  
 pturis, quemadmodum pater & fi-  
 lius. 142. A  
 Spiritus sanctus nulla re patre est mi-  
 nor. 141. B  
 Spiritus sanctus in scripturis excelsus  
 cognominatur. 142. C  
 Spiritus sanctus uerus dicitur. 142. B  
 Spiritus sanctus dux dicitur. 145. C  
 Spiritus sanctus resuscitator dicit. 144. B  
 Spiritus sanctus regenerare dicitur.  
 143. D  
 Spiritus sanctus insufflat. 146. D  
 Spiritus sanctus passim etiam magnus  
 dicitur. 142. D  
 Spiritus sanctus inspirator est noster.  
 147. C  
 Spiritus sanctus etiam operari dicitur.  
 142. C  
 Spiritus sanctus gaudium dare legitur.  
 143. D

Spiritus sanctus perfectus dicit. 142. B  
 Spiritus sanctus confortator noster di-  
 citur. 144. A  
 Spiritus sanctus appellatur benedictus  
 144. A  
 Spiritus sanctus credentes signat. 144. C  
 Spiritus sanctus ignis appellatur in scri-  
 pturis. 142. C  
 Spiritus sanctus testificator dicit. 145. C  
 Spiritus sanctus dat intellectum. 147. A  
 Spiritus sanctus lux etiam dicitur. 142. D  
 Spiritus sanctus etiam fluuij cognomē  
 habet. 143. A  
 Spiritus sanctus uiuificator dicitur.  
 144. B  
 Spiritus sanctus mundat nos. 147. A  
 Spiritus sanctus arguit nos. 144. C  
 Spiritus sanctus benedicit. 143. D  
 Spiritus sanctus castitatis humanae au-  
 tor est. 145. A  
 Spiritus legitur habitare in cordibus  
 nostris. 145. A  
 Spiritus sanctus sanctificare dicitur.  
 143. C  
 Spiritus sanctus interpellat quoque pro  
 nobis. 145. A  
 Spiritus sanctus a patre & filio quomo-  
 do processerit. 140. B  
 Spiritus sanctus ubique est. 144. D  
 Spiritus inuisibilis. 144. B  
 Spiritus sanctus consolator dicit. 143. B  
 Spiritus sanctus mensuram dat nobis  
 etiam. 146. A  
 Spiritus sanctus saluator etiam dicitur  
 144. A  
 Spiritus sanctus etiam creator dicitur.  
 145. C  
 Spiritus sanctus significare dicitur.  
 147. C  
 Spiritus sanctus deus gloriæ dicit. 143. C  
 Spiritus sanctus requiem donat. 143. D  
 Spiritus sanctus quemadmodum situ-  
 nus cum patre & filio. 11. A  
 Spiritus sanctus imperator dicit. 146. C  
 Spiritus sancti donum. 146. D  
 Spiritus sancti gratia. 144. B  
 Spiritus sancti quæ sit origo. 140. A  
 Spiritus sancti fides. 146. B  
 Spiritus sancti misericordia perinde ut  
 Christi dicitur. 145. D

Spiritus

Spiritus sancti potestas. 18. D  
 Spiritus sancti digitus. 146. B  
 Spiritus sancti modestia. 146. A  
 Spiritus sancti disciplina. 146. C  
 Spiritus sancti doctrina quæ sit. 143. C  
 Spiritus sancti Euangelium. 147. C  
 Spiritus sancti dilectio erga homines.  
 144. A  
 Spiritus sancti templum est homo.  
 145. D  
 Spiritus sancti etiam uirtus dicitur pas-  
 sim. 142. D  
 Spiritui sancto cognomentū boni da-  
 tur. 142. D  
 Spiritui sancto placere. 147. A  
 Spiritum ueritatis accipere quid sit.  
 66. D  
 Spiritum Prophetarum Prophetis sub-  
 iectum esse quid sit. 138. C  
 Spiritum spirare. 68. D  
 Spiritum sanctum doctorem habet re-  
 cte fideles. 41. D  
 Spiritū sanctū peccata dimittere. 141. B  
 Spiritū sanctum esse uiuificatorem. 228. C  
 Spiritum sanctum propria esse uolun-  
 tatis & omnipotentem, quibus scri-  
 ptis declarari possit. 228. C  
 Spiritum sanctum esse deum. 228. A  
 Spiritum sanctum esse creatorem. 228. B  
 Spiritum sanctum a se locutum esse. 139. A  
 Spiritum sanctum ubique esse. 140. D  
 Spiritum sanctum cognosci. 145. B  
 Spiritum sanctum regnare in nobis.  
 145. B  
 Spiritum sanctum loqui. 146. D  
 Spiritum sanctum esse dominū. 141. D  
 Spiritum sanctum non esse creaturam.  
 24. A  
 Spiritum sanctum hæretici seruū men-  
 tiuntur. 32. B  
 Spiritum sanctum deum esse. 141. D  
 Spiritum sanctum matrem Christi di-  
 ci. 56. D  
 Spiritum sanctum uenisse in Apосто-  
 los filij insufflatione quid sit. 139. A  
 Spiritales a spiritu sancto dicimur. 29. B  
 & 66. B  
 Stare in substantia domini quid sit. 77. B  
 Stellas differre a stellis in claritate quid

fit. 93. A  
 Stephanus Episcopus Romanus.  
 204. B  
 Stephanus primitiæ martyr. 31. A  
 Stultum est, maiorum dictis nihil pati  
 accedere quod non repugnet. 59. C  
 Sublimia deo conueniunt, humilia ho-  
 mini. 235. D  
 Substantia motu est prior. 62. D  
 Substantia est quæ in alio non est. 49. A  
 Substantiæ nomen non esse in scriptu-  
 ris, sed a substantia deriuata. 49. B  
 Substantiæ nomen quidam fugiunt.  
 68. A  
 Substantiæ uerbum in scripturis saepe  
 reperiri. 59. C  
 Substantiam & substantentiam differre  
 inter se. 60. A  
 Substantiæ nomen in scripturis. 57. B  
 Substantiæ tres in una substantia. 60. A  
 Subscriptionum mos apud ueteres Epi-  
 scopos. 40. A  
 Sues in cæno uolitantur. 135. D  
 Summus deus quomodo sit. 1. D  
 Superior natura in inferiorem descen-  
 dere potest, non autem è diuerso. 84. D  
 Sydera antequam crearentur in hunc usum  
 non erant absque corporibus. 97. C  
 Synodus Nicæna uelut trophæum quod-  
 dam est, ad perpetuam memoriam  
 Arianae cladis. 35. B  
 Synodus Romæ celebrata. 148. A.  
 & 35. B  
 Synodus in Thracia contra Nicænam  
 facta est. 40. A  
 Synodus Constantinopoli contra Ni-  
 cænam fit. 40. A  
 Synodus in Isauria contra Nicænam fa-  
 cta. 40. A  
 Synodus Nicæna propter Arium est  
 habita. 35. B  
 Synodus Nicæna contra Arium. 48. C  
 Synodus Antiochia contra Nicænam  
 facta. 40. A  
 Synodus in Hispania celebrata. 35. B  
 Synodus in Sirmio contra Nicænam  
 fit. 40. A  
 Synodus Palæstinorum Episcoporum  
 condemanuit Pelagium. 220. C  
 Synodus celebrata in Gallia. 35. B

## T

**T**alentum cuique traditum custo-  
diendum. 210. A  
Tallus res Atticas descripsit. 114. B  
Tantalus apud inferos cruciatus. 118. D  
Tempus cum cœlo factum dicit Pla-  
to. 120.  
Tempus fuisse antequam à patre filius  
nasceretur, quomodo intelligendū  
sit. 126. C  
Temperantia quæ dicatur à ueteribus.  
178. C  
Temperamentū nullum esse in Chri-  
sto. 154. D  
Templum dei dicitur homo. 145. D  
Tentatio Christi in deserto. 169. D  
Tertullianus Latinorū omnium prin-  
cipis. 208. D  
Tertullianus Montani somnia probat.  
209. A  
Tertulliani eruditio & laus. 209. B  
Testatorum uerba quibus hæredes in-  
stituebant. 195. A  
Thales Milesius primus naturalem  
philosophiam esse exorsus. 113. A  
Thales Milesius ex aqua omnia gigni  
dicit. 113. A  
Thales philosophiam suam hausit ex  
Homero. 113. C  
Theodorus Episcopus. 175. C  
Theodoretus naturas uidetur diuidere  
158. B  
Theodoretus naturā dicit causam esse  
necessitatis, ita ut quod fiat naturali-  
ter, necesse sit fieri. 155. C  
Theodoretus Cyri Episcopus. 152. A  
Theodoretus Christum deiferum ho-  
minem dicit. 158. D  
Theodoretī summa eloquentia. 152. B  
Theodosius & Valentianus pacem  
inter Episcopos frustra cōciliare stu-  
dent. 167. C  
Theophilus quid sonet. 182. D  
Theophilus de Origene triumphauit.  
94. C  
Theophilus Alexandrinus. 213. B  
Theophilus quidam ad quem sunt scri-  
pti libri Athanasij. 18. A  
Theophili liber qualis sit. 94. D

Theophilum Alexandrinum Cyrillus  
secutus est. 252. A  
Thefaurus dicitur Christus. 91. D  
Thefauri ueri qui sint. 183. C  
Thefaurorum duo genera. 184. B  
Thefaurizare in nouissimis diebus quod  
sit. 185. B  
Timæus Platōis elaboratū opus. 117. A  
Timotheus quid sonet. 182. D  
Timotheus Episcopus quos fuerit. 181. D  
Timothei argumentum. 182. A  
Tityi poena apud inferos. 118. D  
Tractatores olim qui nunc Doctores.  
212. C  
Transeat à me calix iste quomodo in-  
telligatur. 129. B  
Tres quomodo unum sint, & unum  
tres. 5. D  
Tria sunt in homine. 92. C  
Tria sunt quæ aut ad bona, aut ad ma-  
la nos iuducunt. 92. C  
Trium pucrorum historia in camino.  
108. B  
Tu solus altissimus super terram, de  
quo dictum intelligatur. 134. B

## V

**V**alens hæreticus. 37. D  
Valens & Ursatius reliquias Arii  
48. D  
Varimadus Arianus. 123. A  
Vbi que est deus. 144. D  
Venalios errores quidam circunse-  
runt. 205. A  
Venus à Diomede uulneratur. 112. C  
Veneris aureæ lucus in Aegypto. 118. D  
Venter effundens flumina aquæ uiuen-  
tis, dicitur de homine accipiente spi-  
ritum. 42. D  
Vera manifesta non sunt accuratius cō-  
firmanda, ne faciant suspicionem fal-  
si. 35. D  
Verberones famulos dicimus. 100. C  
Verbum omnibus præstare uitā. 41. D  
Verbum filius est in diuinis. 2. C  
Verbum carnē factum quomodo in-  
telligatur. 36. C  
Verbum non est eiusdem cum corpo-  
re substantiæ. 36. A

Verbum

Verbum esse uitam. 64. D  
Verbum dei non est in homine com-  
muni. 148. D  
Verbum uocatur Christus. 91. C  
Verbi & carnis una est persona. 25. A  
Verbi diuinitas quibus probetur scri-  
pturis. 228. D  
Verbo domini cœlos esse firmatos quod  
sit. 2. C  
Verba nos destituunt circa maxima re-  
rum diuinarum tractanda. 59. B  
Verus dicitur pater. 142. B  
Verum filium esse. 4. C  
Veros adoratores in spiritu & ueritate  
adorare quid sit. 31. C  
Veritas deus pater est. 147. B  
Veritas nuncupatur Christus. 91. D  
Vetera transierunt, ecce noua facta sunt  
omnia, quomodo intelligendum.  
186. D  
Veterum doctissimi quique in Aegy-  
pto fuerunt. 115. C  
Via dicitur Christus. 91. 4  
Victoris Episcopi professio fidei. 221. C  
**V**ICTORINI confessio de fide sua.  
54. A  
Victorini Afri uita è diuo Hierony-  
mo. 40. C  
Victorinus Afer uixit tempore Con-  
stantij Imperatoris. 61. A  
Videre Christum est scire dei filium esse.  
63. A  
Videre etiam turbida quieti officit, nō  
modo si assis. 183. C  
Visus non est sine intelligentia. 63. C  
Viduae ueræ quæ sint. 181. B  
Viduarum duplex est ordo. 181. B  
Vincentius Lirinensis Monachus fuit.  
202. D  
Vincentij liber sub Peregrini nomine.  
202. C  
Vincenij Lirinensis uita. 202. C  
Vini usus in quadragesima ueteribus  
erat incognitus. 102. A  
Virginum status qualis esse debeat.  
181. C  
Virtus & miraculorum efficacia deum  
ostendebat, quem facies hominem  
indicabat. 109. A  
Virtus patris dicitur. 142. D  
Virtus uocatur Christus. 91. C  
Virtus dicitur etiam filij. 142. D  
Virtutis nomen aliter acceptum est à  
Gentilibus atq; Christianis. 148. B  
Virtutis quatuor species dicuntur.  
178. C  
Vita quæ est Christus quo pacto sit.  
quod uocatur deo. 52. B  
Vita spe alitur. 183. B  
Vita dicitur Christus. 91. D  
Vita æterna quæ sit. 89. B  
Vita spiritus non est eiusmodi, qualis  
est nostra, aut ceterorum animaliu-  
um. 68. B  
Vita æternorum alia est quàm nostra.  
74. A  
Vitæ finem pleriq; propinquitatibus  
donant, tanquam priorem uitam do-  
nauerint deo. 199. A  
Vitam æternam dat pater. 143. A  
Vitam esse est esse deum. 63. C  
Vitam, id est filium natum esse. 55. A  
Vitulus appellatur Christus. 91. D  
Viueret causa est uitæ. 68. A  
Viueret & intelligere in deo unū sunt.  
63. B  
Viuent ea rectissime quæ carent corpo-  
rea fece. 70. B  
Viuent uita prior est. 42. C  
Viuit, cat deus. 144. B  
Viuit, cat spiritus sanctus perinde ut fi-  
lius. 165. D  
Vltimum uitæ tempus maxime debet  
deo seruire. 199. C  
Vngit deus. 144. C  
Vngentum in Esaiâ spiritus sanctus in-  
telligitur. 32. C  
Vnigenitus dum Christus dicitur ad  
diuinitatem refertur. 10. A  
Vniuersalis potentia dei. 73. A  
Vnus dominus quomodo sit. 1. C  
Vnus spiritus quomodo sit. 1. D  
Vnus deus quomodo. 1. C. & D  
Vnum sumus quorsum dictum sit, &  
an ex eo possit deorum multitudo  
intelligi. 127. B  
Vna substantia filij & patris. 44. A  
Vna persona Christi, sed duæ natu-  
ræ. 43. B  
Vna imago inuisibilis trinitatis. 1. C

Vnum

Vnum pro aequalitate ponitur, in eo quo dicitur: Ego & pater unum sumus. 226. B  
 Vnum esse deum patrem, & filium, & spiritum sanctum. 226. C  
 Vnitas non tantum uoluntatis est in diuinis, sed etiam deitatis. 1. D  
 Vnitas trinitatis quomodo possit edoceri. 123. C  
 Vnitatem super diuisis rebus intelligi dicit Theodoretus. 155. D  
 Vnitatem nonnulli diuinarum substantiarum credebant tantum uoluntatum. 84. A  
 Vnitio carnis & deitatis Christi cuiusmodi. 154. B  
 Vniuersitate constat fides catholica. 203. B  
 Vocat deus pater. 154. D  
 Voces euangelicae de Christo dictae utri debeant applicari deo an homini. 157. C  
 Vocum de Christo dictarum differentia. 174. A  
 Volatilia caeli a Hieremia Haeretici dicuntur, qui omni uento doctrinae circunferuntur. 13. D  
 Voluntas patris nihil est aliud nisi si-

lens uerbum. 64. D  
 Voluntas patris filius est. 49. C  
 VRBICVS Potentinus asserit spiritum sanctum creaturam. 11. A  
 Urbicus Potentinus Philosophorum scitis conatur fidem Christianam impugnare. 11. A  
 Vrsatius haeretictis. 37. D  
 Ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti, quomodo intelligatur. 130. B  
 Vterque sexus in resurrectione absque sexu operibus erit. 92. D  
 Utilitatis gratia omnia humana fiunt. 182. C  
 Vultures transmarina cadauera sectantur. 94. A

X

X Iustus Episcopus Romanus. 175. B & 213. D

Z

Z Ozimus Episcopus Romanus Africanum Concilium comprobauit. 220. C

F I N I S.

A D ATHANASII

ALEXANDRINI EPISCOPI DE

VNITA DEITATE TRINITA

TIS AD THEOPHILVM,

LIBER PRIMVS.



V VNVS deus pater, & filii, & sancte spiritus, qui unitam deitatem nobis declarasti, & sacrosanctae solius diuinitatis in diuisam gloriam reuelasti, & perfectam trinitatis tuae sempiternitatem demonstrasti. Ideo optimū duxi, ut tua ueritas patefacta claresceret, & haereticorum detecta caecitas innotesceret. Propter quod subito in emulationē accensus est animus meus, & exarsit sicut ignis rutilans in densas arborum sylvas. Unde quia multi tentauerunt ad stilum uia demonstrare iustitiae, & nobis placuit per anfractus angustiae citius iter dirigere, & latam & spatiosam uiam primum fugere. Quis non cupiat, deterfa antiquitus caligine, per aquam uitae renouari: & post steriles & ieiunas siliquas panem uitae edere: & omnia uoragine poculi uenerosi, calicem salutis accipere: & prostrata idolorum prophana cultura, deum uerum agnoscere creatorem: & nunc spreta inueterati sibilatione serpentis, hymnum deo suauiter canere: & tandem refutatis squamosi draconis uberibus, ex euangelicis praecipis melle & lacte potari: Et rursus per immortalitatem resumptam angelos apostaticos iudicare: & post terrenum hominem caelestibus regnis & sublimibus in Hierusalem mancipari: Rogo, quae & quanta est haec in deo humanitatis dilectio, qui tanta praemia credentibus pollicetur: Quis non omni auaritia festinet de graui somno exurgere, & clarissimam lucem cum infinita admiratione conspiceret: Quam cupio non ad pupillam oculorum obtutibus ostendere, sed religiosi fratribus in arcano cordis secretore conderere. In quo non ambitiosi uoluminis confeci cumulum, ne plus uerba exaggerarem, quam sensum inuestigantibus intimarem, sed breuiter infinita comprehendere, & humili sermone sublimia indicauim. Unde totum ibi est plenum, ubi nihil est minus, imò penitus totum uidetur ignorare, qui huic plenitudini diuinae trinitatis aliquid uoluerit derogare. [ Dum de te magis senserim, quam proprie aliquid de meo dixerim. Nunquid totum secundum professionem regulae cre- di te tantum permisisti, & nullo omnimodo te mortali sermone definiri uoluisti: Nunquid quia per fidem credi te permisisti, eò deitatem diuinitatis tuae immensae apud nos ut enarremus iussisti: Nunquid quia a nobis sentiris proprie, & dicendo definiris: Absit, Dum deus tu tantum tibi solus sis proprie agnitus. ] Propter quod supplex impensissime obsecro tuae tranquillissimae trinitatis gloriam, ut perducas me ad statum perfectum fidei confessionis meae uerba promentem. Si caeli non sufficiunt in prodendam sublimitatem magnitudinis tuae: Si non satiatur oculus ad uidendum, aut auris ad audiendum opera magnificentiae tuae, unde sufficit paruitas mea geminas in confessione referre tibi maximas gratias: A deo ueniam postulo, ne forte cum praesumptionis dicta adsumpsero, tuae maiestati uidear aliquid derogare: Sed prostratus iaceo ante tuae sublimitatis gloriae sedem, ut permittas me de plenitudine thesauri tui legis fontem bibere, & de quatuor exuberantibus fluminibus aquam uitae haurire. Ex quibus confidenter haereticis per autoritatem regulae praescribamus, & catholicis de sempiterno, uelut de nectaris fonte, spiritus tui

a corda

Corda fidei iustitiam irrigemus. Hæc est, inquam, materia formula in collisione hæreticorum: & hæc est tituli victoria in absolutione catholicorum. HAERET.

Matth. 28. Quir significat principale mandatū dei: Euntes nunc baptizate omnes gētes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti? ATH. Audi in hoc admirabile ac regale decretum, in quo omne sacramentum in deitate trinitatis uniter continetur. Quia dicit in nomine, euidenter unam deitatem in trinitate consistere declarauit. Et quod persecutus est, patris, & filij, & sancti spiritus, per singula nomina singulas personas inesse distinxit. HAER. Sanē, ut prius mihi summam de unito deitatis nomine multifarie dictum ad interrogata exponas, postulo, & sic de nominibus personarum in prosequendo distinguas. Quir unita est deitas? ATH.

Quia nulla est in hac plenitudine trinitatis ambiguitas. HAER. Quir unus est deus pater, & filius, & sanctus spiritus? ATH. Vnus ubi dixisti, ad unitum nomen deitatis tu ipse retulisti, nomina æque in personis distinxisti. HAER. Quir solus deus? ATH. Vique quia sola deitas in trinitate consistit, ideo solus deus. HAER. Quir omnipotens deus? ATH. Quonia omnipotens est ipsa deitas trinitatis. HAER. Quir unus uerus deus? ATH. Proculdubio dum una uera sit natura diuinitatis, propterea unus est uerus deus. HAER. Quir unus bonus est deus? ATH. Quatenus nulla diuersitas dispar sit in una substantia diuina trinitatis, ac per hoc unus bonus est deus. HAER. Quir summus deus? Quonia hæc quidem ipsa summa est substantia trinitatis. HAER. Quir unus est dominus? ATH. Memento unam dominationē esse in natura sempiterna trinitatis, & ideo unus dominus. HAER. Quir una imago inuisibilis est trinitatis? ATH. Quia una eadēq; deitas est in imagine ueritatis. HAER. Quir unus est spiritus? ATH. Nonne una est natura deitatis spiritus sancti, qua in patre, filio, & in se consistens est? [Ideo unus est spiritus unius trinitatis, quia una est sempiterna in hac ipsa trinitate plenitudo diuinitatis.] HAER. Quir equalis est una trinitas? ATH. Quia & sempiterna est in ipsa trinitate deitas. Rego, non animaduertis penē omnes hæreses in hoc titulo unitam deitatem patris, et filij, & spiritus sancti blasphemare: dum hæc quæ superius uniter in trinitate sunt dicta, ad unam personam patris illtantummodo conferant. Qua de re strenue nobis laborandum est, imò & aduersus tot sectarū congressiones atrociter cum infinita sollicitudine dimicandū, ut penitus discussa hæreticorum caligine, lux euangelicæ cognitionis patefacta clarescat, & blasphemantium detecta cæcitas innotescat. Vnde nobis paulisper pro examinatione superiora retexenda sunt, ut legentibus ueritatem omnis ad liquidum scrupulus infidelitatis de arcano pectoris auferatur.

inter eos est ambiguitas. trinitatis. congregatio= nes. inuestigantibus. Ego. diuinitate

DE SACROSANCTO VNITO NOMINE TRINITATIS.



Rgo unum deum ubi memini, non ad unam tantummodo personam patris hæc in dicendo taxauit, dum filium de una patris esse plenitudinem, & sanctum spiritum non negauit. Et solum deum ubi memorauit, non ad solam personam patris hæc ut dicam uerius indicauit: quia filium, & sanctum spiritum de hac ipsa sola substantia patris esse non abnegauit. Similiter omnipotentem deum, siue uerum deum, uel bonum deum, aut summum deum, seu unum spiritum, de quo summam paulo ante narraui, nonne hæc cuncta uocabula ad unitam diuinitatem trinitatis patris, et filij, & sancti spiritus declarauit. Vnde quomuis in hoc loco copiosa sint significationes dictæ, tamen ad unitam diuinitatem trinitatis euidentius sunt approbata. Nam unitas, non ut Hæretici suis oppressi blasphemis dicere saepe consueuerunt, in uoluntate esse, non in deitate: quod absit, dum unitas non tantum in uoluntate sit, sed imò in deitate. Ac per hoc unitas

A unitas hæc, ut certus sis, non in concordia tantum est, sed realiter, imò substantialiter constat in natura diuinitatis. Ergo postulo à te, qui legis hanc istius scripturæ meæ fidei professionem, ne hic superflua uel profusa uerba perquiras, sed firmiter, capaciter, imò spiritaliter cum summo studio dicta ad stilum sacra scripturæ conferas, & secundum regulam æquitatis iustitia moderante perpendas. [Vnde iam accipe non diserta, sed fortia, neque terrena figmenta, sed uera & cœlestia documenta, neque philosophorum praua commenta, sed perfecta, apostolica, arcana sacramenta. Neque grammatica, quæ superflua est doctrina, sed ex euangelicis scripturis, super melle & fauo dulciora et meliora diuina præcepta. Disce itaque, quia in hoc Sophistæ huius mundi stulti facti sunt, & quoniam sapientiam ueram non cognouerunt, ideo reprobi facti sunt.] Itaque interrogantis atque soluentis accipe personam, quæ exigit sibi fieri satisfactionem. HAERET. Quir pater spiritus dicitur, & filius spiritus nuncupatur, & spiritus sanctus spiritus appellatur?

ATHAN. Perfecite ad hæc respondetur pro loco interrogantis. An ignoras quia pater unus deus est, & filius unus deus est, & spiritus sanctus unus deus est? Nonne unus deus est, dum unitum nomen sit in natura diuina; sic & unus spiritus est, quia unita est deitas eorum. Nam si tu per singula nomina personarum unitum nomen spiritus ter designasti, nunquid tres spiritus edicere oportebat? Absit. Quod si hoc poterat dici, tale erat, ut & hoc in confessione deberet introduci, tres deos in plurali numero nuncupari. Ut iam non esset in eis una natura diuinitatis, sed unusquisque in propria, uel diuersa natura sua consisteret; quod absit. Interrea rursus eadem repeto, & ad tua dicta uerba comparo, & sensum intellectus mei tibi reuelo. Pater unus deus est, & filius unigenitus deus est, & spiritus sanctus unitus in patre & filio deus est. Nonne quia unitatis nomen ter designauit, ideo tres deos potero confiteri? Absit. Vnde quamuis triplex sit dictum, unum tamen tenet in deitate trinitatis nominis indicium. Interim uel in hoc titulo animaduerte dicentem: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Nunquid in hoc dicto tres deos designauit, eò quod unum nomen ter indicauit? Absit. Idcirco nos qui fidem euangelicam atque apostolicam patrum tenemus, nec tres deos, nec tres dominos, nec tres spiritus, uel certe ad huiusmodi pluralitatis dicta nec tenemus, nec in corde nostro suscipimus; præsertim cum nos unitatem deitatis uniter, non pluraliter in trinitate consistere sciamus. Propter quod non debemus tres naturas in hijs personis contra ius euangelicæ censuræ profiteri, cum sit unus pater deus, & unigenitus sit filius deus, & unitus sit spiritus sanctus deus. Ideo unus est deus, quia unita est deitas, sicut per singulas personas scriptum est. Et quia nullus deus nisi unus, uel hoc audi: Israël, dominus deus tuus deus unus est. [Siue hoc: Ego sum dominus deus, extendi cœlum solus, & solidauit terram. Aut hoc: Me diator autem unius non est, deus autem unus est.] Nec non: Vade retro Satanas, scriptum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. [Nam & hoc: ex spiritu qui nascitur, spiritus est. Et alio in loco: Hæc omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Siue hoc: Seruate unitatem spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus, & unus spiritus. Sed & hoc: Omnes unum spiritum potauimus. Memento unum diuinitatis nomen esse in singulis personis.]

HAERET. Sed ut hæc dicta de autoritatis iure adhuc mihi confirmes postulo. ATHAN. Ignoras scriptum esse: Intelligentibus legere loquor? Itaque qui aures habet ad audiendum, audiat. Et quid spiritus per historiographum Moysen in toto penè libro Geneseos ecclesijs testetur intelligant; deum dixisse, & deum fecisse, & deum benedixisse ea. Id est, & dixit deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et sic persecutus est: Fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit illum, masculinum & feminam fecit eos, & benedixit eos, dicens: Cre-

Certe & multiplicamini, & implete terram. Quæ tandem est causa, unum dixisse, faciamus, & unum fecisse, & unum dicenti & facienti interfuisse, & bona facta uidentem benedixisse: dum faciamus, unius tantum solitarij persona non sit, sed & facientis [ uniter cum eo ] ad imaginem dei ipsius tantum persona non sit, sed & uidentis, & benedicientis unà cum eo sit. Non tibi uidetur, quoniam per tacita nomina personarum, quamuis paulisper deitatis unitum est nomen insinuatum: [ Vtiq; quia non significauit, pater dixit, & filius fecit, & spiritus sanctus benedixit, sed breuiter prosequutus est: & dixit deus, & fecit deus, & uidit deus omnia quæ facta erant, & benedixit illa dicens: Crescite & multiplicamini, & implete terram. ] Vides quia nemo ad semetipsum dicit, fiat, sed ad facientē: & nemo qui facit, ad suā personā loquitur, & fecit. Et quis de se indicat, & fecit & benedixit: Nam uerbo tenus si una esset persona dicentis, & facientis, & benedicientis, sic intimalet fecisse se opus suum, & dixi, & feci, & benedixi. Discite itaq; unitum nomen esse in natura trinitatis, Psalmographo approbante: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Vtiq; uerbum filium indicauit: dominum autem patrem designauit, & spiritum oris eius, spiritum sanctum dixit. Vides in personis unitum esse nomen in natura trinitatis, Psalmographo quoque approbante: Propterea unxit te deus, deus tuus. Ecce deum & deum: non tamen pluraliter inuenies dictum fuisse in hijs personis deos. [ Nec non dominum de domino, aut patrem de filio attestantem per Oseā Prophetam: Saluabo eos in domino deo ipsorum. ] Sed & adhuc scriptum est de unito nomine diuinitatis: Et pluit dominus à domino. [ Vel hoc exemplum accipe ad Iacob dicentis in libro Genesis: Dixit autem deus ad Iacob: Surge, & ascende in locū Bethel, & habitabis, & fac ibi altare deo, illi qui apparuit tibi, cum fugeres à facie fratris tui. Et in libro psalmodum cautum inueniemus: Dixit dominus domino meo: sede ad dexteram meam, donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. ] Sed & Esaias: Hæc dicit dominus Christo meo cui tenui dexteram, ut obaudiant eum omnes gentes, &c. Non tamen dominos: quia unita est dominatio eorum in natura sempiterna. Sicut & de persona sancti spiritus Vas electionis breuiter absoluit, dicens: Idem spiritus, idem & dominus, idem & deus, qui operatur omnia in omnibus. 2. Corint. 3. Et alio in loco idem ipse repetit: Quia dominus est spiritus: Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Vel accipe in persona patris in Euangelio ad Samaritanā dictum fuisse: quia deus spiritus est. Nam & de persona filij Hieremias receptissimus Prophetarum testatur: Spiritus faciei nostræ Christus dominus. Siue hoc: Quia misit dominus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem Abba pater. De spiritu autē principali filius indicat: Spiritus ubi uult adspirat, et uocē eius audis, & nescis unde ueniat, uel quid eat: [ sic & omnis qui nascitur ex aqua & spiritu sancto. ] Ergo ut cōpendio scripturæ sensum de natura diuinæ trinitatis uniter dicentis colligas: Uicit dominus. Et: Benedictus deus meus, Et: Exaltetur deus salutis meæ. Vides per singulas significationes unitum nomen deitatis ter indicatum, hoc est, deus, deus, & deus: non tamen deos. Vel per eundem accipe: Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Et: inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & magnificabis me. Vtiq; si una esset tantummodo in hoc exemplo fixa persona, debuerat hæc sine aliqua distinctione in prosequendo taxasse, hoc est, Uicit deus, qui est benedictus deus meus, & exaltetur deus salutis meæ. Ita ne non uniter in hijs personis est nomen diuinitatis patris, & filij, & spiritus sancti in omnibus declaratum: id est, deus, & deus, & deus: Sicut alio in loco cautū est de unito nomine dominationis: Adferre domino patriæ gentium, adferre domino gloriam & honorē, adferre gloriam nomini eius: Quia si una esset tantummodo personæ gloria, sic debuerat intimasse: Adferre domino patriæ gentium, adferre ei gloriam & honorem,

A rem, adferre gloriam nomini eius. Quid amplius? Nunquid adhuc nobis ad patefaciendam ueritatem argumenta sunt necessaria? Nunquid gentes, quæ arum introitus ianua credentibus ad uitam æternam patens est, in unam tantummodo personam patris baptizantur: & nō in tres, quorum nomina hæc sunt per singula distincta patris & filij & sancti spiritus, quibus est una natura [ diuinitatis, ] sicut scriptum est: Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Vnde in his personis per omnia in deitate unitum nomen est, & per ipsa nomina trinitatis tantum personæ distinctæ sunt. [ Sed & Apostolus ad hæc testatur: Seruare unitatem spiritus in uinculo pacis: unum corpus, & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vides seruandum esse unitum spiritum, in unū corpus ecclesiæ, in uinculo pacis, quod est in confessione salutis. ] Ergo quæ uis in superioribus exemplis scripturarum tacita sint nomina personarum, tamen unitum nomen diuinitatis per omnia est in hijs demonstratum, sicut & in hoc exemplo ueritatis, in quo nomina personarum euidenter sunt ostensa, & unitum nomen naturale clausum est declaratum, dicente Ioanne Euangelista in epistola sua: Tres sunt qui testimonium dicunt in cœlo, pater, & uerbum, & spiritus: Et in Christo Iesu unum sunt, non tamen unus est, quia non est in hijs una persona. Nam unum quod dixit de utrisq; quid aliud intelligitur, quam quod deus pater natura idem ipse dicatur, & dominus, idem ipse sit & spiritus, & filius deus: Idemq; sit in diuinitate & dominus, idē sit & spiritus, sed & spiritus paracletus deus: Idemq; sit & dominus in natura [ deitatis, ] idem sit & spiritus. Vides quia in deitate & substantia plenitudinis per omnia unum sunt, & in nominibus personarum tres sunt: Nam quod tres sunt, quid aliud sentitur fuisse, quam pater uerus unus, qui ipse à patre genitus, pater non sit, & hic spiritus sanctus [ alius sit, ] qui nec pater, nec filius est. Præterea qui nec genuit, nec est genitus: cum alius sit in persona qui genuit, & alter sit in persona qui unigenitus ab ipso est, & alius æque in persona, ut dixi, secundū diuinā scripturā, q nec pater, nec filius est. Hic est spiritus sanctus, sed planē de unita natura est. Ideo in deitate unita, cōmune nomen est ei. Sicut in claritate euāgelicæ scripturæ de spiritu paracleto filius testatur, dicens: De patre procedit. Et sic prosecutus est: Et de meo accipiet. Et ideo ubi personæ requirunt, propria nomina adstringuntur: Vbi autē deitas poscitur, unitū nomen in hijs indicat: quoniam sumus, ad nomina personarū pluraliter dictum demonstratur: Ac per hoc in deitate unum sunt, & in nominibus personarum tres sunt. Sanē ut omnē scrupulum legētib; amputemus, adhuc breuiter dilucidabo, multifarie approbans hoc unitatis nomen esse uerissimum trinitatis, quæ tamen cum refertur multifaria sapientia dei, quæ uniter in patre & filio & spiritu sancto consistit, de qua si significes sapientia deitatem, & deitatem sapientia, nōne hæc ipsa est unitas, quæ & diuinitas trinitatis? Ergo ut cōpendio hæc adsignemus, siue sapientia gloria, siue deitatis gloria, aut summitas, aut dominatio, aut dignitas, aut claritas, aut maiestas, aut imperium, aut potestas, aut sempiternitas nominatur, nōne hæc multifarie quamuis sint dicta, tamen ad unitam deitatē incomparabilem patris & filij et spiritus sancti uniter sunt declarata? Aut putas quot significationes dicuntur ad gloriam deitatis, totidemq; sint & species diuersitatis? Absit: dum hæc uniuersa ad unitam substantiā dicta referantur: Nam si hæc una atq; eadem ipsa est multiplex præfata sapientia patris et filij & spiritus sancti, quæ est una uirtus, siue unita forma magnitudinis æqualitatis eius, siue una maiestas, siue una claritas, quæ in hac unitam deitatē plenitudinis secundum scripturæ regulam in hoc loco collecta reperitur: Nunquid sic in eadem deitate trinitatis potest aduersus scripturas referri, tres sapientias, aut tres uirtutes, aut tres imagines, aut tres substantias, aut tres claritates, aut

**C**tes, aut tres plenitudines diuinitatis, uel cetera huiusmodi pluraliter Ariomani-  
*Ofius ille Cor* rum more dicamus? Absit. [Sicut tu Ofie iam etate proluxa, qui non per rudimen-  
*dubensis fuit* ta in synodo Syrmicensi catholice autor fuisti, ubi fidem tuam, quam in Nicæa con-  
*Episcopus.* scripseras, irritam fecisti, dum regie potestati famularis. Præterea qui morti esses  
 perquam uicinus, sic in laqueum uoraginis barathri incidisti, ut excideres tanquã  
 mortuus à corde, & diceres: Quis ignoret patrem maiorem esse honore, dignitate,  
 claritate, & maiestate: quasi duæ, uel certe tres essent claritates, aut maiestates in sin-  
 gulis hijs personis patris, & filij, & spiritus sancti. Quod absit.] Nam si hæc eorũ  
 blasphemia ita ut aiunt haberet: quare non tres deos plurali numero nuncuparet,  
 ac publica uoce circa proprias uel diuersas substantias suas esse pollicetur? Quod  
 absit. Dum perfecte unitum nomen diuinitatis uniter, uel multifarie quamuis di-  
*† equaliter* ctum, & uniter in trinitate consistat. **HÆR.** Sed ut breuiter hæc ipsa dicta de au-  
 toritate per singulas personas uniter mihi ostendas postulo. **A TH.** Audi uni-  
*Iob. 9.* ter in trinitate dictum: sapiens est deus, & fortis, & magnus, qui iubet soli, & non  
*† corium* orietur, qui sidera concludit, & tendit cælum quemadmodum & pellem, qui am-  
 bulat super mare tanquam super aridam, qui facit magnalia, & quæ inuestigari nõ  
*Prou. 3.* possunt. Et in Solomone ait: Deus sapientia sua fundauit terram, parauit autẽ cœ-  
*1. Corint. 1.* los prudentia: Vel hoc Apostolo agnosce dicente: Christum dei uirtutem, & dei  
*2. Corint. 12.* sapientiam. Sed & ipse rursus ait: Vt inhabitet in me uirtus Christi. Et in Psalmo  
*Psal. 83.* grapho scriptum est: Ambulabunt de uirtute in uirtute. Non tamen pluraliter sa-  
*† designant* pientias, aut uirtutes in hijs personis esse & significauit, sicut & idem ipse reperit. Do-  
*† scriptum est* minus deus uirtutum nobiscum. Sed & hoc: Laudate eum in firmamento uirtutis  
 eius. Et alio in loco: In lumine tuo uidebimus lumen. Vel hoc: Non accepimus  
 spiritũ timoris, sed uirtutis. Siue uniter sanctimonie trinitatis dicta percipere, ut  
 cautũ inuenimus: Sanctitas & sanctimonia in sanctificatione eius. [Nã et de per-  
*Heb. 12.* sona sancti spiritus Solomon in prouerbij eadẽ ait: Lux domini spiritus hominũ,  
 qui scrutatur interiora cordis. Vel hoc: Ut pater deus domini nostri Iesu Christi,  
 pater claritatis, det uobis spiritum sapientie, & reuelationis. Et alio in loco sic cau-  
 tum inuenimus: Sed accipietis uirtutem, spiritum sanctum in uobis. Siue hoc per  
 sanctum Micheam ipsum deum patrem accipe testamentum: Nisi ego adimpleã uir-  
 tutem in spiritu meo sancto, & iudicio, & potestate. Memento hinc esse sanctum  
 spiritum sapientie & uirtutis cum patre & filio, siue uniter sanctimonie dicta per-  
 cipe omnia mirabilia in signis & prodigijs operantem.] Vides itaque esse in u-  
*† sanctifica-* trisq; unam sapientiam, siue uirtutem, aut & lucem, aut sanctitatem, uel operatio-  
*tionem* nem, nec non & alia huiusmodi multipliciter dicta, quæ non sunt ad hæc illata  
 exempla, quæ satis longum est per ipsam trinitatẽ uniter dicta enarrare: Sufficiat,  
 etsi pauca ad probationẽ pro multis in cognitionẽ lucis fuisse exposita documẽta.  
 Ergo si pater, & filius, & spiritus sanctus in deitate unũ sunt, [adhuc legis testi-  
 monio mihi satisfacias quæro. Iam audisti superius Euangelistam Ioannem in  
 epistola sua absolute testantem: Tres sunt qui testimonium dicunt in cælo, pater,  
 & uerbum, & spiritus, & hij tres unum sunt.] Vtiq; sine dubio in & trinitate di-  
*† in Chri-* uinitatis per omnia unum sunt, & in nominibus personarum tres sunt. Itaque, ut  
*sto Iesu unum* scias, de hijs quæ superius comprehendĩ, nullam diuisionẽ aut distantiam in & unã  
*sunt* deitatem substantie plenitudinis patris, & filij, & sancti spiritus fecisse me me-  
*† deitate* *† unitam* mini.

D. ATHANASII

# D. ATHANASII

ALEXANDRINI EPISCOPI DE  
 PROPRIIS PERSONIS, ET VNI-  
 TO NOMINE DEITATIS AD  
 THEOPHILVM, LIB. II.

Nunc per singula nomina personarum, ut nomen dei-  
 tatis mihi exponas postulo. **A TH.**



**V**di: Si filius in nomine patris uenit, nunquid ipse est pater qui  
 ait: Ego ueni in nomine patris mei: Dum nomen patris deus sit,  
 in cuius nomino filius uenit manifeste: Ac per hoc in unita natu-  
 ra diuinitatis unũ nomen est eorundem comprobatum, sicut ipse  
 pater ad legislatorem Moysen testatus est, dicens: Attende illi, &  
 ne fueris inobediens ei: nomen enim meum est in illo. Et ad hæc  
 Patriarcha Dauid sic ait: Benedictus qui uenit in nomine domini, Nam si spiritus *Psal. 117.*  
 paracletus in nomine filij uenit, ut ipse dicit: quem mittit pater in nomine meo,  
 nunquid & ipse filius dictus est, cum sine dubio nomen filij deus sit in una & pari *† patris quoq;*  
 natura diuinitatis? In hoc ergo nomine euidenter paracletus uenit. Ideo per *natura*  
 singulas personas secundum naturam trinitatis unitum nomen tibi est & declaratu. *† propagatũ*  
 Esaias hæc approbans dicit: Descendit spiritus à deo, & eduxit eos, sic eduxisti po-  
 pulum tuum facere tibi nomen gloriæ. [Sed & ipse idem indicat: Et irritauerunt *Esaiæ 63.*  
 spiritũ sanctũ, & conuersus est illis ad inimicitia, dominus ipse expugnauit eos, &  
 rememoratus est dierũ aternorũ, qui eduxit de terra pastore ouiu, et subiunxit: Vbi  
 est qui posuit in illis spiritũ suum?] Vides ergo unitũ nomen hoc patris & filij esse  
 hunc dominũ spiritum sanctũ, qui eduxit filios Israël de terra Aegypti, sicut Pro-  
 pheta dicit: Sic eduxisti populum tuum facere tibi nomen gloriæ, qui conuersus est  
 filijs Israël ad inimicitia. **HÆR.** Rogo, ut si unitũ nomen est in deitate trinitatis,  
 quare unusquisq; in suo nomine nõ uenit? **A TH.** Porro quasi hoc quod & unitũ *† commune*  
 nomen substantiuũ ad deitatem uniter refertur, iam propriũ esse non ostendatur. *† in*  
 Vtiq; in hoc propriũ est eorũ, sed & unitũ. Nam ut certus sis, nomina in personis  
 propria sunt, & non cõmunia. Sed dicis mihi: Quare in suo nomine & proprio, quod *† proprie*  
 est natiuitatis, nõ tamen statim ad indiscretã deitatem, ubi refertur: In qua inuenitur  
 unitatis dei nomẽ. Sed in eo sanẽ, in quo & superius cõprehẽdi, persona ipsius tan-  
 tũmodo gignẽtis distinguitur, hic ipse filius nõ uenit: Audi, quia si in hoc nomine  
 tantũ uenisset, qd dicitur filius, & non in substantia deitatis cõmunĩ, diciturus eras  
 mihi: Non est unitũ nomen in natura diuinitatis filij cũ patre, sed propriũ, ut nõ tan-  
 tum nomina propria iam in personas distingueres, sed unitũ nomẽ in deitate trini-  
 tatis tantidẽ per ipsas personas separares, hoc est, ut propria nomina eorũ in singu-  
 lis, uel diuersis substantijs esse designares, [ut aut unitam substantia in tribus parti-  
 bus diuideres, uel certe singulas personas in singulis iam substantijs nobis cõsiste-  
 re indicares.] Sed planẽ si pater, & filius, & spiritus sanctus secundũ singula nomi-  
 na personarũ pfecte distinguuntur, nunquid sic & secundum deitatem unitũ nomen in  
 hijs psonis per singulas nature substantias diuidit? Absit. Nam & si tu Ariane ubi  
 nomina tantũ in psonis deberes distinguere, ibi simul cum ipsis nominibus & na-  
 turas per & gradus singulos distingas, ut tres naturas secundũ nomina personarũ *† ordines di-*  
 esse dicas, ut per ipsa nomina discrepãtes & substantias esse adsignes. Cur nõ erube- *uescos*  
 scis: & nõ [sicut gẽtes plurali numero] tres dños, cõtra unitã ueram naturã publica  
 uoce pferis circa diuersas uel dispares substantias suas cõsistere? [ut soles profiteri

Cum, uerum, sempiternum, inimitabilem, infectum, & alterum inimitabilem de creaturis profectum, & tertium de ministris, quasi subiectum: Ut patri incomparabilem, uel inenarrabilem adscribas: filij autem praeter ceteris de factura ignobili procedentem substantiam demonstras, spiritum adaeque sanctum de ministris angelis habentem substantiam indicas. Vnde ad hoc reuertamur, de quo per singulas personas superius tractabamus. Sed & si spiritus paracletus in suo nomine tantum uenisset, & non in substantia communi [patris, & filij quod nominatur deus,] iam proprium nomen eius in persona esse uideretur, & non secundum communem naturam [deitatis in utroque,] ut tantum unusquisque nomina singula in personis suis ostenderet, deitatis autem unitum nomen non indicaret. Porro in hoc nomine deitatis patris uenit uerus filius, in quo est natura cum patre. Et in cuius naturae nomine uenit spiritus paracletus, quae in hac ipsa sacrosancta trinitate uniter consistit, sicut superius praedixi, patre de filio suo indicante: Nomen meum est in illo. Et filio haec dicta confirmante: Ego ueni in nomine patris mei, & non recepitis me. Cum autem alius uenerit in nomine suo, cum recipietis. Sed & de spiritu sancto ipso rursus repetente: quem mittit pater meus in nomine meo. Et deinceps eum de nomine suo audi discipulos orantem: Omnia quaecumque petieritis a patre in nomine meo, dabit uobis. Sed & Apostolum Paulum eadem testantem: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritu dei nostri. Audi & Esaiam de unito nomine gloriae sancti spiritus declarantem: Descendit spiritus a deo & eduxit eos: sic eduxisti populum tuum facere tibi nomen gloriae. Disce iam unitum nomen esse in natura diuinae trinitatis. HAE R. Declara ergo mihi, si uerus est filius, aut non.

A T H. Nonne pater, ut nos intelligeremus, hanc significationem intulit, ut diuinitatem naturae suae propriam filij sui de semetipso insinuaret, dicens: Ex utero ante luciferum genui te. [Vnde non quia deus pater utrum ut homo habeat, Anthro-  
pomorpha, qui incomparabilis est, sed ideo haec de nostris exempla introducens significans comparauit, per quod natiuitatem filij sui ueram de semetipso nobis propriam insinuaret.] Considera ergo in hoc loco & tu Ariane qualiter sit dictum: [Nunquid hic factus est, qui de utero substantiae patris inenarrabiliter natus est?] Nunquid hic factus est, qui sic unigenitus ab Euangelista nobis annuntiatu est? Ioh. 3. Qui non credit, iam iudicatus est: quoniam non credidit in nomine unigeniti filij dei. Sed & in epistola sua haec eadem indicat: Et sumus, inquit, in uero filio eius Iesu Christo, qui est, ait, uerus, & uita aeterna, [resurrectio nostra.] Ecce habes ex utero, ecce in unigenito dei, ecce in uero filio dei Iesu Christo, qui est, ait, uerus Ioh. 14. & uita aeterna, [resurrectio nostra, sicut ipse dominus de se testatus est: Ego sum uita, ueritas, & uita. Et similiter ad haec Esaias prophetauit: Seruientibus uero mihi uocabitur nomen nouum, quod benedicuntur super omnem terram, et benedicent dominum uerum, & qui sunt super terram iurabunt per deum uerum, obliuiscuntur tribulationem primam, nec ascendet in cor eorum. Vides nouum nomen esse Christianorum, quod benedicuntur super terram a domino. Nam ipsi benedicunt deum unum, & deum uerum patrem & filium, imo & spiritum sanctum, & iurabunt per deum uerum, & iurabunt, ait, per deum uerum, quod est diuinitus unitum nomen.] Rogo, quae est tanta haereticorum dementia, uerum creatoris facturae suae comparari? Aut quae caecitas tanta est, tantam ueritatis probationem falsis argumentis blasphemare? [Dum Centurio adhuc gentilis homo ad tuam confusionem indicauerit: Vere filius dei erat iste.] HAE R. Et quemadmodum unitum nomen est in natura diuinitatis, dum alter in alterius nomine uenisse uidetur? A T H. Vere ueneno sunt infecta subtili cum dolo haec obtusa corda interrogantis atque impugnantis. Proculdubio in hoc sanè alius est pater qui uere genuit, & in hoc alter est filius qui uere ab eo genitus est. Sed & in hoc alter est spiritus hic principalis paracletus, qui in pentecoste in Apostolos effusus est.

A est. Et ideo in hac sigillatim dicta memento nomina in personis esse distincta, [Vides quia alter ab altero, siue alius ab alio in persona tantum differt, & non in plenitudine diuinitatis *ouros*, sicut ipse dominus ait: Alius est qui testimonium perhibet mihi, qui me misit pater. Sed & alio in loco idem ipse in persona sancti spiritus indicat: Rogabo patrem meum, & alium paracletum mittet uobis. Scito alium ab alio, siue alterum ab altero in persona tantum differre, & non in unita plenitudine diuinitatis *ouros*.] Nam si secundum nomina personarum alter in altero sine diuobidici potest, nunquid sic & in unita deitate alter deus potest pronuntari pater? quasi sit in natura diuersus a filio: & alter deus potest dici filius a patre? quasi sit in deitate alter, & alius deus potest profiteri spiritus sanctus, tanquam sit in substantia discrepante a patre, & a filio. Absit: Dum unitum nomen sit in eis in una uera natura, ac per hoc unus uerus est deus. HAE R. Et quomodo in nominibus personarum unum de uno, aut alterum de altero, hoc est filium de patre esse significas? A T H. Ignoras unum patrem de semetipso genuisse filium: quia nemo sibimetipsum pater pater est, & quis sibimetipsum filius filius est: Dum pater non sit genitus, & filius non sit ingenus, sed planè pater filij est qui uere genuit, & filius est patris, qui uere de ipso genitus est. Quapropter non ut quidam solent blasphemantes in confessione introducere duo nominata principia, ut & in toto nec patrem uerum, nec uerum filium profiteantur, dum pater sine filio omnino dici non possit: quia unus de uno est, id est, filius de patre est, & unus in uno, & pater in filio est, & filius in patre est. Quare de altero est in persona, qui uere inenarrabiliter genuit, & alius aequè in persona qui de ipso natus est. Sanè deitas eorum cum sit unita, alter hic deus ab illo altero deo uerbotenens dici non potest, quia unitum nomen est in plenitudine diuinitatis, & ideo unus est deus. Ergo si filius in nomine patris uenit, & spiritus paracletus in nomine filij uenit, sicut filius de eo testatur: quem mittit pater in nomine meo: Non tibi uidetur, quia duplex hic contineatur intellectus, id est, ut in nomine personarum tantum sit distinctio, in deitate autem nulla sit discretio? HAE R. Et quare in nomine spiritus sancti nemo uenisse inuenitur? A T H. [Duces caeci, nunquam hoc prouerbum in scripturis sanctis uel diuinis audistis? Nonne gloriatur gibberosus sicut reclusus?] In cuius naturae nomine missi sunt Apostoli: Ite baptizate omnes gentes in nomine meo. Et sic profectus est per singulas personas, patris, & filij, & spiritus sancti: Nonne unitum diuinitatis nomen prius tacite praemisit, & sic in nominibus personarum aperit illi me declarauit, patris, & filij, & spiritus sancti? Porro nunquid potest arceri de hoc deitatis nomine sanctus spiritus? [Aut nunquid potest contra regulam traditionis euangelicæ censurae de hoc unito trinitatis nomine sancti spiritus sublata uel tacita persona baptismum in ecclesia perfectum celebrari?] Absit. Alioqui quomodo in hoc nomine deitatis, patris, & filij, & sancti spiritus in fide baptismi uniter credentibus in hijs non hoc nomen honorificatum inuenitur esse in gentibus? sicut praefagus spiritus sanctus per Malachiam Prophetam testatur: Quia magnificum est nomen meum in gentibus, dicit dominus deus omnipotens. Quod Ioannes Baptista absoluit: Ego quidem uos baptizo in aqua poenitentiae, post me autem uenit, qui uos baptizabit spiritu sancto & igne. HAE R. Declara mihi si nomen patris est in filio, & in spiritu sancto. A T H. Iam frequenter de autoritate scripturarum ostensum est, deum patrem per legislatorum Moysen testatum: Ego dominus deus, hoc est nomen meum memoriale sempiternum in generationes & progenies. De filij autem persona sic ait: Nomen meum est in illo. Et alio in loco idem ipse repetit: Ego dominus deus, qui uoco nomen tuum deus Israel. Quod ipse filius confirmauit dicens: Ego ueni in nomine patris mei, & non recepi spiritus sancti filius testatus est, quem mittit pater in nomine meo. Vides filium in hoc nomine

**C** nomine uenisse, & spiritum sanctum uenisse in nomine filij. Apostolos autē mis-  
<sup>† communi</sup> sos fuisse, ut baptizarent omnes gentes in <sup>†</sup> unito nomine deitatis, quod est natu-  
<sup>Eph. 4.</sup> ræ inuisibilis, id est, sancti spiritus, sicut scriptum est: Nolite contristare spiritum  
 sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis uestræ. Sed & hoc accipe: Et  
 1. Cor. 12. omnes unum spiritum potauimus. Siue unitatis nomē baptismo operante suscipe  
<sup>Act. 2.</sup> dicentis: Et uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus deus omnipotens. Vel  
 hoc: Sed ex deo nati sunt. Nec non: Et baptizetur unusquisq; uestrum in nomi-  
 1. Cor. 6. ne Iesu Christi. Et alio in loco: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati  
<sup>Ioan. 1.</sup> estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. [Sed ex deo  
 natum esse Ioannes testatur: In sua uenit, & sui eum non receperunt: Quotquot  
 autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, credentibus in nomine  
 eius: qui non ex sanguine, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex  
 deo natus est.] Disce ergo hoc unitum nomen esse sempiternum in deitate pa-  
 tris, & filij, & sancti spiritus: [Sicut & unum baptisma est fidei, quod uitā eter-  
 nam credentibus tribuit: Quia sicut unum nomen est in natura trinitatis, ita &  
 unum donum, & baptismum ut diuinitus Apostolus ait: Vna fides, unum ba-  
 ptisma.] Idcirco dum nomen patris deus sit, in hoc nomen sit & filij in natura,  
 sic & sancti spiritus. Nam uis scire cum in diuinitate patris nomen, id est dei, siue  
 domini, aut spiritus nomines, commune nomen est, id est, patris & filij, & san-  
 cti spiritus. Ideo secundum ipsam plenitudinem naturæ diuinitatis dum refers,  
 unitum nomen per omnia in hijs esse ostendis. Sanè hic secundum personas pau-

**D**isper tacita deitate <sup>†</sup> unitum [nomen est. Dum autem singulas personas nomi-  
<sup>† tantum pure</sup> nando] percurris, nomina propria eorum inesse designas. Vnde oportet nos rur-  
<sup>dum in hijs</sup> sus ad superiora dicta recurrere, si potest unito nomini naturæ diuinæ trinitatis ali-  
<sup>† sententia</sup> quid superaddi, uel minui. Responde mihi in hoc loco omnis confusa <sup>†</sup> scientia  
 Hæreticorum. Præterea ubi nullus nec numerus, sed nec aliqua differentia in unita  
 plenitudine deitatis, patris, & filij, & sancti spiritus inuenitur, dum unus in alte-  
 rius nomine distincte in diuinitate, tamen uniter atque æqualiter nominetur.

<sup>† idq;</sup> **H A E R.** Pande <sup>†</sup> itaq; mihi quomodo tres unū sunt, [aut unū tres sumus?] **A T H.**  
 Memento quia pater & filius, & sanctus spiritus tres sunt, qui in una natura [trini-  
 tatis] consistunt. Ideo tres unum sunt, siue unū sunt tres. **H A E R.** Nimirum di-  
 uisa est hæc trinitas an indiuisa, edicito mihi. **A T H.** Planè diuisa est in nomini-  
 bus [tanquam] personarum, in deitate autem indiuisa est. **H A E R.** Edicito mihi,  
 quomodo interpretatur unitas? **A T H.** Nescis quia una est patris, & filij, & san-  
 cti spiritus diuinitas? **H A E R.** Quid [significatur uel] intelligitur in hoc loco  
 natura? **A T H.** Hoc quod sentitur [ueritas ac] deitas, siue substantia: [de qua

<sup>† itaq; unitas</sup> Græce dicitur, *ουσια*, quæ est manifeste unita] uel plenitudo diuinitatis, **H A E R.**  
<sup>communiter</sup> Quid est una trinitas? **A T H.** Utiq; quia una cōmunis est in ipsa trinitate ple-  
<sup>† quod quale</sup> nitudo diuinitatis: <sup>†</sup> ita & [unitatis naturæ nomen] in trinitate cōsistere declara-  
<sup>quantum</sup> tur, & ipsa trinitas adæque per singula nomina personarum perfecte demonstra-  
<sup>in diuinitate</sup> tur. Omnino [hic] iam breuiter est dictum, quod superius cum grandi cautela  
<sup>† tantū dicas</sup> secundum scripturæ regulam catholicæ est collectum, <sup>†</sup> ut sicut in diuinitate con-  
<sup>†</sup> fiteris esse patrem, <sup>†</sup> sic profitearis <sup>†</sup> esse filium, & sanctum spiritum,

**A D. ATHANASII ALE**

**X ANDRINI EPISCOPI, DE ASSUMPTIO-**  
**NE HOMINIS CONTRA MARCELLI-**  
**ONEM HAERETICVM, AD THE-**  
**OPHILVM, LIB. III.**

Quemadmodum in deitate unam æqualitatem confiteris filij esse  
 cum patre, cum ipse de se testimonium perhibeat:  
 Qui me misit maior me est:



**P**ro dolor, si sic intelligis deū fuisse, ipse se iam apud te impugna-  
 re cognoscitur, cum alio in loco dicat: Ego & pater unum sumus.  
 Qui ergo si minor erat, patri se in ipsa sempiterna natura non de-  
 buerat cōparare. Aut quomodo, si dispar erat, & talis in ipsa dei-  
 tate non erat <sup>†</sup> patri cōequalis, dicit: Qui me uidet, uidet & patre <sup>† patri se cōæ-</sup>  
 meum: Qui utiq; euidenter, si non esset in hijs una inuisibilis ima- <sup>quabat, dicens:</sup>  
 go naturæ ueritatis, nunq; profus præsumens indicasset: Qui me uidet, uidet & pa-  
 trem meum. Sed & Apostolum audi clamantē de Christo: Qui cum in forma dei  
 esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit,  
 formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & inuentus ut homo,  
<sup>†</sup> obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Qui autem forma dei est, mi- <sup>† humiliavit se</sup>  
 nor esse nō potest. Rogo, quemadmodū pater maior præponitur filio, & filius mi-  
 nor subditur patri, cum forma dei perfecta sit, & in parte æqualis, & in parte diui-  
 nitatis eius inæqualis dici non possit: Qui aut æqualis apud nos, aut totus inæqualis  
 apud uos ut sit necesse est. Igitur elige tibi unū de duobus, aut una est corū diuinita-  
 tis gloriæ æqualitas, aut una inæqualitas: dum forma sua nemo sit maior uel minor.  
 Aliud est, si cōtra autoritatē beatissimi Apostoli, doctoris gentium, Christi formā  
 dei patris esse neges. Si ergo forma eius est, forma sua maior esse nō potest, ne non  
 Christo, sed semetipso pater maior sit, quia forma sua à uobis maior esse <sup>†</sup> dicitur, <sup>† ostenditur</sup>  
 Quod fieri nullo modo potest, dum nemo semetipso maior sit. Sed ne forte etiam  
 hoc præsumas Arianc, dicēdo: Pater in natura deitatis parē nō habet, & nemo ei di-  
 gne cōparandus est. Et ut quid coruscum Pauli Apostoli eloquiū renuis, dicentis:  
 Christus, qui dum in forma dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se æqualem deo?  
 Vel hoc intellige, quia nemo sibimetipsum forma æqualis comparatur, cum forma  
 æqualis in una persona dici nō possit, dum æqualitas in utrisq; cōsistat, [ & hæc u-  
 nita æqualitas non tantū in uoluntate concordæ sit, sed & in deitate, dum hæc for-  
 ma æqualis omnino in parte non diuidatur: Quia ubi una æqualitas est, ibi diuer-  
 sitas nulla est; uel ubi æqualitas est, alter alteri non antepōnitur, sed nec postpōni-  
 tur uel subijcitur, dum unita æqualitas indiscreta sit, quæ est plenitudo diuinitatis.  
 Nunquid quia æqualem patre & filium in deitate secundum autoritatem euange-  
 licam atq; apostolicam dicimus, aliquā comparantes mensuram in hijs esse, Hæretici,  
 ci, posuimus: dum incōparabilis sit hæc unita æqualitas diuinitatis. Hæc deus me-  
 lius senserim quàm ad liquidum dixerim, dum te deus credendum, non definiē-  
 dum mihi præbueris; & credere iustum est, non discutere permissum est. ] Ideo  
 Christus dei forma, uel imago uera dei patris inuisibilis est, <sup>†</sup> quia una est in hijs <sup>† quatenus</sup>  
 formæ & gloriæ æqualitas. Nonne scriptum est: Omnis plenitudo diuinitatis cor- <sup>Colos. 2.</sup>  
 poraliter habitat in ipso? Si aliquid minus est, ubi omnis plenitudo est? Aut si ali-  
 quid

**C** quid deest, ubi totum est plenum? Nunquid in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat, id est, ut sic dicatur, dealiter, quid potest inueniri in ipse minus? Nunquid, Hæretice, plurali numero plenitudines, aut diuinitates, aut formas, aut imagines, aut æqualitates in hijs personis à sacrosancta scriptura dici inuenies, cum unita sit deitas eorundem? Nunquid quot significationes dicuntur ad gloriã deitatis, totidemq; sunt & species diuersitatis? Absit: Dum hæc uniuersa ad unitã substantiam dicta declarantur. Illud accedit ad causam: Nunquid ubi una plenitudo diuinitatis est, pars diuersa uel excisa in parte inæqualis in eo est? Dum plenitudo nullam diminutionis partem admittat sibi proprie comparari, cum forma dei omnem plenitudinẽ in se cõtineat diuinitatis, & ipsa sacrosancta indiscretio æqualitatis nullam patiatur differentiam maiestatis, sicut ipse testatur: Ego in patre, & pater in me. [Sed & Esaias hæc comprobans dicit: Quoniã in te est deus, & nõ est deus præter te: Tu enim es deus, & nesciebas, deus Israël salutaris à deo. Vel hoc Apostolum audi testantẽ: Quoniã deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.] Vides quoniã omnis plenitudo diuinitatis patris in filio est, & totus filius in patre est. Ideo unita est in hijs personis sempiterna æqualitas, quia est immensa deitas, sicut Euangelista dixit: propter hoc magis quærebant eum iudei interficere: quoniã non solum soluebat sabbatum, sed & quod patrem suũ dicebat deum, æqualem se faciens deo. Vel tale dictum accipe: Tu cum sis homo, æqualem te facis deo. Sed & hoc: ut omnes honorificent filium, sicut honorificãt patrem: quoniã qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit eum. Scito unum & æqualem in hijs esse honorem deitatis. Deniq; ipsum audi ad patrem clamantem: Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. [Sed & alio in loco idem ipse repetit: Omnia quæ patris sunt, mea sunt.] Si ad diuinitatem refers, unum sunt: si ad operationem facturæ eorum indicas, communis est. Vel hoc intellige Euangelistam Ioannem dicentem: Omnes de plenitudine eius accepimus, gratiã pro gratiã. [Quod ipse dominus absoluit: Sicut pater suscitãt mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat, siue hoc: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Et alio in loco ipse dicit: Quæcunq; enim pater facit, eadem & filius facit similiter. Discite hanc unitã esse operationẽ in natura diuinitatis, quæ credentibus uitã æternã tribuit. Et: nemo uenit ad me, nisi pater adducat eum. Et: nemo uadit ad patrem, nisi per me. Discite quia per filium itur ad patrem, & de patre uniter uenitur ad filium.] Nunquid, ut iam prædixi, plurali numero plenitudines in hoc loco designauit Hæretice: dum unita sit plenitudo diuinitatis eorundem, quæ uitã æternã operatur credentibus. Vtiq; omnes credentes de hac ipsa unita plenitudine patris & filij, imò & sancti spiritus accepimus: & semper est plenum: quia nihil de indiscreta trinitate deitatis eorum aliquo est minus. Ac per hoc una est eorum æqualitas, quæ est inenarrabilis claritas. Sanè ne in hijs diutius immoremur, & excusatione exquisita tam diu prolixam orationẽ fecerimus, ut de quæstione Arii proponẽtes, nos tanquã cauillantes fugisse uideamur. [Deniq; Esaiam audiant, aduersus dogmata iniquitatis ipsorum hac sententia interrogantem: Stultus enim stulta loquitur, & cor eius uana intelligit, & consumat iniqua, & loquitur ad dominum errorẽ, ad disperdendas animas esurientes, & animas sitientes inanes faciet. Consilium enim malorum inique cogitauit disperdere humiles in sermonibus iniquis, & dissipare uerba humilium in iudicio. Nam pija scientiam cogitauerunt, & hoc consilium manebit.] Vnde oportet nos uniuersa secundum regulam euangelicã limantes, uel distinguentes, ad causam cogitationis contradicentis accedere in superiore dicentis: Qui me misit maior me est. Animaduerte causa adsumpti hominis dictum fuisse, ut cautum inuenimus formam dei formam serui accepisse, sicut scriptũ est: Misit de summo & accepit me, assumpsit

**A** assumpsit me de multitudine aquarum. Et alio in loco: Beatus quem elegisti, & assumpsisti. Necnon: Dominus autem assumpsit me. Nunquid nam homo deum assumpsit, & non deus hominem? Deus utique hominem, non homo deum assumpsit: Nam etsi assumpsit de Maria uirgine, non quod semper ante assumptionem hominis unã cum patre fuit, amisit: sed neque deitas eius in homine augmentum aut detrimentum ullum sustinuit. Cum talis in homine fuerit præsentis temporis, qualis & in sinu patris semper ante assumptionem hominis unã cum patre fuisse cognoscitur. Sed è diuerso dicis mihi: Quemadmodum hominem deus assumpsit: Ignoras Esaiam prophetaisse: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabis nomen eius Emanuël, quod interpretatur, nobiscum deus. Sed Apostolus hæc confirmat, dicens: Formã dei, formam serui suscepisse. Quapropter nobiscum deus? **A T H.** Quid aliud intelligitur, quàm quod deus uerus, & homo uerus, hominem uerum de Maria uirgine, pro salute assumpsit nostrã: Quæ tamẽ Maria ex tribu Iuda semen traxit Dauid, [qui iam nec homo solitarius sine deo, sed nec deus solitarius sine homine, quem suscepit dici potest.] **H A E R.** Vnde filius dei, & filius hominis uocatus est? **A T H A.** Sicut claritate euangelicæ cẽsuræ cautum est: Fili Dauid miserere mei, Quod Vas electionis breuiter absoluit: Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, & qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Ecce secũdum hominem. Ecce secũdum deum. Vnam tamẽ personam duplici significatione esse ostendit, sicut idem ipse alio in loco repetit: Vnus enim deus. Et non in alia persona hæc dicendo distinxit: Vnus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Sicut scriptum est: Et homo est, & quis agnoscit eum? Vides quia mediator. Nec iam deus tantum pure sine homine quem assumpsit dici potest, nec homo sine deo. Considera quia duplex est in una persona mediatoris significatio, deus & homo. Dũ de deo deus sit, & secundũ carnẽ idem ipse filius hominis sit. Ideo deus uerus, & homo uerus est hic mediator, sicut & forma dei, & forma hominis. [Vnde receptissimus prophetarum Baruch ad hæc dicit: Hic est deus noster, nec æstimabitur alius absque illo, qui adinuenit omnem uiam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo: post hæc in terris uisus, & cum hominibus conuersatus est. Vides ergo, Hæretice, deum per operationem suam, id est hominem, fuisse agnatum. Si uero hanc tantam probationem nõ accipis] Interrogabo te de mediatore meo, imò omnium nostrum. Responde mihi, cuius causa scriptum uel distinctum inuenitur: Vtrum dei, an hominis, qui esuriiuit, aut sitiuit, aut lachrimatus est, & in agonia positus sanguinem sudauit, & ad postremum passionem mortis uere sustinuit? Si deum proprie sumis dicendo hæc uniuersa perpeßum fuisse, occurrit tibi Esaias contradicens: Deus æternus qui fecit extrema terræ, non esuriet, necq; laborabit, nec est inuestigatio prudentiæ eius, dans esurientibus cibum, & laborãtibus uirtutem, &c. Et adhuc sanctus Hieremias indicat: Nunquid eris ut homo dormiens, & sicut uir qui non potest saluos facere? Vides quia deus non esuriet unquam, qui uniuersa ex nihilo constituit. Sed nec deitas eius aliquando passionem sustinuit, cum ab ipsius nutu uniuersa regantur & uiuificentur. Quapropter omnis potestas signorum uel prodigiorum deo facienti est adscribenda, & omnis tristitia passionis homini est imputanda. Sicut legimus Prophetã dicente: Homo in plaga positus, sciens ferre infirmitates [quoniã auersata est facies eius & dehonesta est, nec aliquid æstimata est, hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet: Et sic profecutus est: & dominus tradidit eum pro peccatis nostris, & ipse quia male tractatus est, nõ aperuit os suum, ut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine uoce, sic non aperuit os suum in humilitate] Nam quid amplius quàm ipse homo de se

C testatur: Quid me queritis occidere hominem qui ueritatem locutus sum uobis? Nunquid ad deitatem pertinet hoc dictum? Tristis est anima mea usque ad mortem. Nunquid causa dei scriptum est: Quia oportet filium hominis multa pati a senioribus, & principibus sacerdotum, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere? Nunquid causa dei haec oratio offertur: Pater, si fieri potest transfer calicem istum a me, si haec uniuersa diuinitati sunt imputanda? Absit: Cum hic homo uere pro nobis passus sit, qui naturam de uirgine ex traduce nostra infirma in se habuit. Ideo nostras infirmitates in nostro mortali, uel passibili homine uere sustinuit, [ qui post passionem a deo rursus uere assumptus est. Quod ipse dominus absoluit: Ego pono animam meam, ut iterum accipiam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me. Itaque intellige, quia prior hic homo in natiuitate de Maria uirgine assumptus est, & in passione permittente potestate eius traditus est, & post passionem denuo assumptus ab ipso uel acceptus est, ] sicut scriptum est. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed uiuit ex uirtute dei. Vides quia secundum infirmitatem nostram homo uere crucifixus est, & secundum uirtutem dei uiuit. Denique considera deum pro dispensatione hominis sui, quem adsumpsit, locutum fuisse: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Nonne de templo corporis sui locutus est haec, quod post triduum ipse suscitauit a mortuis? Nunquid homo qui orabat, ut calix ab illo transfret, contra se dicebat: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo rursus assumendi eam? Vides quia ubi omnis potestas est, nulla in deitate autoritas mortis est. Vbi autem infirmitas corporis est, ibi tristitia cordis est. Nunquid homo solitarius, Photine Haeretice, sine deo aquas in uinum transtulit? aut confidentia sua mare pedibus ambulauit? Nunquid homo, qui mortem timuisse uidetur, sine deo mortuos suscitasse inuenitur? Nunquid per potentiam hominis solitarij terra contremuit? aut rupes & saxa sese illidentia dissoluerunt? [ Nunquid homo sine deo daemones increpabat? aut uirtutes faciebat? Nunquid homo sine deo uentis imperabat, & placidas aequoris undas compescebat? ] Nunquid homo solitarius a mortuis resurgere potuit? aut in medio discipulorum ianuis clausis stetit inter illos, [ & docuit eos de regno dei? Nunquid homo solitarius ] aut super omnes caelos ascendere a semetipso sine deo ualuit? Haec cuncta facta cum deus causa adsumpti hominis sui sit operatus, ideo omnis potestas signorum & prodigiorum deo est adscribenda, & omnis infirmitas passionis homini est imputanda. Sanè hic secundum naturam dei, & non hominis dicta accipe, dicentis: Qui me uidet, uidet & patrem meum, [ Sed & alio loco idem ipse repetit: Nemo uidit patrem, nisi filius; Nemo scit filium, nisi pater. Siue hoc: Nemo uidit deum & uixit. Sed & Apostolus ad haec testatur: Qui est imago dei inuisibilis. Quod ipse pater inuisibilis absoluit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Vides unam esse inuisibilitatis diuinæ naturæ imaginem patris, & filij, imò & sancti spiritus, pure quam nemo uidit unquam hominum, nec uiderere potest, ] sicut scriptum est: Deum nemo uidit unquam. Nam si homo uere adsumptus, uisus, palpatus, flagellatus, pallio circumdatus, spinis coronatus, felle & aceto potatus, in ligno crucis clauis constipatus, lancea latere perforatus, sanguine & aqua madidatus, & usque adeo sepulturae traditus uel humatus sit. Nonne haec cuncta uere secundum naturam hominis sustinuit, Marcionita? De solicola Marcionis: nunquid de ipsa natura hominis scriptum accipe & tu Paganis cõsimilis solicola Marcionis: nunquid de natura dei dictum est: Videte manus meas & pedes meos, quoniam ego ipse sum, palpite & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habentem? Vtique causa hominis, & non deitatis post resurrectionem piscem & fauam edit. Nunquid ut deitas a Thoma uideretur, poscit ab eo: porrige digitum tuum huc, & uide manus meas, & immitte manum tuam in latere meo,

A meo, & noli esse incredulus, sed fidelis? Absit: Dum ipse de deitate sua prius dixerit: Nemo uidit filium nisi pater. Et: Qui me uidit, uidit & patrem meum. Nonne hic nulla phantasia facta est, ubi uniuersa ueritas in hominis passione, uel resurrectione declarata est? Interrogabo & te Photine, qui Christum deum uerum abnegas, & hominem purum tantummodo cõfiteris. Nunquid causa hominis cautum inuenitur? In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil? Nunquid homo in hoc principio fuit, Homuntionita, & non deus dei filius ante omne omnino principium semper unam cum patre fuit? Sanè hunc hominem [ nuper ] de Maria uirgine adsumpsit. Nunquid per hominem uisibilia & inuisibilia facta sunt, sicut magister Gentium testatur: Omnia per ipsum facta sunt uisibilia & inuisibilia, tam ea quae sunt in caelo, quam ea quae sunt in terra, siue throni, siue uirtutes, siue potestates, siue dominationes? Accipe in hoc dicto & tu consilium synagoga Satanæ, nomen falsum apostatice Iudae, qui asseris patrem ad angelos locutum fuisse: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: Dum imago angelicæ naturæ sit spiritus uel ignis: quæ tamen a deo filio facta est, sicut scriptum est: [ Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vel hoc: ] Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignea flammantem. Nunquid angelus ut ipse factus est, alterum ministerio facere, aut imaginem suam ipse potuit? Absit. Planè deus dei filius ad imaginem unitæ immortalitatis suæ, & similitudinem æquitatis suæ fecit hominem, ut homo in qua iustitia factus fuerat, imaginis incorruptæ permaneret, & similitudinem uoluntatis per operationem spirituales factoris imitando possideret, dum non sit factus talis homo proprie, qualis est pura creatoris imago diuinitatis: quia sanè interest ad imaginem & similitudinem referri: & multum distat, ut qualis uel quantus est factor, tantus dicatur esse qui factus a deo est. Vnde post transgressionem Adam imaginem immortalitatis, in qua factus fuerat, amisit: quia diabolo cõsensit, ut cautum est: quia deus mortem non fecit, neclatur in perditione uiuorum. Siue hoc: qui destruxit quidem mortem, illi minauit autem uitam & immortalitatem. Vel hoc: Absorpta est mors in uictoria. ubi est mors aculeus tuus? Aut hoc: Nouissimus inimicus destruitur mors. Sed & hoc: Quoniam deus omnes uult saluos fieri, & ad cognitionem ueritatis peruenire. Necnon & hoc scriptum est: Et uidit deus omnia quæ fecit, & ecce bona ualde. Sed & in Euangelio positum est: In ipso quod factum est, uita est, & uita erat lux hominum. Itaque quod in Adam amisimus, per Christum dominum nostrum in baptismo suscepimus, ut scriptum est: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo celestis. [ Sicut ergo portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem celestis. ] Vides imaginem primi hominis de transgressionem factam esse mortalem siue terrenam: & imaginem secundi hominis, de iustitia & ueritate factam esse immortalem uel celestem: Dum in Adâ omnes moriuntur, & in Christo omnes uiuificantur. Disce iam tu Ebion & Photine semper fuisse deum dei filium cum patre, qui hominem & uniuersa instituit, qui se ante Abraham in claritate euangelicæ censurae fuisse testatur, dicens: Ante Abraham ego sum: Et non deitas filij dei, quæ unam cum patre semper fuit: Nam hic homo filius Dauid, & filius Abraham nuper sit genitus. Vtique hæc cuncta superius dicta ipsa diuinitas filij dei est operata, antequam hominem assumpserit, qui pro nostra salute denuo de spiritu sancto ex Maria uirgine natus est. Vnde deus uerus, & homo uerus est, sicut & filius dei, & filius hominis est, dum de deo deus, & secundum carnem idem ipse filius hominis. [ Siue hoc: Pater clarifica me apud metipsum, claritate quæ habui antequam mundus hic esset. Vtique hic dicit hunc hominem quæ nuper adsumpsit de Maria uirgine. Vnde adsumptus homo filius

**C** David, siue filius Abraham esse ab Euangelistis prædicatur: Dum & deus, qui adsumpsit hominē secundum diuinitatē, sit & filius David secundum dispensationem filij hominis: Dum & deus de deo sit, & secundum carnem homo filius hominis sit, dum & deus & homo sit, & homo sine deo non sit, & deus solitarius sine homine quem adsumpsit non sit. Itaque sciat se omnis confusa sylua Hæreticorum, ubi tot genera draconū & ferarum requiescunt, in hoc blasphemare, cum alij deū [solitariū] sine homine tantum prædicent, & alij hominem tantummodo purum sine deo profiteantur. Dum causas dispensationis passim confundunt, tum infirmitatem humanam mortalis hominis diuinitati immortalī adscribant, aut impassibilem deitatem ad naturam hominis passibilis proprie comparent, in hoc miserī laborant, ut alij deum uerum, & alij hominem uerum filium dei abnegent. Respondete mihi Manichæi, filij tenebrarum, in quos tot genera serpentū lubricos habent anfractus, filium dei, id est, deum uerum, & hominem uerum de Maria uirgine pro nostra salute non confitemini, [ut scriptū est: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabis nomen eius Emanuel: quod interpretatur, nobiscū deus. [ Si phantasma tibi uideatur angelum Gabrielem Mariæ testificari, dicentem: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam ante deum; Ecce accipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Vel Euangelista ad hæc testante: Et peperit filium primogenitum, & pannis eum inuoluit, & posuit in præsepio. [ Si phantasia tibi uideatur, quid concepit? uel quid peperit? aut quid pannis inuoluit, & in præsepio posuit? Siue hoc exemplum accipe, angelum ad pastores dicentem: Et dixit illis angelus: Nolite timere: Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est uobis hodie Saluator, qui est Christus, in ciuitate David. Et hoc uobis signum: Inuenietis infantem pannis obuolutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum eis multitudo exercitus laudantium deum, & dicentium: Gloria in excelsis deo, & pax in terra hominibus bonæ uoluntatis. Nunquid phantasia angeli exultauerunt in cælo? Nunquid phantasia fuit, quod adorauerūt Magi uenientes ab oriente? Nunquid phantasia secundum legem octaua die manibus palpatur uel circumciditur? Nunquid pro phantasia infantes occisi sunt? Nunquid phantasma Ioannes manibus attrahens baptizauit? Nunquid phantasia erat super quem uidit Ioannes spiritū sanctum in specie columbæ uenientem, & manentem super eo? Nunquid phantasia pedes discipulorum manibus lauit? Nunquid phantasma uere manducauit & bibit? Nunquid phantasia lutum de sputo fecit, & linuit oculos cæci, & uidit? Nunquid phantasia Lazarum foetentē quarto die suscitauit? Nunquid phantasia unicum matris uiuificauit? [ Nunquid phantasia Centurioni puerum condonauit? ] Nunquid phantasia in cruce pependit, cū tremefactis cardinibus mundi, uidens Centurio confessionē dedit, dicens: Vere filius dei est hic? Nunquid phantasiam in sindone inuoluit Ioseph, & posuit in monumento? Nunquid phantasma a mortuis post tres dies resurrexit, & in cælis ascendit, & sedit ad dexteram patris? Absit Manichæe, in quo diabolus uniuersa phantasmata erroris est operatus: præsertim cum hæc cuncta superius memorata, [quæ specialiter pro homine mirabiliter sunt dicta,] deus uerus in homine uero sit operatus. Ideoque cognosce in hoc loco & tu Ariane, quem diabolus in agro dominico inter bonū triticū ausus est ad eradicandum semen suū zizanix serere, [ut scriptum est: Scio opera tua, quod nomen habes tantum, quod uiuis, ecce mortuus es. Esto itaque uigilans, & constabillito reliqua quæ moritura sunt. Non enim inuenio opera tua plena corā domino. Memento quemadmodum acceperis, & quomodo audieris: Serua & age poenitentiam. Sin uero, ueniam ad te ut fur, & nescis qua hora ueniam ad te. Audis Hæretice, qui nomen tantum Christi anihabes, & ore diaboli loqueris, qui ignoras

causa

**A** causa dispensationis hominis dictum fuisse: Qui me misit, maior me est. Hæretice, Dic orthodoxe, si pro dispensatione hominis, ut asseris, positum est: Qui me misit, maior me est. Ergo quo tempore missus à patre est? Forte dicturus es: Absens ab illo. Tunc non fuisse recognoscitur. **A T H.** O satis confusa conscientia cæcitas, quæ prorsus serpētis ueneno est infecta. Vtiq; si absens à patre fuit, quomodo indiuisa natura est? & si diuisus est, quomodo unus in uno est? Et si absens fuit, cū in homine fuit & est, cur à piscatore Ioanne nobis in sinu patris agens unus semper annuntiatus est dicens: Deū nemo uidit unquam, nisi unigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit? Deniq; ad hæc ipsum audi loquentē: Verba quæ t uobis locutus sum, non sunt mea, sed eius qui me misit. Sed & hæc: Opera quæ ego facio non sunt mea, sed eius qui me misit patris, ipse operatur opera sua. Et: Si mihi non creditis, operibus credite, quia ego in patre, & pater in me. Ecce de loquente pater loquitur, & de operante pater uniter operatur, & de manente patre in filio, manet filius in patre. Vides indiuisam esse naturā diuinitatis patris, & filij, dum quod loquitur natura filij uniter loquitur & patris, et quod operatur natura filij, hæc ipsa uniter natura diuinitatis operatur & patris. Et cū maneat naturaliter filius in patre, idem inuicē manet pater in filio. [Vnde ut certus sis inter exeuntem, & à quo exierit, ut ipse ait: Ego à patre exiui, & ueni: nomina in personis ostenduntur, & non unita plenitudo diuinitatis, quæ est indiscreta, diuiditur: Dum qui à patre exiuit, hic semper in patre fuit & est, ut ipse testat: Ego in patre, & pater in me. Præterea dum & ubiq; præfens sit hæc unitatis plenitudo, & omne adimpleat interius & exterius, à summitate cælorum usq; ad profundum inferorum, sicut scriptum est: Ego dominus deus, qui impleo cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Vides unitam esse hanc plenitudinis indiscretam diuinitatē.] Itaque considera, quia quicquid ad deitatem refertur, unitatem indiscretā esse designat: quicquid causam hominis indicat, naturam infirmitatis ostendit, sicut ipse ait: Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habentem. Nonne in hoc dicto hominem ostendit? Nam secundum deum sic profecutus est: Spiritus est qui uiuificat: Nam caro nihil prodest: Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Vides quia ubi auctoritatem refert, diuinitatem indiuisam esse ostendit, ubi ad hominem, naturam infirmitatis designat. Ac per hoc omnis potestas deo est adscribenda, & omnis infirmitas homini est imputanda, [sicut ipse ait: Tristis est anima mea usq; ad mortem.] **Hæretice.** Rogo, qui maior? qui adsumpsit, an qui adsumptus est? deus, an homo? hoc est, forma dei, an forma serui hominis? qui clarificat, aut qui clarificatus est? sicut ipse dicit: Nunc clarificatus est filius hominis, & deus honorificauit eum. Et sic profecutus est: Et deus protinus honorificauit eum in se. **A T H.** Considera iam in hijs dictis unam personam duplici uocabulo declaratam esse, dei & hominis, Apostolo dicente: Unus enim deus, unus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Siue hoc: Mediator autem unius non est, deus autem unus est. Vides autem mediatorem uel arbitrum unum esse deum, [unū & non alterum in persona esse mediatorem] dei & hominum, hominem Christū Iesum. Sed ediuerso dicis mihi Hæretice: In una persona [dei & hominis] quid potest discerni? Ergo si non discernis, certus esto, quia & deitatem passam simul esse ostēdis. Et cur tu in uno homine causam animæ discernis, Hæretice? secundū dominicū dictū, eò quod non debeat timeri homo, qui habeat potestatem occidere corpus, animā autem non possit occidere? Si tu in hac causa animam tantum discernis in una persona hominis, quæ ab homine non interimitur: quanto magis nos in una persona dei & hominis, causam immortalitatis, id est deitatem ab hominis infirma natura discernimus? Deniq; deum ad hæc audi loquentem: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Nunquid deitas dissoluta est, Mar-

b 3 cellio

**C** cellio Hæretice, ut adfueras, siue sapiētia, uel uirtus dei patris, & nō homo: Vtiq̄ homo uere passus est, qui templum dei factus est, qui ab ipso resuscitatus est, sicut scriptura diuina testatur: Confige clauis à timore tuo carnes meas. [ Siue hoc: Et uidebunt in quem compunxerunt, Vtiq̄ hominem uidebunt, quem crucifixerūt. Nunquid diuinitatē clauis fixerunt, aut lancea perforauerunt: Absit. ] Vel hæc di-

*Math. 26.* cta accipe: Spiritus autē promptus. Nōne de una persona hæc dixit, cuius tantū causa distinxit: Rogo, si ipse infirmitatē hominis, quam adsumpsit, deitati suæ im-

*tunc cum* mortali non imputauit, tu tantā, & tam immensam deitatem, per quā omnia sunt facta, homini passibili adscribis: Sicut soles proponere Apostolum dixisse: Omnia subiecta sunt ei, præter eum qui subiecit ei omnia. † Nam cum subiecta illi fuerint

*† subdidit* omnia, [ tunc ] & ipse subiectus erit ei, qui sibi subiecit omnia. Hoc euidenter ad deitatem diuinitatis filij dei non pertinet dictum, dum per ipsum cuncta sint facta, & semper illi fuerint subdita, quia nemo sit qui facturæ suæ non dominetur semper. Vnde homini qui nuper natus est, sine dubio ante passionem filij nō fuerant subiecta, cum adhuc ipse homo mortis esset pro nobis debitor. Vnde post passionem uniuersa sunt ei subdita, sicut ipse homo de se significat, qui adhuc in cœlis non fuerat: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Deniq̄ uel hoc accipe: Et potestatem dedit ei ad iudicium faciendum, quoniā filius hominis est. [ Vel saltem de unita bonitate naturæ ipsius domini dicta suscipe: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Nunquid se de hac ipsa sola bonitate patris alienum esse perscripsit, qui sic subiunxit: Et quem misisti Iesum Christum? Nam & pater eadem testatur: Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. Vides bonum esse uerbum dei, qui de patre substantialiter uel naturaliter cōsistit. ] Ideo huiuscemodi omnes comparatio-

**D** nes pro infirmitate hominis sunt dictæ: Qui me misit, maior me est. Siue in hoc dicto, in quo solent argumentari: Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi solus deus: Cum alio in loco ipse dicat: An oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum? [ Sed & hoc: Ego sum pastor bonus. ] Sicut & de persona sancti spiritus sic cautū

*† Vides* inuenimus: Spiritus tuus bonus deducat me in uia recta. † Disce unam esse bonitatem in natura patris, & filij, & sancti spiritus. † Igitur uel nunc perpende, quia omnis infirmitas homini est imputanda, & omnis potestas bonitatis signorū uel prodigiorū deitati indiscretæ trinitatis est adscribenda. **H A E R.** Ergo, si una natura patris, & filij indiscreta est, quia dicis unus in uno est, sicut scriptum est: Ego in patre, & pater in me: & causa dispensationis hominis dictum fuisse asseris, id est, Qui me misit, maior me est: quid iam de persona spiritus paraclæti hoc loco dicturus es? minor non est, qui à filio missus est: sicut ipse ait: Si non abiero, paraclæti nō ueniet. Et: Si abiero, mittā eum ad uos, & docebit uos omnē ueritatē. **A T H.**

**O** inaudita adhuc penitus tam inquisita præscriptio. Itaq̄ suggerente ipso de se sancto spiritu, oportet nos unū pro multis pertinens dare autoritatis exemplum. Memento † recipere esse hanc naturæ uirtutē mittentis & missi, dum hic qui nunc missus est, ipse iam pridem misisse mittentem inueniatur. Deniq̄ per sanctū Esaiam deū dei filium accipe testantē: Accedite ad me & audite hæc. Non ab initio in occulto locutus sum, cum fierent illic eram, & nunc dominus misit me, & spiritus

*† unitam* eius. [ Disce tandem † aliquando unitam esse hanc naturæ diuinitatē mittentis & missi, dum qui nunc in Euangelio quāuis missurum se spiritum paraclætū testatus sit, tamen se ipse ab eo iam prius missum per inclytum Esaiam professus est: dum hic qui mittitur, à mittente nunquam diuiditur, quia indiscreta natura est, dum in ter mittentem & missum personæ ostenduntur, & nulla in diuinitate diuisio est. Præterea dum ubique præfens sit hæc unita plenitudo, & omnia impleat interior & exterior, à summitate cœlorū usque ad profunditatem inferorum. ] **H A E R.**

Rogo

**A** Rogo, si filius hominis est, ut de uetere scripturarum autoritate mihi indices.

**A T H.** Quæso audi Psalmographum: Fiat manus tua super uirum dexterae tuae, & super filium hominis, quem confirmasti tibi. [ Sicut & sanctus Dauid testatur: Videbam in uisu noctis, ecce cum nubibus cœli uenientem filium hominis, & adpropiauit usque ad ueterem dierum, & oblatu est ei principatus, & honor, & imperium, & omnis plebs, & tribus, & linguæ seruiunt ei: potestas illius perpetua, quæ non desinet, & imperium eius non interibit. ] Ecce filium dexterae, ecce filium hominis, sicut Apostolus dicit: Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Nam secundum deitatem, sic ait: Qui prædestinatus est filius dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis. Sicut & ipse Phariseos interrogat de diuinitate sua: Quid uobis uidetur de Christo? cuius filius est? Responderunt ei Iudæi: Dauid. Et ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos † sub pedibus tuis? Si ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere illi uerbum. Disce ergo quia secundum carnem filius hominis est, hoc est, Dauid, & secundum diuinitatem idem ipse filius dei est in uirtute, & dominus [ ipse ] Dauid est. Quamobrem Unigenitum dicit scriptura refert, secundum diuinitatem indicat, quia in deitate unigenitus † à deo patre omnino fratres non habet: & dum Primogenitum nominat, naturam hominis ostendit, † quod Apostolus declarat dicens: Ut sit ipse primogenitus inter multos fratres. [ Siue hoc accipe exemplum, & ab Iesu Christo: qui est testis fidelis primogenitus ex mortuis. Nōne una est persona filij? & duplex est eius significatio, deus & homo? Nōne unus est filius, qui secundum carnem primogenitus filius nuncupatur ex mortuis homo? sicut scriptum est: Qui est primogenitus ex mortuis. Itaque crede mihi qui legis hanc scripturæ meæ fidei professionem, quia multi de hac tractauerunt, sed non intelligentes errauerunt. Quidam personam pro causa discernunt, duos filios in confessione introduxerunt, causam passionis hominis à diuinitate discernere, & non personam: dum unus sit filius, cuius est persona, sed duplex significatio est: dum unigenitus à deo patre deus sit, & primogenitus à mortuis homo sit, dum deus uerus & homo uerus sit, & cum deo sit, & secundum adsumptus sit. Quapropter causa discernit, & nō persona. ] Ac per hoc in deitate ubi dicit, impassibilem diuinitatem designat. Vbi autē † causam hominis indicat, naturam passibilem esse demonstrat. Vides quia ubi † secundum autoritatem refert, diuinitatem indiuisam [ à deo patre ] esse ostendit. Vbi † secundum hominem, naturam infirmitatis † declarat.

**B** Ideo omnis potestas deo est adscribenda, & omnis infirmitas passionis homini est imputanda.

b 4 D. ATHANASII

*Psal. 79.*

*Rom. 1.*

*† scabellum pedum tuorum*

*† unigenitus. † si patrem non habet*

*† Primogenitus † ut*

*† ad hominem † ad*

*† ad † demonstrat*

# D. ATHANASII ALEXANDRINI EPISCOPI, DE SINGVLIS NOMINIBVS, ADVERVS NOVELLAM HAERESIM CVIVSDAM POTENTINI VRBICI. LIB. IIII.

Hic iam de singulis nominibus atq; personis identidem referas mihi. A T H.



† libro

Non tibi sufficere debuerat unum pro multis expositum fidei dominica exemplū, dicētis: Euntē baptizate omnes gentes, in nomine patris, & filij, & sancti spiritus: De quo iam pridē in primo libello tam absolute digesseram, in quo totius sacramēti veritatem in una deitate consistere declaraueram. Nec non & nomina propria in singulis personis inesse distinxeram. An ignoras, quia pater unus innatus est, & ipse sibi filius non est, & unus filius ab eo uere natus est, qui pater non est, & unus hic spiritus sanctus, qui non ut hic pater genuit, & non sicut hic filius natus est, sed nec factura est: Sanē ut scriptura diuina testatur, de unita ueritate est, ac per hoc nomina uera propria in personis sunt, & non in uocabula uacua. H A E R. Vt hęc de autoritate ostendas postulo.

† uera deitate

Matth. 17.

A T H. [De adsumpto homine] in claritate Euangelij scriptum est: Et baptizato Iesu, confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt caeli, & uidit spiritum dei descendentē de caelo, sicut colūbā uenientē in ipsum. Et ecce uox de caelis, dicēs: Hic est filius meus dilectus, in quo [bene] complacui. Nonne alter est in persona qui baptizatus est, & alter q; sicut colūba de caelis descēdit, & alius adaeque cuius uox de caelis audita est: Alio in loco scriptū est: Omnis qui diligit † genitorē, diligit eū qui natus est ex ipso. Nunquid ipse est pater in persona, qui & natus est: Absit: Vel

† patrem

D

1. Ioan. 2.

Ioan. 15.

hoc accipe testimoniū: qui nō cōfiteat filium, nec patrem habet; qui autē cōfiteat filium, & filium & patrem habet. [Siue hoc: Qui me odit, & patrem meū odit. Sed ad hęc Ioannes indicat: Qui negat patrem & filium, hic est Antichristus. Vides Antichristum esse, qui negat uerū patrem & filium.] Deniq; patris uocē de caelis audist dicentem: Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene cōplacui, ipsum audite. Dū omni modo alter sit,

† testantem

† de quo testificabatur

qui testat de caelis, & alius † adaeque in terris. Sicut filius ad patrem clamat: Pater, honorifica nomen tuū. Et uenit uox de caelis: Et honorificaui, & iterū honorificabo. [Vtiq; si ipse erat filius in persona, qui & pater, à quo tandē honorē postulabat: & cuius uox ad eū respōdebat, dicēs: Et honorificaui, & iterū honorificabo. Sed &

Ioan. 12.

Ioan. 17.

Ioan. 16.

† Nunquid

hoc: Pater sancte honorifica filium tuum, ut filius tuus honorificet te. Vides in hoc mutuā esse, secundū naturā uicissitudinē, honorificentia in hijs cōsistentē. Siue accipe: Ego de deo exiui & ueni. ] Nā & alio in loco idē ipse repetit: Ego à patre exiui, & ueni. Vtiq; si ipse erat pater in persona, qui & filius, sic debuerat intimasse: Ego à me exiui, & ueni [in hūc mūdū. ] Dū proculdubio alter sit, qui exiuit, & alius sit de quo exierit. Sed ad hęc subiūxit de persona sancti spiritus: Cū uenerit aduocatus ille, quē ego mittā uobis à patre meo spiritū ueritatis, qui à patre meo procedit, ipse testificabitur de me. Ita ne nō alter est qui mittit, & alius adaeque in persona à quo procedit, & alter est hic ipse qui uenit. Denique si una esset persona, à quo tandē mitteretur, uel à quo procederet: Sicut Apostolus hęc in salutatione ad Corinthios confirmat, dicens: Gratia domini nostri Iesu Christi, & caritas dei, hoc est patris, & cōmunicatio sancti spiritus cum omnibus uobis. Nonne aperte per singula nomina, sicut & superius continetur, singulas personas inesse distinxit: [ Denique ad hęc ipsius filij dicta suscipe, dicentis: Alius est qui testimonium perhibet mihi, qui misit me pater. Dum infra de se dicat alius, Vides quia

2. Cor. 13.

quā multi sunt spiritus in caelo, & in terra, qui facti sunt, nunquid aliquis eorum in sempiternitate

A Quia alius est pater in persona filij, & non alius est in diuinitate. Sed & de spiritu sancto sic ait: Rogabo patrem meum, & alium paraclētum mittet uobis: Considera & alterum spiritum paraclētum esse in persona, & tamen non esse alterum in diuinitate. Ideo alter ab altero in persona tantum differt, & non in deitate. Itaque alter [ est ] pater in persona qui genuit, & alius filius [ est ], qui unigenitus ab ipso est, & alius spiritus paraclētus, qui de † unita natura † est. Sed dicis mihi † una Hæretice, quemadmodum spiritus de unita natura consistit: Ecce filius de eo testatus est: A patre procedit, & sic prosecutus est, & de meo accepit. Quod testimoniū pater † cōprobauit, dicēs: Spiritus à me procedit. O homo si spiritus hic paraclētus, † corroborauit ut dicis, pater nō est, filius nō est, factura nō est, qd tibi esse uideat: O uera cecitas: Vtiq; si scriptura tibi non sufficit, quæ sic de eo significat, me nō est iam sup eo qd interrogas. Sanē nō debeo dissimulare, eō quod nō tibi debeā indicare quod † nescio. Sed ut prius scias q̄s laqueos euites, [ indicabo tibi. ] Hęc hæresis nouella extitit inaudita cuiusdā VRBICI POTENTINI, qui hunc spiritū sanctū, patrem aut filium, † aut certe facturā usurpat debere cōfiteri: Vt si quis certe ignarus, uel rudis in scripturis diuinis, de his quæ per amaritudinē uersutæ eius sunt in mediū prolata cōmenta audierit, [ & ] aliquid ex hijs † blasphemē dictis elegerit, statim in hæresim incidat. Audi itaq; quæ admodū absolui debeāt tortuosa uincula iniquitatis eius. O Potentine, qui aduersus scripturas diuinas, uel totū mūdū, tu solus à catholicis [ de hoc ] dissentis, dū Philosophorū doctrinas sectaris, qui sic sentis: utiq; si spiritus sanctus, & hic paraclētus, ut dicis, pater esset, sine dubio iam non esset unus pater, sed duo patres: aut si spiritus & hic paraclētus filius esset, sine dubio iam non unus filius esset, sed duo filij: uel si factura esset spiritus paraclētus, p̄cul dubio nō iam esset uerus deus, q; factus est, quod absit: Ac per hoc eadē ipsa repeto, & per aptiores sermones hæc dicta de autoritate † iuris indico. Igitur si alter pater erat et hic paraclētus, ut quid dictū Apostoli inuenimus: Unus enim deus pater: Siue hoc dictū: Nobis tamē unus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipsum: Disce ergo, quia unus est innascibilis deus pater. Sed & si alter filius esset hic spiritus † consolator, cur unigenitus filius à Ioanne Euāgelista prædicabatur, [ dicēs: ] Deū nemo uidit unq̄, nisi unigenitus [ filius ], qui est in sinu patris, ipse enarrauit: Siue hoc: Et unus dominus Iesus [ Christus ], per quē omnia, & nos per ipsum, Vides quia unus est filius, qui est unigenitus deus. Sed & si creatura erat spiritus † sanctus, & deus uerus nō erat: cur legimus ipsum dominū Christū Nicodemo indicantē: Quod nascitur de spiritu, spiritus est: Et: Quia deus [ ipse ] spiritus est. Vel saltem hoc exemplū accipe: Et nolite cōtristare spiritū sanctū dei, in quo signati estis in die redēptionis. † Sed [ ad hęc ] dicta suscipe: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō intrabit in regnū cœlorū. Memēto, quia deus est spiritus sanctus, q; cūcta operat in signis & pdignis, sicut Vas electiōis breuiter absoluit: Hęc omnia operat unus atq; idē spiritus, diuidēs singulis prout uult. Qui utiq; si creatura erat [ hic unus atq; idē spiritus ], quæ admodū hæc uniuersa mirabilia poterat opari: Vnde non pater est hic paraclētus, Potentine, ne duos patres aduersus stilū regulæ † autoritatis in cōfessione introducant: & nō filius est, ne duo filij cōtra sacras scripturas esse uideant: & nō factura est, ne nō deus uerus sit. Sed ad postremū quid dicas, audi ipsam scripturā diuinā: Verus est deus, quia de ipsa uera deitate unita, incōparabilisq; cōsistit. H A E R. Rogo, si unita deitas est incōparabilis, nūquid sic & noia psonarū incōparabilia sunt: A T H. Prōdolor, si multi sunt patres, qui aliquādo patres nō fuerūt, nunquid aliquis ex his deo patri in sempiterna generatione pater digne cōparabit: Absit: Aut q̄a multi sunt filij, qui nuper nati sunt, & antea filij non fuerunt, nunquid aliquis ei ad sempiternam † diuinitatē filius proprie adsimilabitur: Aut quia multi sunt spiritus in caelo, & in terra, qui facti sunt, nunquid aliquis eorum in sempiternitate

† una

† processit

† corroborauit

† uel

† tribus condi

† tionibus clege

rit,

† iure

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

† paraclētus

**C** in sempiterna <sup>†</sup> diuinitate sancto spiritui adæquabitur: Absit, ne [ factura ] factori suo comparetur, dum factura nuper coeperit, factor autem eius semper ante omne omnino principium fuerit. Memento unum esse patrem, ex quo omnia, & unum esse filium, per quem omnia, & unum esse sanctum spiritum, in quo omnia, sicut **Ioan. 1.** scriptum est: Omnia ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Considera ad hæc superius argumenta dicta, tres significationes per unitum [ operantis ] nomē esse ostensas, id est, ex ipso, & per ipsum, & in ipso; dum alius sit ex alio, aut per aliud, <sup>†</sup> quia ad singulas personas hoc pertinet dictum. Nam de unito nomine sic ait: <sup>†</sup> Ex ipso, & per ipsum, & in ipso, quod idem ipsum est unum. Vnde quāuis hæc uocabula in proprias personas tacite sunt dicta, tamen unum nomen in his clausula est reuelatum. Ergo quia ait: Ex ipso, ex deo patre uocatur, ut fierent demonstrauit, & per ipsum, per deum filium hæc ipsa facta indicauit, & in ipso, in deo sancto spiritu sanctificata pronuntiauit. Vides quia ex quo, ex patre est dictum: et per quem, per filium est factum: & in quo, in sancto spiritu est [ uniter ] <sup>†</sup> consummatum. Itaque quod ait, ex ipso, & per ipsum, & in ipso, quia identidem hæc ipsa est diuinitas patris, quæ & filij, sic & sancti spiritus. Ideo cuncta ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt facta. Ipsi trinitati unitæ & inenarrabili honor & gloria in secula seculorum, Amen.

**† omnia** Et quæ <sup>†</sup> nomina in personis tantum distinguantur, accipe: Nūquid pater qui inenarrabiliter genuit filium, ipse filius potest dici? Nunquid pater hominem de Maria uirgine adsumpsit? Nunquid pater natus, aut incarnatus, aut passus est? Absit à nobis, Sabelli hæretice, ne hanc blasphemiam admittamus. Dum hic uerus filius dei, uere incōparabiliter natus fuerit de patre, & pro nostra salute denuo dignatus fuerit <sup>†</sup> adsumere hominem de Maria uirgine. Vnde iam deus uerus & homo uerus dicitur, imò & est. Ideo in hæc diuisa sunt nomina personarum, ne quem patrem dicis, hunc eundem & filium confuse designes, aut ne filium patrem esse pronunties, uel certe hunc spiritum sanctum inestimabile ne forte patrem aut filium temere testeris, & nullam omnino firmitatem tenere inueniaris: dum per ipsa nomina personarum, ipsam <sup>†</sup> unitatem passim confundas, ut ipsum sibi dicas in persona esse patrem, quem & filium, quasi ipse se genuerit, aut ipse sibi pater sit, & ipse sibi filius sit, quod absit: dum nemo sibi metipso pater sit, & nemo sibi metipso filius sit, quem uere genuerit, dum pater filij sit, & filius patris sit, quem uere genuit. Propter quod nomina in personis perfecte distinguuntur. **H A E R.** Hæc dicta de autoritate mihi approbes quæso. **A T H.** Accipe filiū in claritate euāgelicæ censuræ stantē: Cū uenerit aduocatus ille spiritus ueritatis, qui à patre meo procedit, ipse testificabitur de me. [ Vel statim accipe: Aduocatus autē spiritus sanctus, quē mittit pater in nomine meo, ille uos docebit & admonebit omnia, quæcumq; dico uobis. ] <sup>†</sup> Nonne <sup>†</sup> breuiter nomina in singulis distinxit: dū hūc aduocatum spiritum paracletum à patre adnuntiat discipulis esse uenturum, & de semetipso testimonium in mundo esse laturum. **H A E R.** Quare nomina <sup>†</sup> designant? **A T H.** Proculdubio [ quia ] pater uere genuit, hoc proprium nomē est ei, & filius uere de eo natus est, hoc unicum nomē est ei, & spiritus principalis, qui de patre processit deitatis nomē est ei. Cū uero nomina pluraliter in personis singulis pcurredo distinguunt, propria nomina ostendunt. Cū secundū deitatem referuntur, unitum nomē in his indicat. **H A E R.** Quid ergo designat personæ proprietatis indicium, quod est solus pater, & unigenitus filius, & uerus hic spiritus sanctus, quæadmodū hic ostēdis unitum nomē esse in proprijs personis? **A T H.** Audi [ quoniam ] quo modo substantiuus est in diuinitate deus pater, sic substantiuus est in eadē natura & substantia et deus filius, sic substantiuus est in eadē natura <sup>uero</sup> deus spiritus sanctus. Siue hoc tale dictum referas, quæadmodū deus est pater, sic deus est filius, sic deus est spiritus sanctus. Vides quia substantiuum diuinitatis nomen in hijs personis dum indicas, deitatis unitum nomen demonstras. Itaq;

**A** <sup>†</sup> Itaq; duplex est huius mysterij intellectus. Memento dum unitum nomen eorum in unita substantia consistat, & propria nomina in singulis personis <sup>†</sup> distinguantur. Vel certe per hoc argumentum ueritatem intellige: Ego & pater unum sumus. <sup>†</sup> Vtiq; quia unitum nomen naturæ plures naturæ non sunt, & sumus, una persona non sit. Itaq; ubi deitatis nomen indicat, unum designat. Vbi autem ad nomina personarum uenit, sumus ostendit. Idcirco aliud est, unitum nomen deitatis ad communem autoritatem trinitatis uniter referre, & aliud est singula nomina pluraliter per singulas personas distinguere: quia ubi natura <sup>uero</sup> requiritur, unitum nomē reuelatur: Vbi autem ad nomina, proprietates eorundem in singulis personis inesse declaratur. Sicut & in hoc argumento uas electionis breuiter absoluit: Ex deo, coram deo, in Christo loquimur. Ita ne non per hæc tacita nomina, quamuis personarum singulas significationes inesse <sup>†</sup> declarauit, id est, ex deo, quod est euidenter ex deo patre. Et quod persecutus est, coram deo, hoc est, teste deo, sanctum spiritum demonstrauit, & in Christo loquimur quod ait: Vtiq; nos [ qui ] ex deo, coram deo, in filio dei testimonium prædicamus. Vides multifarie tibi dicta nomina singula in personis esse ostensa, <sup>†</sup> quoniam nomina singula tantum in personis perfecte <sup>†</sup> ostendunt, [ & deitatis <sup>uero</sup> indicium uniter per hæc ipsa indicat. ]

# D. ATHANASII ALEXANDRINI EPISCOPI, DE VNITA AC SEMPITERNA SVBSTANTIA TRINITATIS. LIB. V.

XANDRINI EPISCOPI, DE VNITA

AC SEMPITERNA SVBSTANTIA TRINITATIS. LIB. V.

**B**



**Q**uir connexus es sempiternum [ cum patre esse ] filium, quæ natiuitas nullo modo passa est admittere in sempiternitate: Qui si sempiternus [ unā cum patre ] erat, natus non est: si autem natus est, sempiternus esse nō potest, dū natiuitas posterior sit sempiternitate. **A T H.** O inanis machina, de ligno, fœno & stramine in arce nis ædificata, cuius in proximo adest ruinæ incēdium. Hic ad tuum malum argumentum, necesse est, ut contra te proferam ueræ sapientiæ interdictum. Quare non sit sempiternus filius, cuius natiuitas nullo modo excluditur à sempiternitate: Sed imò hic qui ante omne omnino principium iam natus fuerat, ipse est una cum patre sempiternitas, dū sempiterno sempiternus genitus fuerit. Sed dicis mihi: Natiuitas posterior est à genitore suo: Reuera quasi prius conceptus de semine, aut coagulatus in uentre, & usq; ad postremū incrementum natiuitas eius accedens profecerit, & sic tandem aliquando natus fuerit: Absit, ne huic natiuitati aliquid comparetur, sicut scriptum est: Generationem autem eius quis enarrabit: Nunquid pater, qui uere genuit, in passionē aliquam incidit, aut in ipsa natiuitate filij sui detrimentum sustinuit? Absit, dum hæc generatio omnino, ut superius dixi, non enarretur. Denique de hoc si potes contra diuinā scripturam erra, dum ipsa modo dicat, manum, filium, & dexteram, & brachium: & modo uerbū de ore patris, & modo ex utero ante Luciferum genitum, & modo in patre esse, & modo quasi à patre exisse & uenisse, & modo in sinu patris esse, & modo apud patrem erat, & modo in patre est & erat, & modo pater in filio, & filius in patre est. Considera si ad hæc multifarie dicta aliqua natiuitas generationi filij dei poterit comparari, uel enarrari: dum hic qui ante secula incomparabiliter natus iam fuerat, quomodo

**†** Nonne in paucis nomina singula in personis distinxit? **†** significatur

**†** Contradictio est persona Ariani cuiusdam

**Act. 8.**

**Appellationes filij quāuis uariæ.**

C quomodo & nunc in sinu patris est: aut qui à patre exiuit [ & uenit ] quomodo  
semper in patre fuit & est: [ aut qui manū uel dexteram, siue brachium esse signifi-  
catur, quero à te Hæretice, ut enarres, quomodo à patre genitus fuerit: cum & sa-  
pientia & uirtus dei patris sit à diuina scriptura ubiq; appellatus ] Aut qui ex ute-  
ro † natus † genitus est, quomodo & de ore patris uerbum exiuit & uenit: aut quomodo  
pater in filio est, & filius in patre est: Vides quia non enarratur hæc sola natiuitas,  
[ quærenda est potius secundum professionem scripturarum, quàm iudicanda uel  
discutienda: quæ quanquam inenarrabilis sit, tamen secundum professionem sy-  
nodi Ariminensis ignobilis creatura sit. Quare natus non fuerit uere de patre, quod  
absit, dum certus sum quod natus sit. Sed in eo sanè ignoro, quæadmodum de deo  
patre genitus fuerit: quia de inæstimabili patre æstimabilis est uere, quia ab eo geni-  
tus est. Sed dicis mihi: Incipit filius, quia natus est. At e contra audi: Ergo incipit pa-  
ter, quia genuit. Si incipit filius, incipit & pater ] Ergo sempiternitatem hanc,  
† eam  
quam anteriorem natiuitate filij fuisse asseritis, cui † tandem adscribitis? Aut Hæ-  
reticus, patri tantum. Et cur præiudicas ei: Vtiq; si nuper genuit, sempiternus es-  
se non potest. Elige tibi † alterum de duobus, aut una est eorum sempiternitas, aut  
† unum  
una posteritas. Postremo quid tantum filio imputas, quasi aliquando non fuerit,  
cū hoc magis debeat patri deputari: quem tu patrem aliquando, secundum pro-  
fessionem tuam nō fuisse testaris. Vtiq; reuera si filium natiuitas impediuit ne sem-  
piternus esset, quem tarde aut sero natum fuisse asseris, necesse est, ut & genito-  
ri natiuitas filij sui impedimentum attulerit, ne sempiternus sit, si nuper genuit.

Non tibi uidetur, quia utrunq; à sempiternitate impugnas? Cur [ ergo ] iam non  
est hæc talis professio uestra, nouus pater, nouus & filius: Incipit pater, incipit & fi-  
lius: Et excluso patre & filio ab una sempiternitate, quero à uobis: cui deo hæc sem-  
piternitatem adscribatis: quia patrem dicitis tarde [ & sero ] genuisse, & filium nu-  
per natum fuisse. Ergo ambo à sempiternitate exclusi esse uidentur. Considera  
† profusus  
† ergo non posse dici sempiternum patrem sine filio, dum magis sempiternus sit  
pater cum suo filio: quia non potest tantum [ hic ] pater dici sine suo filio.

H A E R. Quod sensisti, de sensu tuo attulisti, & nihil de autoritate sacræ scripturæ  
mihi satisfecisti: Vnde uel unum tantummodo proferas pro multis pertinens [ ad  
hoc ] exemplum postulo, ut superiora dicta tua possint iure legitimo confirmari.

A T H A. Audi Psalmographum sanctum Dauid dixisse, imò filium dei per Da-  
uid ad patris personam retulisse: Et ego semper tecum, tenuisti manum meam de-  
xeram &c. Vel ipsum patrem per legislatotem Moysen audi dicentem, de sempi-  
terno unio nomine trinitatis: Ego dominus deus, hoc est nomen meum memori-  
ale sempiternum in generationes & generationes. Quod alio in loco idem ipse in  
filio suo dictū ostendit, id est: Nomen meū est in illo. [ Vel dictū accipe: Ego domi-  
nus deus, qui uoco nomen tuum deus Israël ] Sed & † ipse attestatus est: Ego ue-  
ni in nomine patris mei, & me nō recepistis. Nam & Dauid ad hæc clamat [ dicēs: ]

Benedictus qui uenit in nomine domini. Deniq; de hoc ipso audi loquentem do-  
minum supra corpus Lazari: Pater, sciebam quia semper me † audisti. [ Qui si sem-  
per in patre, aut cum patre non fuisset, quemadmodum eum semper audisset, si cū  
deo patre semper uniter non fuisset: Vnde quia semper apud patrem fuit, & nun-  
quam sine eo fuit, semper eum pater audiuit ] Vides unitum nomen esse sempiter-  
num, quod in uirtute sapientiæ uniter consistit, ut quod nomen patris est in natu-  
ra [ diuinitatis, sapientiæ, & uirtutis ] idem ipsum sit in natura nomen & filij. Vel

Apostolum audi ad hæc dicentē: Et sempiterna eius uirtus & diuinitas. Quæ sem-  
piternitas siue diuinitas filius eius est. Quod alio in loco ipse tam euidenter absol-  
uit, Christum & dei uirtutem, & dei sapientiam. Nunquid nam pater fuit aliquan-  
do sine uirtute & sapientiā sua, Hæretice, ut sine filio suo à uobis esse dicatur? Ab-  
sit à nobis,

A sit à nobis, dum ubiq; scriptura tibi apertissime declarat, semper fuisse patrem cum  
filio, filium cum patre. Cur non expertus es, sanctum Dauid eduxisse in pugna  
gladium [ de uagina ] Goliath, cuius nos usi ueritatis exemplo, placuit ut de uestro  
† in uos gladio triumphemus, sicut ipse testatus est: Gladius eorū intret in cor ipso-  
rum. Ignoras, quia quod derogas filio, hoc ipsum adimis & patri: Itaq; dum in pri-  
ma congressione ab una sempiternitate patris & filij exclusi fuissent, & compelle-  
rentur ab ipsa censura ueritatis, uisum est illis ut in medium proferrent, quæ prius  
occulte blasphemabant, dicentes: Erat pater aliquando sine filio. Si enim fuisset pa-  
ter aliquando sine filio, nunquam [ prorsus ] præsumens indicasset per Prophe-  
tam: Et ego semper tecum. Sed ad hæc piscator Euangelista Ioannes dilectus à deo  
testatus est: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uer-  
bum. Hoc erat, fuit in principio apud deum, omnia per ipsum facta [ sunt, ] & sine  
ipso factum est nihil. Considera quia semper erat apud deum patrem deus filius,  
per quem omne [ omnino ] principium factum est. Vnde iam oportuit nos pauli-  
per ad stulta dicta stulte respondere, ut uel sic de sua stultitia reuicti atq; confusi,  
erubescerent. Vtiq; si erat pater antequam generaret filium, sine dubio non erat  
pater, si non habebat filium. Sed ne uel hoc præsumant blasphemantes: Erat filius  
antequam nasceretur, qui si natus non fuerat, euidenter non erat filius. Stulte, quid  
ergo oportet dicere? Elige tibi unum de duobus: Si erat pater antequam generaret  
filium, aut erat pater qui iam uere genuerat filium. Vel si hoc significas: Erat filius  
anteq; nasceretur, aut erat natus filius, qui iam uere natus fuerat de patre, sicut scri-  
ptum est: Qui erat, & qui est, & qui uenturus est. [ Vel hoc: In principio erat uer-  
bum. Vides, quia semper fuit filius cum patre, qui est, & qui erat, & qui uenturus  
est. ] Ideo nō intelligis Ariane, quia tota falsa introducis: ut dicas patrem qui non  
genuerat, & nomines filium, qui nec dum fuerat natus. Rogo si pater erat, ut asse-  
ueras, qui non genuerat, & filius erat, qui non erat natus à patre, quero à te quid  
tunc fuerint: Ne forte dicas, ambo ingenerati, quod absit. [ Vere aduersus dogma  
iniquitatis uestræ pro hac sententia spiritus principalis per sanctum Moysen recte  
denotans comparauit dicens: Inimici aut nostri insensati, de uinea enim Sodomo  
† uobis  
† ad  
rum uitis eorum, & propago eorum de Gomorra. Uua eorum, uua fellis, & bo-  
trus eorum, botrus amaritudinis: ira draconum uinum eorum, & furor aspidum  
insanabilis. Vide quia manifeste uerum patrem sempiternum, uerum filium, decla-  
rat sempiternus, qui de eo natus fuerat: & uerum filium sempiternum, uerum pater  
demonstrat sempiternus, qui eum genuerat, ac per hoc ut dixi, sicut uerus pater, qui  
de semetipso genuerat filium, una cum eo erat semper ante omnia anterior, sic &  
uerus filius, qui iam inenarrabiliter natus fuerat de patre, unā cum eo fuit semper  
ante omnia anterior. Hæc est, inquam, † in hijs anterior sempiternitas, quæ ante o-  
† eorum  
mne omnino principium fuit, & erat. Ideo nunquam pater sine filio, quia semper  
filius fuit cum patre, dum nullo modo potest pater hic dici sine filio. Super hanc  
tantam ueritatis probationem adhuc adiecit iniquitas eorum dicendo: An-  
tequam generaret non erat pater, sed erat omnipotens deus. Prò nephas, hæc  
tam temere sic de deo patre sentire: ergo sine dubio, ut dicitis, si omnipotenti  
deo de recenti honor patris accessit, prius imperfectus fuisse detegit: Et si omnipo-  
tenti, tanquam homini egentī per ordinem dignitas creuit, prius iam omnipotens  
non fuisse cognoscitur: quia cui honor accedit, dum usq; ad summum gradū per-  
uenerit, adhuc inferior ab eo esse uidebitur, & si peruenerit, melior incipit esse in  
nouissimo, quam fuerat in primo, dum de humilitate usq; ad summum fastigij cul-  
men accedat. Sed hæc, ut erubescas, † secundum tua dicta referimus, dum magis  
omnipotens pater esse inuenitur, cui illa tanta censura omnipotentis sese prius sub-  
miserit, ut honorem nuper per hunc gradum paterni nominis adsumeret. Porro  
c longum

**C** longū est tam diu cæcas eorū in unū <sup>† replicare</sup> caligines. Audiāt itaq; nostrā <sup>† uerā</sup> & immobilē uocē confessionis: Quē ignorādo omnipotentē deū testati estis, nos <sup>† reficere</sup> ipsum patrē esse <sup>† uiam</sup> <sup>† iudicamus</sup> <sup>† predicamus</sup>, quia omnipotentē deū, qualis ipse est in natura, tale genuit filium, sicut in scripturis cautum inuenimus: Qui est, & qui fuit, & qui uenturus est omnipotens deus. Vides omnipotentē esse dei filium in natura, sicut & patrem. Ideo nihil nuper accessit, in unita diuinitate sempiternæ omnipotentia, patri & filio. Sanē nec omnipotenti deo sancto spiritui aliquid accessisse cognoscitur, quoniam de unita omnipotentia substantia est: quia hæc [ unita ] natura nec augmentum aliquod, nec detrimentum patitur. Disce itaq; quemadmodum debeat [ tuus error ] absolui: Vtiq; sempiternitas patris filius eius est, quia de ipso inenarrabiliter <sup>† sine initio</sup> ante omne omnino principium natus est: & sempiternitas filij pater eius est, quia ipse eum ante cuncta secula incomparabiliter genuit: siue sempiternitas spiritus paraclēti unita deitas eius est [ cū patre & filio, ] quæ facta non est, sicut filius testatus est de eo: A patre procedit, & de meo accipiet. Sed & pater hæc dicta <sup>† corroborat</sup> <sup>† spiritum</sup> <sup>† clarificat</sup> comprobat per Prophetam, dicens: Spiritus à me procedit, Et alio in loco: Effundam <sup>† de spiritu meo super omnem carnem.</sup> Quod in Pentecoste in Apostolos factum fuisse, scripturæ diuinæ testantur. Nam sicut pater <sup>† declarat</sup> filium suum in deitate sua, quoniam deus uerus est: ira & filius demonstrat patrem in substantia sua, quoniam deus uerus est: sic & spiritus sanctus reuelat patrem & filium, in unita natura sua [ æterna, ] quoniam deus uerus est. Hæc est, inquam, unita omnipotens sempiterna trinitas, cui de recenti in deitate nulla accessit dignitas. HÆ R. Interrogo te, responde mihi: Non ergo mutabilis, uel cōuertibilis hæc unita substantia trinitatis? A T H. Audi itaq; scriptum est: Ego sum deus, & non sum mutatus. Vel Prophetam ad hæc dicentē: Mutabis eos, & mutabuntur: tu autē idem ipse es, & anni tui non deficient. [ Siue tale dictum accipe: Ego sum deus, & non demutor. Vere manifeste ipsi à diabolo immutati sunt, qui hanc diuinitatem sempiternæ trinitatis in confessione mutare conantur, sicut Apostolus indicat: Qui immutauerūt ueritatem dei in mendacium, & seruiuerunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. ] Intellige itaq; nec incrementū, nec detrimentū ullū posse sustinere hanc immutabilē unitā plenitudinē substantiæ trinitatis. HÆ R. Rogo, si unita est substantia [ diuinitatis ] patris, & filij, & sancti spiritus, de autoritate scripturarum mihi id indices. A T H. Audi spiritū sanctum per Hieremiam prophetam testantē, uel imō Hæreticos per hæc autoritatis iura increpantē: Super montes accipite planctum, & super semitas deserti luctū, quia defecerunt, eod quod non sint homines, nō audierunt uocē substantiæ. A uolatilibus cœli usq; ad pecora. Et sic persecutus est: Quis homo sapiēs & intelligit hæc: Hic, ut intelligi datur, montes & colles in superbia elatas potestates huius mundi esse. Et semitæ deserti, Iudæi sunt, qui semper errantes Christum deum uerum, de substantia patris ante cuncta secula natum, non cognouerunt: Volatilia autē cœli, Hæretici sunt, qui omnino uento doctrinæ huc atq; illuc, sicut aues circumferuntur, & unitā iussionis uocem, [ atq; unam ] substantiæ patris, & filij, & sancti spiritus esse non confitentur: Pecora adæque gentiles sunt, qui deum factorē suum non cognouerunt. Vere nemo ex hīs arbitrandus est sapiēs, qui non intelligunt hanc unitam esse substantiam trinitatis. Vel ad hæc intellige Prophetam clamantem: Quis stabit in substantia domini, & uidebit uerbum eius: Planē quis hominum potuit stare in substantia domini, & uidere uerbum, id est, filium eius: sicut ipse dicit: Et nemo uidit patrē nisi filius, & nemo scit filium, nisi pater. Vel tale dictum accipe: Qui me uidit, uidit & patrem meū. Nam de persona paraclēti, idem ipse effatus est: Spiritus ubi uult adspirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quod uadat, [ sic est omnis qui natus est ex aqua & spiritu sancto. Considera unam esse inuisibilem substantiam

**A** tiam trinitatis. Sed ad hæc adiecit: Si steterent in substantia mea, & audissent uerba mea, auertissem eos à studijs eorū pessimis. Vel in hoc: substantia mea, dulcedo mea est. Nec non: Qui est splendor gloriæ, & imago substantiæ eius. Sed & hoc, quod secundum autoritatem iure optimo censetur, accipe: <sup>† Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis ipsius [ deus filius, ]</sup> <sup>† Splendor est</sup> Vides unam esse inuisibilis imaginem substantiæ gloriæ <sup>† bonitatis.</sup> Deniq; Paulus <sup>† trinitatis</sup> <sup>† apostolus</sup> pro increpatione Hæreticorum audi [ loquentē, & ] hanc imaginem declarantem: Sed & si opertum est Euangelium nostrum, in hīs qui percunt <sup>2. Cor. 4.</sup> [ est opertū, ] in quibus deus seculi huius excæcauit mentes infidelium, ut non peruideant lumē Euangelij inuisibilis. HÆ R. Sanē si & spiritus sancti imago inuisibilis dei patris & filij est, de autoritate mihi indica. A T H. Scio quia difficilis exitus est hic ignorantibus in absoluendo, sed nos oportet semper ad conuiscantis Pauli eloquium intento corde aspicerē, dicentis: Nos omnes reuelata facie gloriā <sup>2. Corint. 3.</sup> domini speculantes in eandem imaginē reformamur à gloria in gloriā, sicut à domini spiritu. Considera in unam imaginē quemadmodū unam gloriā ter designauit, id est gloriā domini, à gloria in gloriā, sicut à domini spiritu. Nonne <sup>† ut est</sup> <sup>† equalis</sup> imago dei patris in gloriā, <sup>† sic eadē ipsa talis imago est gloriæ filij, sicut sancti spiritus imago gloriæ eadē ipsa & tanta, uel talis est.</sup> HÆ R. Declara mihi, si diuisa est hæc una, atq; eadē ipsa substantia patris, & filij, & spiritus sancti, an indiuisa, aut si extēsa est inuicem. A T H. O experientia hominis, qui seipsum non intelligit. Vtiq; unam ubi indicasti unitatis plenitudinē, substantiæ nomen indiuisum in eis esse monstrasti: nomina adæque tria. Et rursus in repetendo quod distinxisti, proprietatem earundē singulis personis inesse demonstrasti, memento quia inenarrabilia sunt quæ dicimus, quæ omnino credenda sunt. Non tamen facultas data est, ut ad liquidum sint hæc à nobis discutienda: quoniam ipsa sacrosancta trinitas scire se tantū uoluit, non tamē permisit ut de diuinitate sua proprie debeat definiri: unde <sup>† non est</sup> <sup>† diuina substantia manifestū est, aut extēsa inuicem, uel ptenfa in aliquo, uel excēsa in partibus, sed nec</sup> <sup>† deriuationi alicuius rei cōparat: qa liquor nō est in hac natura planē, sed nec defluxio quædā est, qa nullus detrimentū, uel augmētū sustinet, præsertim cū inenarrabilis sit hæc plenitudo substantiæ indiuisæ trinitatis, sicut ipse deus dei filius indicat: Ego in patre, & pater in me. Sed & spiritus sanctus in patre, & in filio inuicē, & in se consistēs est. Sicut scriptū est: Quis enim scit hominum, quæ sint hominis, quæ in ipso sunt, nisi spiritus qui in ipso est: Ita & quæ in deo sunt nemo cognouit, nisi spiritus dei: Nos autē non spiritū huius mūdi accepimus, sed spiritū qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis, [ quæ & loquimur. ] Scito propriæ ueritatis argumentū indiscretū esse positum de homine & spiritu, q in ipso est, & de deo & spiritu, qui de ipso est. Nā & hoc: Qui se iungit me <sup>1. Corint. 6.</sup> retrici unum corpus efficitur, & erunt, inquit, duo in carne una: qui autē se iungit domino, unus spiritus est. [ Sicut idē ipse magister gentiū fide & ueritate nobis testatus est, dicēs: Spiritus enim dei omnia scrutatur, etiā altitudines dei. Qui si altera natura esset spiritus sanctus, quæadmodū diuinitatē altitudinis dei poterat scrutās penetrare: uel intelligere quo mō in ea esset, & in se esset, & inesset: Dum natura dei diuersam naturā pprie nō possit inire, & altitudines eius scrutās penetrare, ut dixi, & in ipsa esse, aut in se esse, uel uniter in sese naturaliter, hoc est, dealiter in inuicē consistere: nisi quia de ipsa unita natura diuinitatis est. Nā et hoc Apostoli est dictū: Qui autē se cōiungit deo, unus spiritus est. ] Vides indiscretā esse hæc plenitudinē diuinæ trinitatis, sed & ubique præsens est ista natura trinitatis. <sup>† Quæ omnia implet</sup> <sup>† Et</sup> interiorius & exteriorius, à summitate cœlorū usq; ad pfundū infernōrū, sicut ipse dñs per Prophetā testat: Ego sum dñs deus, qui impleo cœlū & terrā, & omnia quæ in eis sunt. [ Similiter & sanctus Hieremias de eo unā cū Prophetis indicat: Si abscon</sup>

**C**dit se homo in absconsis, nonne ego uidebo eum? Numquid non ego caelum & terram impleo, dicit dominus. ] Vel hoc uniter in trinitate dictum accipe: Quod ibo a spiritu tuo, aut quod a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum, tu ibi es, & si descendero in infernum, tu ades illi; Si adsumpsero pennas meas ante lucem, & habitauero in extrema maris; etenim [ inde ] manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Itaque quae dixit: quod abibo a spiritu tuo Psalmodographus, spiritum principalem, quae a patre, per celum sit, declarauit; Facie autem ipsius patris filium demonstrauit manifeste. Quis potest ante unitatem deitatis trinitatis in caelo aut in inferno se occultare uel fugere? cuius orbis terrarum, uelut stillicidium deputatum est, aut sicut spuma gracilis, aut ros quod antelucanum de caelo descendit, sicut scriptum est: Qui continet circuitum terrae, & eos qui habitant in ea sicut locustae. Necnon: Qui mensus est manu aquam, & caelum palmo, & uniuersam terram clausa manu. Et rursus: Caelum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. Considera incomprehensibilem esse unitatem diuinitatis uirtutem, ut caelum, quod palmo continet, idem & thronus eius sit: & terra, quae pugillo concludit, rursus scabellum pedum eius sit. Ac per hoc uniuersa implet, & omnia continet interius & exterius, & ubique praesens est haec indiscreta sempiterna trinitas, cui est inuisibilis plenitudo diuinitatis. [ Unde ne malus interpretes de superioribus dictis materiam accipiat calumniam, eadem ipse breuiter referabo, eod quod frequenter indicauimus unitam substantiam, uel unitam diuinitatem, unius dei naturam, aut unitatis naturam, siue hoc, uel unum deitatis nomen, & unius diuinitatis nomen, unius naturae nomen, & unitum diuinitatis substantiae nomen, haec uniuersa, ut certus sis qui legis, ad unitum plenitudinis diuinitatis nomen patris, & filij, & sancti spiritus, & solius diuinae trinitatis nomen, & solum hoc omnipotentis substantiae unitum nomen, necnon & unum bonum. Nonne haec superius dicta adnuntiant diuinitatem unitatis patris, & filij, & sancti spiritus manifestant. Haec retuli, ne aliter quam dicta sunt acciperes, & simplicem sensum in ambiguo retorqueres, dum omne dictum ad sensum dicentis requirendum, & non ad stultam uoluntatem uniuscuiusque Haeretici inuestigandum sit. ]

# D. ATHANASII ALEXANDRINI EPISCOPI, DE BEATITVDINE FILII DEI, ET DE PRAESCRPTIONE SECTAE PESSIMAE, AD THEOPHYLVM. LIBER VI. HAER.



† nullo  
† sine  
† confiteri, si  
in hoc igno  
res, cui propri  
am personam  
debeas assi  
gnare.  
† confuse deum  
† quis

**P**osco a te, de unitate deitatis nomine multifarie dictum ut identidem reperas, & sic de nominibus personarum in prosequendo distinguas. **A T H.** Disce prius in ambiguo esse positam hanc tuam secundam interrogationem: Nonne unitas nullo modo patitur unionis personam in confessione introduci? dum unitatis naturae nomen in tribus hijs personis sit: & tres haec personae in nomina tantum distinctae sint: Unde non potest unitas ostendi in personis. Nec ut dixi, haec personae sine deitatis unitate; Numquid potes deum tantum [ sicut gentes confuse nominare, qui & in hoc ignorat ] cui propriam personam debeant assignare, quis genitor sit. Numquid oportet hunc deum tantum indicare? Nisi & in hoc agnoscas unitam personam eius distinguere [ in filium ] qui natus sit. Numquid sic passim deum tantum conuenit profiteri: nisi prius credatur, quis de unita natura sit, & in hoc persona eius distinguatur, qua nec pater, nec filius est, hic spiritus sanctus. Quapropter duplex est huius mysterij intellectus, deus pater, deus & filius, deus & sanctus spiritus. Vides unitatis iudicium

**A** iudicium in tribus esse personis, & tres has personas nominibus tantum esse discretas: unde nec unitas potest ostendi sine personis, nec haec personae sine unito nomine deitatis. Ecce iam habes positos ante oculos tuos thesauros lucis, & thesauros tenebrarum, ubi ubi placet, porrige manum tuam. Unde necesse est nos iam terminum immobilem, secundum Euangelicam regulam aequitatem, contra hostes figere, & per librantem sapientiam limitem iustitiae ubique aduersus omnes haereticos peragrates custodire, ut coelitus haec statuta ueritatis mox uiam lucis a tenebris diuidat. **HAEC** est, inquam, uia lucis, cuius in confessione aperitur hostium salutis: Itaque qui in hanc professionem ingrediuntur, beatitudinem eius adipiscunt. Beatitudo ei, qui confitetur unum deum patrem, & filium, et sanctum spiritum. Beatitudo ei, qui confitetur solum deum patrem, & filium, & spiritum sanctum. Beatitudo ei, qui confitetur unum omnipotentem deum patrem, & filium, & sanctum spiritum. Beatitudo ei, qui confitetur [ unum ] uerum deum patrem, & filium, & sanctum spiritum. Beatitudo ei, qui confitetur unum deum summum patrem, & filium, & sanctum spiritum. Beatitudo ei, qui confitetur unum deum bonum patrem, & filium, & spiritum sanctum sempiternum esse. Beatitudo ei, qui confitetur indiuisam esse substantiam patris, & filij, & sancti spiritus. Beatitudo ei, qui confitetur indiuisam esse substantiam patris, & filij, & sancti spiritus [ deitatis ] patris, & filij, & sancti spiritus. Beatitudo ei, qui confitetur omnia bona facta fuisse a patre, & filio, & sancto spiritu. Beatitudo ei, qui confitetur unam aequalitatem in sempiterna plenitudine deitatis esse patris, & filij, & sancti spiritus. Beatitudo ei, qui secundum singula nomina trinitatis, id est, patris, & filij, & sancti spiritus proprias [ hijs ] tantum personas distinctas esse confitetur. Idem ipse refertur, quia uehementer timeo, ne aliquod offendiculum minus intelligentibus posuerim, adeo per apertiores sermones haec ipsa dicta paucis exponere desidero uerbis. Ergo ubi unum deum ubi memini, ad unitatem deitatis patris, & filij, & sancti spiritus declarauimus. Itē omnipotentem deum, ad omnipotentem substantiam trinitatis propalauimus. Itē solum deum, ad solius naturam superscriptae trinitatis indicauimus. Identidem unum uerum deum, ad unam ueram naturam [ diuinitatis ] patris, & filij, & sancti spiritus haec dicta retuli. Aut in quo summum deum, ad summam deitatis patris, & filij, & sancti spiritus adsignauimus. Siue unum bonum deum, ad unam bonitatem naturae trinitatis demonstrauimus, et unum deum ad unitam dominationem deitatis reuelauimus. Seu in quo indiuisam trinitatem memoratus sum, ad unam substantiam plenitudinis eorum haec praefatus sum. Et haec omnia quae superius singula indicauimus, ad indiuisam deitatis sempiternitatem patris, & filij, & sancti spiritus manifestauimus. Ac per hoc de unito nomine deitatis, multifarie quantum sit dictum per singulas personas, quod retuleris in patre, hoc ipsum & confitearis necesse est uniter esse ut in filio, sic & in sancto spiritu, [ deum de deo, lumē de lumine, totum de toto, & totum in toto, perfectum de perfecto, plenitudinem de plenitudine, integrum de integro, sempiternum de sempiterno, sapientiam de sapientia, uirtutem de uirtute, unum de uno, & unum in uno, uerum de uero, filium de patre, natum non factum, unius substantiam cum patre, sed & spiritum sanctum, qui de unita trinitate consistit, deum uerum, lumē uerum, totum perfectum, totum plenum, integrum, sempiternum, in ipsa sapientia, uirtute, praescientia patris, & filij consistentem. ] **I D C I R C O** qui legis, contestor ego hodie tibi caelum & terram, per hanc scripturam meam fidei catholicae confessionem: Quod si non ex toto corde eam fueris profecutus, aut in fastidij animi contemnendam ac detrectandam habere putaueris, eris tu ipse reus in die iudicij, cum huius scripturae chirographum ante tribunal Christi in testimonium tibi fuerit recitatum, aut si in maledictionis uia Haeticorum, quod non opto, inuentus fueris examini sociatus. Quae ergo ut a te caueant, ideo inferius tibi recitabunt. Haec est, inquam, fugienda atque praecauenda uia tenebrarum, in qua tot genera serpentium lubricos habet anfractus, aduersus quos oportuit nos scutum fidei per nomina uera personarum confitentes erigere, ut secundum ipsam autoritatem eos diuinitus iaculemur, unde tot & talia sunt ferramenta spiritalia, quot & uulnera reseranda.

Limites catholicae fidei.

Itaque

Ego

aequalitatem unitatem substantiam

Canda: ac per hoc non fuit dissimulanda causa mortifera, quoniam non poterant  
 [ ea ] prius per fomenta blandiēte medicina curari, ne intrinsecus in peius serperet  
 cancer. Nam si uelint feueritatis prius ferramēta recipere, facile poterant ad mede-  
 lam salutis peruenire: Sed quoniam adhæsit in illis radix zizanix, germinās in fel-  
 le amaritudinis, propterea diffidunt introire in uiam confessionis, quia hæc uia lu-  
 cis scandalum est illis. Vnde oportet nos ostendere eis, quos edant uia sua fructus  
 maledictionis omnium male credentium, sicut scriptum est: Maledictus omnis, qui  
 non obaudierit uerba libri huius, ut faciat ea in corde suo. Maledictus, qui patris,  
 & filij, & sancti spiritus unitam sempiternam substantiam esse non confitetur. Maledictus,  
 qui secundum tres personas, tres diuersas substantias [ in hijs ] esse confitetur. Ma-  
 ledictus, qui tria principia in hac eorum unitate sempiternæ deitatis esse confite-  
 tur. Maledictus, qui solum uerum deum patrem, & unigenitum uerum filium, & unicum uerum deum  
 spiritum sanctum non confitetur. Maledictus, qui unitum nomen secundum deitatem  
 trinitatis esse non confitetur. [ Maledictus, qui inconuertibile diuinitatem filij dei,  
 id est, uerbum dei, sic in carnem translatum uel mutatum profiteatur, ut hoc modo desi-  
 uerit aut amiserit, quod iam pridem ante adsumptionem hominis fuerit, præsertim  
 cum talis in homine præsentis tempore fuerit, & sit, qualē se semper ante adsumpti-  
 onem hoīs unam cum patre fuisse conscius crit: fiat, fiat. ] Maledictus, qui indiuisam  
 deitatem patris, & filij, & sancti spiritus non confitetur. Maledictus, qui propter [ tria ]  
 nomina personarum, tres deos, aut tres substantias, aut tres omnipotentes confi-  
 tetur. Maledictus, qui secundum singulas personas tria nomina tantum distincta pa-  
 tris, & filij, & sancti spiritus non confitetur. [ Maledictus, qui propter tria nomi-  
 na personarum, & unitam plenitudinem diuinitatis incomparabilem ternionem, uel cer-  
 te trigerium patri, & filio, & sancto spiritui comparat, aut tria capita in se coherentia,  
 ut Philosophi dicere consueuerunt, aut unam personam esse profiteantur: fiat, fiat. ]  
 Maledictus, qui unam personam [ patris, & filij, & sancti spiritus ] confitetur. Ma-  
 ledictus, qui quem filium dicit, hunc eundem & patrem confuse designat. Male-  
 dictus, qui patrem natum, aut incarnatum, aut passum esse confitetur. Maledictus,  
 qui inenarrabiliter filium uere genitum de substantia patris esse non confitetur.  
 Maledictus, qui hanc natiuitatem [ incomparabilem ] factam, aut creatam, uel condi-  
 tam esse confitetur. [ Maledictus, qui aduersus hanc inestimabilem generationem  
 deitatis aliquam de factura eius crediderit proprie in confessionem adferre uobis  
 comparationem: fiat, fiat. ] Maledictus, qui uerum filium dei ex uoluntate tantum  
 dicit esse, & non potius de natiuitate. Maledictus, qui dicit, erat tempus quando  
 non erat filius. Maledictus, qui hanc [ dei ] natiuitatem ex nullis substantijs phan-  
 tasma esse confitetur, quod Græci *εξ ουκ οντων* appellant. Maledictus, qui diui-  
 nitatem filij dei dicit initium habere de tempore, ortum ex nihilo, nomen quasi ad-  
 optionis accessisse [ nuper ] ex altero. Maledictus, qui unum de uno, filium de pa-  
 tre uere natum non confitetur. Maledictus, qui impassibiliter filium natum de pa-  
 tre non confitetur. Maledictus, qui dicit, fuit aliquando pater sine filio. Male-  
 dictus, qui non confitetur, ante omne omnino principium, uel initium semper fu-  
 isse filium cum patre. [ Maledictus, qui hæc tria nomina, id est, patris, & filij, &  
 spiritus sancti in unam tantummodo personam patris esse confitetur, & non tres  
 secundum ipsa nomina uera personarum: fiat, fiat. ] Maledictus, qui immortalem  
 diuinitatem filij dei esse non confitetur. Maledictus, qui de sempiterno filio dei  
 dicit: non erat antequam de Maria nasceret. Maledictus, qui unitam deitatem patris, & filij,  
 & sancti spiritus, ex charitate concordiam tantum esse profiteatur, et non magis per hanc ipsam  
 unitam diuinitatem. Maledictus, qui unitam deitatem in tres has personas esse non confite-  
 tur. [ Maledictus, qui unitatem uel plenitudinem diuinæ trinitatis indiuisam esse non con-  
 fitetur. Fiat, fiat. Maledictus, qui unitam sempiternam diuinitatem incomparabilem  
 lem

A lem patris, & filij, & sancti spiritus non confitetur. Fiat, fiat. ] Maledictus, qui ad-  
 uersus uigorem & censuram diuinæ scripturæ hunc uerum deum spiritum paraclitum,  
 patrem, aut filium, uel certe facturam usurpat debere confiteri. Maledictus, qui fi-  
 lium dei, deum uerum, & hominem uerum de Maria uirgine nuper adsumpsisse  
 pro nostra salute non confitetur. Maledictus, qui filium dei hominem tantummo-  
 do solitarium, uel purum tantummodo confitetur. Maledictus, qui deum dei filium  
 sempiternum de adsumptione hominis nuper hoc principium habere adsignat. Ma-  
 ledictus, qui deitatem eius passam esse confitetur. [ Maledictus, qui hominem uerum  
 quem adsumpsit passum esse non confitetur. Fiat, fiat. Maledictus, qui hunc totum ho-  
 minem, id est, animam, & corpus quod adsumpsit, denuo adsumptum post tertiam diem a mor-  
 tuis resurrexisse non confitetur. Fiat, fiat. ] Maledictus, qui incomparabilem dei-  
 tatem trinitatis proprie ad hominis lineamenta esse confitetur, dum scriptum inuenia-  
 mus, quia non sit illi similis quisquam deus in celo sursum, neque in terra deorsum.  
 Væ uobis, qui primam fidem baptismi cœlitus institutam irritam facitis, & instrumen-  
 ta libertatis semel concessa per iterationem infirmatis. Væ uobis, qui lapsis poenitentibus  
 ueniam tribuendam esse non creditis. Væ uobis, qui patris & filij, & sancti spiritus  
 unam personam defenditis, & non tres, secundum ipsa nomina uerita-  
 tis. [ Væ uobis, qui de hac unita incomparabili plenitudine diuinæ trinitatis exte-  
 riorem aliquam in hijs esse profiteamini. Fiat, fiat. Væ uobis, qui de hac unita pleni-  
 tudine patris, & filij, & sancti spiritus derivationem & defluxionem aliquam in hijs  
 esse defenditis. Fiat, fiat. Væ uobis, qui in unita diuinitate trinitatis unam præsci-  
 entiam esse negatis. Fiat, fiat. Væ uobis, qui dei filium in ipsa præscientia qua pa-  
 trem esse negatis, ut diem & horam iudicij, quando futurum sit, eum ignorare dica-  
 tis, dum ipse de se testimoniū prius perhibuerit ad patrem in centesimo decimo octa-  
 uo psalmo, dicens: Me expectauerunt peccatores ut perderent me: testimonia au-  
 tem tua non intellexerunt. Omnium consummationem uidi & finem. Vides autem  
 non tantum suum diem aut horam iudicij scire, sed & omnium seculorum consum-  
 mationem postea futurorum. ] Væ uobis, qui filium dei de Maria uirgine nihil ad-  
 sumpsisse creditis. [ Væ uobis, qui filium dei mediatorem dei & hominum non con-  
 fitemini: Fiat, fiat. ] Væ uobis, qui falsos Prophetas, aut falsos Apostolos in au-  
 toritatem accipitis. Væ uobis, qui grauiora peccata admittitis, & aduersus autori-  
 tatem Apostolorum nuptias secundas damnatis. Væ uobis, qui peccatum aut mor-  
 tem dominum fecisse adscribitis. Væ uobis, qui hunc mundum a semetipso sem-  
 per coeternum deo fuisse adscribitis, ut a deo factum esse negatis. Væ uobis, qui  
 mundum ex aliqua subiacenti materia factum esse defenditis. Væ uobis, qui non  
 per hunc factorem deum patrem, & filium, & sanctum spiritum cuncta quæ in  
 cœlis sunt & in terra, id est, uisibilia & inuisibilia facta esse creditis. IDENTI  
 DEM hic contra diuersa mortifera uenena draconum & aspidum est nostra con-  
 gressio. Si quis confitetur angelum apostaticum in natura qua factus est, non a  
 deo factum fuisse, sed a se esse, ut det illi sempiternum cum deo principium, ana-  
 thema illi. Si quis confitetur angelum apostaticum in mala natura a deo factum  
 fuisse, & non dixerit eum a semetipso uoluntate sua malum concepisse, anathe-  
 ma illi. Si quis confitetur angelum Satanæ mundum fecisse, quod absit, & non  
 iudicauerit omne peccatum per ipsum adinuentum fuisse, anathema illi. Si  
 quis confitetur, quod deus animam hominis tantum fecerit, & Satanæ ei cor-  
 pus plasmauerit, quod absit, anathema illi. Si quis confitetur animas homi-  
 num in reuolutionem rursus in mundo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut  
 in serpentibus reuerti, anathema illi. Si quis confitetur hominem in anima tan-  
 tum in diem iudicij resurgere, & non cum corpore, quemadmodum deus illum fe-  
 cit, anathema illi. Si quis confitetur filium dei quasi phantasma, sic in homine ui-  
 sum fuisse

Cum fuisse, anathema illi. Si quis confitetur uerum hominē, quem adsumpsit, non uere manducasse, aut bibisse, aut lacrimatum fuisse, & sanguinem sudasse, & passum fuisse, & resurrexisse, & in coelis ad dexteram patris confedisse, anathema illi. Si quis confitetur filiū dei, sicut aquam per fistulam, sic per corpus Mariæ transitum fecisse, ut nihil de ea adsumpsisse affirmet, anathema illi. Si quis confitetur animas hominū de propria substantia dei esse, quod absit, ut nec factas eas à deo affirmet, & quod substantiā suam facere quis potest, anathema illi. [ Si quis confitetur animas hominum semper cum deo fuisse, ut æternas eas adsignet, & nec factas, nec fieri eas posse dicat, dum scriptū sit: Qui fecit quod est aforis, fecit & id quod est intus, anathema illi. ] Si quis nouū & uetus testamentū blasphemat, anathema illi. Si quis sanctos Patriarchas, aut Prophetas, aut Apostolos, aut Martyres blasphemat, anathema illi. Si quis solem aut lunā, uel aliqua huius mundi facturam adorat, anathema illi. [ Si quis præter unū deum uerū, id est, patrē, & filiū, & sanctum spiritū, alterū deum, dum non sit omnino alter deus, adorandū crediderit, anathema illi. ] Si quis de inuisa [ immutabiliq; ] plenitudine [ sempiternæ diuinitatis ] dicit: mutabilis & conuertibilis est natura filij, ut hoc modo deserit esse, quod iam pridem fuerat, anathema illi. Dum dicitur mihi, quod multifarie à patribus in conspicabili materia uisus fuerit, ignoras in præfigurationē operis adsumpti hominis, siue futuri iudicij hæc cuncta in eo præstensa fuisse, & non sanē inuisibilis pura deitas, sicut cautum est: hæc omnia in figura facta sunt nostris: in uero, responde mihi, quia in angelo uisus est, nunquid diuinitas eius proprie angelica est: Aut quia in certamine colluctantis sicut homo palpatus, uel uisus est, nunquid natura dei quasi natura hominis palpabilis aut uisibilis est: Aut quia in rubo ut ignis uisus est, nunquid substantia eius talis est: Aut quia frequenter in uarijs speciebus uisus est, nunquid sic & diuersas, permixtas, siue concretas naturas in semetipso continet: dum unita deitas indiscreta sit, inuisibilisq; eius maiestas. Itaq; intelligendū quia de Maria uirgine nuper natus est, uel in igne utiq; quia iudiciū ex eo futurū est, dum scriptum sit: quia magni consilij angelus sit. Et in homine mediator Emanuel natus sit, & in igne, quasi conflator auri & argenti, ut cordium iustorū probator sit. Quanquā & in hijs speciebus adsumptis quomodo uoluit uisus sit, tamen in deitate idem ipse inuisibilis est, qualis semper apud patrem fuit & est. Procul dubio hæc cuncta tunc deus in figuram hominis operabatur, quia opus futuri in eo iam præostendebatur, quod ipse absoluit dicens: Si mihi non creditis, uel operibus credite, quia ego in patre, & pater in me est. Nonne mirabilia deus præfens operabatur, & opera sua per hominē facta agnoscebantur, & non tamen deitas in eo uidebatur: [ sicut dixit: Qui me uidit, uidit & patrem meum. Vides quia deum ut est pure nemo uidit unquā, Hæretice. Itaq; si quæ hæreses sunt quæ nos latent, sed & quæ futuræ sunt, quæ aduersus fidem regulæ euangelicæ ecclesiæ catholicæ sunt futuræ, anathema habeantur. Si quis contra traditionē canonis hæreticorū apocrypha, quæ ecclesia catholica omnino non recipit, super hæc præponere uel defendere uoluerit, anathema sit. Fiat, fiat.]

† haberi  
† huiusmodi facturam  
Deum uisum  
alia atque alia forma quid portederit.

† intelligendū  
† facturus est

Apocrypha.

D. ATHANASII

## D. ATHANASII

ALEXANDRINI EPISCOPI DE  
PROFESSIONE REGVLAE CATHOLICAE,  
CVM INCREPATIONE  
HÆRETICAE, AD THEOPHILVM,  
LIB. VII.



Propter quod impensissime obsecro tuam sublimitatis gloriam, ut longes à sensibus nostris hæc eradicanda atq; cōburenda semina zizanias, [ & ] quantum distat oriens ab occasu, tantum recedat à cordibus nostris hæc in superiori libro præscripta à nobis adulterina hæreticorū confessio. Vnde puto hic iam nullam ignorantia fuisse derelictam excusationē inter uiam lucis, & uiam tenebrarum. Ergo ubi ubi placet quisquis es proficiscere, Sanē non sumus æmulī in sacramento diuino celando, sed magis hortamur, ut in uia benedictionis uniter ingredienti inueniamur. Vnde prius nobis maxima cura fuit docendū de tam admirabili regaliquē decreto, in quo omnibus gentibus præmium uitæ æternæ promittitur, dicente domino: Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Vere ego in hoc satis admiror, & in stupore mentis diutius intentus collaudo tantam sacratissimā trinitatis gloriam in duodecim penitus uerbis distinctionum breuiter fuisse expositam. Vere in hoc edicto unitum deitatis nomen patris, & filij, & spiritus sancti ante præmissum est. Vere in hoc sacratissima trinitatis nomina in personis tantū distincta sunt. Vere nec lex, nec Prophetæ tam absolute tam arcanum mysterium reuelauerunt, Vere super omnem custodiendā diuinitas dispensationem hoc maxime custodiendum est. Vere super hoc nō est quod addi, & ab hoc non est quod minui. Vere in hoc donum baptismi præceptū addere uel minuire blasphemū est. HÆRETICAE. Si hæc sic se habent, ut de regula scripturarum mihi declares impensissime obsecro. ATH. Scito prius in hac scripturæ sententiā argumentū fidei esse expositum, cum increpatione nocturni super seminatis zizanias. O plena præstigijs obsessā mens Hæreticorū à diabolo: quur in nomine patris, & filij, & sancti spiritus baptizas, et unitā deitatē blasphemass: Cur nomina tantū patris, & filij, & spiritus cōfiteris, & unitū nomen abnegas: Quur indicatur unitas, si in patre, & filio, & sancto spiritu nō est una atq; eadē ipsa æqualis plenitudo diuinitatis: Quur ad nostrū intellectū pater significat de unigenito filio suo: ex utero ante luciferū genui te, si uos eum facturā esse testamini: Quur unus in uno est, si diuisa natura est: Quur ego & pater unū sumus, si non est in hijs una uirtus sapientiæ & diuinitatis: Quur omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, si nō est in hijs una deitas, siue una operatio facturæ: Quur uerū patrem blasphematis, cum filium eius uerū creaturæ suæ comparatis: [ Quur ipse clamat: Ego in patre, & pater in me, si diuersa uel excisa in hijs natura est: Quur qui me uidit, uidit & patrē meum indicat, si non est in hijs una inuisibilis imago naturæ ueritatis: Quur legitis: Seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, si eum de ipsa unita deitate patris, & filij esse nō accipitis: Quur legitis Vas electionis dixisse: Omnes unū spiritū potauimus, si eū uos de unita uera natura discernitis: Cur hic aduocatus spiritus ueritatis à deo patre pcessit & uenit, si uos eū in alia substantia esse asseritis: Cur hoc unitum nomen diuinitatis celebrari, & honorificari inuenitur in gentibus, si in ipso nomine trinitatis baptismū uniter nō celebratur diuinitatis: Cur tres unū sunt Ioannem

**C** Ioannē Euangelistam dixisse legitis, si diuersas naturas † in personis esse accipitis? <sup>† eos</sup> Cur unum donum baptismi secundum stilum scripturæ esse dicitis, si discrepantes naturas † in patre, & filio, & sancto spiritu esse præscribitis? † Cur secundum traditionem baptismū celebratis, & in confessione unum [sempiternum] nomen trinitatis blasphematis? Hypocritæ, quomodo accipitis: ex spiritu qui nascetur, spiritus est, si & spiritus paraclitus deus esse negatur? Hypocritæ, quomodo in spiritu adorare oportet, si deus spiritus esse negatur? Hypocritæ, quo nam modo suscipitis: Hæc omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens unicuiq; sicut uult, si eum de unita deitatis operatione discernitis? Hypocritæ, quomodo accipitis dictum fuisse: Idem spiritus, idem [et] dominus, idem & deus, si cum uos uerū deū de uera unita natura in omnibus mirabilia operantē non suscipitis? Hypocritæ, per quem subministratur sermo sapientiæ, siue uerbum scientiæ, siue fides, siue gratia sanctorum, seu operatio uirtutum, seu prophetia, seu separatio spirituum, nisi quoniam de unita plenitudine est? Hypocritæ, discite unam esse operationē patris, & filij, & sancti spiritus, dum opera quæ operatur pater, ipsa opera uniter demonstrantur esse & filij, sic & sancti spiritus. Ita & filius quod operatur, hæc ipsa opera reparantur ad patrē, ad principalem spiritū, hæc ipsa opera uniter declarantur esse & patris, & filij. Vides unitam esse eorundem operationē in † una natura deitatis? <sup>† deitate communi</sup> **H A E R.** Rogo, ut hæc dicta de autoritate [adhuc] scripturarum mihi edisseras. **A T H.** Quæso iam quoties tibi indicatū est: Ite baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & sancti spiritus? Aut si hæc contradicenda existimas, eō quod in unum donum baptismi operationes nomine deitatis uniter in trinitate non contineantur, cur tu hoc nomine deitatis sublato, patris, & filij, & sancti spiritus, baptizas dicendo: Baptizo te in patre, & in filio, & sancto spiritu, & non in uno nomine? Ut hoc modo artificiose possis unitū nomen eorum tacite in deitate non nominare, uel abnegare, sed & nomina in personis tantūmodo eorum uelis adsignare: Quia si sic erat celebrandum baptismum, obtinuerat Arianorū adsertio, qui sic sentiūt, ut ubi nomina in personis indicant, ibi simul in ipsis nominibus, & singulas uel diuersas substantias esse pronuntient, [ut unitatem in concordia tantum charitatis esse adsignent,] & non potius in [unita] plenitudine diuinitatis. Et quid <sup>† plus</sup> † amplius ad hæc: ut unitatis [dei patris] nomen & filij, & sancti spiritus, quasi ad <sup>† pronuntiant</sup> optium nuper accessisse † profiteantur, ut hoc nomen uideatur esse ex nihilo, aut ex altero, uel de tempore: quod absit. Nam uerum nomen deitatis ubi nominant, ad unam tantūmodo personam patris hæc dicendo adscribunt, ut ueram unitatem diuinitatis diuidant, qui ubi nomina † tantum in personis deberent discernere, ibi simul cum ipsis nominibus & tres naturas diuersas distinguunt: quod absit à nobis, ne istam blasphemiam admittamus, cum unum nomen deitatis in trinitate uniter dictū accipiamus, per quod & remissa peccatorū baptismo operante in nos † suscipimus, nomina uero tantūmodo in personis perfecte distinguamus. Rogo, ubi <sup>† ueniamur</sup> uinculum fidei inuenitur apud eos, si substantiæ unitatis nomen in trinitate non tenetur? Rogo, quemadmodum in singulis personis singulas uel diuersas plenitudines esse adscribitis, dum unita natura sit in hac ipsa plenitudine diuinæ trinitatis? Rogo, quomodo tres unum sunt, si diuersa in utrisque est natura diuinitatis? <sup>† quomodo</sup> Rogo † quemadmodum septiformem hunc spiritum sapientiæ, & intellectus, <sup>† fortitudinis</sup> spiritum consilij & † uirtutis, spiritum scientiæ & pietatis, spiritum timoris domini consequi merentur, quem de unita plenitudine diuinitatis consistere non confitentur? Rogo, non legistis Apostolum Petrum clauis regni cælorum habentem, Ananiæ dixisse: Quare Satanas impleuit cor tuum ad mentiendum spiritui sancto. Et sic profecutus est: Non es hominibus mentitus, sed deo, si uos eum deum uerum esse negatis? [Rogo, si deus non erat, ut dicitis, hic paraclitus

**A** cletus spiritus, cur sibi tantam auctoritatem præsumebat ad discipulos, dicens: <sup>Act. 13.</sup> Se gregate mihi Paulum & Barnabam, quos elegi in opus ministerij, in quo adimpli eos. Vides quia deus est qui segregauit, & qui elegit in opus ministerij, in quo & adsumpsit eos.] Rogo, quemadmodum hæc unita plenitudo diuinæ trinitatis à uobis diuiditur, cum unus in uno, aut certe unus in utrisque consistere inter se declarentur? Rogo, ubi una fides esse ostenditur, si sempiterna trinitas apud eos † uniter esse non accipitur? Cur legitis, ex ipso, & per ipsum, & in ipso, si uni <sup>† æqualiter</sup> tatis nomen in deitate trinitatis diuiditis, & unitam operationē eorum in factura esse negatis? Rogo, non legistis Apostolum dixisse: Ex deo, coram deo, in Christo loquimur, id est, ex deo patre, & coram deo sancto spiritu, in Christo filio dei testimoniū prædicamus? Cur legitis historiographū Moysen indicasse: & dixit deus, & fecit deus, & benedixit deus, † si hoc unito nomine † diuinitatis uniter operatum fuisse non accipitis? <sup>† si unitatis nature nomen operatur, cur in trinitate esse se non creditur trinitatis</sup> **H A E R.** Itaq; quemadmodū multifarie unitum nomen trinitatis mihi palam fecisti: si ergo & omnia uniter sic hi fecerunt, hæc dicta de autoritate iure confirmes postulo. **A T H.** Audi [nunc] unū de multis per <sup>† in</sup> tinens exemplū, Memento post hanc tantam satisfactionē huc usq; erit finis ser <sup>† in eis esse</sup> modicentis. Si tamen adhuc nihil te cōmouet de hijs quæ superius secundum scripturæ rectissimæ lineā ad ordinē tibi diligenter exposui, optime **THEOPHILE**, ut cognoscas horū uerborū, de quibus iam superius eruditus es, ueritatem. Ait Psalmographus, imō præfagus spiritus per Psalmographū: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Vtiq; uerbū filium declarauit, dominū autē patrē eius indicauit, & spiritū oris eius, spiritū principalem esse demonstrauit. <sup>† in</sup> Vides quā breuiter † per singulas significationes in † personis inesse distinxit, id <sup>† in eis esse</sup> est, uerbū & dominū, & spiritū, & unitam operationē in hijs esse ostendit. Nam si te adhuc [in aliquo] ambiguitas tenet, eadē ipsa repeto. Vbi ait, uerbū domini, non sonum uocis inconstantiū esse accipias, quæ si ualidus quis emiserit, solet resonare echo: cuius tantum in phantasia auditus est resonantis, sed factū nullius. Sane de hoc uerbo domini nostri patris, qui est salus nostra, sicut ubiq; diuinæ scripturæ testantur, filius dei [deus] est substantiuus, per quem omnia facta sunt. Ergo quia dixit: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum, cognosce hoc uerbum substantiuū non aliunde, quā de patre proprie natum fuisse, sed & spiritu oris eius, [eum spiritum dixit,] qui de se ipsa unita † substantia processit, sicut cautum inuenimus. Non ex alia natura, quā de ipsa, ac per hoc unita est patris, [et] filij, ac sancti spiritus substantia, quā <sup>† deitate</sup> Græci dicunt <sup>† eorum</sup> *ἐκ τοῦ πατρὸς*. Sed & unita est † eiusdem trinitatis operatio in factura

## L E C T O R I.

Hactenus conuenerunt exemplaria inter se omnia, quod ad ordinem librorum attinet. Octauus autē atque nonus quia alius atque alius ferebatur, sequuti sumus exemplar *Morpacense* uetusissimum, adeoq; Gothicis literis scriptum. Eos uero qui erant in duobus *Treuerensibus* codicibus octauus et nonus, fecimus decimū et undecimū, ut omnibus satisfaceret: Quamuis eiusmodi essent, ut dubitare possis an Athanasio ascriberes. Nos sanē in ea fuimus opinione, ut ei potius adiudicarem, qui priores libros ueluti interpretatiunculis quibusdam extenderat, quā ut Athanasio putarem conuenire.

## D. ATHANASII

ALEXANDRINI EPISCOPI DE  
ARIANA ET CATHOLICA CON-  
FESSIOE AD THEOPHI-  
LVM, LIBER VIII.

Psal. 109.

Psal. 2.

Ioan. 18.

Ioan. 15.

D

Ioan. 1.

Ioan. 5.

Mar. 1.

Matth. 9.

Ioan. 10.

Spiritus sancti  
potestas.

1. Corint. 12.

Ariani dicunt, filium dei non de substantia dei patris genitum, sed extrinsecus creatum. Ego credo dei filium de patris natum substantia, non creatum, sicut & spiritum sanctum paraclitum, qui est filii a patre procedentem. Et ideo dico *ἐμωόθησαν*, ad filium patre dicente: Tecum principium in die uirtutis tuae, in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Similiter & filio attestante: Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Nam & cum tempore passionis Pilatus ab eo accusantibus Iudaeis requireret, si rex esset, respondens dominus ait: Ego in hoc natus sum. De spiritu quoque sancto dominus dicit: Spiritus sanctus qui a patre meo procedit. Constat ergo secundum unam diuinitatis substantiam filium genitum a patre, non creatum: Et spiritum sanctum a patre procedentem, & totum esse filii, sicut fons de fonte est, & lumen de lumine.

Ariani dicunt non semper fuisse cum patre, aut apud patrem filium, uel spiritum sanctum. Ego credo, dei filium, secundum diuinas scripturas, uerbum, uirtutem, & sapientiam patris esse. Et ideo confiteor, nunquam patri suum filium defuisse, quia nunquam ei paternitatis defuit nomen, ut non sine sapientia, sine uerbo, sine uirtute propria pater aliquando credatur fuisse, secundum praedicationem Euangelistae Ioannis dicentis: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum: Omnia per ipsum facta sunt. Omnia autem, per ipsum facta, non ipsum factum, sicut nec sine spiritu sancto aut pater aliquando, aut filius fuit.

Ariani dicunt, nullam habere filium potestatem, nisi a patre aliquid acceperit. Similiter & de spiritu sancto, nisi a filio acceperit. Ego credo secundum diuinam substantiam sicut uerbum, uirtutem, sapientiam, brachium, manum, ita & potestatem filium esse patris. Nam secundum ipsius domini sententiam:

Quaecumque pater facit haec eadem similiter & filius facit. Et sicut pater suscitatur mortuos, & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Leprosum namque non ex alterius imperio, sed propria mundat potestate, dicens: Volo, mundare. Sic & paraliticum apud Iudaeos ignorantes deum esse uerum, cum illi dicerent, neminem posse peccata dimittere, nisi solum deum, manifestissime & deum se prodidit, & propriam ostendit potestatem, dicens: Ut sciatis autem, quia filius hominis habeat potestatem in terra dimittendi peccata, surge, tolle lectum tuum & uade in domum tuam.

Similiter & caecorum examina fidem, dicens: Creditis quia hoc possum facere uobis? Illis confessis, quod in ipso esset potestate, sanctitatis remedium infert, dicens: Secundum fidem uestram fiat uobis. De passione quoque proprii corporis affigans, quod in sua esset potestate, ita ait: Nemo tollit animam meam a me: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum resumendi eam. Et alia infinita. De spiritu etiam sancti potestare ipse ait: Spiritus ubi uult inspirat. Vtique ubi propria uoluntate atque diuinitate uoluerit aspirare, non ubi iussus fuerit. Sicut

& de donis gratiarum Apostolus praedicans docet: Haec autem omnia operatur uerus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Nam propria & ipse potestate &

te & Prophetas replet, & Apostolos eligit ac dirigit, ac Episcopos, sicut in actibus Apostolorum legimus, constituit. Innumera sunt etiam alia testimonia, quae nunc longum est exponere. Et ideo sicut una substantia, ita unam potestatem patris, & filii, & spiritus sancti credo. Quod autem accepit filius, secundum hominem accepit, id est, secundum seruilem formam, secundum nostrae conditionis naturam, ipso domino in Euangelio dicente: Et iudicium dedit ei facere, quia filius hominis est.

Filium accepit  
re quaedam a  
patre quomodo  
do intelligatur

Ariani dicunt, non totum patrem capi posse a filio, uel conspici, sicut nec spiritus sanctus filium aut uidet aut capit. Ego credo, quod sicut filius in patre est, & a patre totus uidetur, ita & pater a filio totus uidetur, & totus est in filio, ipso filio dicente: Ego in patre, & pater in me est. Et: Sicut nouit me pater, & ego noui patrem. Similiter & de spiritu sancto Apostolo praedicante: quod spiritus scrutatur etiam profundam dei. Et sicut nemo nouit quid sit in homine, secundum ipsius Apostoli sententiam, nisi spiritus hominis, qui est in homine. Ita & quae sunt dei nemo nouit, nisi spiritus qui est in eo. Nam & dominus in Euangelio etiam de paruulis sic ait: Quia angeli eorum semper uident faciem patris. Impium est credere quod filius & spiritus sanctus non totum aut intueantur, aut capiant patrem.

Ariani dicunt, unum tantum deum perfectum, omnipotentem, incapabilem, ingentum, interminabilem patrem solum & immortalem. Ego credo secundum diuinas scripturas, deum & dominum patrem ingentum, deum & dominum filium de patre genitum, deum & dominum spiritum sanctum a patre procedentem, & in filio manentem: Filium autem sicut in deitate non dico minorem, ita in forma serui, quae passioni succubuit, minoratum confiteor, Apostolo dicente: Eum autem qui modicum ab angelis minoratus est uidimus Iesum propter passionem mortis. Et ideo in tribus personis non tres deos sentio, sed unum deum & dominum, substantia, diuinitate, potentia, aequalitate, atque perpetuitate, adoro & colo, sicut in lege praecipuum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruias.

Hcb. 2.

Ariani dicunt, patrem solum inuisibilem deum, & maiorem, & ideo solum colendum atque adorandum. Ego credo secundum diuinam substantiam ac maiestatem, spiritum patrem, spiritum filium, spiritum quoque spiritum sanctum, domino in Euangelio dicente: Spiritus est deus. Et ideo, ut dixi, secundum diuinam substantiam inuisibilem confiteor patrem, inuisibilem filium, inuisibilem spiritum sanctum: & neque maius aliquid, neque minus in deitatis substantia credo. Propterea eundem reddo honorem filio, & spiritui sancto, quem & patri, praecipiente domino: Ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem, quia qui non honorificant filium, non honorificant patrem. Et de spiritu sancto ipse ait: Qui blasphemauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Propterea igitur unum deum in trinitate credo, diuina scriptura docente: Audi Israel, dominus deus tuus, deus unus est.

Ariani dicunt, dei filium secundum diuinitatis substantiam, & uisibilem, & minorem. Ego credo in forma dei, sicut superius approbauimus, inuisibilem, ipso ad Moysen dicente: Nemo uidet faciem meam, & uiuit. Aequalem uero per omnia patri, excepto eo quod ille ingentus, & ille est genitus: Apostolo praedicante de eo: Qui cum in forma, inquit, dei esset, non rapinam arbitratus est, esse aequalē deo.

Exod. 33.

Ariani dicunt, ita filium uel spiritum sanctum ab arcanis patris extorrem, ut nihil secretarum dispositionum nouerit, nisi reuelatum a patre quod uoluerit filio reuelare, & spiritui, quod a filio fuerit manifestatum. Ego credo filium in patre, & patrem in filio, spiritum quoque sanctum paraclitum, qui procedit a patre, & filio, esse & patris, quia & a filio procedit, sicut & in Euangelio scriptum est, quod per insufflationem suam dedit discipulis suis spiritum sanctum, dicens: Accipite spiritum sanctum, cuius remiseritis peccata, remissa sunt: cuius retinueritis, retenta sunt.

Sed hoc quicquid est rei, in  
dicandum tibi  
optime lector  
relinquimus.

d ta sunt,

**C**ta sunt. Et ideo inseparabilem confiteor trinitatem, nec extorem filium, aut spiritum sanctum, sicut Hæretici loquuntur: A deo patre dico, quoniam filius, qui est sapientia dei patris, ipse est & uoluntas patris, quæ semper in ipso fuit, & est. Ipse est magni consilij angelus, & per ipsum condita sunt omnia, sicut Apostolus Paulus prædicat, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt uisibilia & inuisibilia. Et Ioannes Euangelista docet, quod omnia per ipsum facta sint, & sine ipso factum est nihil. Nam & sicut per ipsum omnia facta diuinæ scripturæ loquuntur, ita & quæcunq; filius facit, ipse se cum patre facere testatur, dicens: Pater autem in me manens ipsa facit opera. Per hæc ostendens, quod nunquam pater sine filio, qui est sapientia, uerbum, uoluntas, & uirtus patris, aliquid aut disposuerit, aut fecerit, nec sine patre filius. De spiritu uero sancto dubium non est, quod nihil ignoret, nec sit extorris à patre, cum sine spiritu suo patrem fuisse aliquando summæ dementiæ est dicere, quoniam ipse scrutatur, secundum Apostolum, sicut sæpe dictum est, profunda & alta dei. Et quod idem spiritus filij sit, multis scripturarum testimonijs probauimus: & quod totus maneat in filio: & sicut procedit à deo patre, ita procedit à filio, ut tota trinitas unus credatur deus. Nihil ergo est quod faciat, uel disponat pater sine sua sapientia: nihil quod nouerit, uel disponat sine suo sancto spiritu, de quo Propheta sic ait: Spiritus paracletus, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & uirtutis, spiritus scientiæ & pietatis: quæ omnia in deo, qui est trinitas, consistunt.

Ariani dicunt, dei filium non fuisse in cœlis apud patrem, tempore quo inter homines uerfaretur. Ego credo deum dei filium secundum suæ potentiam deitatis in cœlo, & in terra fuisse incarnationis suæ tempore, & totum replere, nec unquam defuisse, ipso ad Nicodemum in Euangelio dicente: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.

**D** Ariani dicunt, quod filius dei erat, quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quod ex nullis extantibus factus est. Ego credo unam substantiã patris, & filij, & spiritus sancti: Propterea filium, qui est sapientia patris, in eo semper fuisse, & ex ipso genitum confiteor, quia nunquam fuit tempus, quo pater sine suo uerbo, & sapientia fuisse à fidelibus credat: nec filius sine suo aliquando extitit patre, Euangelista dicente, & sapius repetente: Quod in principio erat uerbum, & semper erat, & deus erat, & apud deum erat, nec ex nullis extantibus factus, sed in patre, & apud patrem, deus apud deum semper erat. Spiritus quoque sanctus & fuit, & est semper in patre, & procedit ex ipso, nec unquam pater sine sua sapientia, qui est filius, nunquam sine suo fuit sancto spiritu.

Ariani dicunt, dei filium passibilem, & in sua substantia mortalem. Ego credo deum uerbum, & sapientiam patris: quia unum cum patre est, impassibilem atq; immortalem in sua substantia. Passibilem autem atque mortalem hominem Iesum Christum, de Maria uirgine assumptum, qui dei uerbo unitus est confiteor, eodem domino dicente: Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Ipso iterum dicente: Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est. Sic & Apostolus Corinthiis prædicat, dicens: Nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed uiuit ex uirtute dei. Crucifixus ergo ex infirmitate carnis nostræ, sed uiuit ex sua uirtute, quia filius dei deus & uirtus patris comprobatur. Ipse quippe uia, ueritas, & uita est. Ipsum etiam hominem Christum Iesum post passionem de sepulchro à deo uerbo, à quo & assumptus est, sine corruptione tertio resuscitatum confiteor, ipso ad Iudæos, secundum Euangelistam Ioannem, de templo corporis sui dicente: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.

Ariani dicunt, tres diuersas substantias, ac dispares personas patris, & filij, & sancti spiritus.

**A**cti spiritus. Ego nõ diuersas substantias ac dispares psonas patris, et filij, & spiritus sancti credo, sed tres personas perfectas, æquales, & æternas, unius substantiæ, unius potentia, unius uirtutis ac maiestatis confiteor: quia quod diuersum est, unum esse non potest: & quod gradibus censetur, æquale non est: Credo ergo dei filium, dei uerbum, dei uirtutem, & dei sapientiam æqualem semper patri: Non enim se ipse filium unum cum patre, nec patrem in se, & se in patre uideri diceret, nisi se sciret æqualem, nec eadem similiter faceret, quæ pater, aut etiam quæ ipsæ uelit profiteretur, nec se à patre processisse, atq; in mundum uenisse, & iterum relinquere mundum, & ire ad patrem, manere etiam in se patrem prædicaret, nisi se sciret de substantia sui genitum patris. In Euangelio quippe Ioannis, nõ quia Iudæi loquerentur, sed quia ipse se filium æqualem faciebat deo patri, quando eum Iudæi quærebant lapidare, adserit, dicens: Non solum de hoc, quia soluebat sabbatum, sed quia filium dei se dicebat, æqualem se faciens deo. Ita que quod æqualis est, dispar esse non potest, una est enim patris, filijq; substantia, una uirtus, una atque indiuidua potestas. Cui nemo, sicut ipse in Euangelio ait, de manu filij proprias oues rapit, nec quisquam de manu patris eandem rapere potest. Et quod unum est, diuersum esse non potest. Eodem iterum dicente, cum iam præmississet unam eandemque suam patrisq; potentiam, postea ipsam substantiæ unitatem assignat, dicens: Ego & pater unum sumus. Spiritus quoque sancti ita in nullo dispar est persona, neque diuersa substantiæ quàm pater & filius, ut ipse idem sit spiritus sanctus procedens à patre, qui est & filij: nec aliquando defuit patri, sicut nec filio, ut quemadmodum sine initio semper, atque in creationem mundi cum patre fuit & filio, ipse etiam confirmauerit omnia atque illuminauerit: ita & sacramentum baptismi, non nisi sub unius inuocatione atque uirtute, sicut nec sine patris, & filij uisitatione impleatur.

**B** Nec membrum quis Christi, & templum dei, secundum Apostolum Paulum, efficitur, nisi quem spiritus sanctus & elegerit, & sanctificauerit, atq; ut deus propria potestate, in eo quem ipse elegerit, habitauerit.

Ariani dicunt, post occasum mundi, regnum filij dei finiendum. Ego assumptum in cœlum unum hominem ex Maria uirgine deum credo, quem & sedere ad dexteram patris confiteor, cui omnis potestas in cœlo, & in terra datur. Ipsum quoque iudicaturum uiuos & mortuos, cuius regnum nunquam finiendum esse confiteor, dicente Daniele Propheta: Aspiciebam in uisionem noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorẽ, & regnum, & omnes populi linguæ ipsi seruiet: potestas eius æterna, quæ non aufertur, & regnum eius, quod non corrumpitur. Filium scilicet hominis loquitur Propheta accepisse potestatem, & honorẽ, & regnum. Quod autem de filio hominis ueraciter hæc, id est, de assumpto homine dicta sint, ipse dominus manifestius in Euangelio sic ait: Videbitis, inquit, cœlum apertum, & filium hominẽ sedentem ad dexteris dei. Et iterum: Videbitis filium hominis uenientem in nubibus, cum gloria magna, & maiestate. Similiter & angeli ad Apostolos dixerunt: Hic Iesus, qui assumptus est à uobis, sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Propterea credo filio hominis ex Maria uirgine assumpto, omnẽ potestatem in cœlo, & in terra datam, quam antequam à deo uerbo assumeretur, non habuit: Nam deus uerbum, & deus filius, qui est sapientia, uirtus, potestas, & uoluntas patris, omnẽ semper paternam habuit & habet potestatem, ipso dicente: Omnia quæcunque habet pater mea sunt: Et quæcunque pater facit, hæc eadem similiter & filius facit. Et: sicut pater suscitatur mortuos & uiuificat, sic et filius quos uult uiuificat. Ego credo Christum deum, dei uerum filium, & ideo Christianus sum: Ego deum uerum, & hominem uerum, qui de Maria uirgine natus est, confiteor, Apostolo dicente:

**C** Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Ego perfectum deum, & perfectum hominem eundem credo Iesum Christum, predicante Apostolo: Secundum Christum, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ego credo unam imaginem patris, & filij, & spiritus sancti, qui ad unam imaginem diuinitatis sumus creati, dicente deo: Faciamus hominem, non ad imagines, sed ad imaginem, & similitudinem nostri. Ego credo unum nomen diuinitatis in patre, & filio, & in spiritu sancto semper & fuisse & esse: quia non in nominibus, sed in uno nomine patris, & filij, & spiritus sancti secundum domini preceptum baptizamur, & efficimur Christiani. Hæc catholica, hæc uera, hæc perfecta est fides, hoc unum & plenum est baptismum, per quod secundum domini, ut dictum est, preceptum baptizamur, & una absque ullius imminutione personæ credulitas in fide est: Vna quoque in trinitate exhibetur credulitas. Requendum est igitur ab hijs, qui aduersus hanc singularem fidem contrariam faciunt quæstionem, dicentes: non de substantia dei patris genitum filium, sed posteriore tempore alienum à substantia diuinitatis patris minorem atque inferiorem in deitate, sed & creaturam esse loquuntur. Spiritum quoque sanctum creatum à creatura, id est, à filio, ut in toto apud eos & ipse pater sit minor, cum sapientiam, uerbum, uirtutem, & spiritum eius sanctum creaturam asserunt blasphemantes. Interrogandi ergo sunt, filium dei credant profecisse ætate, uel dignitate accessu temporum? An sicut genitus à patre est, aut ut ipsi aiunt, creatus, ita permanet? Si dixerint ita esse, nec aliquando profecisse, uel proficere posse, requirendum est ab eis, de quo scriptum in Euangelio legitur: Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia, & gratia dei erat in ipso. Quod nos manifestissime de homine, qui à deo uerbo susceptus est, confitemur: qui lacte nutritus creuit, adoleuit, & usque ad perfectam peruenit ætatem. Plenus utique homo assumptus Christus Iesus, sapientia, quæ sapientia dei patris filius est: Nam ipsa sapientia ædificauit sibi templum humani corporis in Maria uirgine, Solomon ne dicente: Sapientia ædificauit sibi domum. Igitur si ille responderit, uel confessus fuerit de homine dictum, qui assumptus est, catholice sensit: quia qui ædificat domum, dominus est, quod autem ædificatur, & creatur, seruire est: crescit itaque, atque ædificatur domus, qui est homo, non autem crescit deus, qui semper est perfectus. Restat itaque ut confiteatur uerbum filium dei, de perfecto patre perfectum, genitum, & totum à toto, plenum quoque à pleno: Quia satis contrarium est fidei Christianæ, ut homo creuerit, deus dicatur semper imperfectus, qui nunquam profecerit, sed semper est minor, secundum doctorum blasphemiam peruersorum. Certe uel post tot annorum curricula credant aliquando eum æquari patri posse, cum de ipso legitur: Crescebat & proficiebat. Nam de patre nusquam quod proficiat, crescat, uel senescat: ergo illo non crescente, neque senescente, sed in deitatis suæ potestate propria commanente, hic qui legitur crescere & proficere, debuit iam ad æqualitatem peruenisse patris. Hæc autem humanæ comparationes in diuinam substantiam non conueniunt: quia perfectus deus pater perfectum filium genuit, nec unquam uirtutem & sapientiam dei imperfectam, uel minorem fuisse credendum est: Nam qui ita sentire præsumperit, hoc non sine suæ salutis detrimento facit. Tenendum itaque & confitendum est hoc ueraciter, quod homo creuerit, ac profecerit in deum, hoc est in dei filium. Euangelista ait: Quia qui receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Et quoniam non dominus homo, & seruilis forma in deum profecit, deus autem uerbum, uirtus, & sapientia patris, semper fuit perfectus & æqualis genitori in substantia diuinitatis, Apostolo dicente: Qui cum in forma dei constitutus esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem deo. Qui igitur in forma dei æqualis esset deo patri, seipsum exinanauit, formam serui, sicut idem Apostolus prædicat, accipiens, id est, sponte, non coacte inclinauit seipsum ad suscipiendam

**A** suscipiendam seruilis formam, ut uilis uel inferior forma in meliorem substantiam cresceret atque proficeret, per eum qui eam est dignatus assumere, non ut diuina substantia, uel potestas in seruilis mutaretur, uel addiceretur statum, Apostolo de nostræ formæ in meliorem statum demutatione, dicente: Ut mortale hoc corpus indueret immortalitatem. Et: Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes uiuificantur. Et iterum: Nos autem, fratres, in libertate uocati sumus. Ita que si nos per gratiam Christi in meliorem, ut dictum est, statum, id est, in libertatem per fidem, quæ est in Christo, uocati sumus, quis Christianus autem sobrietatis audeat liberatorem suum dicere in deteriore statum, uel conditionem mutatum? ut substantia diuina, quæ semper est immutabilis, in humilem, humanamque uerteretur substantiam, & fieret de deo caro, de perfecto inferior, de æquali minor, de domino seruus, de creatore creatura, & omnipotens impossibilitatis incurreret iniuriam: & qui in substantia diuinitatis suæ impassibilis erat, fieret passibilis, & immortalis morti succumberet. Cum hæc omnia in una Christi persona, secundum Apostoli prædicationem, atque doctrinam Christianam sint fide credenda, dicente eo: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et iterum secundum Christum, inquit, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ergo deus hominem, dominus seruum, creator creaturam, factor facturam, omnipotens inferiorem, inuisibilis uisibilem, indeficiens lassum, immortalis mortalem, impassibilis passibilem, mutabilem in demutabilem suscepit naturam: Nec in humana deus mutatus est carnem uel substantiam, sed in se ipse quam assumpsit glorificabat naturam: humana uero mortalis & infirma, ut dictum est, caro atque natura diuinam profecit in gloriam, ipso domino in Euangelio dicente de assumpto à se filio hominis: Nunc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificauit eum in semetipso, & continuo clarificauit eum, accipe quæso pauca de diuinis scripturis testimonia, quibus quis ille uis perfectus esse Christianus, & ueram integramque sequi rationem, prætermittis uaniloquijs, & superfluis quæstionibus eorum, qui à fide Christi non solum ipsi errantes exciderunt, sed & alios, sicut ait Apostolus, in errorem mittentes. Nam quod nascitur ex tempore Christus in Bethleem, quod in præsepio declinatur, quod pannis inuoluitur, quod lactatur, quod crescit, quod adolefcit, quod in Aegyptum fugiens aportatur, quod parentibus subditur, quod tentatur à diabolo, quo defurit, quod sitit, quod maducat & bibit, quod dormit, quod lassatur, quod plorat, quod quasi nesciens sepulchrum quærit Lazari, quod quasi ignorare se ait diem iudicij, quod clarificatur testimonio patris, quod tristis, quod trepidus ad passionem uenit, quod a lapidibus cæditur, quod à Pilato iudicatur, quod flagellatur, quod crucifigitur, quod mixto felle aceto potatur, quod lancea lateri uulnus infigitur, quod moritur, quod ligno deponitur, quod sepelitur, quod die tertia uiuus à mortuis resurgit, quod omnium post resurrectionem accipit potestatem, quod quasi ignorans sciscitatur à duobus ambulatibus in uia, quæ facta fuissent in Hierusalem, quod Petrum quasi nesciens interrogat, si plus ab ipso quam ab alijs diligeretur discipulis: Simon, inquit, Petre amas me plus hijs: quem tam apostolica professio prodidit, & omnia, & occulta scire. Quomodo igitur qui se loquitur Christianum, non aduertit hæc aut credit humanæ esse substantiæ, seruilisque formæ, non diuinæ maiestatis atque potentia: quia nunquam uita moritur, sed homo moritur. Nec ignorare aliquid deus uerbum potest, cuius oculis omnia nuda sunt, & aperta Apostolo dicente: Viuus enim est sermo dei, efficax, & penetrabilior omnino gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta

Humanae comparationes diuinis rebus parum conueniunt.

Humanitatis Christi quedam peculiaria.

Ioh. 16.

Heb. 4.

**C** sunt oculis eius. Non ergo deus creatura est, sed homo: Non sepelitur deus, qui est uita, sed caro: Neque ab imis resurgit deus qui ubique est, & super omnes est, sed homo resurgit in deum: nam quod flagellatur, & a Pilato iudicatur, homo est. Quod autem mundum ipse adiudicaturus adueniet, deus & homo est. Tristem nanque & trepidum constat esse hominem, non deum, qui est incommutabilis, & inconuertibilis. Quod autem ignorat diem, & nescit locum, nunquid credendum est, quia qui fecit dies, horas, & tempora possit aliqua ignorare? Sed ignorat homo, quod tamen non ignorat deus, qui est ante secula, per quem omnia facta sunt. Nam sentire de dei sapientia, quod aliquid ignorare possit, summi periculi res est. Plorat autem & lassatur utique homo, non deus uerbum, qui est uirtus patris: nefas enim est dicere lassari dei uirtutem. Putasne homo esurit, & sitit, an deus qui dat uitam mundo, panis qui de caelo descendit, qui etiam dat escam omni carni? Sed nec uita esurit, nec fons sitire potest: Tentatur uero a diabolo ut homo, sed ut deus ab angelis adoratur, cui etiam ministrant, de quo scriptum est: *Psal. 103.* Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem. Hanc igitur omnia ut dictum est ad seruilem, mortalem, passibilemque naturam, quae a deo uerbo assumpta est, referri necesse est. Omnia enim quae humiliter dicta sunt, pro nobis ille suscepit, & pertulit, sicut Apostolus docet: Quia cum esset diues, egenus factus est, ut illius inopia nos diuites essemus. Et iterum: Qui cum in forma dei aequalis esset deo, seipsum exinaniuit formam serui accipiens. Sic & Propheta eius in carne praenuntians passionem, ait: *Esai. 53.* Vulnere eius sanati sumus. Cum ergo humilia, quisquis ille homo es, de Christo audis, non ea iudices de altitudine dicta diuina: Cum iniuriosa legis, secundum humilem formam crede, non secundum diuinam dominationem: Cum uero impossibilia legis, fragilitatis esse humanae accipe, non diuinae potentiae. Nec debes diuinam altitudinem ad humilem deuocare conditionem: nec nitari potentiam ac maiestatem diuinam ad inferiora deducere, sed quae nostrae sunt magis infirmitatis fragilisque naturae, ad illam erigere uirtutem, sicut ipse dominus ait: *Ioan. 12.* Cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad me. Exaltat utique per crucem ipse nostram in se per eius societatem naturam, non autem nostram per suam coniunctionem diuinam inclinat potentiam, sic nanque in alio loco ait: *Matth. 18.* Venit enim filius hominis quærere, & saluare quod perierat, non amittere quod semper erat, beato Ioanne Euangelista dicente: *Ioan. 1.* In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, omnia per ipsum facta sunt. Secundum igitur ipsius domini doctrinam, & Apostoli praedicationem salua proprietate utriusque naturae in una persona Christi, id est, dei & hominis perfectus deus, qui clarificat, in homine perfecto qui clarificatur, credendus, colendus, adorandusque, & deus dei filius, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, in cuius plenitudine pater est. Sicut enim in gloria patris filius est, secundum doctrinam beati Apostoli, ita in plenitudine filij pater est, dicente eorum: Ego in patre, & pater in me est. Et iterum: Pater autem in me manens ipse facit opera. Seruendum itaque est Christo filio, quia perfectus deus, & uerus est filius: & qui fideliter seruit filio, patri seruit, & spiritui sancto, qui in eo est. Et qui adorat patrem, in ipso adorat filium, & spiritum sanctum, quia in patre est filius. Et spiritus sanctus a deo patre procedit, ipso domino dicente: Ego in patre, & pater in me est. De spiritu quoque sancto ait: Spiritus autem paracletus, qui a patre meo procedit. Et cum filium quis adorat, in eo patrem adorat, & spiritum sanctum, quia in ipso est pater, dicente eorum: Qui me uidit, uidit & patrem meum. Et iterum: *Ioan. 15.* Pater autem in me manens ipse facit opera. De spiritu uero sancto sic ait: *Ioan. 16.* Ille me clarificabit, quia de meo accepit, & adnuntiabit uobis. Et: Omnia quaecunque habet

**A** habet pater mea sunt. Propterea dixi uobis, quia de meo accipiet. Spiritus itaque patris spiritus filij est, Apostolo dicente: Quod iam autem estis filij dei, misit *Galat. 3.* deus spiritum filij sui in corda nostra. Et iterum: Si quis autem spiritum Christi *Rom. 8.* non habet, hic non est eius. Et iterum: Scio enim quia hoc mihi proueniet in *Philip. 1.* litem per nostram orationem, & subministratione spiritus Iesu Christi. In Euangelio quoque ipse dominus ait: Paracletus spiritus sanctus, quem mittit pater in nomine meo. Et in Actibus Apostolorum ita legitur: Transcuntes autem Phrygiam *Act. 16.* & Galatiam, uetiti sunt a spiritu sancto loqui uerbum in Asia. Cum uenissent autem in Mesopotamiam tentabant ire Bithyniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Manifestissimis igitur testimonijs probatur, quod spiritus sanctus, spiritus paracletus, spiritus qui a patre procedit, spiritus sit filij, spiritus Christi, spiritus Iesu. Tota enim trinitas inseparabiliter in una substantia, diuinitate atque potentia, adoranda, colenda, praedicanda est & timenda. Fugiendum itaque est & cauendum omnibus Christianis, ne secundum errorem imperitorum hominum, quos notans Apostolus dicit: Errantium circa fidem, induci possint, errantes, inquit, & in errorem mittentes, id est, qui in trinitate sancta atque indiuisa aliquid creatum, aut inferius posteriusue suaserint esse credendum: Quia quicquid creatum est, deus esse non potest. Quod inferius, perfectum non est. Quod posterius, caret perpetuitate. Ac perinde in hijs gradibus diuinum nihil esse potest. Eiusmodi nanque doctores, uel qui eorum sequuntur doctrinam damnat, ita scribens ad Romanos Vas electionis beatus Apostolus: Sempiterna quoque eius uirtus *Rom. 1.* & diuinitas, ut sint inexcusabiles: quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: mutauerunt gloriam immutabilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Et iterum sequitur, dicens: Qui commutauerunt ueritatem in mendacium, & coluerunt, & seruerunt creaturam potius quam creatori. Qui est benedictus in secula. Amen.

# D. ATHANASII

ALEXANDRINI EPISCOPI DE

FIDE SVA, AD THEOPHI-

LVM, LIBER IX.



Redere iubemur in dei patris omnipotentia, et filij eius Iesu Christi, et spiritus sancti indiuisam quidem & inseparabilem trinitate: Hæc enim & Prophetæ cecinerunt, & dominus tradidit, tenuerunt & docuerunt Apostoli. Hæc redemptio mundi est, hæc salus ecclesie est, hæc fides nostra est & uita, ut traditam nobis unam substantiam, tres personas subsistentes, perfectas, æquales, coæternas contineamus, & firmam fidei confessionem in finem usque teneamus illam. Et hoc est quod Græci *ϰυουβριον* uocant: id enim quod subsistit non habet aliunde, sed suum est a se est. Cætera uero quæ sunt, quod habent, acceptum habent. Idcirco ad Moysen deus loquitur dicens: Ego sum qui sum. Et rursum dicens filiis Israël: Qui est misit me. Erant utique tunc angeli, throni, dominationes, cælum, terra, uel maria. Sed quia illa sola est infecta natura, & in tribus personis deitas una subsistit, idcirco ait: Ego sum qui sum. Quisquis autem tres *υποστασεις* dicit, id est, tres substantias, is sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Et si ita est, cur ab Arii parietibus separemur perfidia copulati? Ille enim gradibus diuinitate diuidit, & deum ex deo, id est filium ex patre ita confitetur, ut ex deo factus sit, non de deo natus. Qui si natus est, unius substantie est: si factus est, uerus filius non est. Et si uerus filius non est, nec uerus deus: Aut si uerus deus est, & de patre non est, duo sunt habentes singuli & uoluntates proprias, & imperia diuersa. Sed dominus noster Iesus Christus in

**D** Euangelio suo unum se cum patre, et ex patre esse testatur, cum dicit: Ego ex deo exiui. Et rursum: Ego in patre, & pater in me. Item: Ego & pater unum sumus. Et: Qui me uidet, uideret & patrem. Si quidem hæc ideo sunt scripta, ut uera eius diuinitas non negetur. Sed illa forsitan tibi usurpas, quæ propter incarnationem eius scripta sunt, ut puta: Qui me misit, maior me est. Et: Non ueni facere uoluntatem meam, sed eius qui misit me. Et: Filius a se nihil potest facere. Et: Non est meum dare uobis, sed quibus paratum est a patre. Et cætera hijs similia: Quæ omnia non infirmant filium, neque depreciant, sed a patre distinguunt, & eius humilitatem & incarnationem ostendunt. Sed nec

*Vita Christi exemplum est nostræ.* illa fidele animam scandalizet, quibus dominus esurisse, dormisse memoratur, lacrimasse, tristasse usque ad mortem, passionem quoque & crucem: si quidem ad id sunt scripta & facta, ut & tolerantiam exemplum præberetur, & uera eius incarnatio nosceretur: Nam in eo quod esurisse dominus dicitur, ueri corporis assumptionem intellige. In eo autem quod quinque panibus, & duobus piscibus quinque milia hominum satiat, ueram eius diuinitatem cognosce: Certe cum dicit: Ego sum panis qui de cælo descendi, non cadit in sensum nostrum, ut panis esurire credatur: Sic & de somno eius intelligendum est: Quoniam sicut per somnum corporis ueritas cognoscitur, sic per illud quod statim uentis & fluctibus imperat, uera eius diuinitas approbatur: Nam et quod lacrimas super Lazarum fundit, phantasmatis suspicio tollitur: lacrimæ enim ueri corporis sunt humores. Cum autem dicit: Lazare exi foras: & statim ille qui iam fortebat aperiente se terra uiuus emergit, magnæ eius diuinitatis indicium est. Iam illud quod ait: Tristis est anima mea usque ad mortem, ex hac ipsa Lazari suscitatione intelligi potest quomodo debeat accipi: quia non utique metuebat diuinitas mortem, quæ uerbo mortuos suscitabat, sed humanum affectum per tristitiam animæ indicabat: Crux æque, passio, sepultura, uno uel altero dicto domini discutuntur, quo minus ei impotentia uel infirmitas

*Ioan. 6.* adscribatur, cum dicit ad Iudæos: Soluite templum hoc: Utique corpus suum dicebat:

*Lachrima Christi.* adscribatur, cum dicit ad Iudæos: Soluite templum hoc: Utique corpus suum dicebat:

*Ioan. 2.* adscribatur, cum dicit ad Iudæos: Soluite templum hoc: Utique corpus suum dicebat:

**A** dicebat, & ego in triduo suscitabo illud. Item ait: Potestatem habeo ponere animam meam, & potestatem habeo iterum sumere illam. Si corporis sui suscitatum templum, si potestas est ponendi animam per passionem, et sumendi per resurrectionem, cesset in Christo infirmitatis opinio, ubi tantæ potestatis sublimitas declaratur. Omnia ergo pie intelligenda sunt: Omnia ergo honorifice tractanda sunt. Vtrunque in domino confitendum est, & forma dei, in qua semper fuit: & forma serui, quæ accepta est propter seruos. Credenda est & passio secundum carnem, & impassibilitas secundum diuinitatem. **H A E R.** Deus pater ex uoluntate genuit filium, an ex necessitate? **A T H.** Nec ex uoluntate, nec ex necessitate: quia deum nulla manet necessitas. Sed & mihi interrogati: Deus bonus est, aut non? Utique bonus. Uoluntate aut necessitate? Si uoluntate, maior iam & prior uoluntas est ex qua bonus: Si ex necessitate, maior necessitas, & deus infirmior habetur. Qua de re filius ex patre non ex uoluntate, sed ex substantia natus: quia supra uoluntatem & necessitatem est id quod est deitas. **H A E R.** Denuo te interrogo, pater & filius quid est?

**A T H.** Deus & uerbum. **H A E R.** Ergo non simplex, sed compositus est: quia ipse est, & uerbum. **A T H.** Deus operatur, aut non? & quæ facit uoluntate facit, aut non? **H A E R.** Utique uoluntate. **A T H.** Ergo ipse est & uoluntas, & est compositus secundum interrogationem tuam, non simplex. **H A E R.** Sed deus in æternitate manens, solus æternus est. Omnia etenim qui semper est, sed non est omnia multa, sed unum ac simplex hoc quod semper deus est. **A T H.** Et ideo separari impossibile est unum ab uno, id est, filium a patre, uel patrem a filio propter identitatem deitatis, dico: ego & pater unum sumus. Dum ego & pater non solitarius intelligitur: Neque quod unum sumus, diuersum sentitur. Dicimus ergo, paternam deitatem nunquam alienam fuisse a propria generatione. Et ideo nobis paternam deitatem pro tempore quidem intelligibilis efficitur, ipsa uero nec temporis, nec nouitati subiacet: ne inanis uel superflua, aut certe proficiens paternam deitatem reperitur. Libera etenim ab omni exordio, ab omni compositione, ab omni qualitate, ab omni quantitate, sed cum genitus appellatur, nihil aliud quam patrem & filium significare monstratur: Nihil enim tam impium, quam filium dei appellare, & deum uerum negare: quam patrem loqui, & sine generatione patrem confiteri. Quodcumque etenim non ita extiterit, ut deus existeret debeat, deus credi non debet. Ego sum qui sum, non sum mutatus: Et ideo quod diuinitas est immutari non potest, ne non sit quod semper est.

**B** Immutatur autem a sua simplicitate, si nouellus pater est, si ab æternitate cum ipso est, & in ipso filius non est, & est mutabilis, si non natura, sed uoluntate post naturam genuit filium. **H A E R.** Sed solum sapientem & potentem patrem credi debere. **A T H.** Si cum & filium simul cum patre ueneraris, patri detrahis, qui simul cum ipso minus sapientem ueneraris. Qui si igitur minus sapientem decernis, utique nec deum, nec filium dei asserere debes. Quod si plene sapientem asseris, recte deum uel filium definis. **H A E R.** Sed filium a patre mutari manifestum est, patrem uero a filio mutari non posse. **A T H.** Si ita est, quæro utrum pater imperfectum filium genuerit, suspectumque de miseria, cui deinceps non tam genitoris officio, quam magistri imperio rudimenta sapientie impartire dignaretur: Est ergo quod uel deus pater perfecte sapiens docere debeat. Est & quod deus filius imperfecte sapiens discere possit, & quomodo omnia quæ pater habet filij sunt, si non perfecte sapit, uel plene potest? Quomodo in filio omnes thesauri sapientie & scientie deprehenduntur? uel deus super omnia nominatur? **H A E R.** Sed solum deum patrem sine initio, sine origine, simplicem quoque & indeterminabilem cognosci debere. Operationem uero eius, id est filium, neque sine initio, neque sine fine intelligi oportere, maxime cum omne opus & initium sustineat, & sine carere non possit. **A T H.** Hoc enim & nos confitemur: Est enim indeterminabilis, simplexque natura, Quod ergo incompositus simplexque

*Patrē nec uoluntate nec necessitate genuisse filium.*

*Diuinum mutatum ex a pers est.*

Cplexq; manet, nullis legibus determinari potest. Sed responde mihi interroganti: Vtrū est deus, quē sine initio & sine semper fuisse cōmemoras, ita indeterminabilis? Statuis quippe, ut nihil ei non solum secundum naturā, sed ne secundum actionem naturæ accedere possit, ita ut nec nouellus pater, sed nec initiabilis genitor declaretur, ut uere indeterminabilis, & non proficiens cognosci possit. Proficiet utiq; si ad actionem nouellæ generationis procedere festinat, quo minus ex hac cognoscere ualeat, aliquando semet patrem futurū. Nobis uero sufficit is qui in principio erat, & apud quem erat, quoniā deus apud deum erat. Quod si non natura filius, nec recte pater & filius pronuntiatur, quia nec genitor, nec genitus insinuat. Quod si plenitudo diuinitatis secundū Paulum in filio habetur, cur deus plenitudinis negatur? Et si in eo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi habentur, cur deus ignarus pronuntiatur? Et si uerbum in principio, & apud deum, & deus habetur, cur deus naturalis non creditur? Absit autem à fide Apostolica, ut in filij generatione aut augeatur diuinitati quod pater est, aut minuatur ne pater sit. Sed nec natus profectioem sustinuerat, sed nec generatus diminutionem patitur. H A E R. Quomodo autē natiuitatē sempiternitati coniungis, dum natiuitas posterior sit à sempiternitate? A T H. Reuera quasi prius conceptus de semine, aut coagulatus in uētre sit, cum scriptura dicat: Generationē autē eius quis enarrabit. Nam & generanti calumniā facis, quali ei accesserit ut generaret. Quod si accessit illi quod ante non habuit, imperfectus inuenitur: si nō accessit, sempiternus cum sempiterno in sempiternitate fuisse reperitur. De sempiternitate filij audi Psal. 72. per Dauid filium ad patrem uerba facientē: Et ego semper tecum: tenuisti manum meam dexteram, & in uoluntate tua deduxisti, & cum gloria assumpsisti me. Item Psal. 109. Dauid: Tecum principium in die uirtutis tuæ, in splendoribus sanctorum ex uero ante luciferum genui te. H A E R. Ingeniti nomen patris, & filij geniti appellas. Quid de spiritu sancto dicitur, qui utique in tertio gradu ponitur, in scripturis genitum eum confiteris, aut ingenitum appellas? Si genitus, iam non est unigenitus filius, eō quod sit & alter natus de patre. Si non est natus, est utiq; & alter ingenitus. Etiam non est unus deus pater ex quo omnia, sed duo sunt patres. Quod si neq; natus de patre est spiritus, neq; nō genitus, superest ut creatura dicatur. A T H. Si scripturas domini, uel dominum loquentem in scripturis credideris, nunquam creatorem creaturis cōparabis, cum legeris: Verbo domini cœli firmati sunt & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Item ipse Dauid: Emittis spiritū eorum & creabuntur. Audi & patrē loquentem: Spiritus ex me prodijt. Item ipse per Iohel prophetam: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et dominus in Euangelio Apostolis dicit: Mittam uobis à patre meo paraclētum, spiritum ueritatis, hic de patre procedit, & de meo accipit. Sufficeret quidem fidelibus hoc ipsum credere, quia filius genitus est: Spiritus autem de patre procedens est, cuius processio qualis aut quanta sit, nulli conceditur scire: sicut & de filio dictum est: Generationem eius quis enarrabit? Sed arctius propter incredulos requirendum est, & interroganti mihi responde. H A E R. Respondeo. A T H. Certe confiteris deū esse & creatorem, id est, conditorē rerum omnium, & ab eo conditū, nihil ē mediū. H A E R. Quid confitear quod ambigi non potest? A T H. Conuertibile omne conditū, quia initium habet, & sine nō caret. Incōuertibile & incōmutabile omne quod æternum est nec initium habere, nec finem confiteris? H A E R. Vtiq; sic aio, quia si chabet. A T H. Creator creaturis commiscibilis, an non? H A E R. Cōmunicat quidē creaturæ semet, miscetur tamen nunq; ne mutabilis & cōuertibilis & corruptionis particeps esse reperiatur. A T H. Recte dixisti. Et quomodo legis: Ire baptizate omnes gētes in nomine patris, & filij, & sancti spiritus, si creatura est spiritus factus? Quomodo creatori unū in nomine, in uirtute, in redēptione, in sanctifica-

A in sanctificatione, & quod tu in tertio loco nominari putas, in primo id Petrus Apostolus collocat, qui trinitatem gradibus non diuidit, numerum nescit, sed tertium primum ponit, cum dicit Ananias: Quare compleuit Satanas cor tuum, ut mentireris spiritui sancto? Et post paululum: Non es hominibus mentitus, sed deo. Ergo qui spiritui sancto mentitur, deo mentitur: quia spiritus deus est. Audi & Paulum Apostolum dicentem: Nemo enim scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo: Qui utiq; si esset creatura, ut credi studes, quid in creatore esset scire non poterat. Vnde idem Paulus: Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Si ergo de patre procedit spiritus sanctus, ut legimus, si liberat, si sanctificat, si consolator est, si bonus est ut deus, sicut scriptum est: spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: si abluuit, si iustificat, si is qui eum blasphemauerit, sicut scriptum est, non habet remissionem, neq; in hoc seculo, neq; in futuro, quæ utiq; nulli nisi deo propria sunt, quid ergo amplius querendum de illo est uel dubitandū? Cum per operum magnitudinem quod est ipse manifestat: Non utiq; alienum esse patris, & filij maiestate, qui non est ab operū uirtutibus alienus: frustra illi nomen diuinitatis negatur, cuius potestas nō potest abnegari. Est & illud, quod omnis creatura capax est diuinarum uirtutum, & eget gloria dei: Spiritus enim capabilis est, non capax, & nullius eget, sed egentibus se largiter infundit. Nam de filio scriptum est: Vngentum effusum nomen tuum. Item de spiritu sancto deus loquitur: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Vbi aliquando legitur: Effundam angelum, uel aliam quamlibet cœlestium creaturarum sicut de spiritu: Legimus repletos quoq; fuisse Apostolos spiritu sancto, & quam terrarum partem ob adificationem ecclesiæ uniusquisq; agebat, cum singulis utiq; totus erat. Angeli cum singulis singuli sunt, & dum mittitur, dum ibi est, alibi utiq; deest. Spiritus cum omnibus ubiq; totus est, quod non nisi solius dei est. Adoremus ergo patrem, adoremus & filium, adoremus & spiritum sanctum, una eademq; ueneratione. Si ille nobis cum patre & filio confert remissionē peccatorum, sanctificationē, & uitam perpetuā, simul utiq; cum patre & filio referamus & gloriam. Aut si non est cum patre colendus & filio, ergo nec confitendus in baptismo est. H A E R. Paulo ante confessi sumus ambo, deum patrem inuisibilem, incomprehensibilem, immutabilem, sine fine sempiternum. A T H. Sic habet. H A E R. Et quomodo de eius substantia filium confiteris, qui saepe à patribus uisus est conuertibilis atq; mutabilis? Et in uarijs figuris singulis quibusq; saepe demonstratus. Qui si de ipsa substantia esset, carnis utiq; assumptione nec uisibilis cerneretur. Quin potius in eæqualitate qua pater est permansisset, ex cuius substantia erat: quia quod de patre est, nec uideri, nec mutari, nec cōverti posse credendum est. A T H. Hac est causa erroris, hac origo hæresis Arianae, dum non intelligunt uirtutem dei, neq; tanti sacramenti dispositionē agnoscunt, quibus in primor espondendum est: filium dei non ita uisum, ut deus erat, sed ut homo capi poterat. Deinde hoc esse potentia dei, ut cum singulis prout uoluit reuelari dignatus est, habitum mutaret, non substantiam uerteret, nec proprietatē qualitatis amittens, sed iuxta meritum uidentis temperamentū maiestati adhibuit. Ipse tamen, ut semper idem est, in substantiæ suæ proprietate permanserit, sicut scriptum est: Mutabis eos, & mutabuntur: tu autem ipse idem es, & anni tui non dequod esse se norunt, neque substantiam mutant, cum formam corporis humani sumunt: Quanto magis autor angelorum non mutabitur, qui angelis ut hoc facere possint sua liberalitate concessit. Vides ergo dispositiones rerū futurarū, quæ suis quibusque tēporibus complenda erant in eo per imaginē patris præostensam, nō tamen ipsum deum, ut est proprie, uisum. H A E R. Quid de incarnatione dicitur?

C  
 cūrus, & eius mutabilitatem qua ratione excusabis non intelligo, siquidem legimus; Verbum caro factum est: Tunc utiq; uirginis uterum oppleuit: Tunc aliud quā quod uenerat natum est. Vnde iam commixta substantia statum uertit, ordinem perdit in mutatione ipsa: de deo homo, de spiritu caro factum est. Et utique translatio omnis interiectio est pristini status. Idcirco filium ex alia substantia credendum non dubium est, quā conuerti, & mutari, & uideri potest: Quia hoc de patris substantia credi fas non est, qui ait: Ego sum, ego sum, & non mutabor. Et  
 Ioh. 1. filius in Euangelio: Deum nemo uidit unquam. A T H. Commixtio quidem siue concretio naturæ mutatio est: Mutatio naturæ translationē facit: Et translatio perdit quod erat, & incipit esse quod non erat. Hoc natiuitas Christi non habet,  
 Luc. 1. Gabriele angelo teste, qui de Mariæ possibilitate conceptus sciscitatus respondisse Euangelista refert: Spiritus sanctus superueniet in te, & spiritus altissimi obumbrabit tibi. Qui utique nec in utroq; dicto commixtionem, sed superuentum spiritus sancti, & obumbrationem altissimi nominauit. Legis: Verbum caro factum est. Quomodo autem sit factū mens utique nostra non attingit: quia quod credimus excedit mentem nostram: sed fide attingimus: Et sic hoc modo totum tenemus, fide quod credimus: etsi mente non totum complectimur. Scire ergo debemus, quid, & quantum sensu attingere nobis concessum sit, quid fide suscipere:  
 Ioh. 3. Nam legimus: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo: Quomodo filius hominis, qui in terra loquebatur esse dicebatur in cœlo: Et quemadmodū inde descendisse refertur, qui nec ibi factus, nec adhuc ascenderat: Quia nondum passus resurrexerat: Sed quia deus uerbum hominem adsumpturus descenderat, homo diuinitati copulatus, illuc ascendit, unde caro utiq; non descenderat, sed uerbum. Sed & dominum ad Ioannem loquentem in  
 Apocal. 1. Apocalypsi legimus: Ego sum primus & nouissimus, & uiuus fui & mortuus, & ecce uiuus sum in secula seculorum. Si primus, quo modo nouissimus? si uiuus, quia ipse est uita omnium, quomodo mortuus? cum uita mori non possit? Quod si mortuus, quomodo uel deus, uel uita dicendus est? Et utique non tenebit perfectam ueritatē quisquis aliquam ueritatis excluderit portionem. Sed ut qui creatoris tui & redemptoris causarum incarnationem, tuæ, si potes, ante inuestiga natiuitatis rationem. Certe fateberis hominē ex duabus substantiis subsistere, anima, & carne: Et tamen non duo, sed unus dicitur homo. Et cum unita sit eius natura, incommiscibiles tamen substantiæ permanent. Si ergo ita in homine à deo collatæ immiscibiles permanent substantiæ, quid de creationis tui incarnatione sentire cogaris aduerte, qui utique dignationi homini admiscetur, non commiscetur: Et uerbum caro sic factum, hoc est, unigenitum dei filium sic factum esse hominis filium, ut neutro in alterum uerso, sed utroque in sua substantia permanente, sic deus in homine pateretur humana, ut in seipso integra diuina seruaret, non ut conuersione, aut mutabilitate aliqua cœperit esse quod non erat, sed ut potentia diuina dispensationis uerbum patris nunquam à patre discedens, homo proprie fieri dignaretur, incarnatus q; sit unigenitus secreto illo mysterio, quod ipse nouit: Notum nanque est credere, illius nosse. Ac sic ipse deus uerbum totum suscipiens quod est hominis, homo sit. Et adsumptus homo totum accipiendo quod dei est, aliud quā deus esse non possit. Non ergo de uisibilibus coniectura facienda est, quasi equalibus inuicem creaturis putemus deum hominemq; commixtum: & tali confusione carnis & uerbi, quasi aliquod corpus effectum. Absit ita credere: Huiusmodi enim commixtio partis utriusq; corruptio est: Deus enim capabilis, non capax est: penetrans, non penetrabilis: implens, non implebilis: qui ubique totum simul est, & ubiq; diffusum est, per infusionem potentia suæ dignanter natura est immixtus humana: Nō humana natura natura est mixta diuinæ. Caro igitur pro

A  
 tur profecit in uerbum, non uerbum profecit in carnē. Verissime ergo uerbum caro factū est: sed ut diximus, solū proprie personaliter, nō cum patre aut spiritu sancto naturaliter quia unigenitus dei filius, deus uerus, qui cum patre & spiritu sancto unus est in natura, alter est in persona. Non enim ipsum patrem dicimus esse quē filium: Nec iterum eundem filium dicimus esse quem patrem: Aut rursus spiritū sanctum patre uel filiū nuncupamus, sed distinguentes personas cum proprietatibus suis, patre deū, patre proprie nominamus: Et filiū deū, filiū proprie dicimus, & spiritū sanctum deum, spiritū sanctum proprie cōfitemur. Et cum ter numero dicimus deum, non tres deos credimus, sed unū in omnipotentia suæ trinitate perfectum. Idcirco una persona accipienda est, carnis & uerbi: unū eundemq; deū & hominē, inseparabilē semper gemināq; substantiā, uere semper omnia gessisse quæ sunt hominis, & uere semper possedisse quæ dei sunt: Quoniam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, uiuit ex uirtute dei. Quapropter nō pertimescimus secundū hominē deum natū, eundemq; secundū hominē deū passum, deum mortuū: sed gloriamur dicere deum natū, eundemq; secundū hominē passum. Qui cum in formā dei esset, nō propter se, sed propter nos formā serui suscepit, & semetipsum exinaniuit. Quomodo exinaniuit semetipsum? dum formā dei formā serui accepit: dum principaliter dominus ea quæ sunt famuli dignanter assumpsit: dumq; per indulgentiam & miserationē nostri gerendo, inferiora se uidelicet uel agēdo, uerbum caro factū euacuatur in persona, quod possedit in natura. Et in uerbo humanitatis habitu factus obediens in homine, illud in se per humilitatē & obedientiā naturæ nostræ restituit, quod per inobediētiam perierat in Adam. Et in carne mortuus, qui semper uiuit in spiritu: Viuificans cum patre omnia, iam nunquam de cætero moriturus. Is suscitatus à patre in carne, & sit nobis primogenitus ex mortuis, qui est unigenitus dei uiui, ac diuersa secula propter nos pauper in tempore, indigens in homine, nobis accipit, quod abundans sibi semper habebat in patre. H A E R. Firmata in corde meo non nescias superiora rationabiliter & uere exposita, sed ad curmulū fidei quæso exponas: cur personis & nominibus diuiditur, cum sit una substantia patris, et filij, & spiritus sancti? A T H. Ignoras, quia pater deus unus est, & filius unus deus, & spiritus sanctus unus deus est: Vnitum nomen est, quia una est eorū substantia. Vnde & Ioānes in epistola sua ait: Tres sunt q; testimoniū dicūt in cœlo, pater, uerbum, & spiritus. Et: In Christo Iesu unū sunt, non tamen unus est, quā nō est eorū una persona: Nunquid aliud sentiendū est, quā pater uerus unus qui genuit, idē non sit qui & genitus ab ipso est. Et filius unus qui nō genuit, pater nō sit. Et spiritus sanctus, qui nec pater, nec filius alter sit in persona: præterea qui nec genuit, nec natus referatur. H A E R. Quare nominas significāter? A T H. Proculdubio pater uere genuit, hoc primū nomen est eius. Filius uero de eo natus est, hoc unicū nomen est ei: Spiritus autem sanctus qui de patre processit, naturale nomen est ei. Dum ergo nomina in personis distinguuntur, propria nomina ostenduntur: Dum secundū deitatem refertur, unitum nomen in hijs indicatur: quia substantiuus est pater, substantiuus est filius, substantiuus est & spiritus sanctus. Sit ergo nobis secundū salutaris baptismi confessionē fides integra trinitatis, sit una deuotio pietatis, nec more gentiliū potestatum diuersitatis opinemur, sed potius perfectam trinitatē adorantes & magnificātes, sicut in mysterijs ore nostro dicimus, ita cōsciētia teneamus: Sanctus, sanctus, sanctus deus omnipotēs: Ter dicēs, sanctus, unam omnipotentiam confiteris. Vel illud Apostoli: Unus spiritus dominus Iesus Christus in gloria dei patris. Vnū autē: quia una est religio, una glorificatio trinitatis. Et deinceps pacem dilectionēq; sectantes semper nouis operibus abundemus, ut audiamus ab Apostolo: Gratia domini Iesu Christi & dilectio dei, & communio spiritus sancti cum omnibus uobis. Amen.

## D. ATHANASII

ALEXANDRINI EPISCOPI, DE  
VNITATE FIDEI AD THEO-  
PHILVM, LIBER X.

Idei unius substantiæ trinitatis, hoc est, patris, & filij, & spiritus sancti, sine initio temporum, super omnem sensum & sermonem & spiritum, una uirtus, unus deus: tria uero uocabula, una potestas, nascitur de Maria uirgine, accipiens corpus animale. Sed ipse sensus non præcellens est dei uerbum: Non comprehensus à carne sermo, sed in carne & super carnem, sicut deus præcius dei uirtus, dei ueritas, passum autem humanam passionem: sermo dei impassibilis est. In passione quidem corpus moritur, ut uiuificet protoplastum, qui ceciderat per inobedientiam. O homo, deitatem quæris, uitupero te; si credis, bene facis: Credere tibi iustum est, non discutere permissum est. Si autem discutis, & dicis quomodo pater, de lumine excidisti, & si dixerit quomodo filius, occurret tibi sermo propheticus, dicens: Generationem eius quis enarrabit? Vide ergo ne similiter excidas à lumine: Nemo enim nouit patrem nisi filius, neque filium nisi pater. Qui tres uirtutes inducit, tres deos confitetur. Nos autem credimus tres personas, unam deitatem. Quando autem nominaueris patrem, clarificas filium: & quando nominaueris filium, adoras patrem. Si iterum unam personam trinitatis dicimus, iudæizamus, quia Iudæi unam personam dicunt, & unum deum confitentur. Si tres deos inducimus, similes sumus gentibus. Sed confitemur patrem in filio, & filium in patre cum spiritu sancto. Non separabitur unitas, non diuidetur deitas, deus ex deo, non duo dii; uirtus ex uirtute, sed una uirtus: lux de lumine, ueritas ex ueritate, sed una ueritas; testis non est, non cælum, non terra, non mare, non lux, non tenebræ, non angeli, neque archangeli, neque cherubin, neque seraphin, sed erat ante principium filius cum patre. Nemo cognoscit innascibilem, nisi qui natus est ab eo, scit unde sit natus, neque nascibilem aliquis scit, nisi qui genuit. Pater scit quem genuerit, similis genitus genitori, patris consilium & sapientia, una uirtus, & una deitas. Natiuitatem filij dei lege propriam natiuitatem ex uirgine Maria, sed natiuitas filij dei ante principium apud patrem est: Confiteor enim unum innascibilem, & unum natum. Confiteor patrem omnipotentem, sine initio, sine fine, qui omnia tenet, & à nullo tenetur: omnia gubernat, & à nullo gubernatur: omnia uidens, ipse autem inuisibilis est. Confiteor Iesum Christum filium dei, cum omni consilio & uirtute paternæ diuinæ deitatis. Quantam autem uirtutem habet pater, tantam habet & filius. Non diminuitur genitus ab eo qui est innascibilis. Spiritus sanctus neque natus, neque innascibilis, non factus, neque creatus. Si autem dixerero natum, duos filios statuo ex uno patre, & non unum ex uno, aut solum ex solo. Aut unus pater ex quo omnia, aut unus Iesus Christus, per quem omnia. Et si dixerero innascibilem, iam non unus pater omnipotens innascibilis, sed duos deos statuo. Et si dixerero facturam, gentiliter quæro: Gentes enim facturam manus adorant, & non factorem cæli & terræ. Quod ergo habes edicere? Phantasma? Absit: Quoniam blasphemiam spiritus sancti non remittetur. Quemadmodum ergo duo ligna coniuncta, missa in fornacem ignis, & de duobus lignis procedit flamma inseparabilis, sic de patre & filij uirtute procedit spiritus sanctus, ipsam uirtutem deitatis habens, sicut beatus Paulus posuit, dicens: Mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Non

Credenda que=  
dam, nõ discu-  
tienda.

Iudæi.  
Gentes.

D

Spiritus sancti  
processio cu=  
iusmodi.

A Non deus dei mediator, unum enim usque ad trinitatem, sed accipiens corpus de uirgine Maria, induens ueterem hominem, qui ceciderat per inobedientiam, mediator factus carne par uirtute, hoc est, Iesus Christus. Quando autem adsumpsit Apostolos, sicut Euangelista testatur, ascendit in montem excelsum, & transfigurauit se coram illis, & ecce nubes splendida cooperuit eum. Nubes uero splendida uirtutem patris in eo ostendit, sicut quidam per uaniloquia docent, dicentes, quomodo tres personæ in una uirtute, sic tria uocabula, sed unus deus. Tria uocabula uirtutis uocis nomen patris, & filij, & spiritus sancti. Iterum illi diuidentes uirtutem & deitatem trinitatis dicunt: sicut Imperator, Præfectus, & Comes. Absit. Non trado ego hanc doctrinam, aut istam expositionem, sed magis anathematizo. Scriptum est enim in diuinis præceptis: Visibilia huius mundi inuisibilibus comparantur. Terrenus enim imperator de tribus constat, sed unum est imperium. Si deus posuerit diadema à capite suo, Cæsar est & non Imperator. Quod si deposuerit purpuram Præfectus est iam uir solus. Si qui blasphemant spiritum sanctum, non sunt Christiani, sed sunt sicut Iudæi: Nam Iudæi unam personam adorant: Nos autem confitemur: sicut Imperator terrenus & cælestis homo in purpura, & purpura in homine, corona autem capitis continet purpuram & hominem, unum imperium uirtutes ostendit: sic pater in filio, & filius in patre: Spiritus autem sanctus, coniunctio, deitas, uirtus, & unitas trinitatis.

Nubes splendida  
quid significet  
in Euangelio

Cæsar ab Imperatore  
quomodo differat

## D. ATHANASII ALE

XANDRINI EPISCOPI DE FIDE  
VNITATIS ET TRINITATIS, PATRIS, ET FI-  
LII, ET SPIRITVS SANCTI, AD THEO-  
PHILVM, LIBER XI.

B Redo in deum patrem omnipotentem, & unigenitum Iesum Christum saluatorem nostrum, spiritum sanctum unum deum esse confiteor. Non sic unum quasi solitarium, neque eundem qui ipse sibi pater sit ipse filius: sed pater uerus genuit filium uerum, ut est deus de deo, lumen de lumine, uitam ex uita, perfectum de perfecto, totum à toto, plenum à pleno, non creatum sed genitum, non ex nihilo sed ex patre, unius substantiæ cum patre, & spiritum sanctum uerum deum non ingentum, neque genitum, non creatum nec factum, sed patris & filij, semper in patre & filio coæternum. Vnum tamen deum, qui ex uno patre, & totum quod pater sit natus est filius, & in patre totum quod est totum genuit, filium genuit: pater filium generans non minuit, nec amisit plenitudinis suæ deitatem. Totum autem quod deus pater est, id esse filium ab eo natum certissimum tenentes cum spiritu sancto unum deum piissime confitemur. Credimus in dominum nostrum Iesum Christum filium eius, per quem omnia creata sunt, quæ in cælis & quæ in terra, uisibilia & inuisibilia, propter nostram salutem descendit de cælo, qui nunquam desierat esse in cælo. Natum de spiritu sancto de Maria uirgine. Verbum caro factum est: Non amisit quod fuerat, sed cepit esse quod non erat. Non demutatum deum, semper manentem, & iam in hominem natum: Non putatiuum, non aëreum, sed corporeum sensum & animam habentem: Ita uerum hominem ut uerum deum intelligamus: Ita uerum deum, ut uerum hominem fuisse nullo modo ambigamus confitendum.

procedentem

C fitendum. Hunc eundem dominū nostrum Iesum Christum adimpleffe legem & Prophetas, passum sub Pontio Pilato, crucifixum, & secundum scripturas tertia die a mortuis resurrexisse, assumptum in cœlos, sedere in dextera patris, inde uenturum iudicare uiuos & mortuos expectamus, in huius morte & sanguine remissionem peccatorum consecuturi: resuscitandos nos ab eo in hijs corporibus, & in eadem carne in qua natus est, passus, & mortuus, & resurrexit, animā cum hac carne accepturi ab eo, aut uitam aternam pro bonis meritis, aut sententiam pro peccatis aternam: hoc placuit. Amen. Hijs qui filium dei creatum esse profitentur, ne quaquam de spiritu sancto dabimus responsū. Vt enim filium, qui de substantia dei impassibiliter sit genitus, creatum ausi sunt dicere, ita & de spiritu sancto dicunt utiq; similia, poenitentiam uero acturi. Sed de filio interim sentientibus recte, respō debimus de spiritu sancto. Etenim desperandum est, eos qui semel de irreligiositate ad religionē conuerti cœperunt, ad perfectum luctū cōuerti. Ex scripturis sanē diuinis, & non ex humanis intelligentijs hoc est. Istiusmodi igitur rationē præstare operā daturi sumus. Dicite nobis admirabiles, ubi in autoritate legistis, creatū esse spiritum sanctum? Ioannem, inquiunt, audiuius in Euangelio dicentē: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quibus dicimus: Si ergo audieritis & Dauid in psalmo in spiritu sancto dicente deo: quia uniuersa seruiunt tibi: Seruum utiq; esse diceris etiam spiritum sanctum, qui non est seruus sed liber, & liberauerit creaturam, & in adoptionem filiorum eam promouerit ad deum. Aut nō audistis Paulum ad Romanos scribentē: Non accepistis spiritū seruitutis iterum in timorē, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Ipse spiritus contestatus est spiritui nostro, quia sumus filij dei. Et iterum: Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Si uero nō est seruus spiritus sanctus, sicut probauerunt scripturæ, quia omnia seruiunt ei, quod omnia per filium facta sunt, & sine ipso factum est nihil: Vnus nanque erat eorum, qui audierunt à Salvatore dicente: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui habitat in uobis. Sicut & Petrus scribens ait: Quæ nunc nuntiata sunt uobis, euangelizante in uos spiritu facto misso è cœlis. Itaque si spiritus sanctus est qui dicit: Omnia per filium facta sunt, & sine ipso factum est nihil: oportuerat quidem ipsum, si quidem creatus esset, dicere: Omnia per ipsum facta sunt, & ego per eum factus sum, & sine eo factum est nihil, quomodo consuetudo sanctorum est. Ita Paulus sanē de se, & de omnibus sanctis obseruantissime scribit: Nobis autem unus deus pater, ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed quoniam non est uniuersitatis, sed trinitatis spiritus sanctus, omnia quæ post trinitatem sunt, per filium creata esse dixit spiritus sanctus. Testis autem est mihi Paulus beatissimus in spiritu sancto, hoc, quod omnia per filium facta sunt, prophetans in epistola ad Colossenses scripta: Quia in ipso filio creata sunt omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris, siue uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia. Non dixit, siue spiritus sanctus. Psalmista uero Dauid in spiritu iterum sancto imperans uniuersæ creaturæ laudare dominum, dicit: Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius. Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. Laudate eum cœli cœlorū, & aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen domini, & c. Indignum duxit super hijs connumerare spiritum sanctum, & dicere: Laudet eum spiritus sanctus: quia laudantium, & non laudantium est, quemadmodum paulo post in scripturis probabimus, & uiuificantium, & non uiuificantium ordo, sicut Paulus in secunda

A cunda ad Corinthios epistola ait: Sed sufficientia nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu: Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Ad Romanos uero: Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uiuit propter iustitiam. Et iterum: Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum à mortuis habitat in uobis, uiuificabit autē & corporalia corpora uestra per inhabitantem spiritum suum in uobis. Tres quoq; sancti martyres, Ananias, Azarias, & Misahel in fornace ignis positi in terra Chaldæorū, cum admirabiliter deus cœlorū ignes ad temperatū refrigerium conuertisset, uniuersam creaturam adhortantes se cum laudare deum, sic incipiunt: Benedicite omnia opera domini dominum, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite cœli dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in secula. Benedicite angeli dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in secula. Benedicite aquæ quæ super cœlos sunt dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in secula. Benedicite omnes uirtutes domini dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in secula. Benedicite sol & luna dominum, hymnum dicite, & superexaltate eum in secula. Et in consequentibus semetipsos ad hoc incitantes: Benedicite Anania, Azaria, & Misahel dominum, laudate & superexaltate eum in secula. Et omnem creaturā benedicere dominum secum hortantes, non dicunt: Benedicat dominum & spiritus sanctus. Sed & Esaiæ Seraphin astantia & laudantia uisa sunt: Et Ezechieli Cherubin subtus gloriam dei Israël. Cum euidentissime ergo sancti fideliter non connumerassent hijs, quæ per filium facta sunt, spiritum sanctum, sed ubiq; scripturarum diuinarum cum patre & filio eum professi fuissent, quem non timent isti patri & filio subtrahere, & uniuersitati audaciter connumerare, Sed Paulus, aiunt, ecclesijs dei: Gratia uobis & pax à deo patre, & domino Iesu Christo: non dicit autem, & spiritu sancto. Et ad Thessalonicenses scribens dicit: Ipse autem deus pater, & dominus noster Iesus Christus dirigat uiam uestram ad uos: Non dicens, & spiritus sanctus. Manifestat eum nō cum patre & filio, sed cum uniuersitate eum pronuntiat. Nam & famulus dei Moyses dicit: Dominus pluuit à domino de cœlo sulphur & ignem: non memorat spiritum sanctum. A quo & Paulus cum didicisset, & de Onesiphoro ad Timotheum scribit: Det ei dominus inuenire misericordiam à domino in die illa. Nec non & in Exodo scriptum est: Dixit autem dominus ad Moysen: Quo ad usque non uultis audire mandata mea, & legitima mea considerare? Non dominus deus dedit uobis istum diem sabbati? Propterea ipse dedit uobis panes duum dierum. Et hic cum patris & filij fecisset mentionem, de spiritu sancto tacuit. Denique & Zacharias propheta dicit: Et dixit dominus ad diabolum: Increpet in te dominus diabole. Vbi est & nunc & apud istum spiritus sanctus: Quem autem non mouebit instructio sacramentis prout dominus confitetur: Hæc est autem uita aterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum, cum de spiritu nihil dixisset. Atque Paulus cum didicisset fidei sacramentum, tradidit scribens ita: Nobis uero unus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Ergo ubiq; diuinæ scripturæ memorantes patrem & filium, non cōmemorant etiam spiritum sanctum. Quibus dicimus: Si ergo Moysen audieritis dicentem: Dominum deum tuum adorabis, & ipsi soli seruias. Aut si audieritis deum in Esaiā dicentem: Ego deus, & non est præter me saluans. Ergo neque deus saluator, quantum apud uos filius dei in confessione dicitur. Aut si audieritis iterum eum dicentem: Testes estis uos, si est deus præter me. Non iam deum esse filium. Et iterum: Ego deus primus, & ego postea, & præter me deus non est. Tu autē non nosti me, quia ego dominus deus, & non est alius præter me

**C**ter me. Ego dominus, & non est amplius. Quid si audieritis & per Iohel d'centē deum: & cognoscetis, quia ego in medio Israël sum. Ego dominus deus uester, & non est alius præter me. Et alias tales innumerabiles professiones diuinarum scripturarum cum audieritis, nec filium utique dabit deo connumerari. Et quibus ante consensistis scripturis dixisse de patre & filio, iisdem nunc contraria ita esse dicetis. Aut nunquid hæc non sunt scripturarum uerba? Sed aduersantur sibi, secundum uos, diuinæ scripturæ. Absit. Sed sicut singulariter sancti loquuntur unius nominis mentione, id est, patris, uel filij, uel spiritus sancti, in uno tamen nomine trinitatem in se pronuntiar sciunt, quod nouissime probauimus. Vt enim hæc professiones filium non excludunt ab unitate patris, imò & spiritum sanctum connumeratum patri & filio continent, quemadmodum in sanctis scripturis monstrauimus, sic nec cum patre & filio nominant scripturæ, spiritum tanquam creatum uniuersitati connumerant. Alioquin quemadmodum de patre & filio ostenditis dicere scripturas, arbitantes non connumerari cum patre & filio & spiritum sanctum, si audieritis scripturas mentionem facientes dei & spiritus, quid eritis facturi? Dicit sanè Aggeus Propheta: Quapropter ego sum uobiscum, dicit dominus omnipotens, & spiritus meus constat in medio uestrum. Considerate ergo ubi ponatis filium: Ecce enim omnipotens & spiritus significatur. Aut si audieritis Esaiam dicentem: Vx filij desertores, hæc dicit dominus: Fecistis consilium, & non ex me: & pactum, & non per spiritum meum: adijcere peccata. Et iterum: Occurrerunt sibi ceruæ, & uiderunt facies suas, numero transierunt, & una ex eis perijt. Alia aliam non quaesuit, quia dominus mandauit eis, & spiritus eius congregauit eas. Hæc ergo audientes, ubi filium quaeritis? Aut si audieritis Zachariam prophetam dicentem: Patres uestri ubi sunt & Prophetæ? dicit dominus: Nunquid in æternum uiuent? Veruntamen sermones meos & legitima mea percipite, quæ ego mando in spiritu meo seruis meis Prophetis, qui apprehenderunt patres uestros. Aut si audieritis Dauid dicentem deo: *Psal. 138.* Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Quid cogitabitis de filio? Sic uero & Apostolus Paulus ad Corinthios scribit: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Patrem & spiritum connumerari dabitis: Filium uero in hijs, quæ per spiritum sunt ponitis. Esaias Propheta dixit: Hæc dicit dominus: Fecistis consilium, & non ex me: & pactum, & non per spiritum meum. Nequaquam ergo nec in mentem uestram, religiosi uiri, hoc subeat unquam: sed quemadmodum dixistis Paulum Apostolum scripsisse: Gratia uobis & pax à deo patre, & domino nostro Iesu Christo: & nullam mentionem eum fecisse spiritus putatis: Sic iterum audite eum ad Corinthios scribentem in secunda epistola: Gratia domini Iesu Christi, & charitas dei, & cōmunicatio spiritus sancti cum omnibus uobis. Et quemadmodum hic dixit, charitas dei, sic etiam ad Romanos: Obsecro autem uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem spiritus, concertemini mecum in orationibus meis pro me ad deum. Et cum Paulus asseruisset communicationem spiritus uobiscum, Ioannes ait: Communicatio uero nostra ut sit cum patre, & filio eius Iesu Christo. Paulus autem Apostolus dicit: Fidelis autem deus, per quem uocati sumus in communicationem filij sui Iesu Christi domini nostri. In prima quoque epistola ad Corinthios necesse est iterum audire Paulum, trinitatem prædicantem: dicit enim: Diuisiones autem donorum sunt, idem uero spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem dominus: & diuisiones operationum sunt, idem uero deus, qui operatur omnia in omnibus. Cum dixisset autem deum omnia in omnibus operari, & professus fuisset dona quæ per spiritum donantur, adiecit: **Hæc**

**A** Hæc omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. *1. Corint. 12.* Docens operationem dei esse spiritus sancti, nunquid destitit à trinitate Paulus? nunquid subtraxit deo & filio spiritum? & sicut ad Thessalonicenses scripsit: Ipse *1. Theß. 5.* autem deus pacis sanctificet uos ad perfectum. Ita & ad Corinthios in prima Epistola: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Consideratis ne spiritum sanctum ubique scripturarum cum patre & filio connumerari? Audiendus planè filius in Esaiâ Propheta, semetipsum & patrem, & spiritum sanctum prædicans, sic enim ait: *Esaiæ 48.* Audi me Iacob, & Israël, quem ego uoco: Ego sum primus, & ego in æternum, manus mea fundauit terram, dextera mea fundauit cælum, uocabo eos omnes, & stabunt simul, & congregabuntur omnes, & audient, quis annuntiavit uobis talia? diligens te feci uoluntatem tuam in Babylone, ut tollam semen Chædæorum: Ego locutus sum, ego uocaui, adduxi illum, & prosperum iter eius feci: accedite ad me, & audite hæc: non à principio in abscondito locutus sum hæc quando fiebant, & nunc dominus misit me, & spiritus eius. Et iterum: Ego sum, qui deleo *Esaiæ 43.* iniquitates, dic tu iniquitates tuas prior, ut iustificeris: patres uestri priores, & principes eorum inique egerunt in me, & contaminauerunt principes sancta mea, & dedi perdere Iacob, & Israël, quem elegit: quia ego dabo aquam in sitim, qui iter fecerunt in siccò, imponam spiritum meum super semen tuum, & benedictiones meas super filios tuos. Ipse uero Esaias trinitatem prædicans, ait: Ecce nomen domini per multum tempus uenit ardens ira, cum gloria labiorum eius, uerbum ira plenum, & ira furoris, sicut ignis edet, & spiritus meus sicut aquam trahens, ueniet usque ad collum. Audite uero & Zachariam trinitatem prædicantem, ait enim: *Zach. 7.* Hæc dicit dominus omnipotens: Iudicium iustum iudicate, & misericordiam & miserationes facite unusquisque ad fratrem suum, & uidete, & pupillo, & aduenæ & pauperi nolite per potentiam nocere, & malitiæ uniuscuiusque fratris sui nolite memores esse in cordibus uestris. Et non obedierunt aduertere, sed dederunt dorsum insipienter, & aures suas gratauerunt, ut non audiant legem meam, & sermones meos, quos misit dominus omnipotens in spiritu suo, in manus anteriorum Prophetarum. Angelus uero domini inquit ad Zachariam: Hoc uerbum domini in manu Zorobabel, dicens: Non in uirtute magna, neque in fortitudine, sed in spiritu meo, dicit dominus omnipotens. Michæam quoque audiamus, trinitatem pronuntiantem, & ipse enim ait: Hæc dicit dominus ad Prophetas, qui sedunt *Mich. 3.* eunt populum meum, & mordent dentibus suis, qui prædicant super eum pacem, & non est pax data in ore eorum, & suscitauerunt super eum bellum: Propterea nox uobis erit ex visu, & tenebræ uobis erunt ex diuinatione, & occidet sol super Prophetas, & tenebrosa cadet super eos dies, & confundentur, quia uident somnia, & iridebuntur diuini, & derahunt de hijs omnes isti, eò quod non sit qui exaudierit eos: nisi ego in plena uirtute & in spiritu domini, cum iudicio & potentia adnuntiare Iacob iniquitates suas, & Israël peccata sua. Audi ergo sanctos conuenienter trinitatem prædicantes, & nunquam spiritum sanctum uniuersitati, quæ per filium facta est, connumerantes, sed cum patre, & filio eum profitentes. Quod si Saluatoris instructio, ut aiunt, monet eos dicentis: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum, & non perinibentis, ut cognoscant spiritum sanctum, satisfiet illis cum audiant ipsum & de spiritu dicentem: Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quæ mundus non potest accipere, quia non uidet eum, nec cognoscet eum: uos autem cognoscitis eum, quia apud uos manet, et in uobis erit, *Ioan. 14.*

C Aduertant igitur & Apostolos quidem cognoscentes & spiritum, & filium, & patrem: mundum uero miserabilem, quia non cognouerit patrem neque me. Et iterum: Paracletum spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet, nec cognoscit eum. Significanter uero dominus & alium paracletum esse dixit spiritum sanctum: quam ipse paracletus, sicut Ioannes in Epistola sua ait: Hæc uobis scribo, ut non peccetis: quod si peccauerimus, aduocatum habemus ad patrem, & ipse propitiatio est pro peccatis nostris. Ut doceremus spiritum cum filio æqualitatem. Quam uero non terret eos dominus, qui fidei sacramentum Apostolis tradens, dicit: Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Necnon & illa magna & beata confessio fidei, imò ipsa fides sanctorum, & testamentum quod disposuimus ad patrem, & filium, & spiritum sanctum, ad sacrum lauacrum regenerationis uenientes, confessi sic: Credo in deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius unigenitum, & spiritum sanctum. Et licet dominus dixerit: Credite in deum, & in me credetis, et non dixit: Credite in spiritum sanctum. Tamen Apostoli docuerunt ecclesias orbis credere in patrem, & filium, & spiritum sanctum. Ergo dicant: Si salus est hijs, qui credunt in patrem, & filium, & non credunt & spiritum sanctum, sed absit: Neque enim in deum credunt, qui non credunt in spiritum sanctum, adeo ut Paulus inuentis quibusdam discipulis, & interrogatis, si spiritum sanctum accepissent credentes: Illisque respondentibus, nec si esset spiritus sanctus, dixit: In quo ergo baptizati estis? Probans, qui non sunt baptizati in nomine spiritus sancti, nec in patris, & filij nomine esse baptizatos. Ita planè & creator spiritum sanctum agnoscimus: Alioquin si creator non esset, & sine ipso ab initio creati essemus, quomodo in regeneratione sine eo regeneraremur? Aut si forsitan ad illam antiquitatem, quæ fuerat ante præuaricationem Adæ, restituit nos regenerationis lauacrum, uel minoris facturæ Adæ regeneratio nostra: quoniam ante quidem dicitis, sine spiritu sancto creati sumus, quomodo uero hic adsumptus est sine causa in regenerationem nostram? Verum hoc dicere irreligiosum est: An ne maior & cautior tanquam sine eo creatus sit homo, & exciderit, ideo adsumptus spiritus in regenerationem nostram ad tutelam certiorum? Sed & ipsum ualde impium, uel in sensum alicuius subire. Dicant igitur quomodo spiritus adsumptus ad regenerationem nostram, qui non creauit nos ab initio: si quidem non creauit dicitis, forte ut sanctificet accedentes ad lauacrum regenerationis? Est enim spiritus sanctus, sanctificans, sanctus, non tamè creator: Omnia enim ex deo per filium creata sunt, secundum Paulum dicentem: Nobis uero unus deus pater, ex quo omnia, & unus dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Hic aut nihil de spiritu sancto dixit: Quibus dicimus: Sancta per filium creata est natura, aut non sancta: & quidem dicere quod non sanctum creauit filius, non sanctificans eum in spiritu, superflua est quæ datur ei per spiritum sanctificationis, & ualde infirma atque inanis: ueluti, cum sole medio cursu diei in luminante orbe, qui sub cælo est superfluitus & infirmus inanisque lucernæ sit splendor. Sed quoniam non merebatur, inquit, creatura per filium sanctificari, ideo ministerium spiritus induxit deus, ut per illum sanctificaretur. Ergo creari quidem per filium meruit, sanctificari uero non meruit: quod enim maius est, creari, an sanctificari? Pensate itaque in statera mentis uestræ, conspicientes, ut uel sic considerare possitis, quod etiam ipsi uos inuiti confitemini spiritus dignitatem. Ergo creari quidem creatura per filium merebatur, sanctificari uero per filium, quia minime indigna sua sanctificatione creauerit filius. Sed oportebat, inquit, per spiritum sanctificari eam prius, ut sic mereretur accipere filij, & patris sanctificationem.

Quibus

A Quibus dicimus: Ergo non sancta creasse filium dicitis? Absit: Neque enim sine filio spiritus sanctificat, nec filius sine spiritu uel patre, sicut & dixistis, & Paulus ad Thessalonicenses scribens ait: Ipse autem deus, & pater noster, & dominus Iesus Christus sanctificet uos ad perfectum. Ad Corinthios uero in Epistola prima: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Videtis ne unitatem sanctificationis, quomodo pater, & filius, & spiritus sanctus sanctificat creaturam? Si igitur sancta creatio creata est, sine spiritu autem sancto non est sanctificata, & spiritum sanctum creatorem esse necesse est omnes confiteri. Alioquin si hoc confiteri non uultis, quod utique facturi estis, dicentes, non sanctam creaturam esse creationem, deinde per spiritum sanctificatam? Sed timetis irreligiositatis notam, sanctam uero conditionem creaturæ omnimodo confitentes, non tamen sine spiritu sanctificatam, creatorem omnino confitemini etiam spiritum, si scitis uerbum dei filium ipsius esse. Audite in Psalmo dicentem: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Et docentem nos non sine spiritu sancto, quem a corpore suo ore uerbum in faciem Apostolorum spirauit, dicens: Accipite spiritum sanctum. Alioquin si ab initio sine spiritu sancto creati sumus, quomodo per eum resurrectionis mortuorum efficitur? Paulus autem dicit: Si spiritus eius, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis habitat in uobis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum suum in uobis. Dauid quoque canens deo dicit de creatura: Aufer spiritum eorum, & deficient, & in puluerem conuertentur: Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Incongruum est aliter ab initio conditi creatorem, in nouissimo aliter creari. Itaque et si non uultis, creator tamen spiritus sanctus paracletus, qui a deo mittitur, prædicatur a sanctis: Mittis spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Et ut pater, & filius fecisse dicitur in scriptura, sic inuenietur & spiritus sanctus fecisse. Deus enim ait in Hieremia deduxisse hunc Israël in deserto ad populum meum, & non dixistis, ubi est dominus, qui eduxit nos de terra Aegypti, qui induxit in deserto. Dicit autem & Esaias, qui audiendus est, spiritum sanctum deduxisse Israël in deserto, sic dicens: Deduxit eos per abyssum, sicut equum per desertum, & deduxit eos. Dicitur autem & lex domini, lex spiritus. Et de singulis quoque sanctorum in Psalmo dictum est: Lex dei eius in corde ipsius. De se uero Paulus: Factus sum, inquit, hijs qui sub lege sunt, tanquam sine lege, cum extra legem dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrarer eos, qui sunt sine lege. Et rursum ad Romanos scribit: Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. Ita ut unitas trinitatis inueniretur in sanctis scripturis: quæ enim sunt dei ac Christi, ac spiritus sancti inuenimus in eis, ut cum dominus Iudæis dicat: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ dei sunt, deo. Paulus quoque ad Philippenses scribit: Omnes enim quæ sua sunt quarunt, non quæ Iesu Christi. Ad Corinthios: Animalis aut homo non percipit, quæ sunt spiritus dei: stultitia est enim. Et omnis si quidem dei patris nostri nomine, dei Christiani uero discipuli, nomine Christi: & spiritalis spiritus sancti nomine appellatur. Audienda nanque est illa in Sarepta Sidoniæ uidua ad Heliam Thesbiten, dicens: Quid mihi & tibi est homo dei? Et rursum: Nunc cognoui, quia homo dei es tu. Illa uero mulier Sunamitis suo marito de Helisæo dicens: Ecce homo dei magnus uenit ad nos. Ipsa quoque scriptura Regnorum ait: Et homo dei uenit ex Iuda, & prophetauit super altare Bethel. Necnon etiam titulatio octogesimali octauo Psalmi: Oratio Moyfi hominis dei. Lucas uero in Actibus Apostolorum ait: Factum est autem & integro anno eos

C no eos conuenire in ecclesia, & appellare in ecclesia primo discipulos Christianos. Et Paulus ad Corinthios scribit: De spiritalibus autem nolo uos ignorare fratres, scitis, quia quando gentes eratis, ad idola muta quomodocunque ducebamini additi: quapropter notum facio uobis, quia nemo in spiritu dicit, anathema Iesu: & nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Et rursus: Animalis homo non percipit ea, quae spiritus sunt dei: stultitia enim est illi, & non potest scire, quia spiritaliter iudicatur: nam spiritalis iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur, quis enim cognouit sensum domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus. Sensum autem Iesu Christi in substantia proprie Apostolus spiritum sanctum esse professus est: Quis scit quae sunt dei, nisi spiritus dei. Sicut spiritus noster, quae sunt nostra nouit. Vel ipse Paulus ad Corinthios scribit: Nobis autem reuelauit deus spiritum sanctum: spiritus enim scrutatur omnia, etiam profunda dei: quis enim nouit hominum, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso? Sic & quae dei sunt nemo nouit, nisi spiritus dei: nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui a deo est. Et rursus. Videor enim & ego spiritum dei habere. Paulus autem a deo se uocatum ait, ad Galatas scribens: Cum autem placuisset domino, qui me segregauit de utero matris meae, & uocauit in gratiam suam, ut reuelaret filium suum mihi, ut euangelizarem eum in gentibus. Romanos uero a Christo uocatos esse ait, scribens: In quibus estis & uos uocati Iesu Christi. Et spiritus sanctus Paulum & Barnabam a se dixit esse uocatos, quod gentibus annuntiarerit Christum. Et plane mirabile, cum saluator diceret ad Paulum in templo: Ito, quia ad gentes longe positas ego mittam te. Et Paulus ad Galatas scriberet: Paulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis. Spiritus tamen sanctus misit Paulum & Barnabam probatos ad praedicandum gentibus Iesum Christum. Dicit namque scriptura: Sic erant autem Antiochia in ecclesia prophetae & doctores, in quibus erat Barnabas, & Simon, qui uocatur Niger, et Lucius Cyrenensis, & Manaem quoque, qui erat Herodis tetrarchae conlactaneus, & Saulus: Ministrantibus autem eis domino, & ieiunantibus & orantibus imposuerunt eis manus & dimiserunt, qui missi ab spiritu sancto descenderunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum. Et sic deinceps praedicatio per Paulum facta exponitur. Et est quidem quando ex persona patris loquuntur Prophetae. Sic Dauid in Psalmis ait: Semel iuravi in sancto meo, si Dauid mentiar semen eius in aeternum manebit, & sedes eius sicut sol ante me. Et rursus: De fructu uentris tui ponam super sedem meam, sicut & Petrus ait: Propheta cum esset Dauid, & sciret, quia iureiurando iurasset illi deus, de fructu lumbi eius secundum carnem sedere super thronum suum. Quando uero ex persona filij: cum Esaias dicit: Haec dicit dominus: Propter uos semper blasphematur nomen meum in gentibus: propterea nunc sciet populus meus, quia ego sum, ipse qui loquebar adsum. Quando autem ex persona spiritus sancti: Ut cum Propheta Agabus dicat: Haec dicit spiritus sanctus: Virum hunc, cuius est iste cingulus, sic ligabunt in Hierusalem Iudaei, & tradent in manus gentium. Paulus autem ad Timotheum scribit: Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedet quidam a fide, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis daemoniorum, sicut & caetera. Est quidem quando pater, & quando filius, & quando spiritus sanctus loquitur. Sic equidem per seipsum pater de saluatore ait: Hic est filius meus dilectus, in quo complacui. Filius uero antequam conuersaret inter homines singulis quibusque sanctorum locutus est: & post in coelum ascensum spiritus quoque sanctus ad discipulos ait: Segregate mihi Barnabam, & Paulum ad opus, quod uocauit. Et Propheta quidem Ezechiel contra ueterem populum clamans, dicit: Et contristas me in hijs omnibus dicit dominus. Paulus uero scribit ad nouellum populum: Nolite con-

A. lite contristare spiritum dei, in quo signati estis in die redemptionis. Et Dauid nihilominus contra Iudaeos dicit: Et exacerbauerunt dominum in deserto. Esaias uero de eisdem ait: Ipsi uero contumaciter egerunt, & exacerbauerunt spiritum sanctum. Et ad Corinthios scribens Paulus ait: An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Et rursus: Mulier ligata est quanto tempore uiuit uir eius, si autem mortuus fuerit uir, liberata est, cui uult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit, si sic manserit secundum meam sententiam: uideor enim & ego spiritum dei habere. Et ad Romanos dicit: Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto. Et in Esaias dominus: Filios genui, & exaltaui, ipsi uero me spreuerunt. In Euangelio uero: Quod natum est de carne, caro est. Et rursus: Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, & quod eat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Ergo haec ad initium Euangelij comparans, minuit spiritus sancti dignitatem. In principio quidem Euangelij Ioannis de saluatore, & de hijs qui crediderunt ait: Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguine, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. De generatione quoque fidelium exponens postmodum dominus Nicodemum instruens, quod eos qui in se credunt, hoc est, qui accipiunt eum, a spiritu sancto regenerari oportet, dicens: Ne mireris quia dixi, oportet uos nasci denuo, spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, et quod eat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu sancto. Et commemorans ante: Quod natum est de spiritu, spiritus est: ex carne, caro: & quod nascitur de spiritu, spiritus est. Si igitur hijs, qui coelesti regeneratione generantur ex spiritu sancto regenerati, ex deo sunt generati, cur non si quid magnum & diuinum, & trinitate dignum de spiritu nos opinari oportet, quantum ad humanam possibilitatem est? Quia uero cogitabimus iterum audientes Paulum ad Corinthios de spiritu scribentem: An nescitis, quia corpora uestra templum est spiritus sancti, qui in uobis est, quem accepistis a deo, & non estis uestrum: empti enim estis pretio. Glorificate & portate deum in cordibus uestris: Talia ne de aliquo ex creaturis proprie esse dicuntur, & qualia de deo, talia de spiritu scriberent sancto, si creatio esset? Quid uero faciemus audientes Petrum ad Ananiam dicentem: Quid quod tentauit Satanas cor tuum mentiri spiritui sancto ut subtraheres de pretio fundi: non es mentitus hominibus, sed deo. Dicent forte, quod spiritui dei non mentuntur: sicut qui ministrum contumelia afficiunt, regem non dehonestant. Quibus dicimus: Ergo & illi Apostoli mentientes, non de deo mentiti sunt: aut qui Apostolos recipiunt, nonne deum recipiunt: sicut dominus ad Apostolos ait: Qui recipit uos, me recipit, qui uero me recipit, recipit eum qui me misit. Oportebat ergo Petrum memorantem: Quid quod tentauit Satanas cor tuum mentiri spiritui sancto: non es mentitus spiritui sancto, sed deo: aut dicere, quid quod tentauit Satanas mentiri nobis: non es mentitus hominibus, sed deo, ut sequentia ratio habeat: Quoniam deus sanctis suis hoc tradidit & sapere & profiteri, quemadmodum cum a filiis Israel, spreto illo magno Samuele rex petebatur, moestusque esset, dixit ad eum deus: Non te spreuerunt, sed me. Et talibus quidem uerbis Petrus non est usus, sed cum Anania & uxor Sapphira putarent homines decipere, unus ex hijs, qui decipi putabatur, Petrus dixit: Quid quod tentauit Satanas mentiri spiritui sancto: non es mentitus hominibus, sed deo. Sic sane & ad Sapphiram congressam continuo dixit: Quid quod conuenit uobis tentare spiritum domini? Et patri quidem, & filio, & spiritui sancto fideles uiuere sancta eloquia nos docet, sicut Paulus ad Romanos scribit: Quod autem mortuum est peccato, mortuum est semel: quod autem uiuit, uiuit deo. Et rursus: Ut hijs qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Et rursus increpans Galatas scribit: Si uiuimus spiritu, spiritu & ambulemus,

C ambulemus. Et cum Paulus diceret: Nobis uero unus pater, ex quo omnia, & u-  
 nus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Et quod est maius in tota creatura,  
 hoc est corpus domini, ex spiritu sancto esse creditur, sicut Euangelista Matthaeus  
 tradidit: Christi generatio sic fuit: Cum desponsata esset Maria mater eius Ioseph,  
 antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto: Ioseph autē  
 uir eius, cum esset homo iustus, & nollēt eam detegere, uoluit eam occulte dimit-  
 tere: hęc autem eo cogitante, ecce angelus domini in somnis uisus est à Ioseph: Fi-  
 lii Dauid ne timeas recipere Mariam uxorem tuam: quod enim ex ea nascetur, de  
 spiritu sancto. Et licet sapientia Solomonis in Prouerbijs, de corpore saluatoris di-  
 ceret: Sapientia ædificauit sibi domum, & hic profitetur unigenitū creatorē cor-  
 poris sui, hic tamen angelus ex spiritu sancto illud esse dixit, & sic omnis Christia-  
 nus cum instruitur, credit. Neque enim scriptura circa trinitatem discrepat, unam  
 eandemq; operationem eius factam ubiq; docēs. Deniq; deum paritura Maria cū  
 Gabriele audisset dicentem: Ecce in utero habebis, & paries filium, & uocabis  
 nomen eius Iesum &c. Et cum interrogasset: quomodo erit istud, quia uirum non  
 nouit: statim docetur ab eo dicente: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus al-  
 tissimi obumbrabit tibi, propterea quod nascetur ex te, sanctum uocabitur, filius  
 dei. Quod si uirtus altissimi est unigenitus secundum Paulum, dicentem: Christus  
 dei uirtus, & dei sapientia: Spiritus uero sanctus paraclētus, spiritus ueritatis, hñsq;  
 obumbrātibus paritura dominum Maria, creatum est dominicum templum: An-  
 gelus autem ex spiritu sancto creatum illum dixit, cur non unam operationem es-  
 se trinitatis erudimur? Omnes uero fideles ex spiritu sancto esse dixit dominus ad  
 Nicodemum profitens: Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est de  
 spiritu, spiritus est: ne mirens quod dixerim tibi, oportet uos nasci denuo, spiritus  
 ubi uult spirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, & quod uadat, sic est o-  
 mnis qui natus est ex spiritu sancto. Cum ergo audimus, nobis unus deus pater,  
 & habemus quod maius est tota creatura & gloriosius, quod est corpus domini,  
 necnon & omnes sancto spiritu esse sanctos: cur non quæ de patre, & filio, eadem  
 etiam de spiritu sancto sapere dirigimur à scripturis? Quod si graue uel nefas im-  
 pijs hoc esse uideatur: Ergo sicut credunt in patre, & filio, ita credāt in spiritu sancto,  
 & sicut baptizant in spiritu sancto, ita etiā baptizent in nomine patris, & filij: non  
 ita baptizent etiam in nomine, & in nomine spiritus sancti. At uideamus si uel in  
 deum credant, uel baptizent, qui sic sapiunt, nō uidentes in scripturis sanctis trinita-  
 tis unitatem. Scripsit nanque ad Ephesios beatissimus Paulus: Propterea suscipi-  
 te tota arma dei, ut possitis resistere in die malo, & cum omnia perfeceritis, state cin-  
 cti lumbos in ueritate, & calciatē pedes in præparatione euangelij pacis, super hęc  
 omnia accipientes scutum fidei, & galeam salutis accipite, & gladiū spiritus, quod  
 est uerbum dei. Ecce totam armaturam, & galeam filij: ipse enim est salutaris: sicut  
 dixit Esaias Propheta: Et uidebit omnis caro salutare dei nostri: Gladius uero spiri-  
 tus sancti. Nunquid destitit à trinitate: nunquid non trinitatē edocet? Quid igitur  
 de spiritu sancto quisq; dicit: cum tales professiones de eo scripturas enuntiare, &  
 sanctos dominum orare sciamus: Domine ne in ira tua arguas me. Et dominus in  
 psalmo: Arguā te, et statuā peccata tua ante faciem tuam. Et saluatorem de spiritu  
 sancto dicentem: Si autem iero, mittam paraclētum ad uos, & cum uenerit ille, ar-  
 guet hunc mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Et quemadmodum in  
 Esaiā, de conuersatione unigeniti inter homines audiuius: Exiet uirga de radice  
 Iesse, & flos de radice ascendet, & requiescet in eo spiritus dei, spiritus sapientiæ &  
 intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit  
 eum spiritus timoris domini: Non secundum gloriam iudicabit, neque secundum  
 loquelam.

A loquelam redarguet, sed iudicabit humili iudicio, & redarguet superbos, & eripiet  
 humiles terrā, & percutiet terram uerbo oris, & spiritu per labia interficiet impiū.  
 Igitur & conuersatum eum inter homines uidemus, & spiritum dei, id est spiri-  
 tum sanctum, & septem spiritus uocatos super eum requiescere aspeximus. Sic  
 itaq; & de spiritu sancto audientes consideramus: Ipse enim filius est dei, qui di-  
 xit: Et cum uenerit paraclētus, arguet hunc mundum de peccato, & de iustitia, &  
 de iudicio: Neq; enim sine spiritu sancto dominus adueniet in carne, sed constitu-  
 ens cum diuinitate sua eum qui uniuersitatem implet, cum sit unctio super carnē  
 suam. Sic sanē & Dauid audiuius cantantem, & dicentē: Quō ibo à spiritu tuo,  
 & quō à facie tua fugiam? Aut non tanquam iudicem spiritū expectans istas emit-  
 tit professiones? Omne enim opus dei, & Christi, & spiritus sancti est proprium.  
 Aut non audiuius eum dicentem de deo: Hodie quidem si uocem eius audieris  
 tis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentatio-  
 nis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri: De se uero: Probauerunt & uide-  
 runt opera mea: Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi sem-  
 per errant corde: Ipsi uero non cognouerunt uias meas, sicut iurauī in ira mea, si  
 introibunt in requiem meam. Quod si dicant illi, dominum esse & non spiritum,  
 qui dicit: Propterea odio habui illam generationem, & ante dicta illa omnia: Au-  
 diant Paulum ea quæ in psalmo sunt dicta ad Hebræos scribentem: Quare sicut  
 spiritus sanctus dicit: Hodie si uocē eius audieritis, nolite obdurare corda uestra.  
 Veniant autem ad Prophetam Esaiam, et audiant eum dicentē: Non legatus, neq;  
 angelus, sed ipse saluauit eos omnibus diebus seculi: Ipsi uero contumaciter ege-  
 runt, & exacerbauerunt spiritum sanctum, & conuersus est eis ad inimicitiam. Nec  
 non etiam primitias martyrum Stephanum auscultent increpantem principes Iu-  
 draginta, & ob ea quæ irreligiose egerunt facto uitulo, & idolis adorantibus, &  
 præter hęc omnia quæ nefarie machinati sunt, dicentem ad eos: Dura ceruice, &  
 incircuncisi corde, auribus: Vos semper spiritui sancto obnitimini, sicut patres ue-  
 stri: Quem ex Prophetis non persecuti sunt patres uestri, & occiderunt: pronun-  
 tiantes de aduentu iusti, cuius uos proditores & interfectores estis. Quis igitur nō  
 mirabitur spiritus sancti diuinitatem, cum talia sint de eo dicta? Quis non uenera-  
 bitur paraclētum spiritum ueritatis, cum uiderit eum arguere hunc mundum de  
 peccato, & de iustitia, & de iudicio? Cum uiderint eum suscitantem mortuos, &  
 uiuificantem, & facientem quod pater & filius facit? In Euangelio scriptum est:  
 Sicut enim pater suscitauit mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Ad  
 Romanos dicit: Spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis: qui  
 suscitauit Iesum à mortuis uiuificabit & mortalia corpora uestra, per inhabitantē  
 spiritum suum in uobis. Et in psalmo: Aufer spiritum eorum, & deficient, & in  
 puluerem conuertentur. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciē  
 terræ. Et quisquam paraclētū creatorem non confitetur esse, qui mittitur, & creat  
 corpora à seculo dissoluta, & conuersa in puluerem suum, & renouat faciem terræ:  
 secundum hoc quod in Esaiā Propheta scriptum est: Erit autem cœlum nouum,  
 & terra noua. Et iterum Paulus ad Romanos scribit: Habeo ergo confidentiam  
 in Christo Iesu ad dominum, non autem audeo de omnibus loqui, quod non est  
 operatus per me Christus. Ad obauditionem gentium uerbo & facto, atq; in ueri-  
 tate signorum & prodigiorum in uirtute spiritus sancti: duce spiritu sancto Chri-  
 stum signa & prodigia fecisse. Ad Ephesios uero: Huius rei gratia flecto genua  
 mea ad patrem, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, ut det uo-  
 bis secundum opulentiam gloriæ suæ uirtutē corroborari per spiritum suum in in-  
 teriorem hominem, habitare Christum per fidem in cordibus uestris. Et hęc qui-  
 dem de

**C** dem de patre & filio Paulus singulariter scribit, sicut ad Thessalonicenses, quod frequenter memorauimus, ait: Ipse uero deus & pater noster sanctificet uos ad perfectum: Non dicit, sanctificent uos, pluraliter, sed sanctificet, singulariter. Quando autem ad Corinthios de filio & spiritu dicit: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Et de patre quidem, & de spiritu: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis: Si quis templum dei uiolauerit, disperdet illum deus: quia templum dei sanctum est, quod estis uos. Sed & Dauid de patre & spiritu dicit: Quod ibo a spiritu tuo? & a facie tua quod fugiam? Si ascendero in caelum, tu ibi es: & non dixit uos, licet de spiritu & patre dixerit: Vbi est enim deus, ibi est & filius, & spiritus esse ostenditur. Et in filio atque in spiritu sancto deus adoratur: Nam cum Samaritana mulier adhuc carnaliter cogitaret de deo, & arbitraretur in loco adorari, ac diceret: Domine, animaduerto quia Propheta es tu: Patres nostri in monte isto adorauerunt, & uos dicitis quonia Hierosolymis est locus, in quo adorari oportet. Dominus autem excludens in loco adorari eum, dixit: Mulier crede mihi, quia ueniet hora, quando nec in isto monte, neque in Hierosolymis adorabitis patrem: sed ueniet hora, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate: Pater enim tales quaerit, adorantes deum in spiritu & ueritate oportet adorare. Quod si in spiritu & ueritate, ergo in filio deus adoratur: nam ueritas est filius, qui dixit: Ego sum uita, & ueritas, & uita: Cur non cum patre spiritus adorandus est a nobis? cum in Christo audiant glorificari patrem in ecclesia, quid se esse facturos adserent: Paulus enim scribens ad Ephesios ait: Eius qui potens est omnia facere abundanter quam petimus aut sapimus, ipsi gloria in ecclesia in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum. Et rursus Paulus dicit: Quia per Christum dicitur Amen patri ad gloriam: per patrem & filium dei, & in filio patrem glorificantes. Sic itaque deum adorantes in spiritu & in filio, id est, per spiritum ac per filium adorantes, coadoramus dominum, & filium, & spiritum. Denique Paulus scribit: ut in nomine Iesu Christi omnes genu flectant, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. Quod si hi, qui in nomine Iesu Christi flectunt genua, filium glorificant cum patre, cur hi, qui in spiritu patrem & filium adorant, non adorabunt eum cum patre, & filio, & spiritu sancto? Si itaque audiuius Moysen dicentem: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruias, scimus pronuntiarum cum deo filium & spiritum. Et ne antequam non scripta memorantes, & de nostro loqui uideamur, demonstranda est coelestium uirtutum adoratio, & sicut sanctis didicimus scripturis: Forsitan illi amatores effecti, sic & uenerari discunt & orare. Quem uisum uolunt Esaias in templum laudari & clarificari, Seraphin ne an filium: forte enim aures obstruent, an spiritum sanctum: Esaias enim ait: Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex, uidi dominum sabaoth sedentem super thronum altum & eleuatum, & plena domus maiestate eius, & Seraphin stabant in circuitu eius, sex alae uni, & sex alae alteri, & duabus quidem uelabant faciem, duabus uero pedes, & duabus uolabant, & clamabant alterutrum, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, plena est omnis terra gloria eius, & eleuatum est lumen ex uoce clamanstis, & domus impleta est fumo, & dixi: O miser ego, quonia compunctus sum: quia cum sim homo, & immunda labia habeam, & in medio populi immunda labia habentis ego habitem, regem dominum sabaoth ego uidi oculis meis. Et missus est ad me unus de Seraphin, & in manu habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit mihi: Ecce tetigit istud labia tua, & ait: Ecce auferet iniquitates tuas, & peccatum tuum mundabit. Et ego audiui uocem domini, dicentis: Quem mittam, & quis ibit ad populum istum? & dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit mihi: Vade ad populum istum, & dic ei: Aure audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis

In spiritu & ueritate adorare quid sit.

D

Deut. 6.

Esai. 6.

**A** bitis, & non aspicietis. Incastratum est enim cor populi huius, & auribus suis grauius audierunt, & oculos suos clauerunt, ne forte uideant oculis & credant, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem illos. Et dixi: Usque quo domine? Quem igitur hunc esse uolunt, adserant, dicent enim forte filium. In Euangelio uero scriptum est: Et propterea non poterant credere in Iesum, quia dixit Esaias propheta: Excacauit eorum oculos, & hebetauit eorum cor, ne forte uideant oculis, & intelligant corde, & conuertantur, & sanem illos. Haec igitur dixit Esaias, cum uidisset gloriam eius, & locutus est de eo. Et quid facient de Paulo, qui spiritum dicit in illa gloria uisum esse Esaiam, & locutum esse ei, cum misisset eum ad populum supra dicta dicere? Scriptum est enim sic in Actibus Apostolorum: Conuenientes autem ad alterutrum Iudaei, dimittebantur, dicente Paulo uerbum unum: Quia bene spiritus sanctus locutus est ad patres uestros per Prophetam Esaiam, dicens: Aure audietis & non intelligetis, & uidentes uidebitis & non aspicietis. Incastratum est cor populi huius, & auribus suis grauius audierunt, & oculos suos clauerunt, ne forte uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem illos. Ecce Ioannes quidem filium, Paulus uero spiritum sanctum esse dicit, qui sit uisus Esaiam, sedens super thronum altum, & eleuatum, qui adoratur, & laudatur, & glorificatur a Seraphin. Ecclesiae autem Christi omnes ab oriente usque ad occidentem conuenienter patrem a Seraphin laudari profitentur in ministeriorum relatione. Dicant itaque nobis, qui uenerationem spiritui sancto abnegant, quis nam ex hijs uerum dicat, aut quis fallat? Vtrum ne Ioannes, an Paulus: an uero omnes ecclesiae Christi? quo quidem omnes ecclesiae patrem profitentur esse qui adoratur a Seraphin, Ioannes filium, Paulus uero spiritum sanctum. Si uero nemo eorum fallit, sed omnes ueritatem dicunt, manifeste probatum est, quod & solius nomen patris dicatur. Habebat tamen patrem & filium & spiritum sanctum secundum pronuntiationem. Alioqui quid facient audientes Saluatorem dicentem ad discipulos: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: cum scriptura non trinitatem sed unionem nominaret. Scriptum est enim sic in Actibus Apostolorum, de hijs qui in Samaria crediderunt, & baptizati sunt a Philippo, tantum baptizati erant in nomine domini Iesu Christi. De hijs uero qui Ephesi a Paulo baptizati sunt, hijs cum audissent baptizati sunt in nomine domini Iesu Christi. Petrus etiam Iudaeos alloquens: Poenitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi in remissione peccatorum uestrorum. Hijs cum audissent & comprobassent sermones eius, baptizati sunt, & additae sunt in die illo animae quasi tria milia. Nunquid prauaricatores mandati Saluatoris effecti sunt? & contra traditionem Saluatoris baptizauerunt tantam multitudinem? Non enim scriptum est: quia baptizauerunt in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, sed tantum, in nomine domini Iesu Christi. Sed non sunt prauaricati. Absit. Nam licet filij nomen tantummodo dicatur, habet tamen patrem & spiritum secum pronuntiatum, sicut in scripturis sanctis probauimus. Itaque & spiritus sanctus sabaoth dicitur, & est cum deo & filio a Seraphin adoratus. Propter quod haec dicunt: Sanctus, sanctus, sanctus, ut trinitatem pronuntiant, Unde & Paulus dominum uocari spiritum non negat, dicens ad Corinthios: Dominus uero spiritus est, & ubi spiritus domini, ibi libertas. Et ad Romanos ait: Lex autem spiritus uitae liberauit me a lege peccati & mortis. Quomodo autem ausi estis spiritum sanctum seruum dicere, qui creaturam liberauit? Si enim omnia per ipsum facta sunt, ostendite creatum esse spiritum sanctum. Vtique etiam id quod in psalmo scriptum est, quia omnia seruiunt tibi: seruum esse ostendit spiritum sanctum: Sed neque in quo dicitur: omnia per filium facta sunt, adsignat spiritum sanctum: Ipse enim est qui dixit: neque id quo omnia seruiunt tibi, seruum esse ostendit eum. Alioqui & Paulus quomodo au-

Ioan. 14.

Act. 28.

Act. 2.

Spiritum sanctum non esse seruum.

Psal. 113.

**C**ditendus est, dicens: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Itaque seruus nulla ratione spiritus sanctus esse ostenditur. Sed uos & carnem, & seruum esse eum in factum, qui non solum non sit liber, sed & creaturae libertatem largitur, sicut superius probauimus. Et rursum Paulus scribit: Diuisiones autem donorum sunt, idem uero spiritus, diuidens singulis sicut uult. Et Iesus ait: Spiritus ubi uult spirat. Si autem facit quod uult, iam non est seruus, sed liber est. Et qualem mortem merebuntur, qui numen caelestis militiae seruum esse profitentur? Dominus enim uirtutum interpretatur dominus sabaoth, & non utique libertatem largitur creaturae, nisi esset creationis dominus: in nomine enim domini Iesu & spiritus sancti, quem mittit uobis pater in nomine meo, ille uos docebit. Tamen nomen patris, & filij, & spiritus sancti, & in propria uita & substantia permanens, cum ipse sit uita: Alioqui quid estis facturi audientes in Canticis Solomonem dicentem: Ungentum effusum nomen tuum, propterea adolescentulae dilexerunt te; Esaias uero: Et faciet dominus sabaoth gentibus, in isto monte bibent in letitia, & bibent uinum, ungento ungentur, tradent haec omnia gentibus. Nonne spiritum sanctum quo uncti sumus, ungentum uocauit Propheta? Quem & Dauid oleum exultationis dicit, in conuersatione humana Saluatoris: Propterea unxit te deus, deus tuus, oleo letitiae praecursoribus tuis. Quod & adsumens Petrus ait: Iesum Christum, qui est a Nazareth, unxit deus eum in spiritu & uirtute. Spiritus itaque sanctus cum & oleum & ungentum dicitur, nomen est dei & filij, in propria uita & substantia permanens, cum sit ipse, ut supra diximus secundum prophetiam, ungentum effusum nomen tuum. Manifestum autem quia spiritum sanctum effudit dominus abundanter super eos qui ex gentibus crediderunt, sicut Paulus scribit. Et cum unctioem & signaculum habeamus, & rursum idem Paulus in secunda Epistola ad Corinthios scribat: Qui autem firmat uos uobiscum in Christo, & unxit nos deus, qui & signauit nos, & dedit arram spiritum in cordibus nostris. Et iterum ad Ephesios ait: In quo credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est arra hereditatis nostrae: magna nos sapere sancti praeparant de spiritu sancto: Nam Dauid dicit: Dominus pars hereditatis meae, & calicis mei. Et Moyses scribit: Non erit portio, neque hereditas Leuitis in terra, dominus ipse portio eorum est. Et Hieremias clamat: Quia qui formauit omnia ipse hereditas huius Iacob, dominus nomen est ei. Et cum dominum hereditatem sanctorum spiritum sanctum esse dixit, in quo, inquit, credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est arra hereditatis nostrae, docens hereditare & non hereditare professiones sanctorum considerantes: Ait enim Esaias ad eos, qui non habent spiritum sanctum, & propterea ignorantes esse hereditatem sanctorum post huius seculi exitum instruens patienter, & dicens: Est hereditas colentibus deum, & uos eritis iusti, dicit dominus: Qui sititis ite ad aquam. Spiritum sanctum aquam appellans, sicut postmodum monstrabimus: cum sit arra sanctorum hereditatis. Hunc spiritum sanctum & Dauid signaculum hereditatis cum habuisset. Sed hos quidem qui non credunt hereditatem esse sanctorum, post huius uirtutis exitum miseros esse dicit. De se uero & similibus confidenter agens: Multi dicunt: quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen uultus tui domine: Signationem dicens signaculum, quod lumen uultus tui domine esse sit professus. Itaque credant Paulo dicenti, spiritu promissionis sancto signatos esse credentes. Et Dauid, qui haberet eundem spiritum fidei, psallenti: Credidi, propter quod locutus sum. Sciant quod & uultus domini esse dicit signaculum quod accepit, id est spiritum sanctum, adeo ut & filium dei lumen dei esse sciens psalleret deo, dicens: In lumine tuo uidebimus lumen, id est, in filio tuo uidebimus spiritum sanctum. Sic & Esaias spiritum qui sanctificat non solum lumen, uerum etiam ignem scit appellari, dicens: Et erit lumen huius Israel, & sanctificabit eum igne ardenti. Et ecce in lumine quod est ignis,

**A** est ignis sanctificat dominus hunc Israel, & deus tamen ignis consumens est. Sed & Paulus dicit: Ut fiat oblatio gentium acceptabilis, sanctificata in spiritu sancto. Et non aliter gentes, aliter Israel sanctificatur a deo, quam spiritu sancto lumine & igne existente. Dicit autem & sapientia Solomonis in Prouerbijs: Lux domini spiratio est hominum, qui scrutatur interna uentris. Et manifestum est, quia spiritus omnia scrutatur, quem admodum scribit Paulus, & quod a principio formato Adam, in facie eius spirauit deus spiritum sanctum, sicut Moyses ait: Et spirauit deus in facie Adae inspirationem uitae, & factus est homo in animam uiuentem. Neque id quod suspiratum est a domino, anima est, secundum fabulatores Iudaeos. Alioquin quomodo hoc quod a se spiratum est, deus, igni aeterno condemnatur: sed uiuificans spiritus est, de quo & Paulus ait: Spiritus uero uiuificat, & spirauit deus in facie eius spirationem uitae, & factus est homo in animam uiuentem. Itaque spiritus sanctus est spiritus uitae, a quo excidentes nonnulli, uiuere mortui sunt, sicut Paulus scribit: Nam quae in delicijs agit, uiuens mortua est. Alioquin quomodo audiendus est Solomon dicens: Lux domini spiratio est hominum, qui scrutatur interna uentris si animas hominum lumen dei esse dicatis, nisi spiritum sanctum lumen dei confessi fueritis. Sed spirationem lumen dei esse credat, dicente Moyses: Spirauit deus in faciem Adae spiraculum uitae. Et filius dei: Ego sum uita. Sed & sapientia Solomonis introducens Saluatorem dicit: Ecce profertur uobis mea ad spirationis professionem, sic enim in prouerbijs ait: Sapientia exitu canit, in plateis uero fiducialiter agit. In portis autem potentium adsistit. In muris quoque ciuitatis confidenter ait. Quanto tempore obtinent infantiam & non erubescunt. Imprudentes autem contumeliae cum sint cupidi, impij effecti odio habuerunt sensum, & obnoxij facti sunt increpationibus. Ecce proferam uobis mea ad spirationis professionem, docebo uos meum sermonem. Et Esaias praedicans spiritus sancti promissionem sic ait: Dixit dominus qui caelum fecit & adfixit illud, qui solidauit terram, & quae in ea sunt: Qui dat ad spirationem populo, qui est super eam, & spiritum calcantibus eam. Dicite qui est populus qui accepit spirationem: Nunquid & hic spirationem animam esse dicetis? Aut dabitur sine anima populum super terram constituisse? Sed non est, professionem namque spiritus sancti praedicans Propheta haec dicit. Denique completam professionem super fideles qui fuerant illo tempore, scripsit Lucas: Ut complerentur dies quinquagesimae erant pariter omnes in unum, Et factus est subito sonus de caelo, tanquam spiritus sanctus uehemens ferretur, implens totam domum ubi erant sedentes, & uisae sunt eis diuisae linguae tanquam ignis, & sedit super unumquemque eorum, & coeperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Simili modo magnus ille Iob aduersus amicos suos, cum essent spiritu sancto priuati, & nihil uerum dicerent, neque opinarentur se ante deum loqui, aiebat: Nonne ante deum loquimini? Et rursum: Qui annuntiaueris uerba. Spiratio uero cuius est? quippe deitatis. Ex quibus unus magna loquens dicebat: Spiratio est qui mortalibus intercedit, spiratio uero omnipotentiae est quae me docet. Omnipotens autem filius de quo Zacharias ait, Propterea sic dicit dominus omnipotens. Post gloriam misit me super gentes. Igitur Solomone dicente: Lux domini spiratio est hominum. Et a Moyses instructi: Spirauit dominus in faciem Adae spirationem uitae, & factus est in animam uiuentem. Audientes uero & Saluatorem dicentem: Ego sum uita. Et Paulum scribentem: Lex enim spiritus uitae. Et rursum: Misit deus filium suum in corda nostra. Videntes autem etiam unigenitum in facie apostolorum dicentem: Accipite spiritum sanctum. Spirationem filij, in propria uita & substantia manente, spiritus esse doceamur, & neque genitum, neque creatum esse a filio sapiamus, nequaquam unigenitum filium credamus esse spiritum, & quod dominus sit uerbum filij, genitum uero a deo uerbum suum in propria uita & substantia permanens cum sit uita filius dei. Propterea uero non est genitus ab eo spiritus, quia non est uerbum eius. Creatum

**C** uero dicere spiritum, absit. Veruntamen spirationem filij dei eum ex sanctis scripturis docti sumus, & fontem spiritum filij dei dicimus, audientes filium: Quia duo nequam fecit populus iste, me dereliquerunt fontem aquae uiuae, & foderunt sibi lacus contritos, qui non potuerunt aquam portare. Aqua uiua spiritus sanctus est, sicut Ioannes docuit, Saluator dicente ad Samaritanam mulierem: Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu utique petisses eum, & dedisset tibi aquam uiuam. Et rursus: Quicumque biberit ex aqua, quam ego ei dabo, non sitiet in aeternum. Et in medio templi clamat: Si quis sitit ueniat ad me & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. Et interpretatus est sic: Hoc autem dicebat de spiritu sancto, quem accepturi erant qui credituri erant in eum. Ita etiam et Esaias dominum dixisse ait: Quia ego dabo, in sitim aquam hijs, qui in sicco interfecerunt, & ponam spiritum meum super semine tuum, & benedictiones meas super filios tuos, & orietur tanquam in aqua foenum, uelut salix inter fluxus aquae. Ergo manifeste scripturis sanctis profitentibus, aquam uiuam esse cognouimus. Dominus se fontem spiritus esse dixit sic: me dereliquerunt fontem aquae uiuae. Sic & Dauid dicens ad dominum: Quia apud te est fons uitae. Igitur praeter dominum ostende alium fontem esse uitae, qui apud eum sit: non enim dixit, quoniam tu es fons uitae, sed: quia apud te fons uitae est. Est uero apud deum, & est filius fons existens spiritus. De quo Paulus ad Romanos scribit: Spiritus uero uitae propter iustitiam. Ita non alienum, sed proprium patris esse eum dicit: Nam cum professus fuisset: quia apud te est fons uitae, & adiunxit: in lumine tuo uidebimus lumen, id est, in filio tuo uidebimus spiritum. Nec non etiam & in nomine uirtutis dei appellatus spiritus, & uirtus, & sapientia esse monstratur. Audiuimus enim Saluatorem in Euangelio, promittentem discipulis suis missurum esse spiritum sanctum, qui dicit: Ecce ego praemittam promissionem patris mei super uos, uos uero sedete in ciuitate, donec induamini ex alto uirtute. In Actibus uero Apostolorum idem dominus ait: Sed accipietis uirtute superueniente super uos spiritu sancto. Hoc quoque impletum esse cooperimus, sub die quinquagesimae consummationis. Aut ergo uirtute dei spiritum sanctum esse presitemini, aut sicut Sabellius praecletum, cum sit uirtus dei, eundem filium esse praedicate, et audite Paulum dicentem: Spiritus uitae propter iustitiam, fontem iterum spiritus instruimur esse filium. Hieremiam audite clamantem contra Iudaeos: Quia dereliquerunt me fontem uitae dominum. Et alius ait: Spiritum sapientiae, sciens spiritum sanctum secundum Esaiam quidem dicentem: Et requiescet super eum gratias agens deo pro uobis, ut det uobis spiritum sapientiae & reuelationis. Fontem esse spiritum dixit supra, sic dicens: Dereliquisti fontem sapientiae. Quod uero spiritum hic sapientiam appellauerit, manifestum est, ex quibus dicit: Nam cum in terra Chaldaeorum esset populus, & cum Chaldaeis conuersaret, eos qui non haberent spiritum sanctum, sed carnaliter quidem uiuerent peccato, morerent uero iustitiam, & fraudarent spiritu sancto, querebatur cum lachrimis, dicens: Quid est Israel? quid, quia in terra inimicorum es, & in uerte rasti in terra aliena, coingnatus es cum mortuis, deputatus es cum hijs, qui in inferno sunt. Dereliquisti fontem sapientiae, uiam domini: si fuisses ingressus, habitares utique cum pace in aeternum. Consideret enim uiam, quam dereliquerunt filij Israel, deum esse, qui dicit: Ego sum uia, fontem uitae in propheta appellari, quam dereliquerunt Iudaei, coingnantes se cum Babylonijs, qui erant mortui iustitiae: ducere enim non habent in se spiritum paraclitum spiritum ueritatis, qui est uita & uiuificat: uiuentes mortui sunt. Unde & Paulus de talibus scribit: Nam quae in delicijs agit uidua, uiuens mortua est. Et Solomon clamat: Qui in delicijs conuersatur a pueritia seruus erit, in nouissimo uero dolebit in se. Qui enim in peccati delicijs agunt, non audiunt Paulum scribentem: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Sed cum sint filij peccati, mortui sunt iustitiae: Qui uero

**A** uero spiritus sancti donum acceperunt: Lex enim spiritus uitae, liberauit me a lege peccati & mortis. Bene itaque Moyses obseruauit ut diceret: Itaque spirauit dominus in faciem Adae spirationem uitae, & factus est homo in animam uiuentem. Qui enim non habet spiritum sanctum, uiuentes mortui sunt. Unde & ad Israel derelicto domino, qui sit fons uitae uiuificans, dicit: Dereliquisti fontem sapientiae, uiam domini si fuisses ingressus, utique habitares in pace in aeternum tempus. Audientes ergo dicentem: Ego sum uia, docti etiam ab scripturis sanctis fontem spiritum esse deum, qui dicit: Me dereliquerunt fontem aquae uiuae, nequaquam creaturam spiritum sanctum sapiamus, eiusdem sed esse cum patre, & filio substantiae iterum ex scripturis probamus, sicut superius ab Esaiam propheta docuimus. Scribit autem ille magnus Ioannes Euangelista in Apocalypsi, haec dicens: Et ostendit mihi fluuium aquae uiuae, candidum quasi glaciem egredientem a sede dei & agni, fluentem per medium plateam. Dicebat uero de superna Hierusalem, de qua scriptum est in Psalmis: Fluminis impetus latificat ciuitatem dei. Quod si dixerint, quid ergo quia scriptum est aqua? Audiant. In sede dei & agni aqua est uita, & cum aquae eius capaces aliqui efficiunt, per flumina dicitur, & in singulis quibusque adimpleri dicit spiritus sanctus: sicut & filius dei adimpletur in singulis, secundum Paulum scribentem: Plenitudo eius qui omnia in omnibus adimplet. Et est quidem, quando hij, qui implentur ista aqua uiua, flumina appellantur, sicut & Dauid in Psalmo dicit: Eleuauerunt flumina uocem suam, a uoce aquarum multarum. Est uero quando uerbum doctrinae, & unaquaeque operatio spiritus flumina uocant, secundum dominum dicentem: Qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. Ergo non dixit a quis impleta est: aqua enim spiritus uita est, & flumen dei impletum est aquis. Et dominus: Me, inquit, dereliquerunt fontem aquae uiuae. Itaque eiusdem sedis est cum deo, & eiusdem uitae, uita ei det spiritus sanctus, sicut Ioannes una cum Esaiam dixit, & non seruus nec minister, sicut uos dicitis. Quod si permanent dicentes creatum spiritum, & proferret illud, quod in Amos propheta scriptum est: Praeparate, inuoca dominum deum tuum, deus Israel, quia ego firmas tonitruum, & creans spiritum, & adnuntias in omnibus Christum suum. Audiatur non de spiritu sancto hoc dixisse filium dei, sed spiritu ueteri tonitruum, sed praecedit spiritus uenti, quem creare dixit post tonitruum dominus. Alioquin dicat ante spiritum sanctum crearet tonitruum. Si uero hoc impium est dicere, expellat prius, qui dicit creatum esse spiritum sanctum, quoniam nec de prima creatione, quae a filio dei sit creata, tacuerit scriptura: sicut enim dicit, qui loquitur ad Iob: Sed ecce bestiae apud te foenum tanquam boues edent, & uigor eius in lumbis, uirtus uero in umbilico uentris eius. Stringit caudam sicut cypressum, nervi eius complexi sunt sicut funes, latera eius sicut latera aris, & dorsum eius &c. Hoc testimonium facturae domini factum ad illudendum angelis. Itaque Diabolus prima creatura deludit ab angelis, sic enim scriptum est: Initium facturae domini, factum ad illudendum angelis. Nos autem sensum Christi, spiritum esse de scripturis sanctis didicimus, sicut Paulus scripsit: Sed docti ab spiritu, spiritualibus spiritualia comparantes: animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus dei, stultitia est enim ei, & non potest scire, quia spiritualiter diiudicat, spiritualis uero diiudicat omnia, ipse autem a nemine iudicat: quis enim nouit sensum domini, qui instruat eum? Nos uero sensum Christi habemus. Iste igitur spiritus sanctus cum sit sensus domini, in propria uita substantia existens, sicut frequenter didicimus, nouit omnia quae sunt dei, sicut spiritus noster, quae nostra sunt. Denique & Paulus ait: Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum: spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei: quoniam enim homo nouit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: sic et quae sunt dei nemo nouit, nisi spiritus dei: nos uero non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo, ut sciamus quae a deo donata sunt nobis, quae & loquimur, non docti humanae sapientiae uerbum. Istum spiritum, spiritum sanctum etiam digitum dei esse docuit, secundum Matthaeum quidem dicens: Si autem in spiritu dei eijcio daemonia, peruenit in uos utique

**C** regnū dei. Secundū uero Lucā: Si autē ego in digito dei eicio dæmonia, peruenit in uos utiq; regnū dei: propterea dico uobis: quia omnis blasphemia remittet hominibus, spiritus autē blasphemia nō remittet eis: Et quicūq; dixerit in filiū hominis, remittetur ei: qui autē dixerit in spiritū sanctū, nō remittet ei, neq; hic, neq; in futuro

**Digitus dei seculi.** Per hūc spiritū sanctū, cū sit digitus dei, scriptæ sunt tabulæ lapideæ, quæ dæmonia sunt. Spiritus sanctus est. sanctū digitū dei esse dicunt: tabulas em lapideas gloriosiores esse, q̄ corda sanctorum profitebunt, super quæ epistola Christi est scripta nō atramēto, sed spiritu dei uiuū, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Hūc spiritū sanctū, &

**Psal. 4.** lumen uultus dei esse credimus, secundū Dauid in Psalmo dicentē: Signatum est super nos lumē uultus tui dñe. In xxx. & v. Psalmo: In lumine tuo uidebimus lumen. Et secundū Solom. in Prouerbijs scribentē: Lux domini inspiratio est hoīm, qui scrutat interna uentris. Et Esaiā dicentē: Et erit lumē huic Israël in ignē, & sanctificabit eū igne ardenti. Hāc spirationē filij dei esse diuinā scripturæ docuerūt, secundū Solom. quidē dicentē: Lux domini inspiratio est hominū. Secundū Moysen: & spirauit deus spiramētū uitæ, & factus est homo in animā uiuentē, & quē admodum postea creatus est Adam, accipēs spiritū uitæ, & factus est in animā uiuentē, & habēs spiritū sanctū, spiritalis erat, adeo ut prophetaret, quod huius rei gratia derelinquat homo patrem suū, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erūt duo in carne una. Simili modo & oēs sancti, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, per impositionē manū sacerdotū dei spiritū sanctū cōsecuti, ad antiquū restituūt, in quo erant ante præuaricationē Adam, & hoc spiritu legē dante in ecclesijs gentium. Nos neq; carnē circūcidimus, neq; carnaliter legē Moysi custodimus: Nā cū Paulus, & qui cū eo prædicabāt gentibus uerbū domini, & qui fideles fuerāt de circuncisione dicētes: Quia oportet circūcidere eos, & præcipere eis custodire legē Moysi. Iussit spiritus sanctus nō circūcidi ex gentibus credētes, neq; carnaliter ritū sequi, quē Moyses Iudæis tradidit, scripserūt Apostoli hijs qui ex gentib. erāt hæc. Apo-

**Act. 15.** stoli, & presbyteri fratres, hijs qui Antiochiæ, & Syriæ, et Ciliciæ fratribus qui sunt ex gentibus salutem: Quoniā audiuimus, q̄ ex nobis quidā turbauerunt uos, quæ non cōstituimus: uisum est nobis cōgregatis in idipsum mittere ad uos cū charissimis nostris Paulo, & Barnaba, hoīb. qui tradiderūt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi, Iudā & Silā, & ipsos per uerbū annūtiātes eadē. Visum est spiritui sancto & nobis, nihil ampliū imponi uobis oneris, præter ea quæ necesse est, ut abstineatis uos ab idolothytis, & sanguine suffocato, à quibus custodiētes uos bene agetis. Valete. Omnes ecclesiæ Christi custodiūt hæc, quia nemini ex hijs quæ creata sunt, legē orbi terrarū dare cōcessum est. Itaq; uidētes spiritū sanctū legē dante nō blasphemant dicētes, eum esse creatū, quoniā præcipue dominus cōtra eos, qui blasphemant in eum, dicit: Omne peccatū et blasphemia remittet hominibus, qui autē blasphemauerit in spiritu sancto, nō remittet ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Non autē talia de eo diceret dominus, si creatura esset: Deinde et in libro Regnō scribit: Si peccauerit uir in uirū, orabit pro eo sacerdos: si uero in domino peccauerit, quis orabit pro eo? Et hijs similia. De spiritu sancto etiā dominus dixit, sicut superius probauimus: Quicūq; dixerit in uerbū dei, in filiū hominis, remittet ei, quicūq; in spiritum sanctum, neq; in hoc seculo, neque in futuro. Hanc igitur pertimescentes sententiam, & audientes quanta de spiritu sancto scripturæ dixerint, qualia de patre, & filio, talia etiā de spiritu sancto sapiamus. Quoniam sicut credimus in deum patrem, & in filium eius unigenitum, ita credamus & in spiritum sanctum, sic baptizati, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quod sicut credimus, & baptizati sumus, ita sentientes de trinitate & imitantes adorationem Seraphim, hæredes regni cœlorum effici poterimus.

**Legem nemo dat recte uiuēdi, nisi deus.**

**1. Reg. 2.**

D. ATHANASII

**A** CYRILLI ALEXANDRINI EPISCOPI, DE HAC Epistola Athanasij ad Epictetum testimonium, ex secunda epistola ad Successum.

Hoc quoq; necessarium iudicauimus superius memoratis apponere: Nam ueniens ad nos uir uenerabilis Paulus Emesena ciuitatis Episcopus, cum sermo de uera & immaculata fide fuisset agitatus, seiscitatus est me, & ualde studiose, si consentirem scriptis beate recordationis Athanasij Patris nostri, quas ad Epictetum Corinthiorum direxit Episcopus. Ego uero respondi: Si hæc apud uos scripta non sunt adulterata, si integra permanent: Nam plura ex hijs ab hostibus ecclesiæ deprehenduntur esse deprauata, me eis omnibus præbere cōsensum. Ille autem ad hæc intulit, habere se præfatam Epistolam, sed uelle sibi de nostris exemplaribus satisfieri, utrum deprauata sit an non. Tunc sumens exemplaria nimis antiqua, cum illis contuli, quæ ferebat, eaq; adulterata omnino deprehendi. Unde nos hortatus est, ut ex nostris codicibus ueracissima describeretis Antiochenæ destinarem Ecclesiæ. Quod etiam factum est.

# D. ATHANASII

ALEXANDRINI EPISCOPI, AD  
EPICTETVM EPISCOPVM  
CORINTHIORVM.



**I**Go quidem putabam omne uaniloquiū uniuersorum, qui ubique sunt Hæreticorum cessasse, ex ea quæ facta est in Nicæa Synodo: Quæ enim in ea à patribus secundum sanctas scripturas exposita fides est, sufficiens est ad omnem destructionem totius impietatis. Ad confirmationem autem piæ in Christo fidei, & propter hoc, & nunc diuersis factis Synodis tam in Gallia & Hispania, & in magna Roma, omnes qui conuenerunt, eos qui adhuc latent, & sentiunt eadem quæ Arius sensit, Auxentium dico Mediolanensem, & Vrfaciū, & Valentē, & Gaium de Pannonijs inuicem, utpote ab uno spiritu moti, anathematizauerunt, & scripserūt ubiq; propter hos tales, qui Synodi sibi nomen adscripserunt: neq; ullam in catholica ecclesia Synodum nominari, nisi folam quæ in Nicæa facta est: Quæ est Trophæum aduersus oēs hæreses, præcipue erga Arium, propter quem maxime tunc Synodus cōgregata est. Quomodo ergo post tantam dubitare ausi sunt, aut queri aliquanti conantur? Si ergo de Arianis sint, nihil mirū, si quæ contra se scripta sunt, accusant. Sicut & Pagani, audientes idola Gentium argentū & aurum, opera manuum hominū, stultam putarūt diuinæ crucis doctrinā. Eorum uero, qui putant recte credere, secundū omnia quæ dicta sunt à sanctis patribus, qui propter inquisitionē immutare uolētes, nihil aliud faciūt, nisi secundū quod scriptū est, proximum quidē putant insipientia: repugnant autē ad nullā utilitatem, sed ut simplices tantū euertant. Hæc ita scribo, lectis quæ apud tuā sanctitatē acta sunt gestis, quæ nec scribi utiq; debuerant, ut nec aliqua memoria eorū in posterū fieret. Quis etenim audiuit talia unq;: aut quis docuit: aut quis didicit? Ex Sion em prodijt lex, & uerbū domini ex Hierusalē: Hæc autē unde processerunt? quis infernus eructauit? dicere corpus ex Maria uerbo deitatis, aut quod uerbū in carnē, & ossa, & capillos, & omne corpus translātū, & mutatū est de propria natura. Quis autē audiuit in ecclesia omnino à Christianis, quod figura, & nō natura corpus indutus est Christus? Aut q̄ in tantā impietatē delapsus est, ut dicat simul ac sentiat, quod deitas ipsa patri circūcisa est: & imperfecta ex pfecto facta est: & quod in ligno

**Auxentius. Gaius Pannonius. Synodus Nicæna propter Arium.**

**Esaiæ 2.**

**quod ueritas**

**quod ueritas**

**C** gno crucifixū est, nō fuerit corpus, sed ipsa creatrix substantiæ. Quis autē audiēs nō ex Maria, sed ex propria substantia effecisse sibi corpus passibile uerbum, aut qualem Christianum existimet hęc dicentem? Quis autem hanc nefariam fecit impietatem, ut in huiusmodi cogitationē ueniret et diceret: Quoniā qui dicit ex Maria esse dominicum corpus, non iam trinitatem, sed quaternitatem in deitate sentit. Propter eos qui sic sentiunt, ut substantiæ trinitatis dicant carnem quam indutus est ex Maria Saluator. Vnde autem quidam iterum eructarunt impietatem similem supradictis, & dicunt non nouellum esse corpus deitatis uerbi, sed consubstantiale ipsi per omnia fuisse, quoniam ex substantia sapientiæ constitit. Quomodo autē & dubitare ausi sunt, qui dicuntur Christiani, siquidē ex Maria processit dominus, filius quidem substantiæ, natura dei est; Quod autem secundum carnem, ex semine Dauid est, & carne sanctæ Mariæ. Quid autem ita temerarij fuerunt, ut dicerent Christum carne passum & crucifixum, nō esse dominum & Saluatorem, & deum filium patris? Vel quomodo Christiani uolunt nominari, qui dicunt in hominem sanctum, sicut in unum Prophetarum, aduenisse uerbum, & non ipsum hominem factum esse sumentem carnem ex Maria? Sed alterum esse Christum, & alterum dei uerbum ante Mariam, & ante secula filium patris. Aut quomodo Christiani esse possunt, qui dicunt alium esse filiū, & aliū dei uerbum? Hęc fuerūt in gestis, diuerse quidem dicta, unā autem mentē & eandē habentia impietatis ruinam. Propter hęc disputabāt & contendebāt inter se inuicē, qui gloriantur in cōfessione patrū, quæ in Nicæa facta est. Ego autē admiratus sum sanctā religionem tuā sic tolerasse, & nō corripī fuisse eos talia dicētes, nec fidē piām exposuisse eis, ut uel audiētes quiescerēt, uel contradicētes ut Hæretici astimarent: Quæ autē prædicta sunt, neque dicta neque audita sunt apud Christianos, sed aliena omnimodo apostolicæ doctrinæ. Propterea igitur etiam ego, quæ ab illis dicta sunt, scripta per te in epistola, feci ut solū audiens uideas in ipsis confessionē & impietate. Quāuis oporteret pluribus accusare, & conuincere stultitiam eorum, qui ista senserunt, sed melius est hucusque esse epistolam, & nihil amplius scribere: quæ enim ita manifesta praua monstrant, tractare diutius, & perscrutari non oportet, ne contendētibz tanquam dubia putentur. Sed hoc solum respondisse ad hęc & dixisse sufficiat: quia non sunt ista catholice ccclesie, nec patres ista senserunt. Ac ne in totum ex silentio occasionem impudentem sibi malorum inuentores acquirant, bonum est ut ex diuinis scripturis pauca cōmemorē, forsitan uel sic erubescētes, quiescent à sordidis cogitationibus suis: Vnde uobis dicere, o qui tales estis, cōsubstantialia esse corpus deitati uerbi; ex hoc enim bonū fuerit, inchoare, ut hoc fragili demonstrato, & omnia alia talia demonstrantur: Ex diuinis ergo scripturis non potest inueniri, deum enim in humano corpore fuisse dicunt. Sed patres in Nicæa congregati, non corpus, sed ipsum filium dixerunt consubstantialem patri, & hunc quidem ex substantia patris: corpus autem ex Maria esse confessi sunt iterum secundum scripturas. Si igitur negatis Synodum Nicenā, ut Hæretici ista inducitis: aut si uultis filij patrum esse, nolite sentire præter illa quæ ipsi scripserunt. Etenim ex hoc iniquitatem uos uidere licet, si consubstantialia sit uerbum corpori, de terra habentem naturam: consubstantialia autem uerbum patri, secundum patrum confessionem, <sup>quod uerbum</sup> erit & ipse pater corpori, quod ex terra factum est. Et quid accusatis adhuc Arianos, dicentes filium esse creatum, cum dicatis ipsi etiam patrem cōsubstantialem creaturis? Et ad impietatem alteram transeuntes, dicitis in carnem, ossa, & capillos, & neruos, & in totum corpus conuersum uerbum, & mutatum à sua natura. Aliquando em̄ dicitis euidenter, ex terra eū factum esse: ex terra em̄ os suū, & totius corporis natura est. Quæ igitur hęc tanta dementia, ut aduersum uos ipsos repugnantes, <sup>quod uerbum</sup> em̄ dicētes uerbum corpori, aliud aduersum aliud significatis.

Corpus Christi  
sibi temporaneū.

Manifeste uerba  
non sunt  
accuratius con-  
firmanda.

Corpus non  
esse consub-  
stantialia uerbo.

**A** catis. Quod autē in carnē cōuersum dicitis, ipsius uerbi mutationē fingitis. Et quis iam uos ultra toleret, si uel sola ista dicitis: nā ad impietate supra oēs hæreses declinastis: Si em̄ <sup>quod uerbum</sup> uerbum corpori, superfluit Mariæ cōmemoratio, & nō necessaria, cū potuisset & ante Mariā sempiternū corpus existere, sicut est ipsum uerbum. *Verbum non* Si igitur secundum uos <sup>quod uerbum</sup> est corpori, quid necesse erat aduentus uerbi; aut *esse unius substantiæ cum* ut suum <sup>quod uerbum</sup> indueret, aut mutatum de propria natura corpus fieret? Non enim deitas se ipsa suscepit, ut etiam <sup>quod uerbum</sup> suum indueret, sed nec peccauit uerbo corpore. *corpore.* bum, quod aliorum peccata liberauit, ut mutatus in carnē semetipsum pro seipso offerret, & sacrificio seipsum liberaret. Sed non est ita, absit: Abrahæ semen apprehendit, sicut dixit Apostolus: Vnde debuit fratribus similari, & simile nobis corpus assumere. Propterea ergo necessaria uere Maria, ut ex ipsa hoc assumeret, & ut suum pro nobis corpus offerret. Et hanc Esaias prophetizans ostendit, dicens: Ecce uirgo, Gabriel autem mittitur ad ipsam non transitorie uirginem, sed ad uirginem desponsatam uiro, ut sponso ostenderet Mariam uere hominem fuisse. *Esaiæ 7.* Et *Luc. 1.* partus meminit scriptura, & dicit: Inuoluit puerum. Et: Beata sunt uera, quæ suxit. Et: Oblatum est sacrificium, quoniā aperuit qui natus est uuluum. Hęc autē omnia parturientis uirginis erant indicia. Et Gabriel certissime euangelizauit ipsi, dicens non transitorie, quod nascetur, ut non de foris inductum ei corpus putaretur, sed ex te, ut ex ipsa naturaliter, quod natum est, esse manifeste credatur, & hoc natura demonstrante: quia impossibile est uirginem lac proferre; & impossibile est lacte nutrirī corpus, & pannis inuolui non ante naturaliter natum. Hoc est quod circumcisum est octaua die: Hoc Simeon in manus suscepit: Hoc factum *Lucæ 2.* est infans, & creuit usque ad tredecim annos, & ad tricesimum annum uenit. Neque enim sicut quidam arbitrati sunt, substantia ipsius uerbi mutata circumcisa est, quæ erat immutabilis, & inconvertibilis, dicente quidem ipso saluatore: Videte, uidete *Heb. 13.* quia ego sum, & non sum mutatus. Paulo etiam scribente: Iesus Christus heri & hodie ipse, & in secula. Sed circumciso corpori & portato, & manducanti & laboranti, & in ligno affixo & passo, Erat impassibile incorporeū dei uerbum. Hoc erat in sepulchro positum, quando ipse perrexit prædicare hijs, qui in custodia eiāt, spiritibus, sicut Petrus ait. Quod magis ostendit amentiam dicentium, uerbum in carnem & ossa mutatum: Quod si ita erat, non erat necessarium sepulchrum, ipsum enim perrexisse corpus prædicare in inferno spiritibus: Nunc autē ipse quidem perrexit prædicare, corpus uero inuolutum Ioseph posuit in Golgotha, & ostensum est omnibus: quia non corpus erat uerbum, sed corpus erat uerbi. Et hoc palpauit Thomas postquam resurrexisse uidit à mortuis, & uidit in eo fixuras clauorum, *Ioan. 20.* quas pertulit ipsum uerbum in corpore suo dum crucifigeretur: aspiciens, & cum possit prohibere, non prohibuit. Sed etiam propria sua faciebat, quæ erant propria corporis tanquam sua. Uerbum incorporale denique cæso corpore à ministro, sicut ipse patiens dicebat: Quid me cædis? ita impassibilis naturaliter dicebat: Dorsum *Ioan. 18.* meum dedi ad uerba, & faciem meam non auerti à confusione sputorum. Quæ enim humanitas patiebatur uerbi, hæc inhabitans uerbum ad se referebat, ut nos deitatis uerbi participes esse possimus. Et erat admirabile, quia ipse erat patiens, & non patiens: Patiens quidem, quoniā propriū eius corpus patiebatur, & in ipso qui patiebatur erat non patiens: propterea quia natura deus manens uerbum est impassibile, & ipse quidem incorporalis erat in corpore passibili: corpus autem habebat in se uerbum impassibile destruēs infirmitates ipsius corporis. Faciebat autē hoc, & fiebat ita, ut nostra ipse suscipiens & offerens in sacrificiū destrueret, & suis iam nos operiens, faceret Apostolū dicere: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatem. Absit autē ut figurate ista facta sint, sicut quidam iterū arbitrati sunt, sed uero homine facto Saluatore, totius hominis facta

**C** facta est salus. Si enim figurate uerbum erat in corpore secundum illos, quod autem figurate dicitur, phantasia est, inueniet ea opinione & salus & resurrectio hominum dicta secundum impiissimum Manichaeum. Sed non per phantasia est salus nostra, nec corporis sola, sed totius hominis animae & corporis uere salus facta est in ipso uerbo, humanum uere naturaliter ex Maria secundum diuinas scripturas est, & uerum erat corpus Saluatoris: Verum autem erat: quia simile erat nostro: Soror etenim nostra fuit Maria, quoniam omnes ex Adama sumus, & hoc nunquam aliquis dubitauit, recolens, quia scripsit **Luc. 24.** Lucas: Postquam enim resurrexit a mortuis, aestimantibus quibusdam non in corpore ex Maria uideri dominum, sed pro ipso spiritum uideri, dicebat: Videte manus meas, & pedes, & uestigia clauorum: quia ego ipse sum, palpare, & uidere: quia spiritus carne & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et hoc dicens, ostendit eis manus suas, & pedes. Ex quibus confutari possunt iterum, qui ausi sunt dicere, in carnem & ossa mutatum esse dominum. Non enim dixit, sicut me uidetis carnem esse & ossa: sed habere, ut non ipsum uerbum in hac mutatum esse credatur, sed ipse in hijs & ante mortem & post resurrectionem esse credatur. Hijs ergo ita se habentibus rationem superfluum est iam aliam tractare, & scrutari aliquid de ipsius corpore, in quo erat uerbum inconstitutum deitatis, & ex Maria uere progenito, & ipso uerbo nequaquam in carnem mutato, sed in carnem facto. Quod autem a Ioanne dictum est: Verbum caro factum est, hanc habet intelligentiam, sicut similitudine hoc poterit inueniri. Scriptum est enim a Paulo: Christus pro nobis factus est maledictum. Et quemadmodum non hoc ipsum factus est maledictum, sed quia pro nobis assumpsit maledictum, dictum est, maledictum factus est: Sic & caro factum est, non mutatus in carnem, sed quia pro nobis carnem assumpsit, & factus est homo. Quod autem dixit: Verbum caro factum est, simile est iterum dicere, homo factus est, secundum quod dictum est in Iohel: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Non enim usque ad animalia erat promissio, sed in hominibus est, propter quos etiam dominus ipse homo factus est. Hoc autem dicto hanc habentem intelligentiam, profecto reprehendant se omnes, qui putarunt ante Mariam esse carnem, quae ex ipsa est, & ante hanc aliquam habuisse animam humanum uerbum, & in ipsa ante aduentum semper fuisse. Desinant autem & illi qui dixerunt, non esse capacem mortis carnem, sed eum immortalis esse naturam. Si enim non est mortuus, quomodo Paulus tradidit Corinthijs, quod & ipse accepit? Et quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, aut quomodo omnino resurrexit, si non est mortuus? Erubescant autem maxime, qui omnino ista cogitarunt, posse fieri pro trinitate quaternitatem, si dicatur ex Maria esse corpus: dicant enim consubstantialia. Si dicamus corpus uerbo, manet trinitas, nihil extraneum in ipsa adferente ipso uerbo. Si uero humanum dicamus corpus necessario existente extraneum secundum substantiam corporis, & sit in ipso uerbum, erit pro trinitate quaternitas, propter corporis adiectionem. Hac ita dicentes, non intelligunt, quemadmodum in se ipsos incidunt: nam & si non ex Maria dicunt corpus, sed consubstantialia ipso uerbo, nihilominus quod simularunt, ne forte ut sapientes putentur secundum suum intellectum, ostenduntur dicentes quaternitatem, sicut enim filius secundum patres *ὁμοούσιος* est patri, & non est ipse pater, sed filius ad patrem dicitur *ὁμοούσιος*, sic & consubstantialia corpus uerbi, non est ipsum uerbum, sed aliud a uerbo. Cum autem aliud sit, erit secundum ipsos ipsorum trinitas quaternitas: non enim uera & specialiter perfecta, atque indiuisa trinitas recipit adiectionem, sed haec quae ab illis est intellecta. Et quomodo adhuc Christiani alium praeter eum qui est deus adinueniunt? iterum enim & in alio commento licet eorum insipientiam peruideamus, si propter quod est, & dicitur in scripturis ex Maria esse, & humanum corpus Saluatoris putant pro trinitate quaternitatem dici, quasi facta adiectione propter corpus

*Manicheus.**Luc. 24.**Verbum car-*  
*nem factum,*  
*quomodo intel-*  
*ligatur.**Quaternitate*  
*nonnulli inue-*  
*hunt.*

**A** corpus multum errant, facturam coequantes factori, & suspicantur deitatem aliquid adiectionis accipere, & ignorant quia non propter adiectionem deitatis uerbum caro factum est, sed ut caro resurgat. Neque ut melioraretur uerbum processit ex Maria, sed ut humanum genus liberaret. Quomodo igitur putant liberatum corpus per uerbum & uiuificatum, in deitate uerbo faciat adiectionem. Magis autem ipsi humanitati adiectio magna facta est ex uerbo, in ipsa comunione & unitione, ex mortali enim factum est immortale, ex animali factum est spiritale, ex terra factum est coeleste, coeli portas transgressum est: trinitas uero ab assumente uerbo, corpus ex Maria. Trinitas est non accipiens adiectionem, neque diminutionem, sed semper perfecta est, & in trinitate deitas una cognoscitur, & sicut unus deus in ecclesia praedicatur uerbi pater. Ex hoc autem iam conticescant, qui aliquando dixerunt eum qui ex Maria processit non esse ipsum Christum, & dominum & deum: Si enim non deus erat in corpore, quomodo statim procedens ex Maria uocatur Emanuel, quod interpretatur nobiscum deus? Quomodo autem & Paulus, si uerbum non erat in carne, ad Romanos scribebat: Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula? Consciantur ergo & qui ante negabant crucifixum esse deum, errasse se, acquiescentes scripturis sanctis, & maxime Thomae, qui posteaquam uidit in ipso clauorum uestigia, exclamauit: Dominus meus, & deus meus. Cum enim deus & dominus gloriae esset filius, erat in gloria affixo & ex honorato corpore: Corpus uero patiebatur, dum percuteretur in ligno, & fluebat de eius latere sanguis & aqua: templum enim uerbi erat plenum deitatis. Propterea igitur sol uidens creatorem suum in iniuriato corpore tolerantem, radios suos subtraxit, & obscurauit terram. Ipsum autem corpus habens naturam mortalem, ultra suam naturam resurrexit, propter habitans in se uerbum, & desijt quidem naturali corruptione, induens autem quod supra hominem est, uerbum, indumentum uerbi factum est incorruptum. De eis autem qui falluntur & dicunt, quod sicut in unum quendam Prophetarum factum est, ita & in unum aliquem hominem ex Maria uenit uerbum, superfluum est disputare: manifesta est enim dementia eorum, & indubitata reprehensio. Si enim ita uenit, quare hic ex uirgine, non similiter ex uiro & muliere? sic enim unusquisque sanctorum natus est. Aut quare ita ueniente uerbo, non uniuscuiusque mors dicitur pro nobis facta, sed istius sola? Cur autem per unum quendam Prophetarum adueniente uerbo dicitur de hoc solo, qui ex Maria natus est, semel in fine seculorum aduenire? Aut quare ueniente eo, sicut uenit in prioribus quidem sanctis, alij quidem omnes mortui nondum resurrexerunt: qui autem ex Maria solus tertia die resurrexit? Aut cur similiter alij ueniente uerbo, dicitur solus ex Maria Emanuel, corpore pleno deitatis nato, ex ipsa enim Emanuel, interpretatur nobiscum deus. Aut quare si ita uenit, manducate unoquoque Propheta & bibete, & laborate, moriete, non dicitur sicut ipse manducans, bibens, laborans, & moriens? sed de solo qui ex Maria est: quae enim patiebatur hoc corpus, haec quasi ipso patiente dicta sunt. Et cum de alijs omnibus dictum sit solus natus & creati. De eo qui ex Maria est, solum dictum est: Et uerbum caro factum est. Ex quibus ostenditur, quia ad alios quidem omnes factum est uerbum prophetandi gratia. Ex Maria autem ipsum uerbum, in semetipso carnem assumens, processit homo, natura quidem & substantia uerbum erat dei: secundum carnem autem, ex semine Dauid, & carne Mariae factus est homo, sicut Apostolus dixit. Hunc pater demonstrabat in Iordane, & in monte, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Hunc Ariani quidem negauerunt, nos autem agnoscentes adoramus, non diuidentes filium & uerbum, sed ipsum uerbum scientes esse filium, per quem uniuersa facta sunt, & nos liberati sumus. Propter quod admirati sumus, quo modo omnino in uobis de rebus manifestis facta contentio est, sed gratias ago,

*Caro assumpta*  
*à Christo pro-*  
*pter resurre-*  
*ctionem.**Matth. 3.*

g as deo,

as deo: quia quantum contristati sumus lectis gestis, tantum gratulati sumus in fine, quia cum concordia discesserunt, & pacati facti sunt, & consenserunt in confessione piæ & rectæ fidei. Propterea igitur & post multa ante tractata, cogitavi hæc pauca scribere, existimans ne forte ex taciturnitate pro lætitia tristitia nasceretur, hijs qui causa cōcordiæ nobis lætitiā præstiterunt. Deprecor itaq; ante omnia tuam sanctitatem, & iterum audientes uniuersos, ut hæc bona mente suscipiant, & si quid deest ad instructionem religionis corrigant, & me scire faciant. Sin uero, ut pote ab ignaro sermone nec digne nec perfecte scriptum est, ueniam tribuant nostræ in loquendo infirmitati. Saluta cunctos fratres nostros. Te omnes, qui nobiscum sunt, plurimum salutant.

*Sequentis quoq; Epistolæ Theodoretus non modo meminit, sed & magnam eius partem recenset libro historiae Tripartite secundo.*

## D. ATHANASII ALEXANDRINI EPISCOPI AD EPISCOPOS AFRICAE.

*Damasus Episcopus Romanus.*



D

Vficiunt quidem ea quæ scripta sunt & à dilectissimo & comministro nostro Damaso, Episcopo inclytæ Romæ, & à tantis Episcopis, qui apud eam sunt congregati: Nihilominus & ab alijs quæ sunt facta cōcilijs, in Gallia, & Italia de salubri fide, quæ deus quidem donauit, Apostoli uero prædicauerunt, tradideruntq; patres apud Nicæam conuenientes ex omni nostro orbe terrarum. Tantum namq; fuit tunc studium, propter hæresim Arianam, ut qui ceciderant quidem in ea resurgerent, qui uero adinuenerant apparerent. Propterea & dudum quidem uniuersus terrarum orbis concinnauit, & nunc plurimis Concilijs habitis omnes admoniti, & qui in Dalmatia, & Sardinia sunt, & Macedonia, & utraq; Epyro, quicq; in Hellada, & Creta, & alijs insulis Sicilia, & Cypro, Pamphylia, Lycia, & Isauria, omni Aegypto, & Libijs, & plurimis in Arabia constitutis hanc cognouerunt, & admirati sunt eos, qui subscripserunt: quia & si qua remaneret ex Ariana radice exorta apud eos amaritudo, Auxentium dicimus & Ursatium, & Valentem, eisq; similia sapientes, isti per literas abscisi sunt & deleti. Sufficiunt itaq; quæ in Nicæa confessa sunt, & abundant sicut prædiximus, & ad destructionem hæresis impiæ, et ad cautelam utilitatemq; doctrinæ ecclesiasticæ. Quia uero audiuius, eò quod aliquis uolentes aduersus eam contedere, nituntur quoddam nominare concilium ueluti in Arimino factum, & instant, hoc potius præuolare, quam illud. Necessarium indicamus scribere, & commonere uos, ne talia patiamini, hoc enim non est aliud quam pullulatio Arianae rursus hæreseos: Nam si Concilium cōtra eum factum respuunt, quod est Nicæa celebratum: quid uolunt aliud, quam reparare ea quæ sunt Arii? Quid igitur digni sunt isti, nisi Ariani quidem uocari: pœna uero participari, quæ illi qui neq; deum timuerunt, neq; illud: Ne transgrediaris terminos æternos, quos posuerunt patres tui. Et: Qui maledicit

*Ariminense Concilium.*

*Nicænum Concilium trecentorum octodecim Episcoporum.*

patri aut matri, morte moriatur. Neq; patres reueriti sunt, definientes anathema esse eos, qui cōtraria saperent eorū confessioni: Propterea em̄ & uniuersale factū est in Nicæa Concilium CCCXVIII. conuenientium Episcoporum, de fide propter Ariam impietatem, ut uel si rursus particulariter causa fidei alia fierent, non ualerent: Quid enim illi deest, ut quærat aliquis nouiora? Plena pietate est, dilectissimi, hæc

A mi, hæc omnem terrarum orbem impleuit, hanc agnouerunt & Iudæi, & quicunq; apud alios Barbaros Christiani sunt. Vanus ergo labor eorum est, qui contra eam sæpe conati sunt: iam enim isti qui huiusmodi sunt decem & amplius fecere Concilia, per singula se mutant, & alia quidem à primis auferentes, alia uero in posteris permutantes, & adijcientes profecerunt. Nihil hæcenus scribentes & delentes uimq; in hijs patientes: nescientes quia omnis plaratio, quam non plantauit pater Matth. 15. celestis radicabitur: uerbum autem domini, quod per uniuersale Concilium in Nicæa factum est, manet in æternum. Siue enim numerum quis numero comparat, maior est horū qui in Nicæa, quam qui per partes conuenerint, quanto & totū amplius est à parte: siue causam Nicæni Cōciliij, & tātorū quæ postea facta sunt ab istis quisquam examinare uoluerit, inueniet Nicænum causam quidē habere rationalem, alia uero per odium & iurgia uiolenter facta. Hoc equidem propter hæresim Arianam, & Pascha celebratum est: quoniam qui in Syria & Cilicia, & Mesopotamia discordabant à nobis, & tempore, quo tenent Iudæi, tenebant & ipsi. Sed gratias domino, quia sicut de fide, sic & sancta festiuitate facta cōcordia est. Et hæc fuit causa Nicæni concilij. Quæ uero postea, pro Ario quidē, contra uniuersalem uero Synodū cōgregata sunt. Hijs ita patefactis, quis recipiat eos, qui Ariminense, uel aliud Concilium nominant, citra Nicænum? Vel quis nō habuerit odiosos respuentes ea quæ patrum sunt? & iuniora quæ Arimino per contentionem & uiolentiam sunt composita præponentes. Quis autem cum istis cōueniat hominibus? utiq; neq; sua dicta recipientibus: nam in decem suis & amplius, sicut prædiximus, Concilijs, alio tempore alia conscribentes, certi sunt quia uniuersisq; ipsi accusatores existūt. Hoc uero patiuntur, quod tunc Iudæi proditores perpeffi sunt: Nam sicut illi deserentes solum fontem aquæ uiuæ, foderunt sibi lacus contritos, quia quam continere non poterant, sicut scriptum est apud Prophetam Hieremiam: Sic isti litigantes aduersus uniuersale Concilium, foderunt sibi multa Cōcilia, & omnia uana sunt apud eos, sicut manipulum non habens fortitudinem. Non igitur feramus eos, qui Ariminense uel aliud concilium nominant: nam & ipsi qui Ariminense nominant, uidentur nescire, quæ in ea sunt gesta: nā tacuissent. Nostis enim charissimi, cognoscentes & ab eis uos qui ex uestris interfuerunt Arimino, quia Ursacius & Valens, Eudoxius & Auxentius illic fuerunt cū eis, & Demophilus, condemnati sunt, uolentes alia citra quàm dogmata Nicæna conscribere, quando etiam exacti anathematizare Arianam hæresim respuerunt, & magis eius patroni esse uoluerunt. Porro Episcopi uere puri dei serui, & recte credentes erant penè CCC. scripserunt sufficere Nicænam Synodum solam, nihilq; plus minusue quærere, uel sapere præter illā. Hæc & CONSTANTIO significauerunt, qui etiā Synodū fieri iusserat. Sed qui in Arimino condemnati sunt, euntes ad CONSTANTIVM, fecerunt iniuriari quidē eos, interminati uero sunt ne reuenterentur ad proprias parochias, hijs qui contra eos damnationem decreuerat, uimq; fecerūt in Thracia in ipsa hyeme, quatenus quæ ab eis fuerant innouata susciperent. Si ergo quidam Ariminense nominant Concilium, ostendant prius prædictorum damnationem, & quæ scripserunt Episcopi, dicentes nihil amplius quæri, quàm ea quæ Nicæa sunt à patribus confessa, neq; nominari aliud Concilium præter illud: Sed hæc quidem abscondunt: Quæ uero in Thracia uiolenter sunt gesta proponunt, ex quibus clarēt Arianae quidem hæreseos existentes, alieni uero fidei salutaris. Ipsam uero magnā Synodum, & quæ ab illis facta sunt si quis examinare è diuerso uoluerit, inueniet horum quidem fidem dei culturam, horum uero irrationabilem sensum: qui Nicæa conuenerunt, non dampnati conuenerunt, sed etiam confessi sunt substantiæ patris esse filium. Isti uero & semel, & secundo, & tertio dampnati, in ipso Arimino scribere præsumpserunt, non oportere dicere substantiam aut essentiam habere ta-

*Concilij Nicæni cause.*

*Hiere. 2.*

*Constantius Imperator.*

*Ariminense Concilij decreta.*

**C** deum. Ex istis considerare licet, fratres, qui in Nicæa quidem fuerunt, ex scripturis sunt inspirati, dicente ipso deo in Exodo: Ego sum qui sum. Et per Hieremiam: Quis stabit in substantia eius, & uidebit uerbum eius; Et post pauca: Et si stetit in substantia mea, & si audissent uerba mea. Si autem essentia substantia est, & nihil aliud significatiuum habet, quam ipsum quod est, quod Hieremias substantiam nominat, dicens: Et non audierunt uocem substantiæ meæ: nam & concesserunt substantia existentia est. Hoc intelligens & Paulus scripsit Hebræis: Qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Isti uero qui uidentur scire scripturas, & nominantes sese sapientes, dicere in deo nolentes essentiam; hoc enim scripserunt in Arimino, & in alijs Concilijs suis, quomodo non sunt iuste damnati: dicentes & ipsi sicut insipiens in corde suo: Non est deus. Rursus autem patres docuerunt in Nicæa, non esse creaturam, aut facturam dei uerbum, ut agnoscat illud: Omnia per ipsum facta sunt, & in ipso uniuersa creata sunt, & consistunt. Isti uero Ariani, potius quam Christiani etiam in alijs suis Concilijs creaturam eum dicere presumpserunt, & unam facturarum, quarum ipsum uerbum creator est atque factor. Si enim per eum omnia facta sunt, creatura uero & ipse est, erit utique & sui factor. Et quomodo possibile est quod creatur ut creetur: aut quomodo qui creat creatur? Sed nec sic confunduntur ea dicentes, in quibus etiam odibiles apud omnes sunt, & nominantes simpliciter Ariminum, dum monstrantur & in ea damnati. Sed & ipsi damnantes quod in Nicæa scriptum est, consubstantialem esse filium patri, quia gratia uidentur contra Synodum litigare: & circumsonant ueluti culices, ubique proferentes consubstantialis sermonem. Aut uelut ignorantes offendunt in eo, sicut qui offendunt in lapidem offensionis, positum in Sion. Aut sciunt quidem, propterea uero contendunt, & crebro murmurant, quia contra eorum est hæresim. Est uero hæc perfecta sententia: non enim eos sermones offendunt, sed in eis facta damnatio. Sed & horum ipsi rursus autores facti sunt, etsi hoc ipsi celare uolunt, cum utique nouerint. Veruntamen nos dicere consequens est, ut etiam ex hijs integritas magni Concilij cum ueritate monstratur. Episcopis quidem conuententibus, & uolentibus ab Arianis quidem inuentos impietate damnare sermones, id est, ex non existentibus, & dicentibus facturam & creaturam filium, & fuit aliquando quando non fuit, & quia conuertibilis est natura. Scripturarum uero testimonia manifesta conscribere, quia ex deo filius naturaliter unigenitum est uerbum, uirtus, sapientia sola patris, deus uerus, sicut ait Ioannes, & sicut scripsit Paulus: Splendor gloriæ, & figura substantiæ. Qui circa Eusebium, mala secta tracti, loquebantur ad inuicem: Consentiamus, nam & nos ex deo sumus: unus enim deus, ex quo omnia, & antiqua transierunt, & ecce noua facta sunt, omnia autem ex deo. Cogitabant autem etiam illud quod in PASTORE scriptum est: Ante omnia crede, quia unus est deus, qui condidit uniuersa, & perfecit & fecit ex non existente ut sint: Sed Episcopi nequitiam uidentes eorum, & malam impietatis artem clarior dixerunt ex deo, & scripserunt ex substantia dei esse filium, ut creaturam quidem eod quod non a semetipsis sine autore sint, sed principium habeant, facturam dicantur ex deo: filius autem solus proprius ex patris substantia, hoc enim proprium est unigeniti, & ueri unius patris. Et cur quidem scriptum sit ex substantia hæc fuit occasio. Rursus autem interrogantibus Episcopis eos, qui uidebantur pauci, si dicerent filium non creaturam, sed uirtutem, sapientiam solam patris, & imaginem propriam inpermutabilem per omnia patris, & deum uerum. Deprehensi sunt, qui circa Eusebium inuenientes alterutris, quia & hæc eueniunt etiam apud nos: Nam & imago, & gloria dicimur dei, & de nobis dictum est: Semper enim nos uiuentes, & uirtutes plurimæ sunt. Et: Exijt quidem omnis uirtus domini ex terra Aegypti, eruca autem & locusta dicitur uirtus magna. Et: dominus uirtutum nobiscum, susceptor noster deus

**A** deus Iacob. Sed etiam quia proprii sumus dei, habemus hoc non simpliciter, sed quia ut fratres nos uocauit. Si autem & deum uerum uocant filium, non nos contristant: factus enim uerus est. Hac Arianorum corrupta mens est. Sed etiam hic Episcopi conspicientes illud dolosum, collegerunt ex scripturis splendorem, & fontem, & fluuium, & imaginem, & substantiam. Et: In lumine tuo uidebimus lumen. Et: Ego & pater unum sumus. Et clarius iam & compendiose scripserunt consubstantialem patri filium: omnia enim quæ prædicta sunt, hanc habent significationem. Sed & murmur eorum, quasi uerba hæc in scriptura non habeantur, inanis in eis arguitur, cum ex non scripto impie gesserint ipsi: Non enim scripta sunt: ex non existentibus. Et: Erat quando non erat. Accusant enim quia ex non scriptis uerbis cum pietate tamen intellectis damnati sunt. Sed isti tanquam ex fordibus locuti sunt uere de terra: Episcopi uero non sibi inuenientes uerba, sed habentes ex patribus testimonium, ista scripserunt: Episcopi enim antiqui ante annos iuxta centum & triginta, & magnæ Romæ, et nostræ ciuitatis accusauerunt eos, qui facturam dicebant filium, & non consubstantialē patri. Et hoc sciebat EUSEBIUS Episcopus Casarea, qui primum quidem concurrebat hæresi Arianæ, postea uero subscripsit in ipso Nicæno Concilio, & scripsit suis, sic affirmans: quia & antiquorum aliquos doctos & insignes Episcopos & conscriptores agnouimus in patris & filij deitate nomine consubstantialis uos. Cur ergo adhuc Ariminense Concilium nominauit: in quo etiam sunt damnati, qui refutant Nicænam Synodum, in qua & patres eorum subscripserunt, et confessi sunt ex substantia, & consubstantialem esse filium patri cum circuncurrunt: Non enim contra solos, qui Nicæam conueniunt, sed aduersus magnos Episcopos, qui antea fuerunt, & aduersus proprios iam contendunt. Quorum ergo sunt successores & hæreses, quomodo possunt dicere & pares eos, quorum non suscipiunt confessionem bene apostoliceque conscriptam? Nam si putant contradicere se posse, dicant. Magis autem respondeant, ut & semet ipsos impugnant redarguantur, si credant dicenti filio: Ego & pater unum sumus. Et: Qui me uidet, uidet & patrem meum. Utique dicent, quia scriptum est, credimus. Sed quomodo unum sunt? Et quomodo qui uidet filium, uidet & patrem, si interrogentur, omnimodo dicturi sunt: propter similitudinem, nisi perfecte conueruerunt in hijs, qui proxima sapiunt eis, & qui dissimiles nuncupantur. Sed si rursus interrogentur, quomodo similes? Audacter dicent, uirtute perfecta, & concordia, ea uolendo quæ pater, & nolendo quæ pater non uult. Sed dicant, quia qui ex uirtute & uoluntate similatur deo, habet quidem & conuersionis uoluntatem, non autem sic est uerbum, nisi forsan ex parte, & secundum uos similes, quia non etiam secundum substantiam similis est: hæc autem nostra sunt, factam creaturam naturam habentium: Nam & nos, licet non possimus similes secundum substantiam dei fieri, tamen ex uirtute meliorati imitamur deum, & hoc domino largiente & dicente: Estote misericordes, sicut pater uester misericors est. Et: Estote perfecti, sicut pater uester celestis perfectus est. Creaturæ uero conuertibiles sunt, nullus negauit, angelis quidem transgressis, Adam uero inobediente, & omnibus indigentibus gratia uerbi. Conuertibile uero inconuertibili non erit simile, sicut nec creatum creatori. Propterea de nobis quidem dum contemplaretur sanctus Dauid, aiebat: Deus quis similis erit tibi? Et: Quis similis tibi in dijs domine? Deos dicens creatos quidem, participes autem uerbi factos, sicut ipse dixit: Si illos deos dixit, ad quos uerbum dei factum est, quæ uero participant, non sunt semper idem, neque similia eius de quo participantur, de semetipso igitur dicebat: Ego & pater unum sumus, tanquam hijs quæ facta sunt non sic existentibus. Nam respondeant, qui Ariminense præponunt, si creata substantia potest dicere: quæ patrem uideo facientem, hæc & ego facio: facta enim sunt quæ creata sunt, & non facientia, alioqui

C & ipsa fecissent. Denique, sicut dicunt, & creatura est filius & factura, eum pater omnino fecit, & ipse semetipsum filius, cum possit facere quæ facit pater, sicut ait ipse. Sed absurdum nimis & irrationale est hoc, facere namque semetipsum nullus potest. Rursus autem dicant, si possunt ea quæ facta sunt dicere: Omnia quæcumque habet pater mea sunt. Habet autem ut creet, ut faciat, ut sempiternus sit, ut sit omnipotens, inconuertibilis: Creaturæ uero non possunt habere ut creent, creatæ namque sunt: neque sempiternitatem, habent enim principium ut sint: nec omnipotentiam, & inconuertibilitatem: tenentur enim & conuertibiles sunt naturæ, sicut scripturæ dicunt. Ergo si hæc filij sunt, non ex uirtute, sicut diximus, sed substantiæ est utique, sicut Synodus dixit, non ex alia substantia est, sed patris, cuius sunt & ista, propria uero patris substantiæ: proprium & eius, & ut quod natum ex ea est. Vel quomodo quisquam hoc nominet quàm consubstantialis: quæ enim uidet quis in patre, hæc uidet in filio: filio autem non ex participatione, sed secundum substantiam, & hoc est: Ego & pater unum sumus. Et: Qui me uidet, uidet patrem. Proinde & ex hoc rursus bonum est eorum insipientiam declarare: Si ex uirtute sequitur uelle & nolle, & secundum modum meliorationis similis est secundum uos filius patri, hæc autem propria qualitatis sunt, palam est, quia compositum deum ex qualitate & substantia dicitis. Et quis uos patietur talia præsumentes? non enim compositus deus est, qui omnia ut essent composuit, neque talis qualia sunt quæ ab eo per uerbum facta sunt: Absit: Simplex enim est substantia, in qua non est qualitas. Neque, sicut dixit Apostolus, immutatio, aut momenti obumbratio. Ergo si probatur, quia non ex uirtute, non enim qualitas est in deo, neque in filio, palam quia substantiæ proprium erit, & hoc omnino confiteamini, nisi funditus perijt intellectus in uobis. Quod autem proprium & idem, dei substantia est, & ex ea natum naturaliter est, quid erit apud uos, quæ rursus secundum hoc consubstantialis genitoris? Hoc enim proprium filij ad patrem indicium est, & qui non hoc dicit, non sapit naturaliter & uere esse uerbum. Sic intelligentes patres, scripserunt consubstantialis esse filium patri, & anathematizauerunt eos qui dicunt ex altera substantia esse filium, non subimit uerba fingentes, sed & ipsi à progenitoribus discentes, sicuti diximus. His itaque sic ostensis, superflua est eis Ariminensis, superflua & alia quæ nominatur ab eis de fide Synodus: sufficit enim Nicæna, consona existens & antiquis Episcopis, in qua & eorum subscripserunt patres, quos isti reuereri debebant, ne omnia potius quàm Christiani putarentur. Si autem & post tanta quæ gesta sunt, post testimonium etiam antiquorum Episcoporum, post subscriptionem suorum patrum simulant se uelut ignorantes timere sermonem consubstantialis, dicant & sapiant simplicius quidem filium, anathematizent autem sicut Synodus definiuit, eos qui dicunt creaturam aut facturam, aut ex non existentibus. Et: Erat aliquando quando non erat filius dei: quia inconuertibilis & immutabilis est, & non ex altera substantia, & ita ab hæresi fugiant Ariana. Et confidimus quia hæc perfecte anathematizantes, mox confiteantur ex substantia, & consubstantialis esse filium patri. Propterea namque & patres cum dixissent consubstantialis esse filium, mox intulerunt: Eos autem qui dicunt creatum aut facturam, aut fuit aliquando quando non fuit, anathematizat catholica ecclesia. Ut per hæc declararet, quia consubstantialis, & consubstantialis uirtus agnoscitur, eò quod non sit creatura & factura filius, & qui consubstantialis dicit, non sapit creaturam esse uerbum: Et qui anathematizat ea quæ prædicta sunt, consubstantialis utique sapit filium patri: Et qui consubstantialis dicit, genuinum, & uerum dicit filium dei, & qui genuinum dicit, intelligit illud: Ego & pater unum sumus. Et: Qui me uidet, uidet & patrem. Oportebat igitur ex pluribus hæc scribere: Sed quia uobis scientibus scripsimus, propterea cõpendiose dictauimus, orantes apud omnes seruari

Qualitatum  
omnium deus  
expers est.

ἡνωσίου ὄνομα  
Arianis inuicem  
sum.

A seruari uinculum pacis, & omnes qui ecclesiæ sunt catholicæ ipsum dicere, ipsum sapere, & non tanquam docentes, sed tanquam commemorantes sumus apud uos. Sumus autem non nos qui scribimus soli, sed etiam omnes in Aegypto, & Lybijs penè LXXXIX. Episcopi: Omnium namque est iste sensus, & pro alterutris semper subscribimus, si aliquos non interesse contigerit. Sic itaque constituti, quoniam nos cõtingit cõuenire, scripsimus & dilectissimo nostro DAMASO, Episcopo in clytæ Romæ de AVXENTIO, qui Mediolani inuasit ecclesiam, narrantes quæ illius sunt: Quia non solum Ariana hæresis communicator est, sed etiam reus est multarum actionum malarum, & hæc cum GREGORIO, socio impietatis suæ. Et miramur, quoniam hactenus damnatus non est, & ecclesia pulsus. Et gratias confessi sumus eius sanctitati, & cõuenientium Romæ, quia & eos qui circa VRSACIVM, & VALENTEM, eorumque sequaces excludentes unanimitatem ecclesiæ catholicæ, seruauerunt. Quam apud uos optantes custodiri, sicuti prædiximus, exclusa multitudine Synodorum occasione fidei factarum, quæ in Arimino, quæ in Syrmio, in Isauria, quæ in Thracia, diuersis quæ in Constantinopoli, plurimis in Antiochia congregatis. Extra omnes sola firma sit apud uos fides, quæ Nicæna prius est confessa, in qua etiam patres omnes, & qui nunc impugnant eam, sicuti prædiximus, subscripserunt, ut & de uobis dicat Apostolus: Laudo uero uos, quia omnia mea sic memoria retinetis, memoramini, & sicut tradidi uobis traditiones, ita seruatis. Hæc enim Nicæna Synodo uere scripta regula contra omnem est impiissimam hæresim, hæc etiam blasphemantes in spiritum sanctum, & dicentes eum creaturam, destruit. Nam cum dixissent patres de fide, quæ in filio est, mox intulerunt: Credimus & spiritum sanctum. Ut perfectam & plenam in sanctam trinitatem confessi fidem, formam fidei, quæ in Christo est, & catholicam doctrinam ecclesiæ in hoc declararent. Certum namque est & apud uos, & apud omnes, nullusque Christianorum mentem in hoc habebit ancipitem, quia non est nostra fides in creatura, sed in unum dominum, qui in sancta & perfecta trinitate cognoscitur, in qua & baptizati, in ipsa connexa diuinitati. Credimus etiam hereditate regnum possideri cœlorum in Christo Iesu domino nostro, per quem patri cum spiritu sancto gloria, et potestas in secula seculorum: Amen.

Mos subscrip-  
tionum apud  
ueteres.

1. Corint. II.

Nicæna Syno-  
di de spiritu  
sancto professio.

D. ATHANASII EPISCOPI ALEXANDRI  
NI ADVERSUS HAERESIS FINIS.

84 VITA

C

Victorinus natione Afer, Romae sub Constantio principe rhetoricam docuit, & in extrema senectute Christi se tradens fidei, scripsit aduersus Arium libros more dialectico ualde obscuros, qui ab eruditius modo intelliguntur, Et comentarios in Apostolum.



Eusebius hic  
Caesariensis  
fuit.

Vita licet colligas o amice Victorine, & argumenta & exempla, quibus adprobare nitaris natum Christum esse, non factum Arius tamen uir acris ingenij, eiusque discipuli, & inter eximios excellens Eusebius suis epistolis de isto sententias protulerunt, quas epistolas nunc subiicimus Arii ad Eusebium.

DOMINO desideratissimo, homini dei, fideli, recta opinanti, Arius qui persecutionem patitur ab Alexandro Papa iniuste, propter omnia uincens ueritatem, pro qua & tu propugnans in domino, saluum esse.

PATRE meo Ammonio ueniente ad Nicomediam, ratione debitum apparuit salutare te per ipsum, simulque & communem facere charitatem tibi innatam, & affectionem quam habes ad fratres, propter dominum & Christum eius. Quoniam

Græc sic legi  
tur  
μαλ' ου' ου' ου' ου'  
ημω' ο' ου' ου' ου'  
nos, prouerbia  
liter.

Interpres le  
git in græco  
αδίου' προ  
αδίου'.

D  
Arianorum  
dogmata.

Passive dixit  
persequimur.

Paulinus Ty-  
ri Episcopus.

magnifice nos exportat & persequitur, & omne malum mouet aduersum nos Episcopus, ut fuget nos de ciuitate, quasi homines sine deo, quoniam non consonamus ipsi publice dicenti: Ingenito genitus est, semper deus, semper filius, simul pater, simul filius consubsistit ingenite, filius patri semper genitus est, neque ad intelligentiam, neque exiguo aliquo precedit deus filium, semper deus, semper filius ex ipso est deo filius. Et quoniam Eusebius frater tuus qui in Caesarea est, & Theodotus, & Paulinus, & Athanasius, & Gregorius, & Aetius, & omnes qui circum orientem dicunt quod praexistit deus filio sine principio, anathema facti sunt, excepto solo Philogonio, & Hellanico, & Macario hominibus Haereticis, quibus non insonuit, quod filium dicunt alij eructationem, alij emissionem, alij simul ingenitum. At istorum sacrilegia nec audire possumus, etiam si decies mille mortes nobis minentur Haeretici. Nos autem dicimus & sapimus, & docuimus & docemus, quoniam filius non est ingenitus, neque pars ingeniti iuxta illum modum, nec ex subiecto aliquo, sed quod uoluntate & cogitatione subsistit ante tempora & Aeones. Plenus deus, unigenitus, & immutabilis, & antequam genitus esset, aut creatus, uel definitus, aut fundatus, non fuit, ingenitus enim non fuit. Persequimur, quoniam diximus principium habet filius, deus autem sine initio. Propterea persequimur, & quia diximus: quia non de existentibus est. Sic autem diximus, iuxta quod nec pars dei est, nec ex subiecto aliquo, idcirco persequimur. Iam tu scis confortari te in domino. Preces facito, memores tribulationum nostrarum Collucianista uere Eusebii. Hæc Arius dicit.

Et de his Eusebius iuxta istum modum talia ad Paulinum. Quoniam enim neque duo ingenita audiuius, neque unum in duo diuisum, neque corporale aliquid quod patitur, didicimus aut credidimus, domine, sed unum quidem ingenitum, unum autem quod ab ipso uere, & non ex eius substantia factum, uniuersale naturae eius quæ sit ingenita. Neque participans, uel non ex eius substantia, sed factum omnino, alterum natura & potentia, ad perfectam similitudinem & affectionis & potentiae eius qui efficit quod factum est. Cuius principium non solum sermone inenarrabile, sed & excogitatione. Nec hominum solum, sed & eorum qui super homines omnino esse incomprehensibile credidimus. Et hæc non legimus nobis substituentes, sed à sancta scriptura didicimus. Dicimus conditum eum esse, & fundatum, & factum, substantia & immutabili, & ineffabili natura, & similitudine ea quæ sit ad facientem didicimus. Sicut ipse dominus dicit: Deus condidit me principium uiarum suarum, & ante Aeonem fundauit me, & ante omnes colles genuit me.

Si autem

41

A Si autem ex ipso, hoc est, ab ipso erat sicuti pars eius, aut ex effluentia substantiae, non conditum iam, neque fundatum esse dictum nec tu ignoras domine: Vere id enim quod ab ingenito existens est, conditum amplius ab altero, uel à se ipso, aut fundatum non fuisset, à principio ingenitum quod fuisset: Si autem natum illum dicere, subsistentiam quandam praestare est, ueluti ex substantia paterna ipsum fuisse, & habere ex ipso identitatem naturae, cognoscimus quod non de ipso solo natum esse dixerit scriptura, sed & indissimilibus ipsi in omnibus: naturaliter etenim & in hominibus dicit: Filios genui & exaltaui, ipsi autem me respuerunt. Et: Deum qui te genuit dereliquisti. Et alibi: Quis, inquit, est, qui peperit glebas rotis? Non naturam ex natura exponens, sed naturae unicuiusque eorum, quæ generata sunt ex eius uoluntate generationem: nihil est enim de substantia eius, cuncta autem uoluntate eius facta, unum quidemque ut & effectum est. Et ille quidem deus, quædam autem ad similitudinem eius per ipsum similia futura: quædam autem iuxta participationem substantiae facta, omnia autem per ipsum à deo facta, omnia autem ex deo. Quæ accipiens & adstruens secundum quæ adest tibi diuinitus gratia, scribere domino meo Alexandro cura: Credidi enim quia si scriperis ipsi, pudorem illi facias. Saluta omnes qui sunt in domino. Saluum te, & pro nobis orantem diuina gratia custodiat, domine.

† guttas

# MARII VICTORINI

NI AFRICANI VIRI CONSULARIS,  
ADVERSUS ARIUM, LIBER PRIMVS.

B



N primo sermone huius operis, & multa & fortiora quædam etiam horum, o amice candidè, proposita atque tractata sunt abs te, quæ quantum ut oportuit dissoluta sunt, tamen idcirco ista ex eorum epistolis audire uoluimus, ut dum hæc omni refutatione conuincimus, illa quoque ex istorum refutatione uincamus. Et primum definienda sunt Arii, Eusebiique sententiae, in quo nobis consentiant,

in quibus discrepent, in quibus ipsi sibi uideantur aduersi. Arius ait, quoniam filius non est ingenitus: Item Eusebius hoc idem, quod duo non sint ingenita. Nobis quoque ista sententia est: Arius, filius, inquit, pars ingeniti non est, neque est ex aliquo subiecto, hæc duo & Eusebius. Et adijcit: Neque unum in duo diuisum, id est, filium partem ingeniti non esse. Sed Eusebius: Neque pars, neque effluentia, inquit, est. Hoc nos consimiliter negamus: Nam neque pars patris filius, neque effluentia, quæ manando inde minus fecerit unde manarit. Iam uero ex non subiecto esse ferre non possumus, non quo nos ex aliquo alio subiecto esse dicamus, sed quod à patre ut filium, Arius, uoluntate, inquit, dei subsistit filius ante tempora, & Aeones. Idem & Eusebius: Nos ante omnes Aeones, & ante omnia tempora, sed genitum dicimus, non factum, non creatum, non fundatum. Arius dicit, filium factum, scilicet cet plenum deum, unigenitum, immutabile, qui antequam crearetur non fuerit, propterea quod non sit ingenitus: Hæc eadem Eusebius, adijcens, quod filius per omnia facienti sit similis. Nos contra, non eum simile, sed eundem dicimus, quippe ex eadem substantia. Præterea addit Eusebius, principium filij sciri nec ab homine posse, neque ab aliqua superiore uel potentia uel excogitatione, & audeat tamē dicere, figmentum esse filium, uoluntate & sententia patris subsistere, non ex aliquo existenti. Istud non est principium filij dicere: si enim dicit hoc ex non existentibus est, non est patris neque pars, neque effluentia.

Arii sententia.

† idem autem est.

Eusebii sententia.

Ante omnes Aeones subsistat filius.

Similitudo nulla in diuinis.

Non solum

**C** Non solum principia nouit, sed & τὸς λόγους principiorum. Si autē non, quæ audacia est dicere: Hoc deus, hoc Christus est; hoc pater, hoc filius; Nos autem dicimus, patrem ut patrem, filium ut filium. Et primum, ut ille uersiculis quinq; quod adferebat, docuisse se credidit, filium factum esse, non natum, sic nos filium natū primū sacra omni lectione docebimus. Deinde id ipsum, hoc est, substantialiter filium, permittente dei spiritu, ut possumus adferemus. Atque ex hoc primū suū matur exordium. Paulus ad Ephesios: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriæ suæ uirtute confortari, per spiritū suum in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris, in caritate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, & altitudo & profundum. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatē Christi, ut impleamini in omnem plenitudinē dei. Et autem qui potest super omnia facere abundantius quā petimus aut intelligimus, secundum uirtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in Christo Iesu, & *κατανοήσασθε* in omnes generationes seculorum. Quid ex his apparet: possibile esse cognoscere deum, & dei filium, & quo modo pater, quo modo filius? Est autem & illud in Euangelio secundū Ioannem. Deum nullus uidit unquam, nisi unigenitus filius qui est in gremio patris, ille exposuit. Possibile igitur dicere de deo, & idcirco & de filio. Quis enim de patre exposuit: filius. Quis iste: qui est in gremio. Non solum igitur processit, sed & in gremio semper est filius, sufficiens doctor de patre. Quid enarrauit: quomodo deus. Et Iudæi ante hoc & Ethnici enarrarunt, quid ergo enarrauit: patrem deum, se autem filium: & quod ex eadem substantia, & quod à patre exierit.

**D** Dicit enim: Neque me nostis, neque patrem meū. Si enim me nossetis, nossetis & patrem meū. Hoc nunquā diceret, nisi filius, & filius substantialiter: Si me nossetis, nossetis & patrem. Figmentum enim si esset, non ex ipso pater nosceretur, sed potentia dei & diuinitas, ut Paulus dixit: Inuisibilia enim eius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta noscuntur, æterna quoque eius uirtus ac diuinitas. Et spiritus sanctus exposuit de Christo, sicuti dicit Saluator in Euangelio secundū Ioannem: Spiritus sanctus quem mittet pater in meo nomine ipse uos docebit omnia. Si igitur sic sunt ista, didicimus & patrem & filium & in sanctis scripturis, & à spiritu quem doctorem habet fide sanctus uir. Dicamus igitur scripturas, & primū secundum Ioannem: Dicit enim, quomodo *λόγος* & in principio erat, & circa deum erat, & quomodo deus erat *λόγος*. Nunquid de alio dicit *λόγος*? omnino de filio. Quid ergo *λόγος*, si ex nullo est subiecto? quomodo *λόγος* potentiam habet, ut per ipsum creentur omnia, ipse qui sit ex nullo subiecto? Impossibile enim semen esse omnium quæ sunt, quod ex nihilo factum est. Deinde si in principio erat, quomodo principium: secundum quod principium est, sine principio est, qui erat in principio, erat semper. Quæ igitur audacia? quæ blasphemia? Non erat aliquando dicere, toties Ioanne dicente: Erat *λόγος* in principio, erat ad deum, erat deus *λόγος* ipse. Erat hic in principio ad deum. Licet enim, erat, præteriti temporis significationem habeat, frequenter non sine principio, sed hic sine principio accipiendum, quoniā dixit: In principio erat. Quod & uos significatis ante tempora, ante Aeonem dicentes. Omnia, dicit, per ipsum facta sunt, & sine illo effectum est nihil. Etenim sine *λόγος* quid est, quod non ut sit accipiat? Solus enim *λόγος*, secundum quod *λόγος* est, & sibi, & alijs ipsum quod est, ipse præstet omnibus quæ sunt. Et idcirco æqualis quidem patri. Causa enim principalis & sibi & alijs causa est, & potētia, & substantia. Causa existens. Præcausa autem pater, Unde filius distabit hoc, quod mouetur & operatur in manifestatione, propter magnā diuinitatē nobis incognoscibiliter operante patre. Supra enim beatitudinē est pater, & idcirco ipsum regescere. Operari enim etiam

Cognosci patrem in filio.

Rom. 1.

Spiritus sanctus doctor fidelium.

Ex d.

*λόγος* omnibus uitam præstat.

**A** etiam, si imperfectionem operetur, in molestia motus ista beatitudo est, secundū quod est operari perfecta. Audi igitur et aliud: Quod est esse, pater est: quod est operari, *λόγος*: & prius est quod est esse, secundū quod est operari. Habet quidē ipsum quod est esse intus insitam operationem: si enim motu, hoc est, operatione, quæ uita, aut qui intellectus est: ergo non est solum esse, sed ipsum quod primum est esse, propter quod est ei quiescere solum ipsum esse, est isto modo & quod est operari, quod est secundum, quoniam non intus, sed cū foris operatur, operari dicitur. Apparente enim operatione, & est, & nominatur operatio, & ut generatio sui ipsius & æstimatur & est: sic igitur id ipsum quod est operari, & ipsum esse habet, magis autē nō habet: ipsum enim operari esse est, simul enim & simplex, & esse & operari, eorum quæ supra sunt natura est declarans & sortita, secundū quod est requiescere, ipsum esse & substantiam, secundum autem quod est in motu esse, actionem, operationem: hoc autem quod est in motu esse, declaratio est eius quod est esse secundum actionem. Et idcirco erat lumen, quod est uerum, quod in luminat omnem hominem uenientem in mundum. *λόγος* ergo lumen est, quod est uerum, & idcirco quod est factum in ipso uita est, & uita erat lumen hominum, & ipse *λόγος* lumen uerum in mūdo erat, & mundus per ipsum factus est, qui est filius dei, de quo dicit: Deum nemo uidit unquam, unigenitus filius qui est in gremio patris ipse enarrauit de *λόγος*. Omnia supra dixit & coniunxit de filio, nullum alium filium declarans, quā *πρὸς λόγος*. Erat igitur filius ad deum, & in principio erat, & ipse deus erat, & per ipsum omnia facta sunt, & ipse est unigenitus, & ueluti prodiens quidem à patre, ad patrem erat, propter hoc quod est operari, propter uero quod est esse, in gremio patris existens, enarrauit de patre, declaratio patris esse eius secundum quod est operari. Quod maxime *λόγος* est ipse filius, ipse lumen, ipse uita. Quod deus est filius, sic dicit Ioannes: Et deus erat *λόγος*. Et rursus: Nullus ascendit in cœlū, nisi qui de cœlo descendit. Quod uita est filius, ut: Qui credit in ipsum nō pereat. Et rursus: Sed habeat spem uitæ æternæ. Quæ filius: Unde filium suū unigenitū tradidit. Filium dixit, & suū, & unigenitū. Quid amplius ad uerū filium quod ipse uita, ut: Omnis qui credit in ipsum nō pereat, sed habeat uitam æternā. Quod ipse filius Christus est: Nō enim misit deus filium, ut iudicet mundum, sed ut saluet mundū. Quod lumen, de ipso dicit: Quoniā lumē uenit in mundū. Ioānes nō erat uerū lumen, & idcirco dicit: Non sum Christus, sed quod missus sum. Missus est ergo Ioannes: Christus autē filius, qui de super uenit, supra omnes est. Et rursus: De cœlo ueniens. Dicitur quidem quod sit missus à deo, ut filium enim misit deus. Sed ista duo, & ueniens, & misit, & filium in patre, & patrem in filio esse significat, quoniā Christus uita Samaritidi dicit: Tu ab eo peteres, & tibi daret aquā uiuentem. Et rursus: Omnis qui biberit ex aqua ista, iterum sitiet: qui autem biberit ex ista aqua, aqua quam ego dabo ipsi, non sitiet in omni seculo, sed aqua quam ipsi dabo efficietur in ipso fons aquæ scaturientis in uitam æternam. Quod Christus saluator: Et scimus quoniam iste est saluator mundi. Quod filius dei est: Pater meus usque nunc operatur. Quis hoc dicit: Christus. Quæ blasphemia ipsius, patrem dicere qui non sit pater: quæ ira Iudæorum audientium patrem deum, & irascentium in eum, qui dixit, quod filius esset dei, cum non esset filius dei: si enim non fuisset, non diceret, sed dixit, & dei cultor dixit, ueritate igitur dixit, & idcirco incredulitas Iudæorum punitur. Post ista omnis responsio ad Iudæos, & filium Christum, & patrem deum declarat: Quæ facit pater, & ego facio, non facit filius à semetipso, nisi uiderit patrem facientem: pater enim amat filium, suscitatur à mortuis, suscitatur & filius. Habet pater uitā in semetipso, habet & filius. Et omnia deinde. Quod *λόγος* filius, & filius Christus: Et *λόγος* eius non habebitis in uobis manentem, quoniam quem misit ille, ipsi uos non creditis. Quod filius: Pater meus dat uobis panem

Operari.

Filius à patre prodijisse, & semper apud eum fuisse, quomodo intelligatur.

Ioan. 3.

Ioan. 4.

Ioan. 3.  
Ioan. 4.

**C** bis panem de caelo uerum. Quod Christus non ab homine homo: panis enim ex deo est, qui descendit de caelo. Quod uita: Et uitam dans mundo. Et postea dicit: Ego sum panis uitae. Quod ex deo: Non uidit patrem aliquis, nisi qui est a patre. Quod pater & filius alius in alio: Sicuti misit me uiuens pater. Si uita filius, uiuens pater, filius in patre: sicuti enim quale prius est, deinde qualitas, sic uiuens primus deus, sic uita. Qui enim genuit uitam uiuens est: uiuit uita a uiuente patre. Non enim ante uita, & sic deus uiuens, sed deus uiuens prior. Sic uita, & sic uiuens uita. Et idcirco deinde dicit: Et ego uiuo propter patrem. Ergo & pater in ipso. Quod & panis est, & uita: Et qui accipit me, ille uiuet propter me. Hic est panis de caelo descendens: Non sicuti patres uestri manducauerunt, & mortui sunt. Manducans istum panem uiuet in omne seculum. Nunquid homo ista dicit de semetipso, qui sit solum homo: si enim homo ista dicit, blasphematur, & peccantes non audit. Sed enim dicit Christus quod audiat illum deus: Non ergo peccator, neque homo. Et dictum est: Vana spes in hominem. Et dicitur: Nos uero in deum nostrum speramus. Christus ergo deus, non ab alia substantia: uiuens pater, & ego uiuo propter patrem. Et panis uitae sum ego, qui istum manducat, uiuet in seculum. Cuncta ista unam substantiam significant. Et idcirco dicit Iesus, quod desuper est qui dicit ista. Si igitur uideritis filium hominis ascendentem, ubi fuit prius: Quod spiritus deus est, dictum est: Spiritus deus est. Et quod filius spiritus est uiuificans, quod ista fides sit perfecta in Christum, dicit Petrus: Verbum uitae aeternae habes, & nos credidimus in te domine, quoniam tu es Christus filius dei. Quid est uerbum uitae aeternae: quoniam si quis te audit, uiuet in aeternum. Quod a deo: ego scio ipsum, quod ab ipso sum. Quod substantia patris Christus: Ego in patre, & pater in me. Hoc non per dignitatem solum, sed per substantiam. Si enim per dignitatem

**D** solum, quomodo ipse dicit: Pater meus maior me est: & pater mittat, mittatur filius? Rursus autem datur filio a patre dignitas: Secundum hoc igitur pater in filio. Nunquid & filius dat dignitatem patri, non habenti substantiam? Igitur & pater in filio, & filius in patre. Sed ista. Et iterum quod ipse Christus, qui filius patris, et ipse est spiritus sanctus: Iesus stabat & clamabat: Si quis est qui sitit, ueniat & bibat, qui credit in me, quemadmodum dixit scriptura, flumina ex uentre ipsius manant aquae uiuentis. Est istud quidem dictum de illo qui accipit spiritum, qui accipiens spiritum efficitur uenter, effundens flumina aquae uiuentis. Dat autem hunc spiritum Christus, dat & aquam uiuentem, ut ipse dicit, & scriptura de spiritu dixit istud. Venter igitur qui accipit spiritum, & ipse spiritus uenter, a quo manant flumina aquae uiuentis: sicut scriptura dicit: Hoc autem dixit de spiritu quem futuri erant accipere credentes in ipsum. Nondum enim spiritus erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Sed rursus iterum flumina spiritus, uenter autem ex quo flumina Iesus, Iesus enim est spiritus. Iam ergo Iesus uenter de quo flumina spiritus. Sicuti enim a gremio patris, & in gremio filius, sic a uentre filij spiritus, *ομοουσιον* ergo tres, & idcirco in omnibus unus deus. Quod non sit ex mundo: Ego sum lumen mundi, propter ipsum enim uiuit mundus, ac uiuet, quam diu obedierit ei. Quod omnes tres spiritus, iam dixit: Deus spiritus est. Et dicentibus quibusdam: Vbi est pater tuus? dixit: Neque me nostis, neque patrem meum: Si me sciretis, scire possetis & patrem meum. Spiritus autem sanctus spiritus manifeste, ista autem omnia & pater, & ex patre, *ομοουσιον* ergo. Non enim spiritus ut alij, illi enim a deo non ex deo, *ομοουσιον* igitur ista tria. Quod filius uerus: Ego enim ex deo exiui, ut ex gremio patris, & aduenio in mundum. Quod antequam in carne esset, erat Christus: Abraham pater uester iactabatur ut uideret diem meum, & uidit & gauisus est. Et rursus: Ante Abraham ego sum. Quod non homo: Cum sum in mundo, lumen sum mundi. Quis autem dedit caeco uisum? homo: impossibile, & ego

*Quale.*  
*Qualitas.*  
*Quod dicitur lo.*  
*cus Pauli ad Philip. 2.*  
*Ex Arii persona illud obicit.*  
*Christus etiam quadam adoptione filius est.*  
*Photiniani.*  
*Ioan. 11.*  
*Ioan. 12.*  
*Ioan. 8.*  
*Ioan. 16.*  
*Ioan. 8.*

**A** quod filius dei. Tu credis in filium dei? Respondit ille: Quis est domine ut credam in eum? Dixit ipsi Iesus: Et uidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Quod ex eadem substantia & potentia: Ego & pater unum sumus. Et rursus: Pater in me, & ego in ipso. Unde dictum in Paulo: Qui in forma dei existens, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem deo. Ista igitur significant & unam esse substantiam, & unam potentiam: Quomodo enim ego & pater unum sumus? & quomodo pater in me, & ego in patre, si non a patre substantiam habuisset & potentiam genitum? de toto totus? & quomodo non rapinam arbitratus est, aequalem esse patri? Non enim dixit, non arbitratus est aequalem esse, sed non arbitratus est esse rapinam. Vult ergo inferior esse, non uolens rapinam arbitrari aequalem esse. In istis enim arbitrari est, aut non arbitrari rapinam esse aequalem, quae sunt aequalia. Sed putauimus aequale secundum potentiam dictum esse. Primum non est illud Arii dogma, quod maior est pater dignitate, potentia, claritate, diuinitate, actione: aequalia enim dixit: & si secundum istud aequalia, impossibile secundum istud aequalia esse, si non & substantia eadem, dei enim eadem ipsa est & potentia, & substantia, & diuinitas, & actio: Omnia enim unum, & unum simplex. Huc accedit, si ab alia substantia erat filius, & si maxime ex nihilo, quae illa substantia recipere ualens istas diuinitates & potentias? aequalitas aequali connectitur, & simile simili. Aequalis igitur filius & pater, & propterea & filius in patre, & pater in filio, & ambo unum. Sed ista nunc. At uero alia Ioannis uideamus. Ipse Saluator dicit: Ego sum resurrectio: quoniam ipse uita. Quis autem iste, Martha dicit: Quoniam tu es Christus filius dei, qui in mundum uenisti. Quod non sic filius quemadmodum nos: Nos enim adoptione filij, ille natura. Etiam quadam adoptione filius & Christus, sed secundum carnem: Ego hodie genui te. Si enim istud, solum hominem filium habet: Sed ante Adam ego sum dicens, quod natura filius erat primum declarauit. Non igitur Photinianum dogma uerum. Deinde nos non gentes solum, sed & qui dispersi sunt filij. Dei igitur filius Christus, filij & nos, sed nos per adoptionem, nos per Iesum Christum, nos ut filij dispersi, num & Christus sic filius? Natura igitur Iesus filius, nos adoptione filij. Quod natura filius, & ipse dicit saepe: Pater gratias tibi ago quod me audisti. Et: Pater salua me ex ista hora. Et rursus: Ego ex ore patris processi. Ista non, ut nos dicimus, secundum patrem deum dicta sunt: Non enim mendax deus, nec impius, filium se dicens, & patrem deum qui omnino non esset, sed propter corpus passionem induxit, ut implerentur omnia in mysterio. Quod & antequam in corpore fuit Christus. Et glorificauit, & rursus glorifico: In mysterio enim in carne humiliavit semetipsum. Ergo ante istud, & post istud glorificatus est Iesus. Quod propter mysterium & timens inducitur, & postulans aliqua: non propter me uenit haec uox, sed propter uos. Eadem similiter ista facio, non propter me, sed propter uos. Quod filius hominis ipse Christus lumen in mundo filius dei est: Nos audiuius a lege, quoniam Christus manet in aeternum, & quomodo dicis tu quod filium hominis oportet altificari? Quis est filius hominis? Dixit ipsi Iesus: Adhuc paululum tempus lumen in uobis est. Et deinde: Quam diu lumen habetis credetis in lumen, ut filij luminis efficiamini. Quod *ομοουσιον* deo: Ego sum uita, & ueritas, & uita. Nullus uenit ad patrem, si non per me. Si cognouistis me, & patrem meum cognoscetis. Et: A modo cognoscetis ipsum, & uidistis ipsum. Et rursus ad Philippum: Qui uidit me, uidit & patrem. Non credis quod ego in patre, & pater in me est? Et rursus ista & talia, in quibus manifestum est, quod & pater est iuxta quod est, & filius est iuxta quod est, & idcirco duo sunt. Sed quoniam & pater in filio, & filius in patre, *ομοουσιον*. Non oportet igitur dicere duae personae, una substantia, sed duo, pater & filius, ex una substantia: dante patre a sua substantia filio substantiam in hoc in quo genuit filium, & ex hoc *ομοουσιον* ambo. Quod

h ipse

**C** ipse facit & faciet omnia, quonia ego a patre: Et quod resurgitis in nomine meo, hoc faciam ut glorificetur pater in me. Quod paracletus & Christus: Si me dilexeritis, & mandata mea custodieritis. Et: Ego rogabo patrem, & alium paraclatum dabit vobis, ut vobiscum sit in aeternum. Quis autem est alius paracletus? Spiritus veritatis, quem mundus videre non potest: Quod eum non videt, alium autem paraclatum, id est Christum vident, quod in carne, & non crediderunt in ipsum. Quod potentia Christi sit paracletus: Vos autem cognoscitis ipsum, quoniam apud vos manet: Ergo dedit ipsum ipsis Christus; dixit enim; manet in vobis, & in vobis est. Ex hijs quid apparet? Si deus spiritus, & Iesus spiritus, & sanctus spiritus, spiritus, ex una substantia tria, *ὁμοούσιον* ergo tria. Quod a Christo spiritus sanctus, sicuti Christus a deo, & idcirco unum tria: Non vos relinquam orphanos, veniam ad vos. Et rursus dicit: In illa die cognoscetis, quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Secundum spiritum ista. Quod a filio paracletus: Paracletus autem sanctus spiritus, quem pater mittet in nomine meo, ille vos docebit omnia quae ego dixero. Manifestum ex hijs, quod in Christo deus, & in sancto spiritu Christus, primum paracletus; Christus, paracletus sanctus spiritus. Deinde misit Christum deus, quae locutus est Christus, ipsa loquitur sanctus spiritus: Sed Christus locutus est in parabolis, & fecit signa: ergo in occulto omnia, quod ipse in carne erat, sicut ipse intus, sic & verum intus in parabolis & signis: Spiritus autem sanctus docet omnia: Etenim spiritus sanctus loquitur spiritui hominum, ipsum quod est loquitur, & quod est loquitur in nulla figura: Et ideo ipse docebit vos. Et quae loquitur? Quaecumque dixero, dixit Christus. Dixero de futuro est. De quo futuro? Non eo quod nunc, sed eo quod est post ascendere ad patrem. Et si iste paracletus veniens a deo in nomine Christi, illa docet quae dicit Iesus: ipse ergo Iesus, an ipse alter Iesus? an in ipso altero paracleto? hoc est, spiritu sancto inest Iesus, sicut in ipso deus? Ista hac serie tribus existentibus, & unum sunt tria, & *ὁμοούσιον*: quippe dicente Christo: Eo & venio ad vos, & a deo alius dabitur vobis paracletus, qui quaecumque habet, a me habet, & quaecumque habet pater, tradidit mihi omnia. Etenim omne mysterium hoc est, pater in operans operatio: filius operans operatio, in id quod est regenerare: sanctus autem spiritus operans operatio in id quod est regenerare. Sed ista quidem & in alijs dicta. Quod *λόγος*, hoc est Iesus vel Christus, & aequalis est patri, & inferior: Eo ad patrem, quoniam pater maior est me. Item dixit Paulus: Non rapinam arbitratu est aequalia esse deo. Et id quod dictum est: Ego & pater unum sumus. Et quod operatio & pater, & filius: & quod non diceret, me maior est pater, nisi fuisset aequalis, accedit etiam, si totus ex toto, & lumen ex lumine, & si omnia quae habet pater dedit filio: omnia autem sunt & substantia, & potestas, & dignitas, aequalis patri, sed maior pater: quod ipse dedit ipsi omnia, & causa est ipsi filio ut sit, ut isto modo sit. Adhuc autem maior, quod actio in actiosa: beator enim quod sine molestia, & impassibilis, & fons omnium quae sunt, requiescens, a se perfecta, & nullius egenus: filius autem ut esset, accepit, & in id quod est agere, ab actione procedens, in perfectionem veniens, motu efficitur plenitudo. Sed quoniam in ipso, & in ipsum, & per ipsum gignatur omnia, semper plenitudo, & semper receptaculum est, qua ratione & impassibilis & passibilis. Ergo & aequalis & inaequalis: Maior igitur pater. Quod paracletus a deo, & a Christo: Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis, qui a patre adveniet. Quod duplex potentia *ἀδύναμις* ad deum: una in manifesto, Christus in carne: alia in occulto, spiritus sanctus. In praesentia ergo cum erat *λόγος*, hoc est Christus, non poterat venire *ἀδύναμις* in occulto, hoc est spiritus sanctus: Etenim si non diceret, paracletus non veniet ad vos. Duo ergo & isti, ex alio alius, ex filio spiritus sanctus.

Christum in parabolis locutum.

ἀδύναμις equalis est inferior patri.

Pater quo modo maior sit filio.

ἀδύναμις in occulto spiritus est.

**A** sanctus, sicuti ex deo filius, & conrationaliter & spiritus sanctus ex patre. Quod omnia tria unum, pater non silens silentium, sed vox in silentio, filius iam vox, paracletus vox vocis: Cum venerit spiritus veritatis praebit vobis in veritate omni non autem verum dicet a semet: Christus enim veritas: sed quaecumque audiet, loquetur, & ventura dicet vobis: Ille me honorabit, quonia ex me accipiet, & nuntiabit vobis. Deinde adiungit: Omnia quae habet pater mea sunt. Dicit ergo: ex meo accipiet, quod una motio, hoc est actio agens Christus est, & spiritus sanctus: & primum est vivere, & ab ipso quod est vivere, intelligere: Vivere quidem Christus, intelligere spiritus: Ergo spiritus a Christo accipit, ipse Christus a patre: & idcirco & spiritus a patre. Omnia igitur unum, sed a patre. Quod Christus & a patre processit, hoc est, quod deus ipsum misit, hoc est a deo processit, dicit enim: quoniam ego a deo processit: processit a patre: Cognoscendum quod & dixit: & exiit. Sed quod a deo, praeposuit: a deo processit: quod significat, quod deus ipsum misit. Credite igitur hoc primum, quonia ego a deo exiit. Quod autem a deo, & ut quis: Ab illo deo qui pater meus est: Exiit igitur a patre, & veni in mundum. Huius orationis naturalis ordo iste est: Processit a patre, exiit a deo, veni in mundum. Sed effectus est locutionis ordo ab hominibus: quonia vos dilexistis me & credidistis, quod ego a deo exiit: Hoc enim primum in fidem. Deinde autem processit de patre, exponens a superioribus cuius erat dixit, unde & ipsi dicunt: Credimus quod a patre exiit. Quid autem supra dimisit deum & patrem: non dicit enim, non sum solus: quoniam pater mecum est, & non est intelligere quod pater passus est: neque enim ipse, sed homo eius. Quod in resurrectione carnis venit: Glorifica filium, ut filius glorificet te: sicut ei dedisti potestatem universae carnis, ut omne quod dedisti ipsi det ipsi vitam aeternam. Ergo non solum homo Christus, sed deus in homine. Quod hoc sit vitam habere, credere in dominum & in filium eius: Est autem aeterna vita, ut cognoscat te unum & verum deum, & quem praemisisti Iesum Christum. Quod fuit ante mundum: Et nunc glorifica me pater apud te ipsum gloria quam habui antequam mundus esset. Quod homines a deo, non tamen ex deo: Manifestavi tuum nomen hominibus, quos dedisti mihi. Ex isto manifestum: quod non omnes tui erant, & mihi eos dedisti, & verbum tuum custodierunt: Nunc cognovi, quoniam omnia quae mihi dedisti a te sunt. Et quid mirabile, si homines a deo, si & caro, quod ipse eam formavit? Quid igitur? nunquid sic & Christus? Absit. Totus hic locus hoc struit, quod homines a deo sunt, sed non omnes. Rursus & istud, quod Christus erat ante constitutionem mundi, quod omnia tradidit pater filio, si & nomen dedit, dicit enim: Custodiui eos in nomine tuo, quos mihi dedisti. Habemus ergo quod Christus habet nomen patris, & quod vita est, & habet potestatem dare vivere. Quod ipse vita est, & pater vita, dictum est: Misit me pater vivens. Et haec est substantia dei & Christi, *ὁμοούσιον* ergo. Deinde dictum est, lumen Christus, & deus verum lumen: ista enim ad intelligentiam: num aliud est spiritus sanctus? Nihil. Quod deinde lumen non substantia: sic ergo *ὁμοούσιον*. Et omnia quae habet deus, habet filius, *ὁμοούσιον* ergo. Sed de isto posterius. Quod natus est: In istud natus sum, & in istud veni in mundum, ut regnem. Quod a Christo spiritus sanctus: Insufflauit Christus & dixit: Accipite spiritum sanctum. Ista omnia secundum Evangelium Ioannis. Videamus etiam & secundum Matthaeum pauca, similia enim praetereo. Quod & Satan fatetur Christum dei esse filium, dicit enim: Si tu es filius dei. Et istud ter dicit: Sed in secundo confitens de filio dei, tentavit, si ipse esset Christus, dicit enim: Si filius es tu dei mitte te deorsum. Scriptum est enim: quod angelis suis praecipiet de te. Confitetur, qui dicit, de te, esse dei filium confitetur, & hunc confitetur. Deinde confitentur rursus daemones. Exhibant etiam daemonia a multis, exclamantia & dicentia: Tu es filius dei. Audi ARI, audi EVSEBI, & omnes audite Ariani, &

Filius, vox, Paracletus, vox vocis.

Omnia unum a patre.

Credere in deum est vita aeterna habere. A deo homines, non ex deo.

Testimonia ex Mattheo.

**C** maxime qui dicitis ab eo quod est esse Christum: sed secundum serpentis intelle-  
ctum: quoniam pater est, qui fecit Christum: Ideo ex eo quod est esse filium di-  
centis: Audite ergo, filium dicit dei Satanas, cui promisit regnum mundi, & scit omnia  
quae in supernis: inde enim est. Quid enim post tertiam tentationem quod diabolus  
abscessit, confessus est filium esse dei: Quod & daemones dixerunt filium esse dei:  
Quid nobis & tibi fili dei uenisti? Quod non oportet dubitare de Christo: Beatus est  
qui non scandalizatur in me. Quod omnia patris filius habet: Omnia mihi tradi-  
ta sunt a patre, & nullus cognoscit filium nisi pater, nec patrem nisi filius cogno-  
scit, & cui uult filius reuelare. Quae causa, solum filium scire patrem, aut patrem ut  
cognoscat filium: nisi quod nullus habet substantiam eius: Omnia enim quae in  
claritudine, & in diuinitate, in potentia, in ipsa actione & cognoscunt patrem, &  
*Scire deum.* colunt. Sed quoniam cognoscere, hoc est scire, ipseus dei, ipsum quod est ei esse,  
hoc est substantiam eius: idcirco nullus cognoscit deum, nisi substantiam eandem  
habens filius, & habens ab ipso: Alio enim modo nullus potuit uidere, sicuti dictum  
est: Unigenitus filius, qui est in gremio patris, ille enarrauit. Quid est esse deum?  
in gremio enim est, & in *μυστη* substantiae, *ἰσοουσιον* uterque, & substantia & diuini-  
tate consistens uterque in utroque, & cognoscit uterque utrumque. Quid igitur & tu **V A**  
**L E N T I N E** dicitis? Processit primus *ἀνὴρ*, & uolens uidere patrem non potuit. In gremio  
patris esse filium, & semper esse Ioannes dicit. Non solum ergo patrem uidet, sed etiam  
*Blasphemia*  
*in spiritum*  
*sanctum.* in patre semper est. Quod magnum peccatum, aduersum sanctum spiritum dice-  
re: Omnis blasphemia & peccatum remittetur hominibus. Et si quis dixerit sermo-  
nem aduersum filium hominis, remittetur ei: Qui autem dixerit aduersum sanctum  
spiritum, non remittetur ei neque in isto seculo, neque in futuro. Primum perspicien-  
dum, quod spiritus sanctus spiritus dei est. Dixit enim: In spiritu dei ego enuncio dae-  
**D** monia. Deinde de blasphemia & peccato quod peccarunt Iudaei, sicuti dixit, qua-  
le esset in sanctum spiritum. Primum, quod blasphemia & peccatum in spiritum sanctum non  
remittetur alicui. Peccatum est, blasphemiter cum uoluntate dicere: Sed istud non suf-  
ficit. Dixit secundum: etiam si inuicem aliquis dicit qualemcumque sermonem, quod non est  
peccatum, non relinquetur illi in omni seculo. Si igitur sanctus spiritus dei spiritus est,  
& sanctus spiritus a dei filio omnia habet, una substantia tribus a substantia patris,  
*ἰσοουσιον* ergo tria, hoc est simul *ἑσθ*: Si enim patris substantia spiritus, & filius spiri-  
tus, sanctus autem spiritus patris est spiritus, in quo ordine ponitur sanctus spiritus: et  
praecedit enim: si patris est spiritus, & sequitur, si a filio habet quod est. Et rursus,  
filius, secundum quod spiritus, unum est & pater, & est in filio pater, & omnes in alternis  
existentes: ergo *ἰσοουσιον* sunt, una & eandem substantiam habentes, & semper simul *ἰσο-*  
*ουσιον* diuina affectione secundum actionem substantiam propriam habentes. Sed ista rursus  
sufficiunt nobis quae dicta sunt in Euangelij. Quod Christus dei filius ipse Saluator  
dicit: Quomodo dicunt Christum filium Dauid esse, & ipse Dauid dicit in libro psal-  
morum: Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Dauid ergo dominum illum uocat, &  
quomodo filius eius est? In isto Christum & antequam esset in carne, & spiritum dei esse,  
& deum esse ipse haec demonstrat. Videamus igitur & Apostolum, dicit enim de Christo ad  
*Ex Paulo testi-*  
*monia.* Romanos: Quoniam deus est Christus in die irae & reuelationis iusti iudicij dei. Sine  
dubio hoc de Christo: ipse enim iudicabit: quoniam apud deum *καμῶν* nihil est. Exemplum  
de Genesi inducit Paulus: Quia patrem multarum gentium posui te ante eum cui credidi-  
sti deo, qui uiuificat mortuos, et uocat ea quae non sunt tanquam sint. Quoniam spiritus dei  
spiritus Christi, & idem spiritus sanctus: uos uero non estis in carne, sed in spiritu, si ta-  
men spiritus dei habitat in uobis: si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est ipseus.  
Totius mysterij uirtus in baptismo est, eius potentia in accipiendo spiritu. Hoc si  
ita est, dictum est: uos in spiritu estis: utique quae sanctus spiritus dedit uobis. Qui  
*Spiritus dei.* iste est spiritus adiunctus: Si tamen spiritus dei habitat in uobis. Qui iste est? Si quis  
autem

**A** autem spiritum Christi non habet. Idem ergo dei spiritus & Christi spiritus. In quo  
et illud perspicendum, quod idem est spiritus Christi quod ipse Christi. Sequitur  
enim: Si autem Christus in uobis. Unde & spiritus dei deus. Una igitur substantia,  
quae idem spiritus: sed idem in tribus, *ἰσοουσιον* igitur. Unde non similis substantia,  
quia idem spiritus: Nec tamen idcirco passiones eadem & in patre, quia unus spi-  
ritus: in duobus enim tantum uelut passiones, quia iam progressi spiritus sunt. Sed  
ista plenius postea. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia. Et ipso, ut di-  
citur, de patre: per ipsum, ut de Christo: in ipso, ut de spiritu sancto. Alibi autem sic  
dicit: In ipso, per ipsum, ad ipsum. Quod deus Christus: Ex quibus Christus se-  
cundum carnem, qui est super omnes deus benedictus in omnia secula seculorum. *Rom. 9.*  
Ad Corinthios prima: Si enim cognouissent, nunquam dominum maiestatis cruci-  
fixissent. Quod Christus, sicuti deus, incomprehensibilis, aut uix comprehensi-  
bilis est, sed & quemadmodum dictum est, quae oculus non uidit, quae auris non au-  
diuit, & in cor hominis non ascendit, quae praeparauit deus diligentibus se. Deum  
de dicit, quod intelligit ista: sicut spiritus hominis ea quae in homine, sic & ea quae  
dei, spiritus dei. Si de Christo ista dicit, ex hijs apparet, quod non est facile scire ge-  
nerationem filij: Nam neque uos percipit dei filium, nec modum generationis sci-  
re potest. Si autem de praesentia eius: & istud supra oculum, supra auditum, supra  
uocem est. Si autem, ut quidam intelligunt, dicit ista de hijs, quae praeparauit deus dili-  
gentibus ipsum: multo magis mirabilis est generatio, & uix comprehensibilis. Si  
ista sic sine intellectu sunt, quid ex hijs queas dicere, ab hijs quae non sunt, esse Chri-  
stum, aut similis substantia est Christus? Comprehensibilia sunt & definita. At ue-  
ro esse *ἰσοουσιον* non solum incomprehensibile, sed & habet contradictiones multas:  
Si enim *ἰσοουσιον*, & ipse ingenuus: si *ἰσοουσιον*, quomodo alter, quomodo alius pater,  
alius filius. Si *ἰσοουσιον*, quomodo alius passus est, alius non: Ex isto enim **P A T R I =**  
**P A S S I A N I**. Sed quoniam dei uoluntate in quirit omnia, & ea quae dei spiritus, qui  
in nobis inhabitat, inuenietur modus diuinae generationis, iuxta quem & *ἰσοουσιον*  
manifestabitur, & illa exterminabuntur: Nos enim accepimus non mundi spiritum  
sed dei. Quod idem spiritus deus & Christus est, & sanctus spiritus, & idem unus  
spiritus: Propter quod notum uobis facio, quod nullus in spiritu dei dicit **A n a t h e**  
**m a** Iesu. Et: Nullus potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. *1. Corint. 12.*  
Diuisiones autem gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, sed idem  
dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem deus, qui omnia in omnibus  
operatur. Si igitur in dei spiritu nullus dicit Anathema Iesu, ipse est spiritus & dei,  
& sancti spiritus. De quo idem istud dicit: Et nullus potest dicere dominum Iesum,  
nisi in spiritu sancto. Praeterea amplius istud dicit, quod diuisiones gratiarum a spiri-  
ritu sunt, a deo quidem gratiae, diuisiones autem a spiritu: in actione enim alia exi-  
stentia spiritus sanctus, in substantia *ἰσοουσιον*, quoniam spiritus sanctus sicut & mi-  
nisterium domini: ipse etenim diuidit ministeria in operatione uitae operans, & ipse  
in substantia sua secundum operationem uitae. In substantia autem *ἰσοουσιον*. Quod spiritus  
& operationes a deo: Operationes autem multae, sed in omnibus idem deus, differt au-  
tem deus, quod ipse facit diuisiones operationum, ipse tamen in omnibus omnia operans:  
ipsum enim esse operationis causa cum sit, operationum diuisiones facit: & ipse deus  
iuxta substantiam spiritus cum sit *ἰσοουσιον* actioni, omnia ergo tria actione *ἰσοουσιον*  
& substantia *ἰσοουσιον*. Quod omnia tria spiritus, & quod a patre spiritus, a patre  
substantia. Quod Christus uita est, & quod spiritus, dictum est: spiritus autem uiui-  
ficat. Et ibi rursus dicit: Dominus autem spiritus est. Quod Christus de deo, non  
ex hijs quae non sunt: ut non splenderet illis illuminatio Euangelij gloriae Christi, *Christum im-*  
qui est imago dei. Si imago dei Christus, de deo Christus: Imago enim imaginari-  
lis imago: Imaginialis autem deus: imago ergo Christus. Sed imago imaginalis ima-  
go est.

**C** go est, & quod imaginale est principale. Imago autem secunda, & aliud secundū substantiā ab eo quod imaginale est. Sed non sic intelligimus ibi imaginē sicuti in sensibilibus: Hic enim nec substantiā intelligimus imaginem: umbra enim quādā est in aëre, aut in aqua, per quoddā corporale lumen corporalis effluentiae per reflexionem figurata, ipsa per semet nihil, nec proprii motus, imaginale solum substantia, neq; corpus, neq; sensum, neq; intelligentiā habens, & ablato, aut turbato in quo figuratum est, omnino nihil & nusquā est. Alio igitur modo dicimus Christum imaginē dei esse, primum esse, & per semet esse, & quā sit intelligens esse, & uiuentē dicimus imaginē, & uiuefacientem, & semen omnium quæ sunt: λόγος enim per quem omnia, & sine isto nihil. Sed ista omnia etiam deo attributa sunt: ergo *ἰμοούσιοι* deus & λόγος. Et quare imago dei λόγος? Quoniam deus in occulto, in potentia enim, λόγος autem in manifesto: actio enim, quæ actio habens omnia quæ sunt in potentia, uita, & cognoscencia secundū motū producit & manifestat omnia: propter quod omnia quæ sunt in potentia imago est actio, unicuique eorum quæ impotentia sunt speciē perficiens, & existens per semet: à nihilo enim nulla substantia: Omne enim esse inseparabilē speciē habet, magis autē ipsa species, ipsa substantia est: non quò prius sit ab eo quod est esse species, sed quod definitū facit species illud quod est esse. Etenim quod est esse, causa est speciē esse in eo quod est esse. Et ideo quod est esse, pater est. Quod species, filius. Rursus quod ipsum quod est esse, præstat speciē ipsum quod est esse: esse autem speciē imago est eius quod est esse. Quod est iuxta causam: Primum quod est esse, *ἰμοούσιοι* ergo esse ipsis duobus, & secundum esse imago est primi esse sine tempore: primum & secundū dico iuxta causam. Aliud alio ad ipsum quod est esse pater & filius. Quod autem non retrorsum causa, idcirco pater pater, & filius filius. In eo autē quod esse est, ambo simul sunt, & semper ambo, *ἰμοούσιοι* iuxta quod est esse, secundū autē quod est potentia & actione, potentia pater, actione filius. Natus igitur filius, habens in actione & potentialiter esse, sicuti potentialiter esse habet ipsum actionem esse in semetipso, quod est potentialiter esse. Ipsum autem, habet, secundum intellectum accipite, non enim habet, sed ipsum est: Simplicia enim ibi omnia: Sed dixi secundum Euangelium: quæcunq; habet pater, eadem habet filius. Secundum istam rationem & pater in filio est, & filius in patre, & *ἰμοούσιοι* ambo, & imago filius patris: ipsum enim esse duorum *ἰμοούσιοι*. Quod autem alterū ab altero imaginale & imago. Et rursus, quod aliud ab alio pater & filius. Et rursus, quod alter ab altero, unū ingentū, aliud genitū, sine tempore autē ista, quod in principio ista, & ab æterno in æternū. Neq; igitur qui hominē dicunt Christū, neq; qui ex nihilo, neq; qui ex aliquo tempore, nec alij huiusmodi in ista perspectione locū habent. Videamus autē & istud. Dicit Moyses dictum dei: Faciamus hominē secundum imaginē nostram, & secundū similitudinē. Deus dicit ista, faciamus: copatori dicit, necessario Christo, & secundū imaginē dicit. Ergo homo nō imago dei, sed secundū imaginē, solus enim Iesus imago dei, homo autē secundū imaginē, hoc est, imago imaginis. Sed dicit, secundū imaginē nostrā. Ergo & pater & filius imago una. Si imago patris filius est, & ipsa imago patris, imagine ergo *ἰμοούσιοι*: Ipsa enim imago substantia est: unū enim est & simplex ibi & esse & operari: ita autē sunt & substantia & species. Substantia autē cū sit imago, *ἰμοούσιοι* pater & filius, patre existente secundū quod est esse, etiā quod est agere: filio autē existente secundum quod est agere, etiā quod est esse, unoquoque habente id quod sit, iuxta quod maxime est, antiquius existente quod est esse, ab eo quod est agere. Pater autem quod est esse, & maxime pater ipsum quod est esse, cui inest & actio potētaliter. Et rursus ut iuniore existente quod est agere filius, ut iunior ab eo quod est esse, habens filium in eo quod est agere, à primo quod est esse. Propter quod unus pater iuxta quod est esse, unus filius iuxta quod est agere, uterque simul existens

Christus imago dei: homo secundū imaginem dei.

**A** existens in utroque, sicut demonstratū est: *ἰμοούσιοι* ergo. Dicamus ergo: faciamus hominem, & ad imaginē quid est? & quid est, ad nostram? Deinde hoc quid est: & iuxta similitudinē: sic enim dictum, differentiam significat & imaginis & similitudinis. Multa cum sit quæstio de quod dixerit: faciamus hominem iuxta imaginē nostrā, concedendū nunc quod de anima hominis, siue enim de ambobus, siue de sola anima, nihil aliud intelligitur, nisi de anima: ipsa enim sola est iuxta imaginem dei, & iuxta similitudinē. Imaginem dicimus esse dei Christum, ipsum autem *λόγος*. Iuxta imaginē ergo dei animū dicimus rationalem dicentes: Non enim *λόγος* anima, sed rationalis: & quod totum uita Christus, anima autem uiuit, quod uita substantiā habet. Iuxta imaginē ergo dei anima: Christus autē imago dei. Quid autem intelligimus hoc, iuxta similitudinē? Quemadmodū *λόγος* substantia est, sicuti declaratum est: quoniam & *λόγος* esse ipsum est, & ipsum quod est esse, *λόγος* autem agere est, & motū esse, & quoniam simplex est ibi omne istud ipsum motum esse & agere, hoc est quod est esse, quod est ibi substantia, sic & anima quo anima est, hoc est quod est esse, & substantiā esse, quod autē est à sese mouēs, imago est substantia: Magis autē ipsa substantia iuxta speciē substantia, et ideo in definitione animæ cū dicimus, quid est anima: proprie dicimus & substantialiter: quod à se mouet. Manifestum & ex isto, quod substantialis imago, magis autē substantia est anima, quod à se mouet. Hoc autē est rationale iuxta imaginē *λόγος* rationale esse. Aliud igitur est iuxta imaginē esse, quod quidem substantia est, aliud autē iuxta similitudinē esse, quod non est substantia, sed in substantia nomen qualitatis declaratiuū. Sed sicuti deū, sic & imaginē, hoc est, Christum substantiā accepimus: perfectionē autē iuxta quale significatiuū intelligimus. Et si simile quale significat necessario, quomodo dicimus animā rationalem esse, & perfecte rationale iuxta similitudinē perfectionis in deo: perfectam esse dicimus animā, iuxta imaginē ergo nunc & in mundo, iuxta similitudinē autem postea fide in deū & in Iesum Christum, qualis esset futura si Adam non peccasset. In quo igitur rationalis est, ad rationem iuxta imaginem est, in quo futura perfecta est, secundum similitudinē. Aliud igitur est, imaginē esse, & aliud iuxta imaginem, & magis aliud iuxta similitudinē. Quæ igitur blasphemia, *ἰμοούσιοι* dici patrem & filium: cum imago sit filius iuxta substantiam, nō iuxta similitudinē. Sed nunc sic. Eamus uero ad alia. Quod in Christo creatura, sed non una: Sunt enim creaturæ tres: una quidē cum creata sunt omnia per Christum, secunda creatura nostra in Christo secundum baptismum, sed in Christo, & alia in Christo commutatio sit. Vnde si qua in Christo noua creatura, dictū est. Quod antequā esset Christus in carne: Qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit. Quod fuit tempus in quo peccatum non nouerat. Antequā esset in carne, ad Ephesios. Quod antequam esset Christus in carne: Benedictus pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus, in Christo Iesu, secundum quod prælegit nos ante constitutionē mundi. Quod fuit Christus antequam esset in carne: Quoniam fueratis illo tempore sine Christo, ab alienati à conuersatione Israël. Quod deus Christus: Spem non habentes, & sine deo. Hoc est, sine Christo. Quod spiritus est qui omnia colligat: Cupientes custodire unitatē spiritus in colligatione pacis unū corpus, & unus spiritus, unus dominus, una fides, unū baptisma, unus deus, & pater omnium, qui in omnibus, & per omnia, & in omnibus. Ad Galatas quod Christus deus: Paulus Apostolus, nō ab hominibus, neq; per hominē, sed per Iesum Christū, & deū patrē. Et rursus: Euangelium quod euangelizatū est à me, non est iuxta hominē: nō enim ego ab homine accepi ipsum, sed per reuelationē Iesu Christi. Ad Philipenses quod Christus: Et in subministratione spiritus Iesu Christi. Quod *ἰμοούσιοι*, & simul potēs patri filius: Istud enim sapite in uobis quod & in Christo, h 4 qui

Imago à similitudine differt.

Anima quid sit. Rationale.

Perfectam esse animam.

Eph. 4.

Galat. 1.

Philip. 1.

**C** qui forma dei existens non rapinā arbitratus est esse æqualē deo, sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens, in similitudinē hominis effectus, & figurā inuentus sicuti homo. Primū PHOTINI, & ab isto, & ante istum, qui hominē dicūt Iesum, & solum ab homine factum, cognoscant impiam blasphemiam in Christo, qui in forma dei existens. Quando existens? Antequam ueniret in corpus: dixit enim, quod exinaniuerit seipsum, & acceperit formam serui: Erat igitur & antequam homo fieret. Et qualis erat? λόγος Dei, forma dei. Quid est istud, æqualis existens deo? quod est eius ipsius & potentia & substantia: dixit enim æqualē asse: Etenim æquale & magnitudinis, & quantitatis est declaratiuū: magnitudo autem substantia molis magnitudo est: qualitas enim non habet magnitudinem, neq; a substantia quod est esse habet. Solum autem quantum substantia magnitudinē quantum est. Et idcirco declarans beatus Paulus dei substantiam, omnia quanta dicit, ut dei cognoscatis altitudinem, longitudinē, latitudinē, profundū. Secundū ista ergo æqualis deo existit Christus: Non enim dixit similis deo, quod non significat substantiam, sed in substantia alterum quid, ad similitudinē iuxta accidens, sicuti secundum similitudinē homo ad deum, alia cum sit dei, alia hominis substantia. Ex hoc nefas est dicere hominē æqualem esse deo. Si igitur Christus forma est dei, forma autem substantia est, id ipsum enim forma & imago: est autem forma et imago dei λόγος, et semper λόγος ad deum. ὁμοούσιος λόγος deo, ad quem et in principio, & semper est λόγος: Esse autem imaginem & substantiam, & simul cum substantia, quod ὁμοούσιος dicitur, ex hoc manifestum: Dixit enim Apostolus: Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Nunquid enim formam solum accepit hominis, non & substantiam hominis? Induit enim & carnem, & in carne fuit, & passus est in carne, et hoc est mysterium, & hoc quod salutare sit nobis. Si igitur exinaniuit seipsum, & Christus exinaniuit seipsum, & antequam in carne esset, antequam in carne esset fuit Christus. Et si fuit ante istud, quoniam se ipsum exinaniuit, ipse induit carnem: Quare enim se exinaniuit, si, ut dicis, MARCELLE, aut PHOTINE, adsumpsit hominē quasi quartum quod esset? Oportebat enim λόγος, qui esset manere, adsumere hominē, & modo quodam inspirare spiritum ad actiones. Sed dixit: exinaniuit seipsum. Recte: qui habebat induere hominē. Quid igitur est, exinaniuit se? uniuersalē λόγον non esse uniuersalem in eo quod est esse λόγος carnis, & fieret caro. Non igitur adsumpsit hominē, sed factus est homo. Est igitur forma substantia, cum substantia in qua est forma, ὁμοούσιος igitur formæ substantia principali, & potentialiter priori: quod ista præstat formæ esse, & substantiam esse, & in substantia esse, & semper simul esse: sine enim altero alterum non est. Secundum igitur quod forma, a substantia, substantia est forma quæ sit substantia, istud dei filius est. Quod forma substantia, quod autem semper substantia cum forma, semper pater, semper filius, & semper filius ad patrem, hoc est λόγος ad deum, hoc autem semper. Sed quoniam ista forma substantia est, quæ imago est, & λόγος est, quem filium dei esse dicimus, secundum quod λόγος est omnium quæ sunt, λόγος est: Uniuersalis enim λόγος filius dei est cuius potentia proueniunt, et procedunt in generationem omnia, et consistunt. Ipsi us ergo potentia, procedens & simul existens cum patre, facit omnia & generat, & ipsa hæc potentia in eo quod est ei præcedere, quæ quidem actio dicitur, ipsa patitur si quid patitur, iuxta materias & substantias, quibus præstat proprium ad id quod est illis esse, inuersabili & impassibili existēte uniuersali λόγος qui semper est ad patrem, & ὁμοούσιος. Et idcirco de filio dicitur, quod & impassibilis & passibilis, sed in progressu passio, maxime autem in extremo progressionis, hoc est, cum fuerit in carne: illa enim passiones non dicuntur, generatio a patre, motus primus, & creatorem esse omnium: Ista enim substantialia cum sint, magis autem substan-

Photiniani.

Æquale.

D

Marcellus hic forte est, quæ Athanasius Marcellionē appellat.

Impassibilis & passibilis filius.

**A** tia: λόγος enim existentium iuxta potentiam substantia sunt ipsorum: non igitur passionēs. Sed ista. Et rursus, quid igitur dicūt Photiniani, si ὁμοούσιος filius patris? quomodo deus ex Maria hominē natum filium habuit? Quid autem & Ariani dicūt? si ὁμοούσιος, & λόγος, & substantia simul est filius cum patre? Nefas enim dicere istud: Erat quando non erat. Et istud nefas: de hijs quæ nō sunt esse. Impij & illi rursus, qui dicunt ὁμοούσιος esse filium patris: Substantia enim secundum quod substantia est, non est alia, ut sit similis ad aliam: eadem enim est in duobus, & non est similis sed ipsa. Sed alia cum sit, non quo substantia est similis dicitur, sed secundū quādam qualitatem: Impossibile ergo & incongruū ὁμοούσιος esse aliquid. Præterea simile quod in altera est, aut in eadem est, diuisa in duas partes substantia, aut in alia: quo enim receptibile est dissimile esse, hoc receptibile est simile esse: Substantia autem secundum quod substantia est, non recipit similem esse, aut dissimilem: iuxta quod autem receptibilis est, qualitatis similis aut dissimilis dicitur, in potentia sua uel existentia manente substantia, uel eadem, uel diuersa. Quid autem uero illa substantia uel dei, uel ἡ λόγος, nunquid receptibilis est dissimilitudinis, ut dicatur similis esse? Sed si impossibile, nec similis ergo, non igitur ὁμοούσιος. Videamus igitur & istud: Si simile aut in eodem genere substantia est: ut hominis aut animalis: similis enim est & homo homini, et animal animali: aut in alio genere, uelut homini lapis, aut statua equo. Quomodo igitur dicunt ista duo ὁμοούσιος esse, si in eodem genere, ut in animali, magis præcedit substantia? Si autem in ipsa substantia aut diuisa aut ab alia superiore substantia nata, sed utrunq; aut subalternū est, & alterū subiectum, sed diuisa, neque in æqualia, neque in inæqualia, habet alterum perfectum, sed duo perfecta, & a perfecto perfectum: Non igitur in ipsa similitudine, quippe & similitudo, si istud, sic necesse est in alio genere. Vnde igitur illud, an aliterum quid? Ex nihilo igitur: aut duo principia, sed nihil horū: quoniam & unum principium erat, & idcirco semper erat: non ergo ex nihilo erat. Si uero & istud, neq; & in eo quod alterum genus & similitudo. Quomodo autē dicit, non quod Iesus arbitratu est semetipsum æqualem esse deo, sed quod non rapinam arbitratus est æqualem esse: Ea enim quæ natura non sunt æqualia, nō per diuinitatē propriā, sed quæ iuxta fortunā facta sunt æqualia, quasi rapina æqualia sunt. Magna igitur confidentia, & uere naturalis diuinitas ad id quod est æqualem esse, non arbitrari rapinam deo æqualem esse. Sed ista. Et rursus ad Colossenses quid dicit? quod ante omnia primus Iesus. Duplex enim generatio eius: Vna quidem in diuinitatem, & in filietatem, occulta, diuina, & quæ fide intelligatur: Alia autem in carnem uenire, & ferre carnem: Illa quidem sola generatio a deo potentia manifestatio: ista autem acceptio magis carnis, non generatio. Si igitur est prior, non ab homine est Saluator: Si generatio est, non est figmentum: Si autem a deo generatio, non de nihilo: Si imago dei Iesus, ὁμοούσιος est: Imago enim substantia cum substantia cuius & in qua est imago. Et quod imago substantia, a substantia eius in qua est uel subsistit genita, in declarationem intus potentia: hinc pater qui intus, hinc filius qui foris. Rursus quod filius λόγος est, in actionē festinans substantia: uita enim λόγος, & intelligentia λόγος, processit in substantia eorum quæ sunt & intellectibiliū, & hylicorū, & idcirco actio ipsius ἡ λόγος, propter imbecillitatem percipientium ipsum, & patitur, & passibilis est, uel potius passibilis dicitur, dicit enim beatus Paulus de Christo: Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionē & remissionē peccatorū: qui est imago dei inuisibilis, primogenitus ante omnem creaturam: Quoniam in ipso creata sunt omnia, quæ in cælis & quæ in terris, uisibilia, & inuisibilia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia

simile.

Philip. 2.

Colos. 1.

Colos. 1.

**C** omnia per ipsum, et in ipso constituta sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt, ipse est caput corporis ecclesie, qui est principium, primogenitus a mortuis, ut fieret in omnibus ipse primarius: quoniam in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per ipsum reconciliare, & reconuere omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius siue ea quae in terris, siue ea quae in caelis. Totum mysterium in ista expositione dictum est, quod *ἁποστόλιος*, dicitur ex isto qui est imago inuisibilis dei, quod filius primogenitus, quod non creatus ante omnem creaturam dixit: si enim & ipse creatus esset, non diceret, ante omnem creaturam: & proprie dixit primogenitus, quod est de filio. Iungamus ergo sensum: primogenitus ante omnem creaturam: Ergo hic genitus ut filius, illa creatura ut quae creata sit: non autem quod & alium postea genuit, sed quod ante omnem creaturam primogenitus. Est autem omnis creatura & eorum quae in caelis, & eorum quae in terris, uisibilium, & inuisibilium. Sine creatura ergo filius, natura igitur & generatione filius. Quod Christus *λόγος* est, & quod *λόγος* omnium quae sunt, ad id ut sint causa, & idcirco dictum est, quod in ipso condita sunt omnia, & per ipsum condita, & in ipso condita: *λόγος* enim & causa est ad id quod est esse huius quae sunt, & est receptaculum eorum quae in ipso sunt. Quod autem omnia in ipso, ipsum receptaculum completur omnibus quae sunt, & ipsum est & plenitudo: & idcirco omnia per ipsum, & omnia in ipsum, & omnia in ipso. Si igitur ex nihilo erat filius, quomodo ista? Sine fide igitur & impossibile sic ista talia esse. Et rursus, si non *ἁποστόλιος*, quomodo & pater plenitudo & filius? simul enim omnia plenitudo, an & *ἁποστόλιος* plenitudo uelut animae, & alia quae creata sunt? Omnino impossibile. Etenim *ἁποστόλιος*, sicuti dictum, in alteritate est: alter enim similis substantia non potest dici, nisi ipsa non sit: illius autem potentiae si altera substantia est, & ab ipsa quod est illis esse habent omnia quae sunt, impossibile est unum esse omne: nunc uero deo patre & filio *λόγος*, *ἁποστόλιος* existente, quoniam per *λόγος* omnia in unum uocantur, & sunt a deo omnia, & deus omnia in omnibus, sine passione patre existente, sicut idem monstratum est.

**D** Quod autem Iesus *λόγος*, qui & omnium quae sunt spiritus est uiuificans, & fons uitae aeternae, secundum mysterium ueniens in carnem, & in morte peccatorum uicit mortem, & in aeternam uitam mortua suscitauit. Quod autem deus potentia est ipsius fontanae aeternae uitae, & propterea filius est *λόγος*, fons uitae aeternae existens potentia patria, primogenitus a mortuis, & idcirco omnia in ipsum conuersa unum fiunt, hoc est spiritualia: ergo *ἁποστόλιος* dei filius, quod aeternae uitae fons est, sicuti pater potentia ipsius, & quod per ipsum filium unum fiunt omnia, quoniam per ipsum omnia. Quod Iesus, hoc est *λόγος*, & semen est, & uelut elementum omnium quae sunt, maxime autem iam in *ἁρχῆς* & manifestatione eorum quae sunt, quod in eo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, hoc est, in operatione substantialiter: In patre enim potentialiter omnia inhabitant. Et idcirco Iesus *λόγος* imago est patris dei, hoc ipsum quod est potentia est, iam hoc est quod est actio: nem esse: omne enim quod in actionem exit, & imago est eius quod est potentialiter, & eius quod est potentialiter, filius est quod in actione est, ex huius filius & pater *ἁποστόλιος*. Quod ex Iesu omnia, & ideo ex deo omnia: omnia dico quaecumque sunt, & non tenens caput Christi, ex quo omne corpus per tactus & coniunctiones ministratum & productum, crescit in incrementum dei: unum enim omnia, etiam si differentia sint, quae sunt: Non enim corpus totius uniuersi uelut aceruus est, qui aceruus tactu inter se solo granorum corpus efficitur, sed maxime quo alternatis in se inuicem partibus, ut catena continens corpus est: catena enim deus, Iesus, spiritus, *νοῦς*, anima, Angeli, & deinde corporalia omnia ministrata: Igitur plenitudo, quippe producta est. Si igitur omnia unum, quippe in substantia, multo magis deus & filius, non solum in substantia

In catena spectant sunt omnia humana coherentia.

**A** tum, sed consubstantiatum: Insubstantiata enim sunt omnia *ἅπαντα* in Iesu, hoc est *ἡ δὲ λέξις*, sicuti dictum est: Omnia in illo sunt condita: *ἁποστόλιος* autem ista non sunt: Non enim quasi *οὐσία* est illud primum esse quod est deus, neque autem ut substantiam imago, quod est filius, sed simul solum istorum, quod est esse diuinitatis ad causam esse esse huius quae sunt, sola igitur *ἁποστόλιος* deus & *λόγος*. Ad Timotheum prima: Etenim *ἁποστόλιος* confidenter magnum quoddam est pietatis mysterium, quod manifestatum est in carne, iustificatum in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est in gentibus, creditum in mundo, receptum in gloria. Hoc non est de prima generatione, sed de secunda: hoc enim est magnum mysterium, quod deus exinaniuit semetipsum cum esset in dei forma, deinde quod passus est, primum in carne se esse, & humanae generationis fatum habere, & in crucem tolli. Non autem fierent ista mirabilia, si fuisset uel le aut ex homine solum, aut ex nihilo, aut ex deo secundum facturam: Quid enim exinaniuit, si non erat antequam esset in carne? Et quid erat, quod dixit aequalia deo? Aequalis autem quomodo, qui ex nihilo factura esset? Idcirco ergo magnum mysterium, quod manifestatum est in carne. Fuit ergo antequam esset in carne, sed manifestatum dixit in carne: Intelligibiliter enim erat, & intellectualiter, sensibiliter autem, & incarnaliter tunc manifestatus est. Potentia enim *ἡ λέξις* iuxta suam substantiam uitae est, semper substantia, secundum quod uita est, & uiuefacit, & reuiuefacit, & non permittit esse in morte quaecumque uiuefacit. In prima igitur motione omnia in uita adduxit, & ista est descensio *ἡ λέξις*, quod quoniam a patre exiens, huius qui in caelis sunt, & angelis, aut thronis, uel glorijs, & huiusmodi quae sunt, dedit suam propria uita potentia patria: *λόγος* enim omnium est, per quem facta sunt omnia. Et rursus, quod non esset uiuefacere, nisi esset materia ad potentiam uiuefaciendi, effecta est materia mortua natura, quae uiuefacta suas malitias emisit uiuificatione diuina, & corripit hominem, sed *λόγος* uita perfecta compleuit mysterium, & apparuit in materia, hoc est in carne, & in tenebris. Quomodo enim erat possibile apparere quod fuisset, nisi in carne, hoc est in sensu appareret? Omnia ergo effectus *λόγος*, & in omnibus, & genuit omnia, & saluauit, & regnauit, uita aeterna existens in spiritu: Ergo iustificatus est, apparuit angelis, ueniens ergo praedicatus est gentibus. Fuit igitur antequam ueniret, creditus est in mundo, sicut enim & Esaias fatetur prophetans: Laborauit Aegyptus, & mercimonia Aethiopum & Sabaim: Viri altissimi in te ambulabunt, & tibi erunt serui, & retro te sequentur ligati manicis, & te uenerabuntur, & te precabuntur, quod in te deus est, & non est deus extra te: tu es enim deus, & non sciebamus, deus Israel. Praedictus ergo in mundo, receptus in gloria omnis diuinitas & ab initio, & initio & postea, & semper ab aeternis, & in secula seculorum: Amen. Vide autem & istud ad *ἁποστόλιος* quomodo spiritus dicit Esaias: In te deus, & non est deus extra te: Quod filio dicit domino nostro, manifestum in te deus, hoc est quod dictum est: pater in me. Aliud autem: & non est deus extra te. In isto uerbo omnes haereses praedicat, Ad istud quid dicunt omnes Iudaei: & qui dicunt hominem esse Iesum: & qui dicunt ex nihilo: & fuit quando non fuit: erat enim deus, & semper unus deus: Si enim Iesus *λόγος*, & *λόγος* semper ad deum, & *λόγος* unus deus, & non est alius, *ἁποστόλιος* ergo deus. Et *λόγος* rursus si deus est, quod est esse, huius autem dei, & eius quod est esse, uirtus & sapientia Iesus, hoc est *λόγος*, unus deus, & non est aliter. Unalitas ergo *λόγος* & deus, & ipsum quod est esse, & *λόγος* esse, idem simul in eo quod est esse subsistens, & idcirco *ἁποστόλιος*. Quod autem *λόγος* est, hoc est uita, & *νοῦς* esse: Ista enim sunt uirtus & sapientia dei quod est. Saluator Iesus progressio est, & generatio & in substantiam filietatis processio, & in actionem effulgentia, & refulgentia. Hoc autem non fuit quando non fuit, sed semper fuit, semper ergo pater, semper filius: Et pater tantum pater, & filius tantum filius, ad patrem

1. Timot. 3:

Exinaniuit quid sit.

Descensus Christi si omnia ad uita adduxit.

Esai. 45.

**C** patrem autem, quoniam id quod est esse, quod est deus & pater, causa est <sup>ὡς λόγος</sup> ad id quod est ei esse, nec reuersim autem: & est proprium eius, quod primum est esse, quiescere, <sup>ἢ λόγος</sup> autem propriū mouere & agere, & non localiter moueri, neque <sup>in</sup> in locum translatione, sed motione, quæ animæ est, meliore & diuiniore, quæ propria motione & uitam dat, & intelligentias parit, subsistens in se ipsa, & non discissa à propria potentia in operationem. Sed ista. Et rursus: Sunt enim & alia in sacra scriptura, quod deus Iesus, quod ante Aeones, quod filius, & natura filius, & in carne filius, & maxime in carne filius uocatus, quod tunc saluauit omnia <sup>ὅλην</sup>, & tunc uicit inimicitias diuinitatis, & omnem mortem, & quod ipse passus sit qui secundum motionem: pater autem non secundum cessationem: Si ista sic sunt, hoc deest solum, quomodo intelligendū <sup>ὁμοούσιον</sup>, aut <sup>ὁμοούσιον</sup> esse filium patri: Hoc enim dogma nunc expergefatum est, & quidem olim rumoribus iactatum, quod non oporteat dici <sup>ὁμοούσιον</sup>, sed magis <sup>ὁμοούσιον</sup> nunc inuentū hoc dogma. Audet autē & hoc dicere, quod olim, nō dico quando olim: sufficit enim quod mihi nō ab Aeone, neque à præsentia Iesus, sed olim datum sit ante annos centum, concedo, & plures. Vbi latuit: ubi dormiit ante XL. annos: cum in Nicæa ciuitate fide confirmata per CCC. & plures Episcopos, Arionitas excludentes, in qua Synodo istorū uirorum ecclesiæ totius orbis lumina fuerunt. Vetus igitur dogma quod fugerat: si non fuit, † conuictū est, & nunc coepit: Si fuit, aut contentione siluit, aut cognitionis & ueritatis sententiā fugatum est: forte & tunc tu patrone dogmatis non solum in uita, sed Episcopus fuisti: tacuisti & tu, & socij, & discipuli, & conductores, & toto tempore postea, usquequo Imperator Romæ fuit præfens audisti multa contraria, conuiuia existens istorum hominum, quos nunc anathematizas: iratus uel quod sine te fidem scripserūt. An coactus à magistris legatus uenisti in defensionem proditiōnis: Sed quid differt, siue triginta, siue septuaginta, siue amplius, & siue sapius eadem fides in destructionem altarum <sup>αἱρεσίῳ</sup> effecta est: una cum sit, & ab uno incipiens, et operata usque nunc. Tu autē scribis ista & dicis, quæ **Pauli Samosatae** **SAMOSATAEVS PAVLVVS, & MARCELLVS, & PHOTINVS, & nunc VALENS, & VRSACIVS,** & alij istiusmodi in hæresi irreligiosi inuenti destructi sunt: Numquid <sup>ὁμοούσιον</sup> dicentes: Non. Quomodo autē blasphemantes: **SAMOSATAEVS** sicuti Arius: ex nihilo, & quod fuit quando non fuit, & quod factura filius, & omnino omnimodis dissimilis patri. Quid **MARCELLVS & PHOTINVS:** Tantum hominem ex homine Iesum, & esse triadem extra Iesum. Et nunc **Valens & Vrsacius** reliquæ Arij. Propria ergo blasphemia, propter quæ electi sunt. Tum autem idcirco uicisti eos, quod <sup>ὁμοούσιον</sup> dicis, non enim dixerunt <sup>Αριj.</sup> <sup>ὁμοούσιον</sup>: & sic uicti sunt. Videamus ergo etiam & hoc quod dicis, & quo modo dicis, sic sapiunt & Afri, & Orientales omnes: quare igitur scribis ad illos, ut eijciant à sancta ecclesia <sup>ὁμοούσιον</sup>: Dicunt ergo istud: Non oportuit ad eos scribi: si oportuit scribi, oportuit & persuadere illis, nō solū iussione, sed rationibus, & sacris scripturis: debebas enim nō solū <sup>ὁμοούσιον</sup> destruere, sed & <sup>ὁμοούσιον</sup> adstruere. Nunc autē supra infra in <sup>ὁμοούσιον</sup> peruersionem nihil aliud dicis, quàm quod istud dicentes necesse sit confiteri, substantiā præexistere, & sic explosum patrem & filium esse. Primum nō est necesse, deus enim & substantia, & substantiæ causa est, & omnibus quæ sunt præexistit, & uniuersæ existentialitati, & uniuersæ essentialitati: Ab ipso enim omnia, & ea quæ sunt, & nomina. Ex isto igitur deo, substantiæ principium qui est, & ideo qui sit substantia <sup>ὁμοούσιος</sup> filius in ipso & cum ipso. Quippe forma eius qui sit & imago & character, sine quibus deus non intelligitur, nec intelligentiam ascendit: non tamen quod non sit, quod est simplex deus: & non quod ista quasi aliud, quod in ipso sint aut ut accidentia, sed istud ipsum deum esse, & sic esse <sup>ὁμοούσιον</sup> est quod est esse, & pater quod est esse, Quod autem sic esse filius est, deus enim

**A** enim quod est esse, sic autem esse <sup>λόγος</sup>, & hoc significat semper quod dicit: Ego & pater unum sumus. Et: Pater in me, & ego in patre. Et: Si quis me uidit, uidit patrem, <sup>ὁμοούσιον</sup> em. Quid ergo dicit, dicēs: præexistit substantia, si <sup>ὁμοούσιον</sup> est: Quid uero si <sup>ὁμοούσιον</sup> est, non necesse est sic intelligere quod præexistat substantia, à qua duo ista substantia similia facta sint: & secundum tuam rationem, & tu in idipsum incurris, quod metuis in <sup>ὁμοούσιον</sup>. An tibi soli licet sic intelligere <sup>ὁμοούσιον</sup>, patre dante substantiam filio, nobis autem nō est ista excogitatio <sup>ὁμοούσιον</sup> esse, patre causa existente ad hoc ut sit filius, substantiam deum esse & tu fateris, <sup>ὁμοούσιον</sup> enim dicis & patrem & filium. Quis cui similis: secundū dignitatem, & dignitatem nominum filius patri: sed tamen & pater filio: sic enim sunt omnia ad aliquid, si istud est similitudo, & dicimus <sup>ὁμοούσιον</sup>, similem esse dicimus filium patri, & quomodo accipiemus Esaiæ dictum: dicit enim: Ante me non fuit alius deus, & post me nō erit similis. Quid ergo <sup>λόγος</sup>: ante deum, an post deum, an cum deo: si ante deum, non ingenuus deus, nec pater deus, nec principium principiorū: si autem post deum <sup>ὁμοούσιος</sup>, sed similis alius deus. Sed si istud nefas dicis, nō solū potentia, dignitate, deitate, sed & substantia: quod est esse substantia simile: Ex ipsa ista substantia, secundū quod ista ipsa substantia est, id est, nō simile: simile em qualitate efficiē, quæ similitudo colore, habitu, affectione, uirtute, forma similitudo est. Iesus autē, hoc est <sup>λόγος</sup>, imago est dei: nō similitudo. Imago dei dicitur, nō em deus imago, sed deus imagine et substantia deus, nō ut duo, una em substantia, & una imago, unde unus deus, & unus <sup>λόγος</sup>, & unus pater, unus filius, & ista em: unum enim & istud unum, non duo: & ideo simul, & substantia ipsum quod est alterum unum, & ideo istud non alterum unū, sed magis & solum unū. Sed ista. Et rursus, quid dicimus esse substantiā, sicuti sapientes & antiqui definierunt: quod subiectū, quod est aliquid, quod est in alio non esse. Et **B** dant differentiam existentia & substantia, existentiam quidē & existentialitatem <sup>Substantia</sup> quid sit. præexistentē substantiā sine accidentibus, puris & solis ipsis quæ sunt in eo quod est solam esse quod subsistat: substantiam autem subiectū cum hijs omnibus quæ sunt accidentia, in ipsa separabiliter existentia, in usu autē accipientia & existentia, & substantiā, ubicūque eodē modo esse aliquid significātes utimur istis nominibus. Sit igitur sic, siue in æternis siue in mundanis: licet enim dici siue existentiam, siue substantiam, siue quod est esse uere substantiā: ibi motio est, & non simpliciter motio, sed prima motio, quæ genus sit, & ipsa status, & idcirco ipsa substantia. Sed ista & longioris, & alterius quæstionis. Nunc autem fatemur, quod sit ibi substantia, <sup>Nomen substantiæ non reperitur in scripturis.</sup> quæ habet secundum proprium significatū hoc, aliquid <sup>ὄν</sup> esse, aduersus autem eos qui dicunt nomen substantiæ non esse positum in sanctis scripturis. Nomen quidē <sup>uiri</sup> in scripturis substantiæ forte non est, denominata à substantia sunt, unde enim deductū <sup>ὁμοούσιον</sup> ris. quàm à substantia: Da panem nobis <sup>ὁμοούσιον</sup>, hodiernum. Quoniā Iesus uita est, et <sup>ὁμοούσιος</sup> corpus ipsius uita est, corpus autem panis, sicuti dictum est: Dabo uobis panem de celo. Significat ergo <sup>ὁμοούσιον</sup>, ex ipsa, aut in ipsa substantia, hoc est uitæ panem. Sic rursus & Paulus in ad Titum Epistola: populum <sup>αἱρεσίῳ</sup>, circa substantiā, hoc est, <sup>Tit. 2.</sup> circa uitam consistentem populū, sicuti & in oblatione dicitur: munda tibi populū circum uitalem æmulatorē bonorum operum circa tuam substantiā uenientem. Videtur mihi idem significari in Hieremia Propheta, ubi dicit: Quia qui stetit in substantia domini, & uidit uerbum eius: qui præbuit aurem & audiuit. Et post modicum dicit: & si stetit in substantia mea, sed in substantia substantia scribunt, <sup>Declaratur Hieremiae locus.</sup> Si quis in eo quod dei est esse steterit, hoc est in substantia, quod in ipsa <sup>ὁμοούσιος</sup> filius <sup>αἱρεσίῳ</sup> us, statim <sup>λόγος</sup> eius uidet, debemus enim quod ulterius non est, interius aliquid stare facere, <sup>τὸν λόγον</sup> in substantia subsistentia dei, hoc est in substantia, & statim comprehendimus & deum, & <sup>λόγον</sup> <sup>ὁμοούσιον</sup> enim, & simul ambo unū. Sed uideris. Superponamus

**C** ponamus dicere substantiam dei id illud quod est esse, & τοῦ ἑαυτοῦ quod est esse, esse deum, & pietas, & confessio: quæ igitur substantia dei: Si substantia dicitur in mundanis, ut animal, ut homo, necesse est dicere in æternis substantiam esse deum, sed uides ipsum deum iuxta quod est esse, quod dicimus, aut lumen, aut spiritum, aut ipsum esse, aut potentiam eius quod est esse, aut intelligentiam uniuersalem, aut potentiam uniuersalis intelligentiæ, aut uniuersalis uitæ, uel actionis, aut aliorum istiusmodi in quo sit, fontem esse omnium eorum quæ uere sunt, aut quæ sunt: Sed dicunt

**Lumen esse** scripturæ lumen esse deum, spiritum esse: hæc autem substantiam significant, non enim accidens, cui enim primo quod est esse accidit, si istud accidens: Sed nulli: Impossibile enim ultra esse aliquid supra quod est esse. Ergo substantia, iuxta quod est esse lumen, & spiritus, quod est simplex & incompositum, quæ ibi & idem lumen & spiritus: est autem lumini & spiritui imago, non à necessitate naturæ, sed uoluntate magnitudinis patris: ipse enim se ipsum circumterminauit. Et idcirco dicit, tu te ipsum intelligis, sed & filio intelligibilis, filius ergo in patre imago, & forma, & λόγος, & uoluntas patris, iuxta quod uoluntas patris, alter iuxta quod uoluntas patris filius: Omnis enim uoluntas progenies est, iuxta quod uniuersalis uoluntas, unigenitus, semel enim totius plenitudinis λόγος, p̄siliq̄t è potētia dei, ista potētia λόγος existēs genuit λόγον, hoc est, in manifestationē & opationē adduxit. Sic igitur uoluntate patris, uoluntas apparuit ipse λόγος filius, est igitur dei uoluntas λόγος, cum ipso qui

**Voluntas patris filius est.** λόγος quid sit. semper est, & ad ipsum ipsa uoluntas filietas est: Pater ergo, cuius est uoluntas, filius autem uoluntas est, & uoluntas ipse est λόγος: λόγος ergo filius: Non enim λόγος locutio quædam est, sed potentia ad creandum aliquid, confabulans hijs quibus futurum est esse secundum δύναμιν, uirtutē unicuique propriam substantiā, & ipse λόγος forma, quæ cognoscētia est dei: per λόγον enim solum cognoscētia efficitur. Propter quod dictum est λόγον esse ad deum, & est λόγος uerbum, lumen à lumine, aut spiritus à spiritu, & substantia à substantia, non prima & secunda secundum tempus, sed secundum quod causa est alij, ut sit potentia: semper simul, non enim abscessa est effulgētia luminis, sed semper in lumine est, & ipse lumen existens operatur omnia, λόγος existens à se se mouens, & quæ semper mouetur copiam habēs: illud patris, omnipotentē esse. Quæ igitur hic similitudo, quæ cōsilio ut efficiatur & generetur, ut dicitur: Ad generationem filij: A se mouens pater, à se generans filius, sed potentia patris sese generans filius: uoluntas enim filius, uide enim si ipsa uoluntas non est à se generans, nec uoluntas est, sed quoniam dei est uoluntas, e quidem ipsa quæ sit generans generatur in deo: Et ideo deus pater, uoluntas filius, unum utrumque, magis autem & unum, & solum unum non conuisione, sed simplicitate: progressa quidem uoluntate in potentia actuosam, non abscedente tamen à substantia propria & eadē motione: Ista enim tria ibi unum sunt, substantia, motio, uoluntas. Substantia pater, iuxta id ipsum motio & uoluntas: rursus filius motio & uoluntas, & iuxta id ipsum & substantia, & hoc est ὁμοῦσι. Habeamus exempli gratia istud quod ego nunc dico: sic enim nunc oportet dicere, quoniam multi in anima corpus esse dicunt, sed nunc secundum dicendi usum anima sit in corpore. Anima in humano corpore est, in eo quod anima est, substantia est, sicuti uel hyle, uel corpus: Iste enim in mundanis duæ substantiæ. Et sicuti hyle formam habet, hoc est speciem, ut est corpus, aut aliud aliquid, unum quidem ὕλησ est in molem concretum: Necesse est enim aliquid quandam quantitatem esse, quantumcumque igitur est quod est hylicum: Sic enim quantitate definitur hyle, ut subsistat, & substantia fiat, iam aliquid existens.

**Hyle.** Isto modo & anima, substantia incorporalis quæ sit, definitionem & imaginem habet: uitalem potentiam & intelligentialem, bipotens enim, & gemini luminis: etenim & uiuificat, uitam dans animalibus, & habet coinquinatum ἐν νοῦν, & ὁμοῦσι, & idcirco ὁμοῦσι omnia: simul enim substantia & motus id ipsum cum sit, secundum

**Anima gemina potestas.** & idcirco ὁμοῦσι omnia: simul enim substantia & motus id ipsum cum sit, secundum

**A** dum subiectum anima, iuxta quod uiuit & uiuificat: & iuxta quod intelligit, & intelligentia est una motione, ut una ipsa cum sit, quæ species est ipsius: definitur enim motione, & existit unum ὅν, duplici potentia in uno motu existente, uitæ & intelligentiæ, impassionaliter quidem ista, in actione duo, in una motione, id est, quod generatur, & filius unigenitus animæ ipse uita, ipse uita existens, & prima potentia cum eo quod est ei esse, uita est: quo enim est, hoc est quod est uita: Illud enim esse isti ipsi quod substantia est, & uita est, & supra uitam est, non enim aliud uiuificat, neque semetipsum: non enim ab alio quasi aliud accipit, hoc enim ipse quod est esse, ipse est moueri, & motionem esse, & quod est motio, hoc uita est, & quod uita est, hoc est intelligentia. Ista enim substantialia dico, motiones, uitam, intelligentiam, nullam dicens sensibilibus motionum, nec in locum transitum: duo ergo hæc, uita, & intelligentia ὁμοῦσι sunt ei quod est esse, hoc est, animæ. Quæ duo una est motio, quæ quidem prima potentia uitæ est: forma enim eò quod est esse, uita est. Definit enim infinitum esse, quod est prima potentia motionis, secunda autem potentia ipsa motio, quoniam quod definitur, & intelligentia comprehenditur à uita, innata intelligentia substantiaque sit, iuxta quod est intelligentia & subsistens, & per semet ipsam deducta à substantia uitæ. Vnum hæc duo, & unum iuxta motum filius est, unigenitus animæ, nihil passionis patiens iuxta quod animæ est: hoc autem est uel mater, uel pater unigeniti filij, motione in duplicem potentiam procedente, quæ sola patitur: motio enim passio, & motione passio, in motione enim motio & statum: statum autem esse in motione passio est, & in motione esse à statu est passio, ergo & motio: motione igitur omnis passio. Hæc autem duplex, secundum uitam & intelligentiam, secundum uitam quidem passio, quod adhuc indiget alterius, quod uult uiuificare, & ideo iuxta quod ei est particeps, & alias patitur passiones usque in mortem. Secundum autem intelligentiam, quoniam & ista indigens est eius quod intelligibile est, ut intelligentia subsistat, magis passiones & infirmitates incurrit, & uoluitur insensibilibus, & per phantasiā in falsam substantiā circumducitur. Istis igitur existentibus, ista patientibus, manet anima iuxta substantiam, custodiens in semine motionis potentiam uitæ & intelligentiæ, qua semper manente uita & intelligentia accenditur, magis autem erigit, si in fontanam uitam, hoc est, in Christum, & fontanam intelligentiam, hoc est, in sanctum spiritum resurgit resuscitata anima. Sed ista sicut in similitudine. Dedeo enim, & de λόγος, hoc est, filio Iesu Christo, & spiritu sancto diuiniore intelligentia utentes, suscipiamus istorum ὁμοῦσι unitatem. Primum inquirendum, si idem est deus, & deo esse, an aliud aliquid. Si idem, iam & esse est, & agere: Si autem aliud deo esse, aliud deum esse, præexistentiale est deo esse, quippe in potentia existens ad id quod est esse, quod uere magis id est quod est esse: potentia enim omnia præexistens & præprincipiū, & ante est quæ uere ὅν. Sed istud beate, in quiete esse æstimat omnino omnimodis: in motu solum quod causa sit omnibus in qualicumque motione existentibus. Et dicunt istud prænoscentia concipi, quæ ipsa per semet nihil est, sed conceptione quod præexistit suscipitur. Sed scriptura, & omnis intelligentia istum deum & esse dicit, & ante ipsum nihil esse, qui & id est quod est esse, & id quod operari. Istum deum confitemur & colimus, principium omnium quæ sunt: actione enim sunt, quæ sunt: ante enim actionem nondum sunt, actuosum enim deum accipimus, sicut in principio fecit deus cælum & terram, & fecit angelos, hominē, & omnia in cælis, & in terra. Iste igitur uerus deus, & solus deus, quia & potentia & actione deus, sed in æternatur Christus & potentia & actione, sed iam foris & aperta. Pater igitur deus prima actio, & prima existentia & substantia, & principale ὅν, actione à se sua sese qui generet sine principio, semper existēs à se, existens infinitus, omnimodis perfectus, omnipotens inimmutable, semper sic, & eodem modo existens, substantialis

Anima que  
accidant.

Fontana uita  
Christus est.

**C**stantialis in semetipso, λόγος existens ad id ut sint oīa, nō ut aliud aliquid, aut ut altē rū, sed simul simplicitate coexistens, & unitione unū est: hoc enim quod λόγος est, id ipsum est quod est esse, & ipso quo est esse, λόγος est: ipse enim λόγος deus est, unū ergo & ὁμοούσιον, non enim sine actione deus, sed intus operatur deus, sicuti dicitur.

Filius actio patris est.

Substantia autē dei imago est, actio, filiusq; est, per quam intelligitur, & quod sit declarat: Qui me uidit, uidit patrē. Et ipsa substantia existens, abens esse, et à se.

Quoniā autē causa ipsi est id in quo est, imago ipsa filius est eius, in quo est ineffabili generatione, & maxime ingenerabili generatione, aut magis semper generante generatione: quod & ALEXANDER dixit, Et dicitur semper pater, semper filius simul existens, Ergo & semper consubstantialis coexistens, unum existens, in patre filius est, cum autē operatur, procedit; cum procedit, in filio est pater. Quomodo autē istud; dicemus. Deus & λόγος unum est & unitum, & idcirco ὁμοούσιον, sed quod deus, iuxta quod deus est, eius quod & esse potentia est, & omnium quæ sunt,

λόγος paterna potentia est.

ad id quod est esse, causa est λόγος iuxta quod λόγος est, paterna est potentia, ad subsistere facere ipsum quod est esse: principale ipsum quod est esse, & principium, & perfectio: Ab eo enim quo est esse uniuersale, & supra uniuersale omne uniuersale esse, & iuxta genera, & iuxta species esse, & indiuidua, quod est esse illis habet. Si igitur λόγος habet esse, est enim λόγος id ipsum quod est esse ipsi & λόγος, ergo ex illo quod est supra uniuersale esse, esse est, sed uniuersale quod est esse λόγος est: deus autem id quod est supra uniuersale esse, filius autē quod est uniuersale esse: pater ergo supra uniuersale quod est esse, ὁμοούσιον ergo in eo quod est esse, ad id quod est esse, & quod supra uniuersale ad uniuersale: hoc autē & progressio est, ab eo enim quod est supra uniuersale, uniuersale egreditur, & magis certe intelligenti & egreditur, & manet: non enim derelinquitur uniuersale. Ergo & subsistit per semetipsum quod est uniuersale, & intus est in eo quod est supra uniuersale, connexum ergo est, & in separatum est, & istud luminis refulgentia dicitur, omnia luminis habens, sed non accipiens, neq; enata, sed connaturalis, ὁμοούσιος semper existens. Non igitur motu locali, neq; immutatione: immutabilis enim pater, & immutabilis filius, & semper pater, semper filius, etiam si filius credatur in patre imago existens, & eius quod est esse forma, sicut dicitur est, siue iuxta progressum refulgentia luminis filius est. Hīs sic existentibus, & magis unum existentibus, refulgentia em̄ splendor luminis, & ipsa in se lumen habet à patre, & in lumine est, & foris: ergo & in patre filius, & quod adnexus est, splendor luminis, magis ad lumen esse splendor dicitur, nō in lumine, etiam si à lumine respicatur in lumine est, & hoc significat: In principio erat λόγος, & λόγος erat ad deum, ὁμοούσιος ergo & filius & pater, & semper ista, & ex æterno, & in æternū. Dicemus & alia. λόγος est ad deū, in cōfesso est. Quid est λόγος; per quē omnia, & in quo omnia, & in quē omnia, istum esse & Iesum in cōfesso est. Quod λόγος est filius dei, filius autē Iesus, de quo dicit Paulus.

Coloss. 1.

Qui nos eruit de potestate tenebrarū, & transfudit in regnū filij charitatis suæ. Quis igitur iste filius; ipse, inquit, in quo habemus redemptionē, per sanguinem ipsius remissionem peccatorum nostrorū. Iste quis est; qui natus est ex Maria.

Quid deinde; istud solū; nunq̄d maxime quod in eo, qui ex Maria erat; Erat et ante q̄ ex Maria. Quid autē inducit, qui est imago dei; nūquid hoc solū; de Maria; non: imago enim dei ex æterno imago. Si igitur in filio habemus spem, & ipse per sanguinē suū redemit nos: ipse autē imago est dei, imago ergo filius est dei. An ego dico istud; Non solus, sed & Paulus, quomodo enim dicit; Primogenitus omnis creaturæ. Quis primogenitus; filius. Quis filius; filius qui ex Maria. Quis filius ex Maria; primogenitus totius creaturæ. Quis totius creaturæ primogenitus; qui imago dei est. Necessē est em̄ primogenitū esse ante omnē creaturā imaginē dei. Quis autē est imago; λόγος; Qui λόγος; qui erat in principio; sine em̄ imagine deus

deus

**A** deus quomodo; Et quis λόγος qui ad deum erat, & per quem effecta sunt omnia, et sine quo effectum est nihil; Quomodo imago λόγος est; & λόγος filius; & ipse qui de Maria; magis autem qui in eo qui de Maria. Ex hijs manifestum, si filius dei redemit nos per sanguinem suū, qui de Maria filius est, et ipse imago est dei, dei est filius: si enim totius creaturæ primogenitus, necessariō filius, nunquid alius; Absit: unigenitus enim dei filius. Necessē est ergo eundē ipsum esse filiū, & imaginē, & eū qui de Maria. Quomō enim imago dei filius, si nō primogenitus totius creaturæ; λόγος esse imaginem dei. Et quomō imago dei, qui filius de Maria post omnia facta natus est; Manifestū ergo, quod ipse primogenitus. Quid uero quod natum est de Maria; non creatura est, sed si filius dei, imago dei ante omnem creaturam natus est, ipse est in eo, qui de Maria natus est. Manifestum igitur quod ipse unigenitus. Post istud perspicendum, quomodo idem ipse & imago, & filius λόγος est; in cōfesso est quod imago filius est. Dixit enim Paulus: Filius dei imago est dei. Dico igitur ipsum esse λόγος, de quo dictum est: In principio erat λόγος. Dicit enim Paulus quomodo filius primogenitus totius creaturæ, quod in ipso creata sint omnia, quæ in cælis, & quæ in terra, quæ uisibilia, & quæ inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia p̄ ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt. Vides quæ dixerit de filio, quod ideo primogenitus, quia omnia creata sunt in ipso, & per ipsum, & in ipso. Tria ergo dicit, ex quibus, quod dictum est, omnia per ipsum, cui datum est semper, quod in cōfessione est ὁ λόγος. Si igitur Paulus filio dedit: per ipsum, ipsum autē quod est per ipsum, dedit Ioannes ἦ λόγος, primus Apostolus & Euangelistes, ante omnes consonant dicta. Quid erit dubitandum, ut non sit filius λόγος; Quid uero alia duo quæ dedit filio, cuius magis propria; necessariō ἦ λόγος; potentia enim eius omnium quæ sunt subsistentia est. Sed si & istud, in ipso sunt omnia, ut dictum est, quod in ipso creata sunt omnia, & ideo in ipso omnia, quoniam efficientur omnia spiritalia, quod & Paulus significat, in cōsummatione mundi: Nam cum omnia illi subiecta fuerint, tunc ipse subiicietur ei, qui subiecit ei omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Quid istud, & quomodo, posterius. Nunc quomodo spiritalia; Verū igitur quod de Maria filius est dei, & ipse imago, & ipse λόγος, & ipse ante secula & omnem creaturam, & quod omnis creatura per ipsum creata est, & in ipso, & in ipso, & consequēter quæ dicta sunt. Quis ergo sine sensu, quis sacrilegus Arius; quis sine deo nō uidet quis Iesus; & unde filius unigenitus; Esse autē & deum, & λόγος, ὁμοούσιος, hoc est & patrem, & filium, ex istis manifestum, quæ dedit filio Paulus, eadem dedit & patri, tria ista cum dignitate paterna in uno, ut appareret & diuinitas una, & substantia, & potentia paterna. Ad Colossenses istud dixit de filio. Ad Romanos

λόγος esse imaginem dei.

Coloss. 1.

Filius quare primogenitus dicatur creatura.

Rom. 11.

Eadem est dei potentia, quæ substantia.

**B** autem de patre eadem: Quis enim cognouit mentem domini; aut quis consiliarius fuit eius; aut quis prius dedit, & reddetur ei; Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia. Vides quemadmodum eadem, & non sic eadem dedit & patri, & filio, in ὁμοούσιον primum tria & tria, deinde eadem & patri, & filio; hoc autem per quē omnia & patri & filio datum est: quoniam filius λόγος, qui est omnium quæ sunt potentia actiuosa, in ea quæ sunt, & quod in filio pater est, in ipso & pater actiuosa potentia existit; simul enim & filius, & in patre, & pater in filio; una ergo potentia, hoc est, una substantia existit, ibi enim potentia, substantia; non enim aliud potentia, aliud substantia: Idem ergo ipsum est & patri & filio: Hoc autē ex quo omnia, patri dedit, à patre enim omnia, & ipse filius; hoc igitur patri ut proprium, filio autem istud ut proprium, in quo omnia, quod λόγος, & locus est: factorum enim & operum per semetipsum ipse est receptaculum: Ibi autē existentibus omnibus quæ sunt efficitur plenitudo; etenim & Iesus pater est omnium operum, eorum quæ per

i 3 semetipsum

**C** semetipsum. Vnum ergo pater & filius. Sed quod non extrinsecus ingrediuntur opera: unde enim: nihil enim extra, in seipso ergo omnia creauit, in ipso ergo omnia, ipse ergo & receptaculum & habitator. Et quoniam in filio pater, & pater habitator, proprium igitur filio in quo omnia, reliquit ergo hoc, & in ipso hoc dico esse commune, in consummatione enim unum omnia, & ideo Paulus ad Corinthios dicit: Vnus deus pater ex quo omnia, & nos in ipso, & unus dominus Iesus, per quem omnia, & nos per ipsum. Aut quomodo alij in ipso: quoniam & in alijs locis sic positum est de patre, ex quo omnia, per quem omnia, in ipso omnia. De filio autem, in quo omnia, per quem omnia, in quem omnia: aequalia igitur omnia & filio & patri dedit Paulus recte. Quod *ὁμοούσιος* pater & filius, & idcirco dictum est: Tunc ipse subijciatur ei, qui subiecit ipsi omnia, ut sit deus omnia in omnibus, uide uirtutem dicentis: *†* concludit enim *ὁμοούσιος*, filius subijcit patri omnia uirtute sua, ut uideatur, sed ut est paterna: dicit enim subijcienti ei omnia. Cui subijciatur: deo. Quis subijciatur filius: filius, cui subijcit omnia deus. Actio igitur & pater & filius. Substantia igitur ubi: In qua actio ipsa, magis quae sit actio, quae est substantia, *ὁμοούσιος* ergo dicit Paulus, & hoc cum tradiderit regnum deo & patri. Ipse igitur nunc regnat, & secundum propriam actionem: actio enim Christus subijcit omnia, & inimicitias, & ipsam mortem exterminat, ipse igitur subijcit, sicuti dicit Paulus, cum euacuauerit omnem principatum, omnem potentiam. Sic dicit quod filius propria uirtute facit ista. Adijcit & istud: Oportet enim illum regnare. Deus quidem rex omnium, sed quoniam *ὁμοούσιος* & filius, & magis *λόγος*, hoc est, potentia, & sapientia dei, necesse est regnare primum sapientiam, per quam subijcientur omnia, *λόγος* enim & subsistunt, & subijciuntur omnia: quoniam & dicitur, & dictum est, **Heb. 10.** quod *λόγος*, hoc est filius, subijcit omnia patri, & idcirco adiecit Paulus: Quousque ponat inimicos omnes eius sub pedibus ipsius. Quis: Cuius: manifeste, quia filius patris. Sed quoniam in filio pater, idcirco pater filio subiecit omnia, & ideo maxime filius inimicos habet, non pater, & quoniam ambo, id est, bona ambiguitas intellectus, & idcirco *ὁμοούσιος*, postremus inimicus euacuabitur, mors: si enim Iesus uita est, & aeterna uita, euacuabitur a uita mors: omnia igitur Iesus, id est, filius subijcit patri. Sed quoniam *ὁμοούσιος* patri & ipsa substantia, & ipsa potentia, secundum quod primum est esse patrem, & quod esse primum est, secundum autem operari, uiuere, intelligere, quoniam duobus causa est quod primum, necesse est dicere patrem subijcere filio omnia. Dicit ergo, cum tradiderit regnum deo & patri, necessarium filius, & cum euacuauerit omnem principatum & potentiam, necessarium filius. Dicit rursus: Cum autem omnia subiecta sunt, manifestum quod extra ipsum quod subijcit ipsi omnia, non parua intelligentia. Sed nunc dimittamus. Quid uult nos intelligere, quod deus causa qui sit, & prae potens, & prae principium potentiae, ipse fecit omnia: cum filius facit: & si pater in filio, & filius in patre, ipse in filio facit, quae filius facit, & quae pater facit, filius facit, indifferenter igitur aut patri, aut filio dantur omnia, siue operationes, siue requies: in altero enim ad alterum, & nihil alterum, quod in uno alterum. Et idcirco unum solum, & nihil alterum, sed subsistentia propria & pater & filius est, ab una ex patre substantia. Filius autem, hoc est, *λόγος*, actiua potentia est, et quae faciat, & quae uiuificet, & sit intelligentialis: omnia igitur iusta & generat, & facit secundum uitam, & regenerat secundum intelligentiam ueritatis & dei, quam dat Iesus omnibus, *λόγος* cum sit, omnium & intellectuum, & uniuersaliter omnium quae sunt. Si igitur iste generat, & iste regenerat omnia, iste subijcit omnia, non solum homines, sed & ut dicit Paulus, omnem principatum, & omnem potentiam, nunquid ista ut homo, an ut *λόγος*: Etenim ipsum subijcere non temporis solum eius, ex quo de Maria filius, sed & ante, & postea. Si enim diluuium factum est, si Sodoma & Gomorra incensa,

\* Filio dicimur, non patri intemici.

**A** ra incensa, si haec & talia multa facta sunt, si in praesentia prima triumphat inimicos in semetipso, si in secunda praesentia nouissimus inimicus euacuabitur, mors, filius *λόγος* facit ista, sed potentia paterna. Facit igitur omnia spiritus spiritalia, tunc & ipse subijciatur deo, subijcienti ei omnia: euacuatis enim omnibus, requiescit actiua potentia, & erit in ipso deus secundum quod est esse, & secundum quod est quietas. Et hoc est ut sit deus omnia in omnibus: non enim omnia in uno quoque, sed omnia in omnibus: Manebunt igitur omnia, sed deo existente in omnibus, et ideo omnia erit deus, quod omnia erunt deo plena. Dicamus & alia: Non enim erubescit Euangelium dei. Virtutem & potentiam Paulus dicit Christum Iesum, hoc enim Euangelium dicit & de isto, Christus ergo dei & sapientia & uirtus. Quid deinde sapientia & uirtus dei: non ipse deus: Non enim ut in corporibus, aut in corporalibus, aliud est oculus, aliud uisio. Aut in igne, aliud ignis, aliud lumen eius: eget enim oculus & ignis alterius alicuius, & oculus alterius luminis, ut sit ex ipso & in ipso uisio, & ignis aeris, ut sit ex ipso lumen. Sed sicuti uisionis potentia in se habet uisionem tunc foris existentem, cum operatur potentia uisionis, & generatur a potentia uisionis uisio, unigenita ea ipsa: nihil enim aliud ab ea gignitur, & ad potentiam uisionis uisio est, non intus solum, sed & intus in potentia, & in actione magis foris, & ideo ad potentiam, quippe uisio cum sit, *ὁμοούσιος* ergo uisionis potentiae uisio, & unum totum. Et potentia quidem quiescit, uisio autem in motu est: & per uisionem omnia uisibilia fiunt, & passiones circa uisionem sunt, uisionis potentia impassibili existente, & sine passione uisionem generante. Sic igitur & uirtus & sapientia dei ipse deus, & est totum quod simplex, & quod unum & unius & eiusdem substantiae, & simul ex aeterno, & semper, & a patre, qui sui generator est existens. Sapientia igitur & uirtus operationis, hanc enim uirtutem nunc significat: coniunxit enim sapientiam & uirtutem. Ergo horum potentia est deus, & ideo pater, quod ab ipso ista: gignit enim ista in actionem & impassibiliter, quod *ὁμοούσιος* sunt potentia & actio, & deus, & dei uirtus, & sapientia: quae cum actiua sunt, iuxta ea quae foris sunt curam habentia, ad deum sunt, semper sapientiam dantem, & si qua passio, in actione passio est. Isto modo siue *λόγος* est Iesus, siue lumen, siue refulgentia, siue forma, siue imago, siue uirtus & sapientia, siue character, siue uita, *ὁμοούσιος* apparebit *λόγος*, & deus pater & filius, spiritus & Christus. Adhuc inducamus eadem ipsa. Vitam dicentes: Christum, quomodo *ὁμοούσιος* est deo: dicit Ioannes: Quod factum est, in ipso uita erat. Et iterum: Sicuti enim pater habet uitam in semetipso, sic & filio dedit uitam habere in semetipso: Quid tam simile: Quid tam idem: Habet pater in se uitam: habet & filius in semet uitam. Quid est habere uitam in se ipso: Ipsum sibi uitam esse, non ab alio accipere uitam, sed a se ipso, & alijs dare. Dicit aliquis: simile substantiae esse, non tamen *ὁμοούσιος* esse. Istud iam dictum, quoniam simile substantiae non dicitur, neque enim est iuxta quod substantia est, magis autem si eiusdem substantiae est, idem substantia dicitur, non simile: simile enim iuxta qualitates, ut ignis substantia est, & aer, secundum substantiam idem, *ὅλν* enim ambo, qualitatibus autem simile, aut dissimile, notione uirtutum, & alijs simile. Sic & terra, & aqua grauitate & densitate, aut alijs talibus, in quibus & istud accidit, quaecunque sint similia, eadem esse dissimilia, alia & alia qualitate. Simile enim non idem, neque idem unum, sed idem geminum: unum & ista non substantia, sed numero unum. Nos nunc de substantia perquirimus;

Deum omnia in omnibus esse.

Similia omnia aliqua ratione esse dissimilia possunt.

**C** Quirimus, quæ in deo, aut in filio, aut ipsa est aut eadem, aut modo quodam & ipsa & eadem. Quomodo ergo ipsa est aduentante filio, & tanta faciente & in cælo & in terra, & intrante in carnem: Quomodo Iesus filius, quod significat patrem, quomodo & tres sunt substantiæ, deus, *λογος*, spiritus sanctus: non enim oportet dicere, nec fas est dicere, unam esse substantiã, tres esse personas. Si enim ista ipsa substantia & egit omnia, & passa est, Patripassiani ergo & nos, absit. Quid igitur eadem est? Non ipsa, sed si istud, aut præexistente substantia duo, aut ab eadem uel scissione, aut emissione partis eadem ipsa facta est. Sed neque scissione, neque diminutione filius natus est, sed perfectus pater, & semper perfectus, & semper pater: perfectus filius, & semper perfectus, & ex æterno & in æternum filius. Quomodo igitur eadem, in duobus enim quæ eadem: sed pater & filius unum, & qui pater, pater: & qui filius, filius. Et non idem pater & filius, nec idem filius pater eius cuius filius est. Non ergo unum sunt, neque ipsa, neque eadem est substantia. Relinquitur ergo modo quodam esse & ipsam & eandem: Non enim fas est dicere alterius esse substantiã patrem & filium: quoniam quod sit ipsa dicemus, siue deum & *λογος* dicemus, siue deum & dei uirtutem & sapientiam. Siue quod est esse & uitam, siue quod est esse & intelligere, aut intelligentiã, siue esse & uitam & intelligere, siue patrem & filium, siue lumen & effulgentiam, siue deum & characterem, siue deum & formam & imaginem, siue substantiam & speciem, sicut ibi, non ut hic, siue substantiam & motionem, siue potentiam & actionem, siue silentium & effatum ipsam substantiam esse confitendum. Deum enim quod est esse dicentes, filium uitam, quomodo separamus uitam ab eo quod est esse: siue in patre, siue in filio? Etenim pater in se ipso habet uitam, & filius, excepto quod filius à patre accepit quod habet. Pater ergo & filius à se orti, à se potentes ad uitam, sic mihi intellige habere dicere: quomodo Euangelium, & pater enim habet in se uitam. Habet ergo non quasi aliud aliud, sed ipsum istud quod habet ipsum est, sed in intellectu. Ista diximus: Si igitur pater in semetipso habet uitam, uita est, & substantia eius uita est, sic & filius. Dicit enim: Ego sum uita, hoc enim significat in semetipso habere uitam. Ego sum uita: pater ergo uita est, & filius uita. Omnis uita iuxta quod uita est motus est, uiuificans quibus posse est uiuificari. Et idcirco definitio animæ & uitæ ista est: quod à se mouetur esse. Et ut substantia eius istud dicitur, multo magis ergo ista in deo & *λογος*. Quid ergo dicemus? uita pater & substantia est, & se mouens substantia, & nihil est aliud se mouens motio nisi uita ipsa igitur & substantia, & uita: Sed quoniam in motu intelligentia quasi aliud ad intelligitur, & non perfecte aliud. Ipsum autem uiuere ut aliud ueluti mixtione in utroque alterius, iuxta quod uita est, & motus est, unum est. Rursus iuxta quod motus est, & uita est, id ipsum aliud unum, & idcirco eadem substantia: Sed siue ipsa, siue eadem, *ὁμοούσιον* necessariò & simul est: quoniam duo simul sunt, etenim sine altero nunquã fuit alterum. Vnum ergo & unum sunt ista. Hoc igitur quod est esse uitã, & per semet esse motionem, pater est: Hoc autem quod est motum esse, & per semet esse uitam, filius est. **Cau**sa enim motionis uita. Pater ergo & magis principalis uita, motionem requiescentem habens in abscondito, & intus se mouentem: Filius autem in manifesto **Filius**, motio, & ideo filius, quoniam ab eo quod est intus processit. Magis autem motio existens, quod in manifesto. Isto modo & uita filius à patre uita, qui sic accipit uitam esse à præprincipalis principio. Natum uniuersale ab uniuersali, tota & tota, & idcirco dicit: Viuens pater misit me, & ego uiuo propter ipsum. Si igitur generans in uita, & filius secundum motionem filius, secundum autem motum uitam esse, uita filio dante patre in motionem, generationem, & simul uitam, ipse autem in semetipso *ὁμοούσιον*, ergo pater & filius & unum est semper, & ex æterno natus est, & alter in

**A** ter in altero, & inseparabilis separatio, & in patre filius, & in filio pater, & maxime filius actio, quoniam filius cum actione uita: pater autem secundum id quod est esse, uita, & secundum quod est uitam esse, actio. Manet igitur pater, & impassibilis manet. Operatur filius, et in manifestatione ducit. Et deus intus operatur, existente actione iuxta potentiam. Et in patre, & in filio iuxta actionem actio est. Ista huiusmodi oportet reuocare ad illa omnia quæ præposuimus, siue deus est *λογος*, siue lumen & effulgentia, siue silentium & effatum, siue alia in quibus unum & simul & *ὁμοούσιον* apparet, et ingenita generatio. Vbi igitur habet locum quod simile est *ὁμοούσιον* dicitur: qua causa dicitur? Semper et mysterium totum hoc est: Vnus deus & *Scripturis aliis* pater & filius & spiritus sanctus unus deus: Simile ergo quomodo unus deus? At *enim*, *ὁμοούσιον* necessariò unus deus. Si enim uelut non simul, necessariò duo, si autem simile illud alterum, necessariò alterum *ὁμοούσιον*, ergo necessariò alterius substantiæ. Isti Ariani, isti Lucianista, isti Eusebiani, isti Illyriciani, sed adijcentes aliqua, auferentes aliqua, & mutantes, omnes diuersæ opinionis Hæretici. Huc accedit, si *ὁμοούσιον* pater & filius, quomodo dicit Saluator: Ego sum ueritas: Si id quod dictum est uerum est, filius cum sit ueritas, minor pater, similis qui sit ueritati, non ueritas. Quanta blasphemia ista: Si autem ueritas deus, ueritas filius, sicuti ipse filius dicit, & uere dicit, *ὁμοούσιον* deus & filius, non ergo duplex, sed una semper ueritas, & ualde foris, & deorsum ualde, quod est simile ueritati, quod forte in mundo existat similitudo ueritatis, ubi & error, et corruptio, & omnis passio. Ipsum ergo ueritatem esse substantia est: non enim aliud substantia, aliud ueritas: quod enim simplex, hoc ueritas, simplex deus, simplex filius, ueritas deus, ueritas filius, & deus & filius una ueritas: Veritas enim in semetipsa ueritas: Itē si similis ueritati est filius, in id quod simile est ducit quæ ducit: si autem ueritas, in ueritatem ducit. Sedenim ad deum ducit, & deus ueritas in ueritatem ducit ergo. Sed impossibile, cum ipse ueritas non sit, in ueritatem ducere: Veritas ergo & pater, & filius, sicuti & dicitur: Quem mittit ad me pater, iste ad me ueniet. Ex istis omnibus non solum concluditur, sed manifesta efficitur confessio, extra mutationem esse motum in deo: Non enim localis, neque cum passione generatio, aut corruptione, aut augmento, uel minutio, neque aliqua immutatione. Est enim mouere ibi, & moueri ipsum quod est esse simul & ipsum, & simplex, & intellectu, unum in uno, sicut in potentia, & actione: Semper quidem *ὁμοούσιον* in eo quod est esse, secundum autem agere ab eo quod est esse, filius, et pater. Sed sicuti dictum est, & in filio pater, & in patre filius: non timor ex isto nascitur, esse nos ista dicentes quasi Patripassianos? Multum differt serpentinum dogma à ueritate: illi emendat solum esse dicunt, quæ nos patrem dicimus, ipsum solum existentem & effectorem omnium, & uenisse non solum in mundum, sed & in carnem, & alia omnia, quæ nos filium fecisse dicimus. Si enim dicimus patrem, patrem: & filium, filium: unum & unum dicentes, & ideo *ὁμοούσιον* id quod unum, non solum unum dicentes, sed unum & unum. Aliud autem impassibile, unum aliud passum, quomodo ergo Patripassiani sumus? Deus enim nec procedit à semetipso, neque in manifesto actio est, neque uelut in motione: quod intus motio ueluti non est motio: *λογος* autem qui sit in motionis potentia, magis motio & actio est, fertur potentia sua in effectorem eorum quæ sunt: quo enim *λογος*, hoc causa est eorum quæ sunt, quo autem causa, hoc non in se manet semper, qui sit in eo quod est *λογος*. Et secundum hoc & iste inuerfibilis & immutabilis, sed in hijs quæ sunt iuxta genera eorum, quæ sunt alius & alius, ipso quo uniuersalis *λογος* est, in patre manens idē ipse. Passiones igitur ubi, neque in patre, neque in filio, sed iuxta quæ sunt genere suo non recipiētia uirtutē totā *λογος* uniuersalis: uno quoque quolibet existente, & illo distribuyente suum proprium, ut angelorum, potentiarum, thronorum, dominationum, potestatum, animarum, & sensibilibum, & ipsius carnis. Passio igitur in istis, & iuxta hæc

*Patripassiani*

*Anima & uita definitio.*

*Pater.*

*Filius.*

*Totum ex toto*

*ὁμοούσιον & Scripturis aliis enim.*

*Lucianista. Eusebiani. Illyriciani.*

*Veritate esse Christum quid sit.*

*Patripassianorum hæresis qualis.*

C hæc non  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ , hoc est filij. Secundū carnem ergo Saluator passus est, secundum spiritū autem quod erat, sine passione. Vnde differt nostrum dogma à Patripassianis. Non enim filium esse passio est, sicuti dictum, nec facere aliquid nec loqui: Diuina enim potentia sine passione fiunt omnia, & ista magis sua, & substantialis, & diuina motio est, non passio. Deinde de isto non fuerunt Patripassiani, sed de

*Patripassiani unde dicti sint.* cruce: Quod pater crucifixus est dicentes sacrilegi: Impassibili passiones implicantes, & non intelligentes, necessarid aliquid impassibile esse, si est aliud quod patitur. Nos tamen impassibilem & filiū dicimus, iuxta quod  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  est. Iuxta quod autem caro factus est, passibilem. At uero miseratio, & ira, & gaudium, & tristitia, & alia huiusmodi ibi non sunt passiones, sed natura, & substantia. Si igitur spiritus benevolentia, ipse per se optimus, quibusdam in uitam, quibusdam in mortem est, non sua natura mutatus, sed patientium materia & uoluntate signaturam immutabili diuinitas pro accipiētibus aut ut oportet, aut aliter adfici dicitur, uel pati: quoniam à nostris sensibus quæ diuina sunt æstimamus. In sensibilibus enim, iuxta quod animal est animal, hoc est, anima utens corpore, uel corpus animatū, iuxta sensum pati dicitur; uere autem neq; per semet solius animæ sunt passiones, multo magis spiritus  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  & dei. Impassibilis enim diuina natura est. Discedant ergo Patripassiani, quoniam nos & patrem dicimus & filiū, ipsum solum passibilem iuxta motum in hyle. Discedant Ariani, quoniam nos naturæ filiū dicimus, ante omnē creaturam genitū. Discedant  $\kappa\alpha\theta\acute{o}\varsigma\ \delta\epsilon\ \delta\epsilon\ \theta\epsilon\omicron\varsigma$  dicentes Christum esse, quod à deo factus sit, qui deus  $\delta\epsilon\theta\epsilon\omicron\varsigma$  est. Nos enim filium dicimus naturam, & à patre ipsum esse, & in patre. Discedant MARCELLI & PHOTINI discipuli, ipsum enim uerbū dicimus in carne fuisse, non aliud uerbū esse, & aliud hominem, in quo Christum dicunt esse, sed ipsum  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  carnem induisse. Illi enim dicunt esse & deū, &  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ , & spiritum. Quartū autem filium, id est, hominem, qui ex Maria, quem assumpsit  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ , & ut ministrum rexit: cui homini dicunt, & sedem paratā esse. Exciderunt ergo à trinitate. Si autem manet trinitas sola ipse homo &  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ , quem  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  nos supra filiū demonstrauimus. Non autē hoc significat: &  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  caro factus est, corruptus  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ , in carnem conuersus est, sed  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  per quem effecta sunt omnia, & omnia effectus, & caro factus est, ut in carne cum esset, totū hominem sua passione & morte iuxta passiones corporis mercaretur. Si enim non erat ipse homo de Maria, quare exinanuit semetipsum? Et quid est formā serui accipiens? & quid rursus est, &  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  caro factus est? Discedant & BASILII, &  $\delta\omicron\mu\omicron\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\varsigma$ . Nos enim  $\delta\omicron\mu\omicron\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\varsigma$  dicimus, & ueritate, & iuxta Synodum in Nicæapoli. Sic enim & pater, & filius unū ambo, & semper, & simul ambo, quoniam  $\delta\omicron\mu\omicron\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\varsigma$ . Quod autē  $\delta\omicron\mu\omicron\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\varsigma$  dicunt, etsi confitentur filiū à patre habere substantiā, sed aliud quiddam dicunt, dicentes neq; generatione filiū, neq; faciendo esse à deo, sed compulsu istorum duorū, & generationis & faciendi, ueluti lapidis & ferri, atque inde emitti flammā. Ista dicentes occulti Ariani sunt. Primū non generatione dicentes dei filiū esse, sed factura, quod dogma est Arii: factura enim est, quod à compulsu existit, & exilit, & ex nihilo est. Non enim à ferro aut lapide flamma, qd' maxime Arius insanus sapit. Et si collisio facta est, fuit quando non fuit: & si compulsu faciendi & generationis factus est filius, præextitit factio & generatio anteq; fuisset filius. Posteriora autē ista. Quomodo ergo cōpulsio? Et hoc Arii deinde: Quomodo ista collisio? & quorū, & in quorū? Nunquid uoluntatum in deo concursio? Nunquid passionum aut differentiarū, maxime contrariarum motionum. Et si istud passus est pater, qui est sine passione, & non ex sua substantia apparuit ei filius: collisio enim duarum aut uoluntatum, aut passionū, nec uoluntas facta est, nec passio, multo magis nec substantia à substantia paterna, sed extera quædam substantia, quæ ex nihilo existeret de  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  ad patrē. Suspiciari ista impia blasphemia: Diximus de  $\delta\omicron\mu\omicron\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\varsigma$ , & sufficēter diximus: hoc enim

*Patripassiani unde dicti sint.*

*Affectuū nomina in Christo.*

*Diuina humanum iudicio est manus.*

*Marcelliani Photiniani.*

*Quaternitas Photini.*

*Basilii.*

*Arii cōmentū de Christi nauitate.*

A hoc enim nobis propositū. Quomodo autem si  $\delta\omicron\mu\omicron\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\varsigma$  filius, & semper cum patre est, & procedit, & descendit, & ascendit, & mittitur, & facit quæ uoluntatis sunt patris, & quomodo imago cū sit dei, in dextera sedeat dei, & quid sit dextera, & quid sedere, & quid est per quē facta sunt omnia, & quomō omnia, & quid est quod nihil factum est sine ipso, & quomodo & ipse uoluntatē habet, & quæ facit, uoluntate patris facit, & quomodo perfectus, & à perfecto patre ut imperfectus & corpus accepit, & nunc corpus fert, & si sanctū & spiritale, & simile eorum hominū, qui post sancti erunt, & quomodo semper genitus, semperq; qui moueatur, & à se genitus potentia quidē patris, ista enim omnia  $\delta\omicron\mu\omicron\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\varsigma$  definiūt. Si quis dignus sit intelligere, & in isto libro inueniet fidē sic esse, & permittente deo, & Iesu Christo domino nostro, & spiritu sancto dicemus, ne quis blasphemiter intelligens meum dogma dixerit: omnia em̄ à sancta scriptura & dicunt, & sunt. Dicemus maxime illud, è quo gignuntur multæ hæreses, quod Euangelia, & Apostolus, & omnis uerus scriptura de deo quidē dicit omnia, & de Iesu Christo, hoc est, de  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  incarnato, hic enim mysteriū salutis nostræ egit, hic nos liberos fecit, redemit, in istum credimus secundū crucem, & iuxta resurrectionē à mortuis Saluatorē nostrū, idcirco Paulus dicit: Nō enim iudicauī quicq; scire in uobis, nisi Iesum Christū, & hunc crucifixū. Confitemur igitur deum patrē omnipotentē, confitemur filiū unigenitū Iesum Christū, deū de deo, lumen uerū de uero lumine, formā dei, qui habet substantiā de dei substantia, naturā, generationē, filiū simul cū patre consubstantiatum, quod græci  $\delta\omicron\mu\omicron\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\varsigma$  appellant, primogenitū ante constitutionem mūdi, & primogenitū ante omnē creaturā, hoc est, & ante in substantiā ueniendi & regenerationis, & reuiuēdi, & reuiuiscēdi, primogenitū à mortuis  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ , qui sit omnium uniuersalis  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ .  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  autē ad deum,  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  in postremis tēporibus incarnatū, & cruce uincens mortē, & omne peccatū, Saluatorē nostrū, iudicem omnium, semper cum patre consubstantialē &  $\delta\omicron\mu\omicron\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\varsigma$  potentia actiua, à patria potentia & generantē, & facientem omnia, & substantiā existendi omnium, & generationem, et reuiuiscētiā: quoniam uita est æterna, & dei uirtus, & sapientia, ipsum inuēribilē, immutabilē, mutabilem iuxta quod  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  est, & quod semper  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  est: iuxta autē quod est creare omnia, & maxime iuxta in hyle actionē impassibiliter patientē. Ut fons aquarū immutabilis, impassibilis, extra omnē motionē, cū fluit, & in flumē aduenit, iuxta alueum & genera & qualitates terræ credit pati, semper seruans potentia aquæ suā, et sicuti flumen inrigat terrā, nullā diminutionē sentiēs, ad hoc quod est esse aquā, sic Christus ille est fluuius, de quo Propheta dicit: Qui inrigat, & infundit totam terrā, sed Christus totus omne inrigat, & uisibilia, & inuisibilia, flumine uitæ omnium eorū quæ sunt substantia rigat: In quo autē uita, est Christus: in quo rigat, spiritus sanctus: in quo potētia est uitalitatis, pater & deus, totū autē unus deus. Cōfitemur ergo & spiritum sanctum ex deo patre omnia habentem,  $\tau\omicron\ \lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ , hoc est, Iesu Christo tradēte illi omnia, quæ Christus habet à patre. Et isto huiusmodi modo simul cōfitemur esse hæc tria, ex isto quod unū, & unum deū, &  $\delta\omicron\mu\omicron\upsilon\sigma\iota\omicron\upsilon\varsigma$  ista, & semper simul & patrē, & filiū, & spiritū sanctum ineffabili potentia, & ineloquibili generatione filiū dei Iesum Christū,  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  qui sit, & deum, & imaginē, & formam, & characterē, & refulgentiā patris, & uirtutē, & sapientiam dei, per quæ appareat, & declarat deus in potentia omnium, & existens, & manens, & agens omnia secundū actionē filij, id est,  $\tau\omicron\ \lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$  Iesu Christi, quē incarnatū, & crucifixū, & resurgentē à mortuis, & ascendentē in cœlos, & sedentē ad dexterā patris, & iudicē futurū uenire & uiuentiū, & mortuorū, patrē omnis creaturæ & saluatorē, & uoce, & toto corde confitemur semper,  $\alpha\mu\epsilon\acute{n}$ . Gratia & pax à deo patre, & filio eius Iesu Christo dño nostro, sic ista cōfiteā in oīa secula seculorū. † Spiritus,  $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\varsigma$ , uirtus, sapientia, substantia, utrū idē oīa, an altera à se inuicē. Et si idē, cōmunionē quadā, an uniuersitate? Si commu-

*Christi corpus quis quale nunc sit.*

*Victorini cōfessio de trinitate.*

*† videtur hic nobis fuisse secūdi libri elēchus: Nam paulo post utetur ipse Victorinus testimonio repetito ex primo libro, ut ipse ait. Et eiusmodi sunt illa, ut facile quibus iudicare possit, sic esse totius libri summam à diligētē aliquo lectore perstrictam. Nos tamen religio quedam uetustissimi exemplaris mouit, ne quid noueremus: quod tamen uidebatur nobis excusate & recte facturi.*

**C** Si cōmunionē quadam, quid primum, quid ex alio, & qua cōmunionē: si uniuersitate & ista, & quæ differentia, & quæ cōmunionē: si à se inuicem altera omnimodo, altera in alia ut subiectum, alia ut accidens: an iuxta alium alterū modum. Si igitur omnimodis altera, & ὑποκειμένη, & alterius substantiæ. Sed nihil omnimodis alterius substantiæ, eorū enim qui sunt ὁ, genus, & magis genus in eo quod esse. Sed quoniam esse dupliciter, & ipsum ὁ, dupliciter, est enim uere esse, est & solum esse. Si igitur ὁ, uere ὁ, & solum ὁ, sed uere ὁ, ad omnia ὁ, uere & solum ὁ, ad solum ὁ, siue ὁ, siue ὁ, dicuntur, non omnimodis altera sunt: participatione igitur cuiusdam cōmunionis omnia quæ sunt, ad altera sunt. Etenim quod ὁ, est, hoc quod non ὁ, est opponitur, quasi contrariū secundum priuationem, nulla participatione ad se inuicem, ergo nec alterum. Si igitur quæ sunt, etiam differentia sint & altera, quadam tamen cōmunionē eadem sunt, & secundum istum modū dem sunt & eadem & altera sunt, & istud duobus modis siue altera in identitate, siue eadem in alteritate, sed si eadem in alteritate, magis in alteritatem uergunt: Si autē altera in identitate, maxime identitas apparet. Quid igitur istis concinat hinc perspiciendum. De deo & λόγος, hoc est, de patre & filio dei permissu sufficienter dictū, quoniam unum quæ duo. Dictum & de λόγος, hoc est de filio & de spiritu sancto, quod in uno duo: Si igitur quæ duo, unum, & in uno duo, illud unū in quo sunt duo quoniam cum illo est, & ex æterno cū ipso semper, quæ simul sunt sibi inuicem eadē, duo unum sunt, necesse est igitur ista idem esse. Quomodo istud sit, audi, ut dico: Ante omnia quæ uere sunt unum fuit, siue unalitas, siue ipsum unum, antequā sit ei esse unum. Illud enim unum oportet dicere & intelligere, quod nullam imaginationem alteritatis habet, unum solum, unum simplex, unum per concessionem, unum ante omnem existentiam, ante omnem existentialem, & maxime ante omnia inferiora, ante ipsum ὁ, hoc enim unum ante ὁ. Ante omnē igitur essentialem, substantiam, subsistentiam, & adhuc omnia quæ potentiora unū, siue existentia, siue substantia, siue intelligentia. Supra enim hæc, immensum, inuisibile, indiscernibile ὁ uniuersaliter, & his quæ in ipso, & his quæ post ipsum, etiam quæ ex ipso. Soli autem sibi & discernibile, & definitum ipsa sua existentia, non actum, ut non quiddam alterum sit ab ipso consistentia & cognoscentia sui, impartile undique, siue figura, siue qualitate, neque in qualitate: siue qualitate quale, siue colore, siue specie, siue forma, omnibus formis carens. Neque quod sit ipsa forma, qua formantur omnia, & uniuersalium & partium omnium quæ sunt. Prima causa omnium principiorum, præ principium omnium intelligentiarum, præ intelligentia omnium potentiarum, fortitudo ipsa motione celebrior, ipso statu stabilior. Motione enim ineloquibili status est, statu autē ineffabili superlatiua motio est. Continuatio ne omni densior, distantia uniuersa altior, diffinitior uniuerso corpore, & maior omni magnitudine, omni incorporali purior, omni intelligentia & corpore penetrabilior, omnium potentissimus, potentia potentiarum, omni genere, omni potentia, omni specie maius, totum uero ὁ, totū uero quæ sunt omnia ipsum existens omni toto maius, corporali & incorporali, omni parte magis pars, inenarrabili potētia, pura, existens præ omnibus, quæ uere sunt. Hic est deus, hic pater, præ intelligentia præexistens & præexistētia, beatitudinē suam & immobili motione semetipsum custodiens, & propter istud non indigens aliorum, perfectus super perfectos, tri-  
**D** potens in unalitate, spiritus perfectus & supra spiritum. Non enim spirat, sed tantum spiritus est in eo quod est ei esse, spiritus spirans in semetipsum, ut sit spiritus, quoniam est spiritus inseparabilis à semetipso, ipse sibi & locus, & habitator in semetipso manens, solus in solo, ubique existens, & nusquam simplicitate, unus qui sit, tres potentias cōmuniens existentiam omnem, uitam omnem & beatitudinem. Sed ista omnia & unum, & simplex unū, & maxime in potētia eius quod est esse, hoc est

Quaedam eadem sunt & altera.

De patre.

† omni alteri.

Alterius per-sonæ alia est proprietas.

**A** hoc est, existentia potentia, uita & beatitudinis: quo enim est & existit potentia, quæ sit existētia, hac potētia est & uita & beatitudinis ipsa per semetipsum, & ideo ὁ sui ipsius, & uiuere, & agens habens secundum ipsam suimetipsum inexistentem existentiam, indiscernibilis spiritus cōmunitio, diuinitas, substantialitas, beatitudo, intelligentia, uitalitas, optimitas, & uniuersaliter omnimodis omnia, pure ingenitum ὁ, unalitas cōmunionis nulla cōmunioni. Iste igitur uno existente unū, proinde existit unū unū in substantia, unum in motu unū, & motus enim existentia, quoniam & existentia motus. Iste igitur unum existentialem unum, sed non ut pater inexistentialiter unum, qui est secundum potentiam existentialem unū: Habet enim potentiam, & magis habet quod ei futurū est secundum operationem esse, & secundum ueritatē non habet, sed est: quoniam potentia, coactio actiua fit omnia, est sine molestia, & uere omnimodis non egens quæ sit ad hoc ut sint omnia potentia: Etenim qua potens nata actio eget, agens ipsa unalitas. Igitur ista secundum istud quod esse dicimus, unum unū uita est, quæ sit motio infinita, effectrix aliorum, uel eorum quæ uere sunt, uel eorum quæ sunt, existens λόγος ad id quod est esse quæ sunt, omnia à se semet mouēs semper in motu, in semetipsa habens motum, magis autem ipsa motus est: sic enim scriptura diuina dicit: quod dedit ipsi pater deus in ipso esse uitam esse. Iste filius est λόγος, qui est ad deum, iste per quæ facta sunt omnia, iste filius, & filietas tota paternitatis totius semper qui sit & filius, & ex æterno: filius autem & semet mota motione, potentia enim progrediente, & ueluti immobili præexistentia, & nō mota iuxta quod potentia fuit. Ista motio nusquam requiescit, & à semetipsa exurgens, & in omne genus motus festinās: Quippe uita quæ sit infinita, & ipsa in uiuificatione ueluti foris apparuit. Necessariō igitur uita nata est, uita autē filius, uita motio, à uitali præexistentia uita, existentia in constitutione, & apparentia omnium totorum, quæ iuxta potentiam pater est, ut ab eorum quæ uere sunt intelligentia præintelligentia appareret. Ista igitur existentia totius existentia est uita, & iuxta quod uita motus quasi foemineam sortita est potentiam, hoc quod concupiuit uiuificare. Sed quoniam sicut demonstratum, ista motio una cum sit, & uita est, & sapientia, uita conuersa in sapientiam, & magis in existentiam patriam, magis autem retro mota motionis in patriam potentiam, et ab ipso uiuificata uita recurrens in patrem uir effecta, descensio enim uita, ascensio sapientia. Spiritus autē & ista, spiritus igitur utraq: in uno duo, & sicut existente uita prima existentia, necessitas fuit in uirginalem potentia subintrare, & masculari uirginis partu uirum generari filium dei. In prima enim motione, primam dico in apparentiam uenientem, ueluti defecit à potentia patris, & in cupiditate insita ad uiuificandum, intus quidem existens uita, motione autem foris existens in semetipsam recurrit: Rursus in semetipsam conuersa uenit in suam patriam existentiam, uirtute effecta & perfecta in omnipotentē uirtutē effectus est perfectus spiritus, nutu in superiora conuerso, hoc est intro. Sic secundū typum oportuit ordinem esse, & cum est in corpore spiritus, hoc est, filio Christo, & quasi diminutionē pati, & à uirgine nasci, & in ipsa ueluti diminutione sua patriam uirtute, hoc est, existentia diuiniore & prima resurgere, & renouari, & reuerti in patrem, hoc est, in existentiam & potentiam patriam. Quomodo istud est, adhuc audeo dicere, ut nostra incidētia plurima expositione manifesta sit. Ponamus intelligentiam, secundum istum modum deus potentia est istarum trium potentiarū existentia, uita, beatitudinis, hoc est, eius quod est esse, quod uiuere, quod intelligere. Quod autem in unoquoque istorum tria, manifestum, & quod est esse primum, et secundum quod est esse secundum ipsum uiuere & intelligere, siue uita unitio, sed simpliciter simplicitas, & istud manifestum sicuti demonstratum, istud & tale quod est esse deum esse manifeste, sicuti demonstratum, potentia potens

† hac potētia

uitam, id est, filium, natum esse.

k tens

**C** tens præstandi quod est esse omnibus, non ab eo quod esse ut partem dans & partem & effectricè potentia unicuique quod est esse ei proprium consistens: hoc autem per ministrantē λόγος, hoc est, per uitā quæ omnibus præstat uiuere, & tunc substituit, aliqd accipiens quod est esse secundū quod est uitā accipere. Si igitur esse dei, non ab eo quod sibi esse omnibus præstat, sed ministrante hoc quod est uitam esse, ipsum autem uitam esse in eo est quod est dei, esse unū & idem est quiescens, quod est esse patri, cum eo quod est esse uitæ secundum identitatem, motus est ex sua potentia à patria potentia dependens. Et quoniam omnis potentia naturalis est uoluntas, uoluit uitam mouere semetipsam, insita iuxta substantiam motione impassibiliter, erecte in id quod est: Naturalis enim uoluntas, non passio. Secundum hoc igitur quod est esse dei, in quo potentia existentia est, substantialitas patria, secundum potentia, secundum istud esse ipsum & uita est. Si ergo mouit uita semetipsam, motio autem uoluntas, patria ergo motio, & patria uoluntas, quoniam patria potentia uita. Sed si secundum quod est esse uita motio est, propria ergo motio uitæ est. Sed quoniam motio aliunde ad aliud fertur, ueluti ab eo quod est intus foras, quod uita & potentia est, & natura, & uoluntas: & maxime istud existentia ipsius ideo effulgentia dicitur esse uel progressio, aut eleuati spiritus manifestatio, operatrix in uiuificandum id quod omne totum est essentiatum. Intus igitur existentis uitæ, iuxta quod est motionē esse ipsam uitam, proles eius quod est patrem esse uita est, secundum quod motio est. Sed quoniam motio iuxta quod motio est, nullam relationem habens, ab eo quod est intus progressa foras est, sicut uisus ab eo qui uisus est, potentiam fontanā & uniuersalem accipiens, iuxta motionem & intus & foras est: motio enim uisus est, sic & uita iuxta quod motio est, filius est factus manifesta motio à motione patria, quæ in occulto est, quæ secundum primam potentiam existentia est. Rursus uita secundū quod motio est, procedens à patria motione, & intus & foras est, sed enim uita motio est: uita igitur & intus & foras est: uiuit igitur deus, uiuit ipsa uita, uita ergo & deus, & uita unū: Igitur ista duo & in uno quoque, & alterum & idem: in filio igitur pater, & in patre filius. Exclamat igitur ueritas, quod ἰσοουσία ista secundum identitatem cōnita alteritate. Rursus si pater uita, & filius uita, quoniam filius uita cum sit secundum quod motus est, & intus & foras est, uiuit deus, uiuit filius, & foras uiuunt omnia, ubique filio existente: Et quoniam in filio pater, ubique & pater. Rursus item quoniam in filio pater: cum uideritis filiū, & intellexeritis, uidebitis & intelletis patrem: Si quis me uidit, uidit & patrem. Propter hoc enim dictum est, quoniam filius forma est patris: Non autem nunc forma esse foras extra substantiam intelligitur, neque ut in nobis adiacens substantia facies, sed substantia quædam subsistens, in qua apparet & demonstratur quod occultatum & uelatum est in alio. Deus autem ut uelatum quiddam est: nemo enim uidet deum: forma igitur filius, in quo uidetur deus. Si enim existentia deus, potentia, substantia, motus, & uita, in occulto deus uelut sine forma. Ergo si manifesta uita, & manifesta iuxta motus potentiam, uita iuxta motū in occulto, in apparentia, in existente motione intelligitur, pronūtiatur, uidetur. Adhuc sic quod est esse, pater: quod autē uita, filius, cū sit impossibile id quod est esse cōprehendere: in occulto enim illud est: uita autē iuxta quod uita est iam & illud est esse: in uita igitur apparet quod est esse, forma igitur uita eius quod est esse. Sedem pater deus quod est esse, filius autē uita, filius ergo uita patris dei forma est, in qua speculatur potentia patria. Credendū igitur in filiū dei, ut uita in nobis fiat, quæ est & uera, & æterna uita: Si enim habebimus fidem in Christū Nazareū, incarnatū de Maria, in filiū dei fidē habebimus, qui fuit & effectus est spiritus incarnatus. Quomodo istud? Audi ut dico. Sed oportet prius uidere, quomodo alia cui attribuantur, patri an filio? Dico autem spiritum, λόγος, νοῦς, sanctum spiritum sapientiam

Filius forma patris est.

In uita, id est, Christo apparet esse, id est, pater.

**A** tum sapientiam, substantiā primum pater & filius idem, filius autē & sanctus spiritus idem: existentia igitur & uita idem, ergo existentia & beatitudo idem, rursus esse & uita idem, & uita & intelligere idem, esse igitur & intelligere idem. Dicitur de istis est in libro qui ante istum, & in alijs, quoniam in uno tria, & idcirco eadem tria: σὺν ὁμολογία τῶν τριῶν, secundum nomen quo obtinet unum quicquid istorum potentiam suam. Etenim quod est esse, & uita & intelligentia est, sic & aliud ad alia, eadem igitur & σὺν ὁμολογία, eadem congenerata igitur & consubstantialia ista. Sed quæ si apparet alteritas quædam in istis, & maxime, & idcirco eadem non ipsa, quædam enim sua potentia in occulto & manifesta alia & sunt, & intelliguntur: existentia autem in eadem potentia simul potentia & consubstantialia sunt, & in istis solis inest unum esse eadem, alijs uero ab istis in identitate altera esse & eadē. Nunc autem perspicendum quid significant alia nomina in primis posita. Dico autem spiritus, λόγος, νοῦς, sanctus spiritus, sapientia, substantia. Spiritus substantia nomen est uel existentia, quod quidem esse significat, et in eo quod quid est & appellatur & intelligitur. Si uoles nosse quid est deus, spiritus eius quod sit esse significat: ergo deus & spiritus quod est esse significat. Rursus quid est uita? Quod spiritus. Spiritus ergo & uita quod est esse significat: sic & spiritus sanctus quod est esse secundum istud ipsum nomen significat, cum differentia duorum primorum uno nomine nominatorū. Quæ differentia substantialis cum sit, quod est esse significat. Ex hijs iam apparet, quoniam substantia uno quoque existente quod est esse significat. In istis igitur tribus spiritus, substantia, ἰσοουσία ergo: Quoniam spiritus non diuiso spiritu: quippe unus cum sit in tribus, sed nature, potentia, & actionis una cum sit existentia patria, & ipsi quod est esse habenti tria sese generantia substituta sunt omnipotentia: neque igitur præexistit existentia: pater enim suæ ipsius substantia generator, & aliorū secundum uerticē fontana est existentia: neque scissa est ipsa existentia: & existentia, & potentia in eo quod est esse, in uno quoque istorum triū iuxta maiestatem omnem & omnipotentiam, & omnibus modis perfectionē, quæ semet generat ipsam se substituente, à sese mouentem, se semper mouentē, consubstantialiam, simul potentē ipsum hoc quod sic est esse, & ipsum quod est esse patre dante. Dicit Saluator: Omnia quæ habet pater mea sunt, & idcirco dixi: ex meo accipiet: Non enim loquetur à semetipso, sed quæcumque audit, loquetur. Sanctus spiritus à filio igitur spiritus si loquitur, à filio loquitur, ipse autem à patre. Vox igitur & λόγος, & accipit, filius à uerbum, isti tres, propter quod unum tres: Sed pater quidem in silentio loquitur, patre. filius in manifesto, & in locutione: sanctus spiritus non in manifesto loquitur, sed quæ loquitur spiritualiter loquitur. Ista igitur tria uera lumina, magis autem unum lumen, uerum unus λόγος, una uox, unum uerbū, hoc est, una potentia actiua consonat, antequam faciet esse quiddam. Animæ autem quod alia substantia sit, manifestum: Facta enim à tripotenti spiritu, neque pure uox, neque uerbum, sed sicut ἡχώ audit ut loquatur, imago magis uocis quam uox. Et hoc est Ioannis uox exclamantis in deserto: Dirigite uiam domini: Anima enim in deserto, hoc est in mundo Deserto pro exclamat, quoniam scit dominum deum, & uult mundari, ut domino fruatur deo, mundo accipit, & ista dicit testimonium de deo, & præmissa est in mundum ad testimonium testimonij: testimonium enim dei Iesus Christus, filius ergo dei, filius Ioannes domini. Etenim Ioannes non erat lumen, sed uenit ut testimonium diceret de lumine: uerbū igitur, & uox filius est, ipse uita, ipse λόγος, ipse motus, ipse νοῦς, ipse sapientia, ipse existentia, & substantia prima, ipse actio potentialis, ipse ἄν, primū uero ἄν ex quo omnia ἔγεναν, & per quem, & in quo, qui est medijs in angulo trinitatis, patrem declarat præexistentem, et complet sanctum spiritū in perfectionē: ut enim dixit Paulus beatus: Euangelium uirtus est dei & sapientia: uirtutē filium adsignificans, quod omnia per ipsum: uerbo enim uirtutis sunt omnia, & sancti spiritus

Rom. I.

**C** sapientia perfecta fiunt omnia. Si igitur deus ista, simul ista tria: Quoniam autem unū duo, omnia simul existunt in cōiunctione simul existente uita in patre, in qua est & sanctus spiritus secundum existentia: quoniam tria unum erant, & semper sunt. Si igitur æterna uita filius elucescentia est præternæ uitæ, ipse autem uita cognoscencia perfecta & æterna uita: Tunc enim perfecta, cum cognouerit & quæ, & cuius sit, quoniã & semetipsa & iussione patris: Tunc enim in semet existens, non fit infinita, saluans & saluata à semetipsa, necesse est intelligere & dicere: quod potentia dei in ipsa est, hoc est pater in filio, ipsa autē per semetipsam infinita fuit. Et hoc significat: & λόγος caro factus est: Infinito enim motu in inferiora uita descendit, & uiuificat corruptionē, cuius causa uniuersalis λόγος & potētia uita: caro factus est, ut dixit angelus: Spiritus sanctus adueniet in te, et uirtus altissimi obūbrabit tibi. Natus est igitur Iesus Christus secundum carnē de Maria, & ex sancto spiritu, uirtute altissimi. Omnia igitur Christus dominus noster, caro, sanctus spiritus, altissimi uirtus, λόγος. Ipse compleuit mysteriū, ut omnis uita cum carne adimpleta lumine æterno recurrat ab omni corruptione in celos. Neq; igitur solū caro, neq; solū sanctus spiritus, neq; solū spiritus, nec λόγος solū, sed simul omnia dominus noster Iesus. Sanctus ergo spiritus omnis beatitudo in prima ingenita generatione, quæ sola generatio est & dicitur, ipse pater, ipse filius fuit: spiritu enim moto à semetipso, hoc est uitæ perfectæ in motione existentis, uolentis uidere semetipsam, hoc est potentiam suam, patrem scilicet, facta est ipsa manifestatio sui, quæ generatio est & dicitur, & iuxta hoc foris existens: Omnis enim cognoscencia, secundum quod cognoscencia est, foris est ab illo quod cupit cognoscere. Foris autē dico, sicut in inspectione, secundū quod est uidere semetipsam: quod est scire uel uidere potentiam illam præexistentē & patriam. In isto igitur sine intellectu temporis tempore, ab eo quod erat esse ueluti egrediens in inspiciendum ipsum quod erat: quoniã ibi omnis motus substantia est, alteritas nata cito in identitatem reuenit: Non enim secundū dorsum effulgentia, sed sicuti lumina, aut uultus se intuetes uisione in se inuicem, id ipsum unum eodem modo & perfectū substitit. Lumina autem undiq; ut uultus se aspicientes sunt, et dorsum non habent, et mystice dicitur deus, secundū dorsum uidetur: nulla igitur diminutione totū semper unū mansit, maxime potentificata cōiunctione potentia patriã. Sanctus igitur spiritus motus primus intus, quæ sit excogitatio patriã, hoc est, sui ipsius cognoscencia: Præcognoscencia enim cognoscencia præcedit. Iuxta istū ergo cognoscencia modum naturalem foris effectam intelligentiã natus est filius, uita factus: Non quod non fuerit uita, sed quoniam foris uita magis uita, in motu enim uita. Hic est λόγος qui uocatur Iesus Christus, per quem effecta sunt omnia, semen omnium ad id ut sint, quippe uita qua sine impossibile est esse aliquid in hijs quæ sunt, et in hijs quæ non sunt, quæ consecutiones sunt. Quoniam autem diximus unam motionem & eandem, & λόγος & sanctum spiritū, λόγος in eo quod uita est: sanctum spiritum, quod est esse cognoscencia, & intelligentiã esse: Quoniamq; diximus id ipsum esse uitam & cognoscencia, & quoniã diximus motū in prima motione intelligentiam: iste enim ordo naturalis & diuinus potentia cum sit, necesse fuit intelligentiam ad suimetipsius cognoscencia moueri. Natus est filius, λόγος qui sit, hoc est uita uirtute patriã generante intelligentiã, hoc est quod est esse omnium quæ sunt, ueluti æternū fontem. Non fallatur ergo, si quis subintellegerit sanctum spiritum matrem esse Iesu, & supra & deorsum: supra quidem ut dictum, deorsum autem isto modo: Necesse fuit liberationis gratia omne diuinū, hoc est seminariū spiritum omnium uniuersaliter existentium, & id quod est esse primum, hoc est uniuersalem λόγος, ab inferiore hyle et corruptione omni incarnari, in mortificationē omnis corruptionis & peccati: tenebræ enim & ignoratio animæ direpta ab hylis potentibus eguerunt lumine æterno in auxilium, ut λόγος animæ, & λόγος carnis mysterio mortis detrusam corruptione in reuiuiscencia & animas, & carnes per sanctum spiritum administratorē ad diuinas & uiuificantes intelligentias erigerent cognoscencia fide amore. Respondit igitur angelus Mariæ & dixit illi: Spiritus sanctus adueniet in te, & uirtus altissimi inumbrabit tibi. Hæc duo in motu, quæ sunt λόγος et sanctus spiritus, ad id ut grauida esset Maria, ut ædificaretur caro à carne, dei templum & domicilium aduenerunt: Sanctus quidem spiritus potentia in motu, generationis enim principium motus: uirtus autem altissimi ipse λόγος est: uirtus enim & sapientia dei λόγος Iesus. Sed de λόγος hoc est de filio, obumbrabit tibi dixit. Perfectum enim diuinū, & splendide ut est clarum nō capit humana natura. Et hoc significat: & λόγος caro factus est. Magis autē obumbrationē significat, quod dictū est: Ex inaniuit semetipsam. Habemus ergo secundum ordinē præmissū dei & patrem, & filium ἰσοουσιον, & ἰσοουσιαν secundū identitatē in substantia. Vna enim substantia spiritus, is ipsum esse est. Ipsum esse autē & uita & intelligere est. Ista tria, in singulari quibusq; & ideo una diuinitas, & unum, quod omne unus deus, quia unum pater, filius, sanctus spiritus, secundum potētiam & actionē solum apparente alteritate: quod deus in potentia, & in occulto motu mouet & imperat omnia, ut in silentio: λόγος autem filius, qui est spiritus sanctus, & uoce confabulatur ad generanda omnia secundum uitā, & secundum intelligentiã substituētia, ad id quod est esse omnibus. Ex hijs apparet, quod λόγος ipse, & spiritus sanctus uirtus & sapientia: id ipsum etenim & Paulus dixit diuine: Quis cognouit uirtutem domini? Et rursus de ipso: Virtus & sapientia dei. Solomon etiam sapientiã de ipso dicit, & multa nomina in filium reuocantur. Et ipsum & substantiam dicit Paulus ad Hebræos: Substantia enim imago substantiæ eius. Et item consubstantialē populum dixit. Et Hieremias: men in scripturis. quia qui stetit in substantia mea, & uidit uerbum meum. Et rursus: Si stetissent in substantia mea, & audissent uerba mea. Et Euangeliū secundum Matthæum: Patrem nostrum consubstantialē da nobis hodie. In parabola Lucas: dixit iunior de filijs patri: Da mihi congruam partē substantiæ. Et rursus ibi: Dissipauit substantiam suam: Quod enim inde descendit, potentias suas non tenuit. Ista animæ sunt, sed dixi istud aduersum negantes diuina nomen positū esse in sacris scripturis. Accedit autem, quod animā, hoc est hominē deus fecit ad imaginem & similitudinē suam. Quid uero ista significant, audi ut dico: Sūmus uirtus, & sapientia perfecta, hoc est λόγος uniuersalis, idē ipsum em̄ in æterno motu, circularis motus erat à semetipso primo, & in summo uertice circularis existēs iuxta ipsum σμμιον, cyclica causa inseparabiliter cōuersa, ut à patre, & in patre, & cū patre exiens, incedens, simul existens, & in patre erat filius, & in filio pater. Prima substantia, & in substantia iam substantia, spiritualis substantia secundū uirtutem, substantia generatrix, & effectrix substantia, præprincipiū uniuersæ substantiæ intelligibilis, & intellectualis, & animæ, & hylicæ, & uniuersæ substantiæ in hyle. Si igitur prima motio, uita, inquam, & intelligentia: ista enim illud perfectum unū & solum. Non solum circularis motio ista, sed sphericæ, & magis sphericæ, & uere omnimodis perfecta sphericæ: Si enim esse & uiuere & intelligere, & si uita ipsum esse est & intelligentia, & summitates, & medium est in uno quoq; sic & intelligentia: unum igitur istorū tria sunt in se circulara, & participantia inuicē sibi. Magis autē simul existentia sine aliquo interuallo, sphericæ est & prima, & perfecta, & ipsa sola sphericæ: at uero alia iuxta similitudinē sphericæ magis. Existit ratione necessariō & σμμιον potētia est, & γραμμιν, & γραμμιν operans σμμιον est, & à semetipso exiens, & non exiens, & semper, & in mansione, & in motu simul semper simul, uirtutem semet circularans undiq; sphericæ esse deo ubiq; existente. Quippe cum sit σμμιον, à quo, & in quod omnis motio conuersione reuocatur, hic est deus λόγος totus, uirtus totus, totus sapientia, omnipotens substantia, k 3

Generatio fit  
lij manifesta-  
tio est sui.

Christum uitā  
factū quid sit.

Spiritum san-  
ctum matrem  
Christi.

**A** tijs eguerunt lumine æterno in auxilium, ut λόγος animæ, & λόγος carnis mysterio mortis detrusam corruptione in reuiuiscencia & animas, & carnes per sanctum spiritum administratorē ad diuinas & uiuificantes intelligentias erigerent cognoscencia fide amore. Respondit igitur angelus Mariæ & dixit illi: Spiritus sanctus adueniet in te, & uirtus altissimi inumbrabit tibi. Hæc duo in motu, quæ sunt λόγος et sanctus spiritus, ad id ut grauida esset Maria, ut ædificaretur caro à carne, dei templum & domicilium aduenerunt: Sanctus quidem spiritus potentia in motu, generationis enim principium motus: uirtus autem altissimi ipse λόγος est: uirtus enim & sapientia dei λόγος Iesus. Sed de λόγος hoc est de filio, obumbrabit tibi dixit. Perfectum enim diuinū, & splendide ut est clarum nō capit humana natura. Et hoc significat: & λόγος caro factus est. Magis autē obumbrationē significat, quod dictū est: Ex inaniuit semetipsam. Habemus ergo secundum ordinē præmissū dei & patrem, & filium ἰσοουσιον, & ἰσοουσιαν secundū identitatē in substantia. Vna enim substantia spiritus, is ipsum esse est. Ipsum esse autē & uita & intelligere est. Ista tria, in singulari quibusq; & ideo una diuinitas, & unum, quod omne unus deus, quia unum pater, filius, sanctus spiritus, secundum potētiam & actionē solum apparente alteritate: quod deus in potentia, & in occulto motu mouet & imperat omnia, ut in silentio: λόγος autem filius, qui est spiritus sanctus, & uoce confabulatur ad generanda omnia secundum uitā, & secundum intelligentiã substituētia, ad id quod est esse omnibus. Ex hijs apparet, quod λόγος ipse, & spiritus sanctus uirtus & sapientia: id ipsum etenim & Paulus dixit diuine: Quis cognouit uirtutem domini? Et rursus de ipso: Virtus & sapientia dei. Solomon etiam sapientiã de ipso dicit, & multa nomina in filium reuocantur. Et ipsum & substantiam dicit Paulus ad Hebræos: Substantia enim imago substantiæ eius. Et item consubstantialē populum dixit. Et Hieremias: men in scripturis. quia qui stetit in substantia mea, & uidit uerbum meum. Et rursus: Si stetissent in substantia mea, & audissent uerba mea. Et Euangeliū secundum Matthæum: Patrem nostrum consubstantialē da nobis hodie. In parabola Lucas: dixit iunior de filijs patri: Da mihi congruam partē substantiæ. Et rursus ibi: Dissipauit substantiam suam: Quod enim inde descendit, potentias suas non tenuit. Ista animæ sunt, sed dixi istud aduersum negantes diuina nomen positū esse in sacris scripturis. Accedit autem, quod animā, hoc est hominē deus fecit ad imaginem & similitudinē suam. Quid uero ista significant, audi ut dico: Sūmus uirtus, & sapientia perfecta, hoc est λόγος uniuersalis, idē ipsum em̄ in æterno motu, circularis motus erat à semetipso primo, & in summo uertice circularis existēs iuxta ipsum σμμιον, cyclica causa inseparabiliter cōuersa, ut à patre, & in patre, & cū patre exiens, incedens, simul existens, & in patre erat filius, & in filio pater. Prima substantia, & in substantia iam substantia, spiritualis substantia secundū uirtutem, substantia generatrix, & effectrix substantia, præprincipiū uniuersæ substantiæ intelligibilis, & intellectualis, & animæ, & hylicæ, & uniuersæ substantiæ in hyle. Si igitur prima motio, uita, inquam, & intelligentia: ista enim illud perfectum unū & solum. Non solum circularis motio ista, sed sphericæ, & magis sphericæ, & uere omnimodis perfecta sphericæ: Si enim esse & uiuere & intelligere, & si uita ipsum esse est & intelligentia, & summitates, & medium est in uno quoq; sic & intelligentia: unum igitur istorū tria sunt in se circulara, & participantia inuicē sibi. Magis autē simul existentia sine aliquo interuallo, sphericæ est & prima, & perfecta, & ipsa sola sphericæ: at uero alia iuxta similitudinē sphericæ magis. Existit ratione necessariō & σμμιον potētia est, & γραμμιν, & γραμμιν operans σμμιον est, & à semetipso exiens, & non exiens, & semper, & in mansione, & in motu simul semper simul, uirtutem semet circularans undiq; sphericæ esse deo ubiq; existente. Quippe cum sit σμμιον, à quo, & in quod omnis motio conuersione reuocatur, hic est deus λόγος totus, uirtus totus, totus sapientia, omnipotens substantia, k 3

Diuina non  
capit mens  
humana.

Substantia non  
men in scriptu-  
ris.

Matth. 6.  
Luc. 15.

C substantia, quem ueremur, quem colimus, solo spiritu uidentes, ipsius nutu & uoluntate in ipsum erecti gratia crucis miserante nos domino nostro Iesu Christo: *ἀμὲν*. Erecta motione cyclica rectam dico, quod à *σήμερον* in *σήμερον*, hoc est à patre in patrem in apparentia istius motionis & diuinitatis uniuersæ, & *ἡ λέξις*, & filij existit iussione dei imago iuxta imaginem & similitudinē dei, imago imaginis, hoc est filij; imago enim patris filius, ut demonstratum est: hoc autem est quoniam filius uita est, imago igitur uitæ anima effecta est. Anima autem cum suo *νοῦ*, ab eo qui *ἔστι* est, potentia uitæ intellectualis est, non *νοῦ* est, ad *νοῦ* quidem respiciens quasi *νοῦ* est; uisio enim ibi unio est, uergens autem deorsum, & auersa à *νοῦ*, & se & suum *νοῦ* trahit deorsum; Intelligens tantum effecta, non iam ut intelligens & intelligibile, sed si sic perseverauerit, eorum quæ super cælum sunt mater est, lumen non uerum lumen, & quidem cum suo proprio *νοῦ* lumen. Si uero in inferiora respicit, cum sit petulans, potentia uiuificandi fit, uiuere quæ faciat & mundum, & ea quæ in mundo usq; ad lapidem lapidum more, ipsa etiam cum *νοῦ* facta: Etenim cum quidem *λόγος* sit anima, non *λόγος*; cum q; in medium spirituum, & intelligibiliū, & *τῆς ὕλης* proprio *νοῦ* ad utraq; conuersa, aut diuina fit, aut incorporatur: ad intelligentiam etenim suæ licentiæ est, & priuatione ueri luminis propter scintillam tenuem proprii *ἡ νοῦ* rursus uocatur, quoniam quidem solum est, tenebrata autem deorsum ducitur. Etenim summitates *τῆς ὕλης* puriores animandi uim habentes causa, sunt lumini uelut in sua descenderet. Quare enim dictū est: & ista discernis, dicit aliquis, si talis est anima. Quomodo dictum est: Faciamus hominē iuxta imaginem & similitudinē nostram? Inspiciendum prius quid est homo, deinde quid imago, & quid differt imago à similitudine, & quomodo homo iuxta imaginem & similitudinē, nō imago ac similitudo effectus sit: & quid est, ad nostram?

D Dualiter enim homo, quod est in consuetudine, ex corpore & anima intelligitur. *Hominis consuetudo ex quibus.* Quidam putant ex corpore & anima triplici: Quidam autem ex corpore & anima tres potentias habente: Quidam rursus dicunt ex corpore & *νοῦ* partili, & anima & spiritu, quo consistit fluens corpus: Adhuc quidam de corpore quadripotenti quatuor elementorum, & anima duplici, & duplici *ἡ νοῦ*. Mea intelligentia hæc: Corpus enim, sicut demonstratū: accepit enim puluerē deus, & plasmavit Adam, hoc est, fabricata iam terra, summitates terræ & florē habemus principia corporis. Geminum etiam *νοῦ*, geminam animam declarat Euangelium *κατὰ ματθαίου*, & *κατὰ Λουκᾶ*:

*Declaratur locus Euangelij de duabus motibus.* sic enim dicunt sicut erit & præsentia filij hominis: Tunc duo erunt in agro, unus accipietur, & unus relinquetur: duæ molentes in pistrino, una accipietur, & una relinquetur. Lucas autem adiecit de corpore duo: Ipsa nocte erūt duo in uno lectulo, unus accipietur & alter relinquetur. Alia autē similiter: Ergo quia in agro *λόγος* duo sunt, uel *νοῦ* & *λόγος*, cœlestis, & alius hylicus; Et molentes duæ animæ, cœlestis & hylica; accipientur igitur cœlestis *νοῦ*, uel *λόγος*, & cœlestis anima, hylicus autē *λόγος* & anima relinquetur. Quomodo istud, audi. Homo ex anima & corpore cōfitendus: Ex corpore, quod à terra compositum habet: ergo animam terra hylicā, & factus est Adā, iuxta corpus animal, sicuti est animal de aqua & terra. Alia animalia in animam uiuam, sed Adam non sic: Insufflauit enim deus in faciem eius ibi omnē potentiam sensibilem, cui adest *νοῦ* in discretionem sensuum. Alia igitur anima diuiniore cum suo *νοῦ*: sensibili enim potentia hylicus *νοῦ* est insitus, & consubstantialis hylicæ animæ. Si igitur istud est, *λόγος* cœlestis, hoc est *νοῦ*, uel spiritus diuinus est in anima diuina. Ipsa autem diuina anima in hylico spiritu, hylicus autem spiritus in hylica anima, hylica autem anima in carnali corpore, quod

*Purgatio animarum.* oportet purgari cum tribus omnibus, ut accipiat lumen æternum, & æternam uitam; hoc autem perficit fides in Christo. Dicamus igitur quomodo talis anima iuxta imaginem dei, & iuxta similitudinē effecta sit, & si sola anima homo, ut dicit Paulus

A ctit Paulus, alius terrenus, alius animalis, alius spiritalis, & ista omnia in uno homine, sed maxime hominem interiorem frequenter dicit, sic enim est anima: colligit enim *νοῦ*, & diuinam animam, & dicit cœlestem hominem, reliquum autem terrenum hominem. Si istud est, anima nostra iuxta imaginem est dei, & domini Iesu Christi: Si enim Christus uita, & *λόγος* est, imago est dei, in qua imagine perspicitur pater deus, hoc est quod est esse in uita: hoc est enim imago ut dictum est, & si est Christus uita, quod est autem uiuere, hoc est *λόγος*, ipsa autē uita, hoc est quod est esse, hoc autem quod esse, pater est: Et si rursus ipsa uita hoc est quod intelligere; id autem est sanctus spiritus, & tria ista sunt omnia & in uno quoque tria, & unum tria, & omnino *ἁποόσιον*. Si igitur anima, secundū quod anima est, & animæ esse est, & uiuere & intelligere est: tria ergo superioris triados anima est, ut imago imaginis: Est enim iuxta quod anima est in eo quod est esse, & uitam dans, & intelligentiam, ante intelligere simul habēs, ista *ἁποόσιον* in uno, & sunt singula ut sua substantia, non scissione, non diuisione, non effusione, nec protensione, neq; partu præcisa, sed sempiterna tria; aliud existens in alio existente, & ista substantialiter, iuxta imaginem ergo. Et sicuti pater esse est, filius autem duo, sed in motu & in actu, sic anima in eo quod anima, ut potentia patria: uiuificatio autem & intelligentia in motu: ista ergo esse animæ iuxta imaginem patris & filij, sic autem esse iuxta similitudinē, *ἁποόσιον* ergo etiam ipsa in sua unalitate, & simili substantia, in triplici potentia, ipsa generans, ergo ipsa se mouens, & semper in motu in mundo motionum fons & principium, sicuti pater & filius ipsius animæ motionis & creator, & præcausa, & præprincipium. Adhuc dico in occulto mysterium magnum, sicuti diuiniore trinitas unalis, secundum quod per se effulgender fecit animam in mundo intellectibili in substantiam & propriam substantiam, quam proprie dicimus substantiam, sic animæ trinitas unalis secunda explicauit imaginationem in sensibili mundo, ipsa anima semper quæ sursum sit mundanas animas gignens, & istud ergo iuxta imaginem & similitudinē. Videamus ergo si & iuxta carnem, quidā & iuxta carnem dicunt prædiuinatione, quoniam futurum erat ut Iesus indueret carnē. Ego autem dico forte si & in isto quod *λόγος*, & carnis est *λόγος*, et deus, et incorporealis, & super omne corpus dicitur: potentia enim uniuersorum & omnium deus, non frustra secundum imaginem corporis. Si enim futurum est nostrū corpus & carnem resurgere, & induere incorruptionem, & fieri spiritalis caro, sicuti et Saluator noster iuxta omnia & fuit, & resurrexit, & ascendit, & futurum est ut ueniat: & si post resurrectionem immutabimur, accipientes spiritale indumentum, nihil impedit iuxta imaginem carnis superioris *τοῦ λόγου* hominem factum esse. Ad istud enim testimonium dicit Propheta, dicens: Et fecit deus hominem iuxta imaginem dei. Si fecit deus secundum imaginem, pater iuxta filij imaginem: Si autem & istud dicit, fecit ipsum masculum & fœminam, & prædictum est, fecit hominē iuxta imaginem dei, manifestum quoniam & iuxta corpus & carnem ualde mystice *τοῦ λόγου*, & mare & fœmina existēte: quoniam ipse sibi met filius erat, in primo & secundo partu spiritaliter & carnaliter. Gratia deo patri, & filio eius domino nostro Iesu Christo, ex æterno in omnia secula seculorum. Amen.

# MARII VICTORI

NI AFRIVIRI CONSULARIS,  
ADVERSVS ARIVM, LIBER SECVNDVS.



Eum omnipotentem omnes fatemur Christum Iesum, nos nunc, mox tamen fatebuntur omnes, quibus fides in Christum est. Et deum fatemur patrem, & Christum filium. De utroque, quod sint ambo, & singuli: quippe ut pater deus, filius Iesus Christus, tota nobis religio est, & spes tota, & in isto fides. Sed cum fatemur singulos duos, unum tamen deum dicimus, & ambos unum deum, quousque & pater sit in filio, & filius in patre. Alij unum deum dicunt, patrem solum, filium vero hominem, sed hos nunc omittamus: Etenim Iesum filium cum dicimus, & antequam de Maria nasceretur, fuisse filium confitemur: Nam si in principio fuit *λόγος*, & *λόγος* fuit ad deum, & deus fuit ipse *λόγος*, & hoc fuit in principio, qui cum postea *λόγος* caro factus est, idem est *λόγος* esse & Iesum: Si enim in principio erat *λόγος*, in principio erat filius, qui postea in carne Iesus, propter mysterium, quod mandato patris implevit. Fatendum est igitur à principio fuisse filium. De patris substantia, an extra dicimus: Sed istud querendum, Num deum non fatemur esse? Fatemur. Quid igitur esse istud *ἀνοσίτομ* dicimus, an *ἰνοσίτομ*? id est sine substantia, an substantiam? *ἀνοσίτομ* inquit. Accipio, sed quare *ἀνοσίτομ* quomodo, qui substantia non sit omnino? an qui supra substantiam sit, id est *ὑπερσούσιον*? Sine substantia quis dicat, deum qui esse fateatur? esse enim illi substantia sua, non illa nobis nota, sed ipse quod est ipsum esse, ipse est non ex substantia, sed ipsa substantia, parens omnium, à se sibi esse tribuens, prima substantia, uniuersalis substantia, ante substantiam substantia. Per id igitur quod *ὑπερσούσιος* est, *ἀνοσίτος* à quibusdam dicitur, non quo sit sine substantia, quippe cum sit: ueneremur ergo deum, & esse dicamus, id est *ἰνοσίτομ*, qui constituit omnia, coelum & terram, mundum, spiritus, angelos, animas, animalia, & hominem ad imaginem, & similitudinem imaginis eorum. Quid igitur cum sit *ἰνοσίτος*? Deus pater utique dicitur, sic fatemur, & pater unigeniti, omnium fides ista. Num igitur fallit intelligentiam uerbum ambiguo suo? Genui enim uos, & de hominibus dixit deus, si igitur significat genui & creauit, ut creaturam, & naturaliter de mea substantia genui. Quid magis unigenito? quid ei qui filius est? quid ei qui unus & solus? quid ei in quo pater est? quid ei qui in patre est? quid ei qui *λόγος* est? qui in principio erat, & erat apud deum, & deus est, & per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil? Quid autem hoc significat, quod Christus unigenitus? Si enim deus omnium pater est secundum creaturam, quomodo huius unigeniti pater, si non alio modo & ex substantia, non ex nihilo? Erat autem non alia substantia ante omnia quam patris: de patris ergo substantia Christus. Age, nunc esse & Christum fatemur. Queramus eodem modo hoc, eius esse *ἰνοσίτομ* est, an *ἀνοσίτομ*? Iam supra dictum *ἀνοσίτομ* esse non posse, cui sit esse. Quid igitur istud esse, unde est? *ἐν τοῦ ἀνοσίτου*, an *ἐν τοῦ ἰνοσίτου*, id est, ab eo quod est esse, an ab eo quod est non esse. Deus, ut inquit, esse est: Christus item esse, sed coepit tamen. Verum hoc est. Sed istud esse quod coepit, ab eo coepit quod fuit aliquo modo fuisse, ut omnia diuina, & à diuinis orta, potentia semper sunt ac

Filium quidam tantum hominem dicunt.

Deus *ἀνοσίτος* sit, an *ἰνοσίτος*.

A sunt ac fuerunt: processus autem eorum actus est, & ex motu manifestatio, & quidem natalis: Quid enim dei nascitur, cum deus sit ingentus? an illud credibile est, aut fas est dicere, ex nihilo uel factum, uel natum esse Christum, quem dicimus dei filium: qui est dominus maiestatis: & cetera quae supra diximus, & in alijs libris. Hoc uero postremo haereticus dicit, cui similis & illa est, uel quae à Maria dicit coepisse Christum, uel quae non ipsum *λόγος* induisse carnem, sed adsumpsisse hominem, ut eum ipse *λόγος* regeret, atque hoc MARCELLVS: quod superius autem, PHOTINVS. Excludamus igitur omnes qui haec atque huiusmodi de Christo sentiunt, loquamur cum hijs, qui Christum dei filium dicunt, & filium natum, quippe cum fateantur unigenitum, genitum utique, non factum. Parum istud est, adijciunt, de patre filium, de deo deum, de uero lumine lumen uerum, utique & consequentia de spiritu spiritum, & in patre filium, & in filio patrem, haec cum fateantur consilio nullo, ratione timoris potius quam ueritatis. Alij substantiam hic nominandam negant, alij nominant, sed similem uolunt, non eandem dicere. Quibus illud primum perspicendum est, quod Propheta Esaias dixit: Nullus fuit ante me deus, & post me nullus erit similis deus. Si filius Christus, utique post deum Christus: nullus autem similis post deum, Christus ergo non similis deo. Aut si non post deum, certe cum deo, nam ante deum nullo modo, ergo *ἰμοσύσιον*. Et Dauid sic: Nullus similis tibi. Deinde, quod multis docuimus, substantia in eo quod substantia est, maxime si sit eiusdem generis, & haec in duobus pluribusue sit, haec eadem non similis dicitur esse substantia, ut anima substantia est, sint licet multae animae, in eo quod animae sunt, una est illis eademque substantia. Non quo praecesserit illa substantia & praextiterit, sed simul semper extiterit, ita & in ceteris. Quanto magis in deo: cum ipse sit origo substantiae, cum quo diuino quodam ortu filius à patre accepta substantia, semper cum eo, & in eo, ut alter atque idem eiusdem substantiae, nulla uel illius diminutione, uel huius acceptione consubstantiali & completiua unalitate deus atque uirtus eius semper qui fuerit, & semper extiterit, hoc est, deus & *λόγος*, deus & forma eius, pater & filius, deus & Iesus Christus, deus & uirtus & sapientia, *ομοούσιον* ergo hoc sic dictum, *ἰμοσύσιον* ut *ὁμοειδής*, cum in eadem sunt specie simul existentes. Item *ὁμοιότης* eiusdem temporis & aetatis. Hic uero *ἰμοσύσιον* significat consubstantialia, simul substantiatum, sine composito uel discretionem, sed simul semper quod sit rerum uirtutibus actionibusque discretum. Hic oriuntur quaestiones: Prima quod in sacris scripturis substantiae mentio facta non sit, & magis *ἰμοσύσιον* non sit lectum: Alia, quod si hoc ita est, cum passus est filius, passus est pater: Tertia, quod si hoc ita sit, neque pater maior, neque minor filius, neque alius mittens, alius missus. Et haec & huiusmodi talia. Primum igitur illud de substantia uideamus, non est in deo substantia, neque in Christo: An non est lectum? si non est, ut supra diximus: quia omnino non est, sic accipimus, an quia omnino supra substantiam est, deum non esse nobis nefas dicere: substantia est enim quod deus est, quod spiritus, quod lumen est. Cur enim addimus & uerum lumen? Etenim in diuinis, & in deo sic accipimus substantiam, ut in hylis corpora, & in corporalibus animalibus, haec enim est sibi substantia, esse supra substantiam, deum esse omnes fatentur, cum sit potentia substantiae, & ideo supra substantiam atque ex hoc substantia: etenim potentiae inest esse, quod potest esse. Certe deus omnipotens est, et quorum origo uel causa est, ipse ille omnia est, uirtute scilicet & modo quodam, unde dictum à Paulo: Ut sit deus omnia in omnibus, ergo & *ἰσ* est, & existens, & substantia, quae omnia cum sit: quia parēs omnium est, potentia igitur omnia est. Non dubitandum ergo dicere substantiam dei: quia cum nos circa prima uel summa proprie uerba deficiunt, non incongrue demum apud nos quod conuenire possit intelligentiae aptamus, ut hic

Diuinarum rerum processio

De substantia Christi contra uersa.

Contra negantes substantiam in deo.

Verum lumen quare dicatur.

Deum omnia esse.

Circa summa rerum diuinarum uerba non desunt.

**C** ut hic quod est deo esse, substantiam iure dicamus. Eodem modo accipiamus Christum & esse substantiam, & de patre eius esse substantiam, quippe cum sit & ipse lumen de lumine, deus de deo, spiritus, *λογος*, per quem facta sunt omnia. Et cum sit ita, ut usque ad mysterium corporale substantia sua uenire uoluerit, de quo dictum ab Apostolo. Et non secundum Christum: quia in illo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, quod est *ουσια*. Deus enim potentia, & *λογος*, actio, in utroque utrunque: nam & potentia quod potest esse est, & quod est, potest esse. Ipsa igitur potentia actio est, & ipsa actio potentia. Actio est ergo et pater, agit & filius, agit & pater: ideo pater, quia potentia gignit actionem; & ideo filius actio, quia actio ex potentia: ergo & pater in filio, & filius in patre, sed utrunque in singulis, & idcirco unum. Duo autem, quia quo magis est, id alterum apparet: magis autem pater potentia, & actio filius, & idcirco alter, quia magis actio: magis autem actio, quia foris actio. Hoc si ita est, & substantia pater & filius, & una substantia, & de patre substantia, & simul substantia, & semper, & ex aeterno simul pater & filius, eadem simulque substantia, hoc est, *δμοουσιον*, an non est lectum in scripturis diuinis? Primum qui hoc negat, rem fatetur, sed scripturae quarit autoritatem. Quomodo autem non iniquum est, ideo rem non admittere, quia maiores omiserunt, aliter quo forasse casu, uel causa, cum ratione uincaris? Verum quid lectum negant substantiam: an de deo & Christo substantiam: an *δμοουσιον* ipsum? De deo & Christo substantia lecta est. De deo lecta in Propheta Hieremia: Qui stetit in substantia domini, & uidit uerbum eius, qui praebuit aurem, & audiuit. Item paulo post: Et si steterint in substantia, & audissent uerba mea. Item lecta substantia apud Prophetam Dauid: Et substantia mea in inferioribus terrae. Lectum apud Paulum ad Hebraeos de Christo: qui est character substantiae eius. Sunt & alia exempla, uerum haec sufficere arbitror. At enim apud Graecos posita est *ουσια*, non *ουσια*. Videamus quid intersit. *ουσια* nominant Graeci tam ea quae sunt in aeternis, quam ea quae in mundo atque terrenis: in aeternis igitur deus est omnipotens, causa omnium, & fons, & origo omnium quae sunt, id est *πρωτη αιτια*. Quid igitur damus deo: hoc quod est esse, an omnibus damus esse, deo non damus: Equidem ratio sic se habet, ut primum esse sit deus: Verum quia potest accipi esse, non aperte quid sit illud esse, si iam comprehendibile erit, *ου* dicitur, id est, forma quadam in notitiam ueniens, quod tale esse iam *ου* & *ουσια* dicitur, omnis *ουσια* habet quod est esse, quod autem est esse, non continuo *ου* *ουσια* est, nec *ου*, nisi potentialiter, non in manifesto ut *ου* dicatur. Est enim *ου* figura quadam formatum illud quod est esse, quod tamen purum tunc purum intelligit, cum intelligitur iam formatum: forma enim intellectum ingenerat, manifeste pronuntiat aliud esse formam, aliud quod formatum est. Quod autem formatum est, hoc est esse: forma uero est, quae intelligi facit illud quod est esse. Hoc ergo quod est esse, deo damus, formam autem Christo, quia per filium cognoscitur pater, id est, per formam, quod est esse, & hic dictum est: Qui me uidit, uidit & patrem. Est ergo & deus *ουσια*, & Christus *ουσια*: *ουσια* enim cum forma quod est esse, & quia semper simul sunt, & forma esse est, & ipsum esse forma, unde pater in filio, & filius in patre: est enim esse & in patre, quod est potentia, quod prius est ab eo quod est forma. Est ite rursus & in filio esse, sed istud quod est esse proprium a patre habet, ut sit illi forma esse: alter ergo in altero, & ambo unum. Ergo *ου* deus, *ου* filius, id est enim *ου* esse cum formatum omne enim quod est *ου* esse, est cum forma, hoc & existentia dicitur, & substantia et substantia: quod enim *ου* est, & existit & subsistit, & subiectum est. Hoc autem est quod est esse, sine connexo ullo, quod simplex est, quod unum, manifestior igitur substantia, & existentia est, & substantia dicitur. Si ergo dicitur de deo substantia, magis de deo dicitur substantia, & magis ista, quoniam subiectum significat, & principale quod conuenit deo: Non sic autem subiectum sicut in mundo substantia, sed quod honoratius & antiquus. Et secundum

**A** & secundum fontem uniuersitatis: Verum quod est esse, quod praestat deus hijs quae sunt, ut unum quodque sit, *δμοουσιον* ergo esse formam habens, & primum & formum uerum: quoniam quod est illud esse, purum est, hoc magis substantia est. Quoniam autem rursus & forma est esse, & ipsa substantia est, sed hoc *ουσια* dicitur: iam enim formatum esse substantia est, formatum autem est deus, quod deus est, & pater, sic & filius quod & *λογος* & filius. Substantia ergo proprie dicitur de ambobus, quod est substantia: quoniam quod est esse principale, cum forma substantia dicitur: Haec autem & substantia dicitur, & ideo dictum est, de una substantia tres substantias esse, ut id ipsum quod est esse subsistat tripliciter, ipse deus, & Christus, id est *λογος*, & spiritus sanctus: Ergo *ουσια* iure deo datur, iure *λογος*, id est, patri & filio. Id autem Latini substantiam dicunt, quia diximus & substantiam dici posse, scilicet id quod esse est, magis formatum esse. Quae cum ita sint, lecta est *ουσια*, haec autem est *ουσια*, sicut probauimus. Nunc uideamus utrum ibi, ubi legitur, aliud significet *ουσια*, quam *ουσια*. Multi enim aestimant copias atque fortunas significari hoc uerbo, *ουσια* scilicet, sed sic dixit: Si steterint in *ουσια* domini, uidissent uerbum eius. Quid hic intelligimus *ουσια* domini, nisi id quod est deus? Est autem deus spiritus, lumen, potentia, omnipotens, & huiusmodi talia: Hic qui stat & intelligit, non autem errat qui intelligit, stat ergo: intelligens autem deum intelligit & uidet *λογος* dei filium, manifestum ergo hanc dei esse *ουσια*, qua intellecta, & uerbum intelligitur, simul enim sunt, & hoc est *δμοουσιον*. Hoc & iterum dicit: Quia si steterint in mea *ουσια*, & uerbum meum audissent. Supra uiderem, hic audire posuit, utrumque hoc est quod intelligere. Is enim rem intelligit, qui in rei substantia stat, id est, in primo fonte rei, ut omnia quae sunt eius intelligat. Quid deinde cum alibi uel in Dauide, uel in Euangelio posita est & lecta *ουσια*, nunquid aliud quam *ουσια* intelligitur? *ουσια* mea, inquit Dauid: de deo utique: *ουσια* mea in inferioribus terrae. Dicit enim occultum se, nemo credat quia ubique sum, & omne quod sum & substantia mea, & inferioribus terrae: Ubique enim deus, uel spiritus dei, quae dei substantia est. Volo nunc & illud uidere in Euangelio per parabolam & exemplum positum, dixit enim: Pater familias quidam duobus filijs suam diuisit. Hic utique fortunas & patrimonium intelligimus. Sed si hoc referri ad deum oportet, erit *ουσια* & hic potentia omnis, & uirtus. Haec consumit unus filius qui a deo recedit: etenim qui peregrinatur a deo, nec spiritum dei habet, nec lumen, nec Christum, hic apud se consumit substantiam dei. Haec est enim dei *ουσια*, ut diximus, siue nunc hic diuitias dicamus, uel patrimonium, nihil differt: sic enim dictum est ab Apostolo Paulo: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei. Si igitur diuitiae dei sapientia & scientia sunt: & si sapientia & scientia ipsa uirtus dei est, uirtus autem dei Christus est, Christus autem *λογος* est, *λογος* uero filius, filius autem in patre ipse est, ipse ergo diuitiae patris, ipse *ουσια* est. Iam igitur nihil inter est, utrum *ουσια* diuitias intelligamus, an *ουσια*, dummodo id significetur, quod ipse deus est. Ergo lectum est de deo uel *ουσια* uel *ουσια*, hoc autem & de Christo intelligitur. Dictum est: Ego in patre, & pater in me. Quod quidem ideo bis dictum, quia in patre esse potuit filius, non tamen & in filio pater, sed ut plenitudo atque idem unum in singulis esset. Si autem eadem *ουσια*, *δμοουσιον* ergo. Eadem autem, nam Christus deus de deo, & lumen de lumine, ergo *δμοουσιον*. Id autem si ex aeterno & semper, necessarium simul, ergo uere *δμοουσιον*. At enim hoc ipsum *δμοουσιον* lectum non est. Omnia enim quae dicimus lecta sunt, uobis dico, quia iam fatemini de deo, uel quod lumen sit, uel quod spiritus. Dicitis ergo de deo deum, de inuisibili spiritu spiritum, & uerum lumen de uero lumine, quae sunt *ουσια* dei. Verum cum dicitis Christum, deum de deo, lumen de lumine, & talia: ubi sic legitur, an uobis licet sic dicere, unde magis *δμοουσιον* probatur, nobis dicere *ουσια* pturis, non licebit.

Pater & filius quare duo.

NO

Substantia uerbi reperiri in scripturis.

D

Deus origo.

Forma patris Christus.

De una substantia tres esse substantias.

ουσια & ουσια quod differant.

Intelligere quid sit.

Declaratur parabola Euangelica Luc. 15.

Diuitiae patris filius.

Lumen de lumine nusquam legitur in scripturis.

**C** non licebit: Verum si ideo dicitis lumen de lumine, quia & deus lumen dictus, & Christus lumen; & item & pater deus, & Christus deus dictus, id quidem manifestum, verum deum de deo non lectum, nec lumen de lumine, at licuit sumere: Licet ergo de lectis non lecta componere, *ομοούσιον* lectum negatis, sed si aliqua similia, uel similiter denominata lecta sunt, iure pari & istud denominatum accipere debemus, Dei *ουσία* lumen est, hoc lumen uita est, & ista uita est intelligentia, hoc esse deum, hoc esse Christum satis declaratum est. Viuit pater, & ego uiuo, pater habet in se uitam, & filio dedit habere apud se uitam, quæ habet pater, ea mihi dedit omnia. Hijs & alijs sæpe probamus, eadem in patre esse, & in filio, & quod semper, & ex æterno: Et ideo *ομοούσιον* appellatum est. Sed unde hoc uerbum, audi Euangelium, audi Paulum Apostolum, audi orationem oblationis, quoniam uita est deus, & æterna uita. Nos **C H R I S T I A N I**, id est, qui in Christum credimus, docemur in Euangelio, quomodo deum patrem rogare debeamus, in qua oratione cum multa petimus, tum petimus panem, qui panis uita est, sic enim dictum est: Hic enim est panis, qui de cælo descendit. Hanc uitam & Christi & dei, id est, æternam quo nomine ipse dicitur: *ουσία* *αὐτοῦ*, ex eadem *ουσία* panem, id est de uita dei, consubstantialē uitam. Unde enim filij dei erimus, nisi participatione uitæ æternæ? quam nobis Christus à patre adferens dedit. Hoc ergo est, *ὅς ἐστὶν ἡμεῖς ομοούσιον αὐτοῦ*, id est, uitam ex eadem substantia: etenim si quod accipimus, corpus Christi est, ipse autē Christus uita est, quarimus *ουσία* *αὐτοῦ*, diuinitæ enim in Christo corporaliter habitant. Græcum igitur Euangelium habet *ουσία*, quod denominatum est à substantia, & utiq; dei substantia, hoc Latini uel non intelligentes, uel non ualentes exprime re, non potuerunt dicere, & tantūmodo quotidianum posuerunt, non *ουσία*. Est *ουσία* pro= ergo & nomen lectum, & in deo substantia, & dici potest græce, quod etiam si Latine non exprimitur, dicitur tamen græce quia intelligitur. Ergo nos qui Christū credimus, quia ab eo uitam æternam speramus, quia ipse uita est, cum ipsum sequimur, & cum eo, & circa ipsum sumus, circa uitam æternam sumus, & appellamur **TIT. 2.** *καὶ ὁ πατήρ ἡμεῖς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καὶ ἀδικίας καὶ καὶ ἀνομίας καὶ καὶ ἀδικίας καὶ καὶ ἀνομίας καὶ καὶ ἀδικίας*. Hinc sanctus Apostolus ad Titum Epistola sic dixit græce: *ὅς ἐστὶν ἡμεῖς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καὶ ἀδικίας καὶ καὶ ἀνομίας καὶ καὶ ἀδικίας*, id est, circa uitam, quam Christus & habet & dat, posuit populum abundātem. Quid meriti est ut saluetur populus quod abundat? Hoc autem rursus magna causa, & ueluti necessitas, quod *ουσία*. Hinc oratio oblationis intellectu eodem precatur deum: *ὁμοούσιον καὶ καὶ ἀδικίας καὶ καὶ ἀνομίας καὶ καὶ ἀδικίας*. Ergo lecta sunt omnia denominata ab *ουσία*, hinc itaque compositum *ομοούσιον* de deo & Christo, quod & ab ratione non est alienum; habet enim *ουσία*, quam habent superiora nomina, & eodē modo denominatum est, & hoc nomē omnes excludit Hæreticos, necessariō ergo positum à maioribus. Dicendum ergo & semper tractandū est. At enim quia nō intelligitur, & scandalū facit, tollendū & de fide & tractatu, aut certe Latine ponendum. Non intelligitur, dicunt. Ergo nec Latine potest dici. Non intelligitur, quare uos timetis istud? qui enim obpugnant, timet: at si timetis, Hæretici estis, hoc excluso subintrare cupitis. Num si *ουσία* in deo negatis, *ομοούσιον* ideo tolli uultis, quia *ουσία* fatetur? Ergo intelligitis & timetis. Si autem & **BASILIVS** *ομοούσιον* dicit, & hoc quoq; nomen aduersum uobis est, & ideo & hoc repudiatis, quia semel *ουσία* negatis in deo. Si autem ideo repudiatis, quia intelligitis, & ipse **BASILIVS** intelligit, qui *ομοούσιον* dici uult, de quo post loquimur: Non est *ομοούσιον* nomen quod nō intelligitur. Latine, inquiunt, dicatur. Quia difficile dicitur, ideo expetitis, & si dicatur, sequimini. Magnum miraculum, uerbum uos Hæreticos facit, uel potius sonus uerbi, quod græce dicitur. Deinde si Latine dixerō, quia ecclesia habet Græcos, & quia omnis scriptura uel ueteris Testamenti, uel noui, & græce & latine scripta est, si non ponimus græce, interrogati à Græcis

Ex scriptis in sacris literis, non scripta componimus.

Christiani.

Ioan. 6.

Latini non potuerūt assequi *ουσία* pro= prietatem.

Hæc ex Arii persona dicit.

**A** Græcis, quid respondebimus? Necessariō dicendum est *ομοούσιον*, ergo ponendum. Quid autem? In scripturis non multa sunt nomina, uel græca, uel hebraica, aut interpretata, aut non interpretata: ut *ηλλει, ηλλει, λαμβανω βαχθάνι*. Item Golgotha, & Emmanuel. Item: si quis non amat dominum nostrū Iesum Christū *ἀγαπήμα μαρναναδαι*. 1. Corint. 16. Sexcenta alia aut interpretata, posita tamen: aut non interpretata, & sola posita, ut anathema, quod non exprimitur, nec Latine, nec Græce, & tamen & positum est, & quotidie usurpatur, sicut & Alleluia, & Amen, quæ in omni lingua incommutabiliter dicitur. Licet igitur ponere eodem modo *ομοούσιον*, Certe uerbum cum tollendum est, aut quia obscurum est tollitur, aut quia contrarium, aut quia minus uel plus exprimit, aut quia superuacuum est. Hoc non obscurum est, nam & nos diximus quid significet, & uos quia intelligitis, timetis: & **BASILIVS**, quia intelligit, mutat. Contrarium autem non est, nam cum de substantia iam omnes fatemur: substantia est enim deus, spiritus, lumen, quæ de deo patre & Christo dicunt, hoc uerbum *ομοούσιον*, cum de substantia dicatur, non potest esse contrarium. Sed minus aut amplius exprimitur: Corrigendum potius quam auferendum: iam uero superuacuum quomodo? quia iam dictū, & ubi dictū. An quia nō utile? Non utile, quod excludit Hæreticos, maxime Arianos? Quod à maioribus positū ut murus & propugnaculum. Sed nuper est positū. Quia nuper erupit uenenata cohors Hæreticorum, quod tamen conditum iuxta ueterem fidem, nam & ante tractatum, & multi orbis Episcopi trecentis quindecim in ciuitate Nicæa, qui per totum orbem decretam fidem mittentes, Episcoporum milia in eadem habuerunt, uel illius temporis, uel sequentium annorum. Probatum autem ab **IMPERATORE**, Imperato Constantius Imperator sub quo Victorius scripsit, confirmauit *ομοούσιον*. **B** LI qui substantiam confiteris, utriq; uestris uocibus *ομοούσιον* confitemini: Nempe dicitis deum, & eundem dicitis lumē, eundem spiritum. Qui dicit ista, substantiam dicit dei: Nam qui dicit patrem uel omnipotentem, uel bonum, uel infinitum, & talia, non substantiam, sed qualitatem dicit. Item filium dicitis *λογον*, lumen, spiritum, & ista substantiam significant. Rursus cum dicitis, deum de deo, uerum lumen de uero lumine, argumentum timoris Basilij tollitis, ne sit superior substantia, ex qua duo sunt. Si enim de deo deus, & lumen de lumine, utiq; patris substantia, substantia filij est: quia ipse deus pater, ipse substantia est, de qua substantia filius *λογος*, lumen, spiritus, etenim cum dicitur filius, item Saluator, item Iesus Christus, secundum qualitatem, non secundum substantiam dicitur: Sic reliqua uel patri dantur, uel filio, ergo substantiam fatemini. Vos autem certe Basilio credite, qui eadem de deo, & de Christo dicit, lumen, deum, spiritum, *λογον*, & substantiam confitetur. At enim in istis *ομοούσιον* non est: ita est, si non in *ομοούσιον* eandem substantiam intelligas. Sin autē cum componitur uerbum, idem in duobus uel pluribus significatur, *ομοούσιον*, quod de eadem sit specie: & *ομοηλικε*, quod eadem ætate, & quod *ομοονυμος*, eodem nomine, & concordia *ομόνοια*, eodem corde, eadem *ουσία*, ergo consubstantiale quod sit eadem substantia est: Sin autem *ομοούσιον* intelligitur, erit *ομοούσιον*, Latine simul consubstantiale, non ab aliquo alio, sed dei potentia ex æterno. Etenim si in principio erat *λογος*, & *λογος* erat ad deum, quoniam principium ante nihil habet: si enim habuerit, desinit esse principium. Ex æterno deus, & ex æterno *λογος*. Simul ergo ambo, & semper simul, nec aliquando alter sine altero, nec filius ex eo quod nō est aliquando. Hinc ergo exclusus Arius, qui protulit *ἡνωτέον*: sententia eius fuit & illa: *ὅτι οὐκ ἔστιν ἕν* esse filium, id est de nihilo: Significat *ομοούσιον* simul esse, & substantiā. Aduersus utrumq; sacrilegium uerbi huius potentia repugnat, quod *ομοούσιον* dicitur: siue enim ita est, ut *ομοούσιον* sit eiusdem substantiæ, ut *ομοειδής*, sicuti supra docuimus, excluditur quod dictum est, esse Christum ex nihilo: si enim deus & *λογος*, eadem

1. Corint. 16.

Basilius.

Constantius Imperator sub quo Victorius scripsit, confirmauit *ομοούσιον*.

**C**dem substantia sunt, deus & λόγος, nō solū nō ex nihilo, sed ne ex simili quidē substantia. Si uero ἰμοόβριος ex eo q̄ est, simul esse substantia intelligit̄, hoc est simul substantiatū, simul deus & λόγος, & ex aeterno, semper simul pater & filius. Ex hoc excludit̄ quod dictū est: fuit quando nō fuit. Hoc si ita est, hoc uno, id est, ἰμοόβριος omne uenē nū Ariani dogmatis internecat̄. O docti Episcopi, o sancti, o fidē spiritu cōfirmātes, o uerbū dei uere uerbū dei, qđ deus & λόγος ostenditur, simul ex aeterno, & semper eadēq; substantia. Dictū igit̄ Latine est ἰμοόβριος; unde necessariō etiā Græce ponendū atq; tractandū. Sed adijciamus etiā nunc aliqd, quo per confessionē uestiā, & per lectionē deificā Latine expressum ἰμοόβριος adprobeť. Lectio diuina dicit: Pater in filio, & filius in patre. Et ne parū sit, ad fidē ipse d̄s noster Iesus Christus dicit: Ego in patre & pater in me. Quid ergo? Hæc nomina insunt sibi inuicē: an uirtutes, an substantiæ, an sapiētia & potestates? Pater quo pater est in filio esse nō potest: Itē filius quo filius, in patre esse nō potest, sed quod uirtutis substantiæ sibi est, hoc est in altero. Inde alterū in altero, unū reddit̄ etiā subsistētibus singulis, unū tamē, quia idē in utroq; intelligit̄ & nominatur. Ergo & pater in filio, & filius in patre. Sed isto modo. Hoc si ita est, uideamus cætera. Dicitis, & recte dicitis, Iesum Christum dominū nostrum, deū de deo, & lumen de lumine. Vicinum est, et conueniens est, similiter dicere & istud. Dicamus ergo, uereq; dicamus, deū in deo, lumen in lumine. Quod quidē ideo non & reuersum dicitur, quia unū uerbū est in duobus. Nam pater & filius duo sunt uocabula; & idcirco uerti inuicem possunt, ut & pater in filio dicatur, & filius in patre. At uero cum unū nomen in duobus dicitur, deus in deo, eodem modo dicitur & cum de altero dicitur, eadem ratio & cū dicitur lumen in lumine. Necessitate igitur nominis unius semel quidē dicitur, sed propter duo patrē & filiū bis & intelligitur & auditur. Dicamus igitur Iesum dei filiū, deum de deo, lumen de lumine. Dicamus & illud, deū in deo, lumen in lumine: Si enim, ut fatemur omnes, & filius in patre est, & pater in filio, est autem pater & deus, & lumen, ita tamen ut de patre filius hic sit, unde necessariō & uere est dicere; & deus in deo, & lumen in lumine. An durū istud est, sed necessariō faciendum est & sic esse, & sic se habere? Quid si etiā lectū est, & ex duobus istis unū aptissime sic positū, ut a me nō inuentū, sed sacra lectione sit iam probatū? Hymni dicitur David in libro psalmorū, qui clauis mysteriorū omnium dicitur, sic deo psallit: Quoniā apud te est fons uitæ, in lumine tuo uidebimus lumen: Deo dicitur æstima mus, an Christo? an utriq;? Quia cuiusq; recte: In patre em̄ filius, & in filio pater. Sed si patri deo, hoc erit illud: Si in substantia mea stetit, & uerbū meū audisset. Si aut̄ filio, hoc erit illud: Qui me uidit, uidit & patrē: Ergo in lumine tuo uidebimus lumē. Est igitur lumen in lumine, ergo & deus in deo. Neq; em̄ dubitandū est qn̄ & hoc sequat̄, cū illud qđ eodē modo est, & re sit & lectione probatū. Quod si ita est, colligamus omnia, ita ἰμοόβριος apparebit & Græce intellectū, & Latine pronuntiatū. Credimus in deū patrē omnipotentē, et in filiū eius unigenitū. Verū fiat: Satis est iam de hoc, Esaias sic ait: Laborauit Aegyptus, & mercimonía Aethiopū & Sabaim, Viri altissimi in te ambulabūt, & tibi eiūt serui, & retro te sequētur ligati manibus, & te uenerabūt, & te precabūt, qđ in te deus est, et nō est deus extra te. Iesum Christū dñm nostrū, deū de deo, lumē de lumine: deū in deo, lumē in lumine: cōsubstantialē simul substantiā, sic reliqua ad symbolū quæ iungunt̄, & ad fidē explicitū est, & absolutū ἰμοόβριος plenū est, & de eadē substantia, & in eadē substantia, & semp̄ simul, si placet Latine sic habeat̄. Si aut̄ unū uerbū Græcū, qđ magna exp̄ssione, magnaq; breuitate utriq; cōcludit, placet, manere de deo & dño nostro p̄seueret. ἰμοόβριος uero magis ac magis teneat, scribat, dicat, tractet, in ecclesijs oibus prædicetur: Hæc enim fides apđ Nicæā, hæc fides Apostolorū, hæc fides catholica: Hinc Ariani, hinc Hæretici uincuntur uniuersi. Pax cum hijs qui ita sentiunt, à deo patre, & à Iesu Christo domino nostro, Amen.

MARI

## MARI VICTORI

NI AFRI VIRI CONSULA  
RIS, ADVERSUS ARIUM, LIBER  
TERTIVS.



**A**ROS uel uōs diuinus ut sede utitur, atq; ut corpore anima celesti, ea uero sensuali uōs, uel λόγος in sensuali anima, ut ipse sensualis in corpore est, & ideo in qualicumque corpore. Omne autem quod ex diuinis est, ad sua non quasi pars eorum est, sed ut imago, ut id in alijs & adfertur est, & probatum: quippe cum in ipsis diuinis λόγος dei imago sit, sic igitur cætera, ergo omnium diuinorum. Ut enim dei λόγος imago est, ita & τοῦ λόγος anima quæque, hoc genus ibi, cætera imagines sunt: At in natura sensuali non imagines, sed magis simulachra, ac simulamenta dicenda: Ita enim rerum progressio est, ut effulgentia luminis imago sit luminis, unde substantia eadem est in summis & æternis, quia imago luminis lumen est: ut enim de spiritu nō nisi spiritus; & de uero, uerum, & de deo, deus: sic & de substantia substantia: spiritus enim, & uerus, & deus substantia est. Omne autem quod est unicuique suum esse, substantia est. Sed hoc esse quod dicimus, aliud intelligi debet in eo quod est esse: aliud uero in eo quod est ita esse, ut unum sit substantia, aliud qualitatē. Sed ista istic in sensibilibus & in mūdo. At in diuinis & æternis ista duo unum: omne enim quod ibi simplex, & hoc deus, quod lumen, quod optimum, quod existentia, quod uita, quod intelligentia, ac de hoc & in alijs diximus.

**B**omnia ergo ibi substantialiter simplicia, inconnexa, unum numero, unum, nec numero unum, sed ante numerum unum, id est, ante unum quod est in numero, hoc est planē simplex, solum sine phantasia, quod alterum. Unde quod inde nascitur, imago, non scissio, nec effusio, sed effulsio; nec protensio, sed apparentia, nec geminatio potentia, quam potentia actio: ubi enim actio, aut unde? nisi in potentia atque ex potentia? Et quando aut ubi potentia? nisi cum actione & in actione? Non ergo alterum in altero, nec aliquando simile, quia idem semper: Et quia effulgentia declaratur lumen, uel actio, declaratur potentia: idcirco, qui me uidit, uidit patrem. Et quia potentiam ipsam solum nemo uidet: Deum nemo uidit unquam. Et quoniam potentia cessans uita est, & cessans intelligentia, hæc autem uita & intelligentia actio est, si quis deum uiderit, moriatur necesse est: quia dei uita & intelligentia in semetipsa est, non in actu: omnis autem actus foris est, hoc uero est nostrum uiuere, quod foris est uiuere: ergo est mors deum uidere, nemo, inquit, unquam deum uidit & uixit: simili enim simile uidetur. Omittenda igitur uita foris, omittenda intelligentia, si deum uidere uolumus, & hoc nobis mors est. Quoniam autem hæc uita & intelligentia λόγος est, qui Christus est, per Christum & nos omnia, per ipsum est ergo λόγος, & uita, & intelligentia. Quare quia ista omnia motus, & adiectio est: nos ergo si sumus in Christo domino, per Christum uidemus, id est, per uitā uerā, hoc est, per imaginē ueram. Et quia ueram, ergo eiusdem substantia, quia & in actione potentia est, ibi ergo deum uidemus, & hinc illud: Qui me uidit, uidit deum. Quod uero de potentia actio, ideo de patre filius, ac de spiritu λόγος: & quia de spiritu spiritus, ideo de deo deus: ergo de substantia eadem substantia, ut supra docuimus. Potentia deus est, id est, quod primū existentia uniuersale est esse, quod secum, id est, in se uitam & intelligentiam habet, magis autem ipsum quod est esse, hoc est, quod uita atque intelligentia motu

I 2 interiore

Quomodo pater in filio sit.

D

Psal. 55.

Lumen esse in lumine.

λόγος imago dei, anima uero imago τοῦ λόγος.

Deum quare nemo uidisse unquam dicatur.

Videre deum nobis mors est.

**C** interiore & in se conuerso: est ergo motus in deo, & ex hoc & actio, unde dictum: Amen amen dico uobis, non potest filius à semetipso facere aliquid, si non uiderit patrem facientem; quæ enim ille facit, eadem & filius facit. Similiter ergo & pater & facit & agit, sed intus; unde cum nullo eget extrinsecus, semper plenum, semper totum, semper beatum est. Verum quoniam uita atque intelligentia motus sunt, omnis autem uita uiuificat, omne uero quod uiuificatur foris est: itemque intelligentia quod intelligit foris est, & id quod intelligit intus, tracta & uita & intelligentia, uel effulgente uel inluminante intelligit. Vnde de deo atque ex eadem substantia est & substantia, & uita, & intelligentia, itemque motus cum intus in se est; idem est quod substantia: qui cum inde spectat, & ut foras emineat, id est, ut operetur atque agat, hic partus est, hic natalis. Et quia motus unus est unigenitus filius, motus autem unus siue illa uita, siue intelligentia: etenim uitam motum esse necesse est: Viuefacit enim omnis uita, unde motus est uita, qui siue in se existens, atque in se conuersus substantia ipse sibi est, siue foras spectat, unde magis dicitur motus: nam intus motus cessatio est, uel mota cessatio, cessansque motus: debet enim deus utriusque, cessationis dico & motus, & parens esse, & ipsa substantia, quod quasi societate, & quadam forma, ad utrumque fons est simplex ipse & unus, semperque unus ac solus, & ut supra diximus, totus. Qui cum in cessante motu accipitur atque intelligitur, hoc est deus, atque ipse pater est, semper atque ex aeterno pater: quia semper motus ex substantia, & in substantia, uel potius ipsa substantia: qui cum foras spectat, hoc est autem foras spectare, motum uel motionem esse, quod ipsum hoc illud est se uidere, se intelligere, ac nosse uelle: cum autem se uidet, geminus existit & intelligitur, uidens, & quod uidetur: ipse qui uidet, ipsum quod uidetur, quia se uidet, hoc est igitur foras spectans, foris genitus uel existens, ut quid sit intelligat. Ergo si foris est, genitus est: & si genitus, filius: & si filius, unigenitus, quia solus, qui est omnis actus, atque omnis & uniuersalis, & unus est motus, idem autem motus quod substantia, ergo & pater, & filius una eademque substantia: con-

**D** substantiale igitur, id est *εποποιον*. Omnia ergo filius, ut omnia pater. Sed quia potentialiter prior est substantia, quam actus ac motus: Prius autem ad uim dixi & ad causam, quia motui causa substantia: omnis enim motus in substantia, ergo nec cessans generator est pater, & item necessarius omnia quæ pater habet, habet & filius: Omnia, inquit, quæ habet pater mihi dedit. Et item pater ut ipse habet ex se uitam, ita dedit filio ex se habere uitam: ergo ut pater, ita filius uita est, & ex se uita: Ipsa est enim uita, quæ sibi & alijs est uis uiuendi, non aliunde uita. Igitur motus, & principalis motus, & unus motus, & à se motus, & unigenitus motus, hic est *λόγος*: etenim uita est, per quã uiuunt omnia. Et quia uita est, ipse est per quem facta sunt omnia, & in quæ facta sunt omnia: quia purgata omnia in uitã aternã redeunt. Et omnia in ipso facta sunt, quia quæ facta sunt, in ipso uita sunt: nihil est enim quod sit, cui sit esse suum, ex quo ipsi uita sit esse quod sit. Ergo in Christo facta sunt omnia, quia Christus *λόγος* est: Vita autem nec coepit, quia à se sibi semper est, unde nunquam desinit, & infinita semper est, & per omnia, & in omnibus usque à diuinis & à supracælestibus ad usque cælestia, cælosque omnes, æthera, æra, humida atque terrena, omniaque quæ oriuntur è terra, omniaque cætera. Ergo & corpus caroque nostra habet aliquid uitale, omnisque materia animata est, ut mundus existeret, unde eruperunt iussu dei animalia. In carne ergo inest uita, id est *λόγος*, uita autem inest Christus: quare *λόγος* caro factus est. Vnde non mirum quod mysterio sumpsit carnem, ut & carni, & homini subueniret, sed cum carnem sumpsit, uniuersalem *λόγος* carnis sumpsit: nam idcirco omnis carnis potestates in carne triumphauit, & idcirco omni subuenit carni, ut dictum est in Esaia: Videbit te omnis caro salutare dei. Et in libro Psalmorum: Ad te omnis caro ueniet. Item & uniuersalem *λόγος* animæ: nam & animam

Foras spectare quid sit.

Substantia motu est prior

Esaie 52. Psal. 64.

**A** animam habuisse manifestum, cum idem Saluator dixit: Tristis est anima mea usque ad mortem. Et item in Psalmo: Non derelinques animam meam in inferno. *Psalm. 15.* Quod autem sumpsit uniuersalem *λόγος* animæ, hijs manifestum in Ezechiel: *Ezech. 18.* Omnes animæ sunt mex, ut anima patris, sic & anima filij. Item uniuersalis anima *λόγος*, & ex hoc ostenditur, quod & irascitur, cum maledicit & arbori fici, & dicit: Sodomis & Gomorris in illa die commodius erit quam uobis. Sic etiam multis locis: Item & cupit, cum dicit: Pater si fieri potest transferatur à me hic calix. Ibi etiam ratiocinatur: sed fiat potius uoluntas tua. Hæc & alia multa sunt, quibus ostenditur animæ *λόγος* uniuersalis: adsumptus ergo homo totus, & adsumptus, & liberatus est: in isto enim omnia uniuersalia fuerunt, uniuersalis caro, anima uniuersalis, & hæc in crucem sublata atque purgata sunt per salutarem deum *λόγος*, uniuersalium omnium uniuersalem, per ipsum enim omnia facta sunt, qui est Iesus Christus deus & Saluator, & dominus noster. Amen.

**B** *ΛΟΓΟΣ* igitur quæ sunt, quæque esse possunt, quæue esse potuerunt, ueluti semen ac potentia existendi, sapientia ac uirtus omnium substantiarum de deo ad actiones omnes deus potentia patris actusque, quo filius ipse cum patre unus deus est. Etenim cum sint ista existentia uiuentes intelligentesque, animaduertamus hæc tria, esse, uiuere, intelligere, ita tria esse, ut unum semper sint, atque in eo quod est esse. Sed in eo quod est esse dico, quod ibi est esse: in hoc igitur esse, hoc est uiuere, hoc intelligere omnia substantialiter, ut unum substantia: uiuere enim ipsum id est quod esse, neque enim ita in deo, ut in nobis aliud est quod uiuit, aliud uita quæ efficit uiuere. Etenim si ponamus accipiamusque ipsam uitam esse, atque existere, quodque ei potentia sit id ipsum sit ei esse, clarum fiet unum atque idem nos accipere debere esse & uiuere, hæc ratio est, uisque eadem intelligentia est utique illi. Hoc ipsum ergo intelligere, hoc est quod est ei esse, idque esse, quod est intelligere ipsum hoc intelligere intelligentia est: esse ergo, esse & uita & intelligentia est, id est quod uita & intelligentia, unum igitur quod uita, & idem esse quod est intelligentia. Quod si hæc in singulis atque in binis unum, sequitur ut ipsum uiuere hoc sit, quod intelligere: nam si esse hoc est uiuere, atque esse id quod intelligere, sit unum uiuere atque intelligere, cum sit illis unum quod est esse. Huc accedit quod ipsum esse nihil est aliud quam uiuere: quod enim non uiuit, ipsum esse ei deperit, ut quam diu quidque sit, hoc sit ei suum uiuere, unde commoritur esse cum uita. Sed nos cum de æternis loquimur, aliud uiuere accipimus, hoc est ipsum scire quod uiuas, scire porro hoc est quod intelligere: Ergo scire intelligere est, & scire quod uiuas hoc est uiuere, id ergo erit intelligere quod uiuere. Quod si ita est, ut unum sit uiuere & intelligere, & cum unum sit esse quod est uiuere atque intelligere, substantia unum, substantia tria sunt ista: cum enim uim ac significantiam suam habeant, atque ut dicuntur & sint, necessarius & sunt tria, & tamen unum, cum omne quod singulum est unum, tria sint, idque Græcis ita dicitur: *ἡ μίαν ὁυσίαν τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις*. Hoc cum ita sit, esse ut fundamentum est reliquis: uiuere enim & intelligere ut secunda & posteriora, ut natura quadam in eo quod est esse, uelut inesse uideantur, uel ex eo quod esse quodammodo ut extiterint, atque in eo quod est suum esse, illud primum ac fontanum esse seruauerint: nunquam enim esse sine uiuere atque intelligere: neque uiuere atque intelligere sine eo quod est esse. Iam probatum est. Huius rei ad intelligentiam hoc sit exemplum: Ponamus uisum uel uisionem per se ui sua atque natura potentialiter existentem, hoc est eius esse, potentiam habentem uiuere ad uidendum, quod erit eius uidere: & item potentiam habentem uidendo uisa quæque discernere, quod est contra intelligere: hæc si potentia sunt, nihil aliud quam esse dicitur, & manent, & ut quieta sunt, atque in se conuersa tantum ut sint

**C** operantē solū uisio, uel uisus existētia, et idcirco solū esse numerāda: At cū eadē uisio opatione uidēdi uti coeperit, quasi progressionē suā uisio, quasi in quā: nō em̄ progredit̄, nec à se exit, sed intentionē ac uigore propriā potestatis, quod est ei uiuere, omnia quæ sunt ei obuia, uel quibus incurredo obuia cōspexerit, officio cū uidēdi fungit̄, uita ipsius uisionis est, quæ motu opante uiuere indicat uisionē, tantū in eo quod uidet puro uidēdi sensu nō discrimināte, nec dijudicāre qd uidet. Quod quidē nos accipimus æstimatione, ut opinemur uidere solū sine intelligētia: cū autem uidere, quod est uiuere uisioni, uidere non sit, nisi capiat comprehendatq; quod uidēdit, simul ergo est & iudicare quod uidēdit: ergo in eo quod est uidere, inest dijudicare: neque enim si uidēdit, quomodocunq; uidēdit non dijudicauit illud ipsum, uel quod uidēdit. Ergo ut diximus in eo quod est uidere, est dijudicare: in eo autem quod est esse uisionem, inest uidere: inconnexa igitur ac magis simplicia in eo quod sunt, non aliud quā unum sunt, uisio, uidere, discernere, quo pacto & in eo quod est discernere inest uidere, & in eo quod est uidere, inest esse uisionem, atque ut uere dicam, non inest, sed eo quod est uisio, eo est uidere atque discernere, ita in singulis omnia, uel unum quidque omnia, uel omnia unum.

Extolle te igitur atque erige spiritus meus, & uirtute, qua à deo mihi es inspiratus, agnosce deum, intelligere difficile, non tamen desperatum: nam ideo nosse se uoluit, ideo mundum opera sua diuina constituit, ut eum per ista omnia cernere mus. *λόγος* certe, qui eius filius, qui imago, qui forma est, à se ad patrem intelligendi transitum dedit: deum igitur in qua natura, in quo genere, in qua uia, in qua potentia ponimus? intelligimus? æstimamus? uel qua phantasia intelligentiæ adtingimus? atque in eum prouehimur: Et cum intelligibilem esse dicimus, certe in sufflatione dei anima nobis atque ex eo pars in nobis est, quæ in nobis est maxima:

**D** adtingimus igitur eum eo, quo inde sumus atq; pendemus. Certe post Saluatoris aduentum, cum in Saluatore ipsum deum uidimus, cum ab eo docti atque instrugimur ca par te, quæ diuina ipsa est. aliud tantus intelligentiæ magister dabit, nisi deum nosse: deum fateri: Et maiores nostri quæsierunt quid esset, aut quis esset deus, & hijs ab eo qui in eius gremio semper est, responsum est ita: Me uidetis, & patrem meum queritis, olim uobiscum sum, qui me uidit, patrem uidit, ego in patre, & pater in me. Ergo quid dicimus? Deum nempe spiritum, & spiritum uitæ: Dicitum enim est uita pater est, & item Christus spiritus est. Et ipse rursus de se dixit: Ego sum uita. Et: Ut pater habet ex se uitam, ita & filio dedit habere ex se uitam. Eodem modo spiritus sanctus spiritus est, utique & ipse uita: Nam omnia Christus accepit à patre, & omnia, inquit, ei dedi. Et item: Quæ habet mea sunt. Ergo habet uitam, & uitam à se esse. Quare istud: Quia ubi uita est, ibi est à se esse uitam: & si istud ita est, ibi est & intelligere se uitam esse, & quid esse sit uiuere, & quid esse quod uita est: coniuncta igitur omnia, & unum omnia, & una substantia, & uere uel simul quod est *ἕν*, uel una eademque substantia. Pater igitur esse est, hoc enim cæteris principium, & primum ad phantasiā secundorum: hic deus, is cum duobus cæteris deus, hic unus deus, quia quod est uiuere & intelligere, hoc ipsum est quod est esse, & duobus istis quod uiuere atque intelligere, ab eo prouenit quod est esse. Nemo igitur separet spiritum sanctū, et prophana blasphemia esse nescio quid suspicetur, quia & ipse de patre est, quia ipse est & filius, qui de patre est: nanque post id quod est esse, id est existētia, uel subsistentia, uel si alius metu quodam propter nota nomina conscendas, dicasq; uel existētia, uel subsistentia, uel essentialitā, id est, *ὑπερῆχοντα, οὐσίτητα, ὀντότητα*, omnibus hijs esse quod dico manēs in se, suo à se motu uiuificās potētia sua, qua cūcta uiuificantur, et potentificant, plena, absoluta, super omnes perfectiones omnimodis est diuina perfectio. Hic est deus supra *πάντα*, supra ueritatē, omnipotens potentia, & id

**A** circo non forma, *ἡ* autem, & ueritas, forma, sed non ut inharens alteri inseparabilis forma, sed ut inseparabiliter adnexa ad declarationē potentia dei patris eadem substantia uel imago uel forma. Illud igitur primū quod esse diximus, quod deus est, & silentiū dictū, & quies atq; cessatio. Quod si ita est, potentia progressio, quæ non quidē progressio, sed apparentia est, & si progressio, non dimittens unde progreditur, sed cum connexionē progressio, magis autem apparentia: non enim fuit: aliquid extra quod progressio fieret: Vbiq; enim deus, & omnia deus: ergo potentia progressio actus extitit, is actus, si silentium deus est, uerbū dicitur: si cessatio, motus: si essentia, uita. Quod ut docuimus, in eo quod est esse & uiuere, in eo qd est silentium est tacens uerbū, & in eo quod est quies uel cessatio inest uel occultus motus, uel occulta actio. Necessario itaq; ex hac cessatione natus motus, & nata actio est, uel à silentio uerbū, uel ab essentia uita. Ergo ista essentia, silentiū, cessatio, pater, hoc est deus pater: At uero uita, uerbū, motus aut actio, filius, & unicus filius, quia nihil aliud quā unū, uel uita, uel uerbū, uel motus aut actio, magisq; omnia ista motus aut actio: etenim omnia illa actiua sunt uita & uerbū, motu uiuent, & motu operantur, uniuersalis autē motus, qui principalis est motus, à se oriatur: quid enim est motus, nisi à se sibi motus sit: Nam si ab alio mouē, est quiddā aliud quā motus, quod ab alio mouetur: Et si illud quod hoc nescio quid mouet motus non est, mouere non potest: unde enim moueat non habebit. Sin motus à motu nascitur: motus ergo à se nascit̄. Sed hoc est: Dedit ei pater uitas, ei uita esset. Ergo motus, & unus est motus, & à se motus. Et cū in patre occultus sit, atq; inde hic motus apparens, à patre motus. Et quia à motu motus, ideo à se motus, & unus motus, unde unicus filius. Hic *λόγος* uniuersalis in omnibus, per quem facta sunt omnia. Hic uita oibus, quæ facta sunt uiuunt omnia. Hic etiā Iesus Christus est, quia ad uitā saluauit omnia. Unus ergo motus, & unus filius & unicus, quia unica uita, & una uita, solaq; aterna. Ergo *μονοθεῖος* filius patris: Vita enim pater, & uita filius, quæ *ὁμοία* est. Itē motus pater, & motus filius, quæ etiā hæc *ὁμοία* est: neq; enim ibi aliquid accidens: ergo & uerbū pater, licet tacens uerbū, uerbū tamen, & uerbū filius, & hoc *ὁμοία*. Quicquid enim uel est, uel agit, atq; operatur, *ὁμοία*, & ubi magis *ὁμοία*, uerbū. Non enim ut hic aer sonans uerbū, sed ut hic aliquid agens uerbum. Unus ergo filius, quia unus motus: una uita, quia una sola uita, quæ aterna. Nec enim uita, quæ aliquādo moritur. Nunquā autem moritur, si se sciat. Scire autē se non poterit, nisi deū sciat, & deū qui uita est, & uera uita est, ac fons uitæ. Hoc si ita est, deo cognito cognoscet omnia: quia à deo omnia, & in omnibus deus, & deus omnia. Hoc Ioannes clamat: Hæc est autē uita aterna, ut cognoscant te solum & uerū deū, & quē misisti Iesum Christū. Cognitio est uita. Porro autē siue uita, siue cognitio motus est unus, & idem motus agens uitā, & per uitā cognitionē, & per cognitionē uitā, idem ergo motus, duo officia cōplens, uitā & cognoscentiā. *λόγος* autē motus est, & *λόγος* filius. Filius igitur unicus in eo quod filius, in eo autē quod *λόγος*, geminus. Ipse enim uita, ipse cognoscentia, utroq; operatus ad animarū salutē mysterio crucis: & uita, quia de morte liberandi fueramus: mysterio autē cognoscentiæ per spiritū sanctū: quia is magis est datus, & ipse omnes docuit, & testimonium de Christo dixit. Quod est cognitionē uitam agere, & ex hoc deum cognoscere, quod est uitā ueram fieri, & hoc est testimoniū de Christo dicere. Ita dei filius Christus, id est, *λόγος*, & filius uita, & quia id est motus etiam & cognoscentia, filius est opere quo uita est Iesus existens. Opere autem quo cognoscentia est, spiritus sanctus & ipse existens, ut sint existētia duæ Christi & spiritus sancti, in uno motu, qui filius est. Et hinc & à patre Iesus, ex ore altissimi processit, & spiritus sanctus, etiā ipse à patre, quia unus motus utrumq; in existētia protulit. Et quia quæ habet pater filio dedit omnia: ideo & filius qui motus est, dedit omnia spiritui sancto.

*Filius unus & geminus est.*

Cito: omnia enim quae habet, de me habet inquit, etenim quia & ipse motus est, de motu habet; non enim filius illi dedit, sed ille, inquit, de meo habet. Principaliter enim motus uita est, & ipsa uita scientia est & cognoscencia: ergo quicquid habet cognoscencia, de uita habet. Haec summa trinitas, haec summa unalitas: Omnia quaecumque habet pater mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet, & adnuntiabit uobis. Hoc igitur satis clarum faciet, esse quod pater est, & uita quod est filius, & cognoscencia quod est spiritus sanctus, unum esse, & unam esse substantiam, substantias tres: quia ab eo quod est esse, quae substantia est motus, quia & ipse, ut docuimus, ipsa substantia est, gemina potentia ualeat, & uitalitatis, & sapientiae, atque intelligentiae, ita scilicet, ut in omnibus singulis terna sint: ergo spiritus sanctus scientia est & sapientia. Hoc ita esse probant sacrae lectiones. Quis dei mentem cognouit, nisi solus spiritus? Ipse spiritus testimonium reddet spiritui nostro. Quis testis sine scientia? Et scientia ipsa quia sapientia est, docet nos esse filios dei. Item: Quis autem scrutatur corda? quis scit cogitationes spiritus? Item quomodo ad scientiam iunguntur ambo? Veritatem dico in Christo. Vbi ueritas, ibi scientia, quia ueritas Christus, ideo & scientia, quod est spiritus sanctus. Et item: Non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto. Quid est enim aliud conscientia, quam cum altero scientia? Nunc nostra cum spiritu, ergo spiritus scientia; & Christus est scientia, quia ueritas, ergo & Christus & spiritus scientia. At enim Christus uita? Quid si spiritus uita? unus enim ut dixi motus est, & eadem uita quae scientia; quid enim a Christo doctus, id est, a deo, & cum dico doctus, a scientia dico, quod siue a Christo, siue ab spiritu, unum atque idem est. Quid enim dicit Paulus, cum utrumque id ipsum esse declarat: Prudentia uero spiritus uita est.

Conscientia unde dicitur

Prudentia carnis mors est

D Aestuatur enim & rebellat, ac repugnat secum error, imprudentia, inscientia, & ex hoc prudentia carnis, quae imprudentia; & quia deum nescit, mors est: ergo prudentia spiritus uita atque pax est: quo modo iam iuncti isti sunt, & unum sunt. Doceamus quod deus & scientia sit & uita, quantum ab ipso ista Paulus: O, inquit, altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei. Sic dictum ab eodem: Multiformis sapientia dei. Hinc & secretum dei, hinc & Christus dictus sapientia, hinc & illud: Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, longitudo, altitudo, profundum, scire etiam supereminente scientiae charitatem Christi. Ita & scientia deus est, & nos scientia liberat, sed per Christum tamen: quia ipse est & scientia, & ianua, & uita, & *λογος*, & omnium per quem facta sunt omnia. Ergo & scire ista, & etiam charitatem in Christum habere debemus. Haec atque alia plurima, & deum scientiam esse, & Christum, & spiritum sanctum, satis clarum etiam uita esse, uno licet satis probatur exemplo: nam in alijs libris uberius adprobauimus. Sicuti enim pater uita habet in semetipso, sic dedit & filio uita habere in semetipso. Item dicit: Sicut me misit uiuus pater, ita & ego uiuo propter patrem. Sunt igitur ista sic singula, ut omnia tria ista sint singula uita omnibus: ergo substantia est pater, ergo filius, spiritus sanctus, deus, *λογος*, *παρακλησις*, unum sunt, quod substantia, uitalitas, beatitudo, silentium, sed apud se loquens silentium, uerbum, uerbi uerbum: quod etiam est uoluntas patris, nisi filius uerbum: hoc ergo modo cum uerbum pater sit, & filius uerbum, id est sonans uerbum atque opans: ergo, inquam, si & pater, & filius uerbum est, una substantia est. Deinde iustum inquit, meum iudicium est, quia non quaero facere uoluntatem meam, sed eius qui me misit. Ergo una uoluntas, unde una substantia: quia & ipsa uoluntas substantia est. Verbum autem ipsum uita esse sic ostendit: Non uultis ad me uenire, ut uita habeatis. Deinde & in hoc totum mysterium est, quod expono: Omne quod mihi datum est a patre, apud me habeo: Quia uero idem motus est quod esse, & quod

Voluntas patris nihil aliud est, nisi silens uerbum. Verbum uita esse.

Quomodo filius habeat omnia quae pater, & quod est esse habet: Ergo motum esse est *λογος*: igitur qui motus est, habet & esse: esse autem

A esse autem uita est, & scientia: habet igitur omnia, quia patris habet esse. Ergo uoluntatem patris implet filius. Quae autem uoluntas, nisi quia cum pater uita sit, motus est uita eius: haec uoluntas est, uiuere facere alia. Haec ergo & *τοῦ λόγου*, id est, Christi. Quae est, inquit, uoluntas patris qui me misit, ut ex eo quod mihi dedit nihil perdam, sed resurgere faciam id ipsum postrema die. Haec enim uoluntas est patris mei, ut omnis qui uidet filium, & in ipsum credit, habeat uitam aeternam, & in die nouissima resurgat. Videre autem est, Christum scire deum dei filium, uita, & uita deum, & hoc est, accepisse spiritum sanctum uerbum, id est esse quod uita. Hinc probatum est, post quem ibimus: Verbum uita aeternae habes, & nos credidimus, & cognouimus, quod tu es Christus filius dei. Totum mysterium Christi dei filius, Christus uerbum, & ipsum uerbum, uita aeternae uerbum. Ergo hoc uerbum quod uita, & hoc qui audit, & credit, utique cognoscit deum: ergo & spiritum sanctum habet. Pronuntiata hic plena fides est, quippe a discipulis. Item ad Iudaeos dicit: Me si sciretis, sciretis patrem meum. Neque me scitis, neque patrem meum. Et recte. Quanquam enim & in patre filius, & in filio pater, existentia uel substantia in uita, & uita in substantia, inuisibilis tamen cum sit substantia, non intelligitur nisi in uita. Magis autem uita Christus, quantum & substantia: ergo pater in filio cognoscitur. Unde: Quia non scitis me, nec patrem: si sciretis me, sciretis & patrem meum. Ipsum hoc quid est? Sciretis a me esse, quia ipse & scientia, quod est spiritus sanctus. Item ad illos quia uerbum est, & uerbum pater: ergo una substantia. Item, qui me misit uerus est, & ego quae audiui ab ipso, ea loquor. Pater filio loquitur, filius mundo: quia pater per filium, & filius uirtute uerbi patris facit omnia, id est, secum loquens uerbum, per uerbum in manifesto loquens facit omnia. Secum autem loquens uerbum deus est cum filio, quia pater & filius unus

Videre Christum quid sit.

B deus. Ipse praeterea dicit: Amen amen dico uobis, si quis uerbum meum custodierit, mortem non uidebit. Et ipse rursum: Noui enim patrem, & uerbum eius custodio. Uterque uerbum, sed ut dixi. Illud uero quantum aut quale est in Ioanne: Propterea me pater amat, & ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo illam a me tollit, sed ego eam pono a me ipso: licentiam habeo ponere eam, & licentiam habeo sumere eam. Christum nunquam dictum esse animam, satis manifestum est, sed nec deum dictum animam. Etenim pater deus dictus, spiritus dictus. Item filius *λογος* dictus, spiritus dictus, & sine dubio deus: quippe cum ambo unus deus. Ergo haec, *λογος*, *πνεῦμα* supra animam sunt, sua superiore substantia, longe alia substantia animae & inferiore, quippe a deo insufflata & genita, & sola uere substantia dicta, quod subesset suis in se speciebus, & eodem pacto ut hyle. Huc accedit quod uita deus, uita Christus, & ex se uita utique, sed ut patre dante Christus habeat ex se uita: ergo uita superior ab anima. Prior enim *ζωὴ* & *ζωότης*, id est, uita & uitalitas quam anima: ergo illa *ὁμοούσιος* deus & *λογος*, pater & filius. Quippe ut ille spiritus, & hic spiritus: & hic uita, & ille uita. Item uerbum & uerbum, & caetera. Spiritus igitur habet potestatem animam sumendi, ponendi, & resumendi. Etenim uita, & a se uita potestatem habet sumendi, ponendi illud, quod sua potentia, sui participatione facit uiuere: etenim anima ad imaginem imaginis dei facta. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Ergo inferior, & a deo, atque *λογος* magis orta uel facta. Nunquam ipse deus aut *λογος*, sed quidem *λογος*, non ille qui filius generalis uel uniuersalis, atque omnium, quae per ipsum facta sunt, semen, origo, fons. Illius uero *λογος* anima quomodo, aut qui, & dixisse memini, & suo loco esse dicturum. Ergo uniuersalis, quia spiritus & uita, non anima habet potestatem a semetipso animam ponere, & rursum animam sumere. Deus igitur & *λογος*, uel quia uita sunt, uel quia spiritus, uiuunt, & semper uiuunt: Quippe quia se uiuunt. Ergo illa *ὁμοούσιος*. Anima uero *ὁμοούσιος*, haec

Deum non dici animam.

Anima ad imaginem imaginis facta est.

**C** hæc cum adsumitur à diuinis, id est, à λόγῳ, neque enim à deo: λόγος enim motus est, & motus anima, & motus à semetipso motus, unde imago & similitudo anima à λόγῳ est. Ergo cum adsumitur, nihil adijcitur uitæ: quippe cum ex uita, id est, ex uiuendi potentia animæ uita sit. Animam igitur cum adsumit spiritus, ueluti ad inferiora traiecit potentiam atque actiones, cum mundū & mundana complet: ergo spiritus, & maxime λόγος spiritus, qui uita est, in potestate habet & sumere animā, & ponere: cum autem sumit, mundo ueluti nascitur, & potentia eius cum mundo colloquitur: cum uero ponit, à mundo recedit, & non operatur in mundo carnaliter, nec tamē spiritaliter. Hoc nos mortem eius nominamus, & tunc esse dicitur in inferno, non utique sine anima. Hinc petit, ne deus animam suam relinquat in inferno. Ergo eam, quia rediturus ad mundum est, & ad eius actum secum ab inferis ducit, quasi resumit ergo animam, id est, ad actus mundi iterum accipit, & quia actus in mundo plenos actos λόγος agit, & qui spiritus est, & anima & corpus, rursus ergo sanctificandum fuit, quia rursus ista susceperat. Iuit igitur ad spiritum, & sanctificatus redit, cum Apostolis egit, post sanctum spiritum egit. Quis igitur est spiritus sanctus: id est, λόγος, unus em motus, & ideo dicitur: & si discedo & praparo uobis, rursus reuenio. Quis enim uenit post abitum Christi, nisi spiritus sanctus paracletus: Id ita esse quod dico, ut pater & filius unum sint: item quod Iesus & spiritus sanctus unum sint, ac propterea omnes unum sint, iuncta lectione Iohannes declarauit, coepit nanque à λόγῳ. Ego sum, inquit, uita, & ueritas, & uita. Ne mo uenit ad patrem, si non per me. Quis enim ad id quod est esse, & uerum esse peruenit, quod pater est, nisi per uitam? uita enim quæ uera uita est, quia æterna est, hoc est uere esse: nihil enim mutatur, nihil corrumpitur, quæ genera mortis sunt uita esse uerum uita est: uiuit, inquit, deus. Ergo uitam esse deus est. Et ego, inquit, uiuo. Quicumque ad Christum uenit, ad uitam uenit, & sic per uitam ad deum: ergo iuncti sunt deus & λόγος. Et hinc illud est: Qui me cognouit, cognouit & patrem. Et: Qui me uidit, uidit & patrem. Hinc & illud: Non credis, quod ego in patre, & pater in me. Hinc & illud mystice: Et si quid aliquando petieritis in nomine meo, istud faciam. Quid est petere in Christi nomine? animam æternam fieri, lucem dei uidere, ad ipsum uidentium uenire, æternam uitam habere, non diuitias, nō filios, non honores, nihilq; mundanum, sed spirituale omne, atque omne, quo uniti deo Christo iungamur: hoc enim est, ut glorificetur pater in filio, id est, in uita æterna, quam petentibus dabo. Subiungitur deinde plenissime de spiritu sancto, quid sit, unde sit quod ipse sit: Si enim, inquit, me amatis, mandata mea custodite. Et ego rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit uobis, ut uobiscum sit in omne tempus. Quid est paracletus, qui adferat adstruatq; apud patrem homines omnes fideles atque credentes: Quis est iste? unus ne solus spiritus sanctus: an idem & Christus? Etenim ipse dixit: Alium paracletum dabit uobis deus. Dum dixit alium, se dixit alium: dum dixit paracletum, operam similem declarauit, & eandem quodammodo actionem. Ergo & spiritus paracletus: & spiritus sanctus, alius paracletus, & ipse à patre mittitur. Iesus ergo spiritus sanctus: motus enim spiritus, unde & spiritus ueritatis, & ita ei nomen est spiritus sanctus, spiritus etiam Christus, spiritus & deus, omnes ergo spiritus. Verū deus substantialiter spiritus: in est enim in eo quod est substantia & motus, uel potius substantia ipsa, qui est motus, sed in se manens, ut saepe iam diximus, & retinendi causa saepe repetemus. At uero Iesus & spiritus sanctus motio, uere mota motio, unde foris operans, sed Iesus spiritus apertus: quippe & in carne: spiritus autem sanctus occultus, Iesus quippe qui intelligentias infundat, non iam qui signa faciat, aut per parabolas loquatur, ipsum autem se esse, ipse sic docet: Non

Anima à uerbo assumitur.

Ponere animam & resumere quid sit.

Mortis genera.

Uitam esse esse deum esse.

D

In nomine Christi petere quid sit.

Patrem in filio glorificari quomodo intel ligatur.

Alius paracletus in Iohanne quis sit.

**A** Non uos dimittam orphanos, ueniam ad uos. Ipse autē in spiritu sancto esse occultum, sic docet: Mundus me iam non uidebit, uos autem uidebitis me, quoniam uiuo ego, & uos uiuetis. Hoc etiam sancto spiritui datum, ut penes uos sit in æternū spiritus ueritatis. Et de se dixit: Ego sum ueritas. Deinde adiecit: Quē mundus nō potest uidere. Et de se dixit: Iam me mundus non uidebit. Deinde adiecit: Quoniā ipsum non uidet, neq; cognoscit ipsum. Sed & Christū nemo cognouit: In sua uenit, & mundus eum non agnouit. Adiecit: Vos cognoscetis ipsum, quoniā manet in uobis, & in uobis est. Et ipse de se ita: Vos uidebitis me. Et quoniā Christus uiuata est, de se adiunxit: Quoniam ego uiuo, & uos uiuetis. Et quia spiritus sanctus intelligentia est, utroq; autem mundus ipse caret, ideo adiecit: Quoniam apud uos manet, & in uobis est. Unde autem aut est in illis, aut iam manet spiritus sanctus, si adhuc postea uenturus est, & non iam per Christum apud illos esse coepit: Ergo iuncti atq; ex uno sunt, qui motus est, id apertius in sequētibus declaratur, ait em: Hæc uobis dixi apud uos manēs, paracletus autē spiritus sanctus, quē mittere pater in nomine meo, uos docebit omnia quæcunq; dico. Ego, inquit, in uobis maneo. Data est enim uita, nec ab illis iam Christus abscedit: sunt igitur & spiritali motu, quod est Christum in illis manere: ipsi autē animæ, in quibus spiritus manet, nec aliquando discedit: dictum tamē. Nunc ibo ad patrem. Quid istud sit, facile intelligi potest, si accipiatur ex mysterio dictum, & corporali mysterio: nam spiritaliter cum & ipse in patre sit, & pater in ipso, quod? aut quare ibit? Ex eodem mysterio est, quod ad Christū spiritus columbæ similis uenit, & quod nūc spiritus mittetur à patre, & mittetur ad patrem, Christo eunte & petente ut mittatur: à morte enim uita reuocata, & uita non ipsa uita, quia λόγος est: hæc enim mortem nescit, magis hæc ipsa interficit mortē, sed uita quæ in hominibus resurrexit à morte. Quā utq; induit simul cum corpore, & eam ab inferno resumpsit. Propter hæc igitur sanctificandum, eundem fuit ad patrē, sed corporaliter atq; animaliter, id est, in id quod in se pater fuerat penetrandum potentialiter atq; existentialiter: hoc igitur modo iuit ad patrem. Deniq; nec absentia tempus edictum, sed contra dictum, quod nocte quæ sabbatum sequitur, apparuerit Mariæ, tangi noluerit priusquam iret ad patrem, nuntiauit Mariæ discipulis, eadem nocte ad ipsos uenit ostendens manus & latus, utiq; tangi iam non prohibens. Post Thomas palpauit, tetigit, ipso quidem hortante, quia ille desperabat, quod significat sanctificationem iam fuisse. Quam ergo breue hoc tempus est, sed propter mysterium dictum: ibo ad patrem: nam cum ipse in patre, & in ipso pater sit, quod ibit? Eodem ergo mysterio: quem uobis mittit pater: quia pater mittit, cum Christus mittit, deniq; sic ait: Mittit pater in nomine meo, id est pro me, aut in nomine meo: quoniam spiritus Christus, & ipse spiritus sanctus: aut in nomine meo, quia spiritus sanctus ipse de Christo testimonium ferret, sic enim dictum: Ille testimonium dicet de me. Quis ille? quem uobis ego mitto à patre: iuncti ergo omnes, ego mitto, à patre mitto, spiritum ueritatis mitto, medius ergo λόγος, id est, Iesus ipse mittit: Motus enim principalis uniuersalisq; qui uitalis ac uita est: mittit intelligentia motum, qui sicuti docuit, ex uita atque ipsa uita est: scire enim quid sis, hoc est uiuere, hoc est esse. Hoc autē esse quid est, quàm ex dei substantia esse, quod est spiritū esse: unde nos spiritales efficimur, accepto spiritu à Christo, & hinc æterna uita: Spiritus ergo appellata est ista trinitas. Nam dictū: Deus spiritus est. Item dictū à Paulo ad Corinthios secūda: Dominus autem spiritus est, ubi autē spiritus domini, ibi libertas. Vtiq; ista de Christo, ipse uero spiritus SANC T V S dictus, quod faciat sanctos, id est sanctos facit, & certe ipse est spiritus dei: dictus est em prudētia, sapientia, omnium rerū scientia, ita em de eo subiungit: Ille conuincet mundum de peccato, & iustitia, & de iudicio: De peccato, inquit, quoniā in me nō credunt, uel quod uita sit Christus, uel quod dei filius,

Spiritales ab accepto spiritu dicimur.

Spiritus unde sit dictus sanctus.

**C** filius, & à deo missus, & qui peccata dimittat. De iustitia autem, quoniam ad patrem pergo: tot enim in mysterio passionis, quia fidem mandatorum seruauit & impleuit: quippe cum dixerit, cum aliud uellet: Fiat uoluntas tua. Itemque quia monitos derelinquens, iam non ita uidendus relinquebat, iustitiae fuit, hijs actis omnibus ire ad patrem, nec ire ad patrem tantum, sed cum illo iam esse: Nam idcirco dicitur: Sedet ad dexteram patris. De iudicio: quoniam princeps huius mundi iudicatus est: mysterio enim crucis omnes aduersa Christo ab eodem Christo triumphatae sunt potestates. Hæc, inquit, docebit spiritus sanctus. Quid eligit? De salute mysterium paracletus complet, & non completa Christus abscedit. An quia idem ipse Christus est & spiritus sanctus: uel quia ipse eum mittit: uel quia spiritus habet omnia Christi: Habet omnia per Christum celebratur. Et tamen uideamus quid acturus est. Spiritus scientiam daturus gestorum, & insinuationem scientiae, quasi uim testimonij, ac magis iudicij habiturus, uel ad poenitentiam, uel ad poenam, de peccato, inquit, quod in me non crediderunt. Ergo ut sciat mundus iam poenam suam. De iustitia autem, quod ad patrem uado. Et hoc potest esse de peccato quod iniuste fecerunt, qui eum in crucem sustulerunt: quia se filium dei dicebat: Et nunc pergit ad patrem, quod item erit omnium, si in deum credant, & faciant dei iussa, ut & ipsi ad patrem pergant: iustificantur enim, nam Abraham credidit, & reputatum est ei ad iustitiam. Deinde de iudicio inquit, quod princeps mundi iudicatus sit. Hæc, ut cernitur, non ad salutem, quæ iam à Christo completa est, sed pertinent ad scientiam rerum gestarum: Est enim pater loquens silentium, Christus uox, paracletus uox uocis. Ergo spiritus sanctus in isto actu alter paracletus, in salutis mysterio coopator ut Christus, in spiritu uero sanctificationis quod deus. Si igitur & hoc modo Christus quod spiritus, sed deus in mysterio æternæ uitæ Christus, in sanctificatione spiritus sanctus: Sanctificat autem deus, ut dictum: Sanctifica eos in ueritate, patri filius dicit, ergo sanctificat pater: Item Christus sanctificat, ut dictum: Et pro hijs sanctifico me ipsum, ut sint ipsi sanctificati in ueritate. Item sanctificat spiritus sanctus, nam & baptizare ad sanctificationem pertinet: dictum ergo in Actis Apostolorum: Ioannes baptizauit aqua, uos autem spiritu sancto tingemini. Quod superfundit se illis ad scientiam: nam iam sanctificati fuerant baptismo inuocato deo Christo, spiritui sancto etenim sic dictum est: Sanctifica eos in ueritate. Et ueritas Christus est: paracletus etiam spiritus est ueritatis: ergo omnis qui baptizatur, & credere se dicit, & fidem accipit, spiritum accipit ueritatis, id est, spiritum sanctum, fitque sanctior ab spiritu sancto, & ideo dictum in Actis Apostolorum: Sed accipietis uirtutem adueniente in uos spiritu sancto. Non ad sanctificationem, sed scientiam, & ad ea quæ promisit in Euangelio Christus de spiritu sancto, id est de paracleto. Primum ut testimonium de Christo dicat, sic enim ait: Accipietis uirtutem adueniente in uos spiritu sancto, & eritis mihi testes in Hierusalem. Sed & Lucas dicit: Nondum quidem misso spiritu. Iam tamen testimonium dicit. Paulus tamē in omnibus Epistolis suis quid aliud agit, nisi de Christo testimonium dicit: & post abscissum Christi solus Christum uidit, & solus apparuit. Spiritus ergo per Christum, & Christus per spiritum sanctum adfuit. Item dicit testimonium Ioannes & Petrus: Quod audiuimus, quod uidimus, quod palpauius. Et in Actis Apostolorum & ipse, & Lucas qui scripsit de hijs, de Dauid ita dicit: Propheta cum esset, & sciens quia iureiurando iurasset illi deus: ex fructu uentris eius sedere super thronum illius, prouidens locutus est de resurrectione Christi: quia neque relictus est in inferno, neque caro eius uidit corruptionem: Hunc ergo Iesum resuscitauit deus, cuius nos omnes testes sumus. Quando ista dicunt: Cui iam factus esset de caelo sonus, & tanquam uis magna spiritus ferretur, qui repleuit totam domum, & repleti sunt spiritu sancto, & coeperunt loqui uarijs linguis. Deinde

*Crucis mysterium triumphantum egit de omnibus potestatibus.*

*Gen. 15.*

*spiritum ueritatis accipere.*

*Paulus solus post abscissum Christi, Christum uidit.*

**A** Deinde dicunt Apostoli, de peccato mundi, quod non credidit Christo, in Actis ita: Sicut uos scitis, hunc decreto consilio & præscentia dei traditum per manus scelestas, & suffixistis eum cruci, & occidistis quem deus suscitauit. Item in Actis Apostolorum referente Petro, Dauid non ascendisse in caelum, sed dixisse ita: Dicit dominus domino meo, sede ad dexteram. Hoc etiam Paulus dixit: Qui resurrexit, qui est in dextera dei. Ergo docuerunt quod post resurrectionem ad patrem iuit. Idem mox adiecit: Qui & interpellat patrem. Ergo si & Christus interpellat, paracletus etiam ipse. Item in Actis, quod ad patrem ierit, testimonium est: Videtibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis ipsorum, cumque intueretur in eum, illi in caelum, & reliqua. Dicta sunt iam tria de testimonio in Christum, de peccato, de iustitia, nunc de iudicio. Sic per spiritum sanctum locutus Paulus ad Romanos: Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus uestris uelociter. Item ipse ad Ephesios: Qui cum ascendisset in altitudinem, captiuam duxit captiuitatem. Item in Apocalypsi ipse dixit: Et habeo clauem mortis & inferi. Item ibi: Et factum est praelium in caelo, Michael & angelus eius bellare aduersus draconem. Et totus locus demonstrat diabolum iudicatum. Cum igitur ad probatum sit, tres istas potentias, & communi, & proprio actu, & substantia eadem, unitatem deitatemque conficere, non sine ratione rerum in duo ista reuocantur, in filium ac patrem: etenim cum quasi geminus ipse pater sit, existentia & actio, id est, substantia & motus, sed intus motus, & *αὐτογενής* motus, & hoc quo substantia est motus, necessariò & filius, cum sit motus, & *αὐτογενής* motus, eadem substantia est: eadem enim hæc inter se sine coniunctione unum sunt, & sine geminatione simplex, suo ut proprio existendi uersum, uia autem potentiaque: quia nunquam sine altero alterum, unum atque idem tantum actu, sed qui foris est, in passionibus incidente: alio autem interiore semper manente atque æterno, quippe originali & substantiali, & idcirco semper patre, quæ ratiocinatione & semper filio. Paulus in omnibus Epistolis: Gratias ago bis & pax, à deo patre nostro, & domino nostro Iesu Christo. Item: Non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & per deum patrem. Item in Euangelio: Ego & pater unum sumus: Ego in patre, & pater in me. Nos quoque patrem & filium religiose semper usurpamus, & recte secundum rationem supradictam: etenim motus, ut supra docuimus, filius atque ipse motus uita & scientia, uel sapientia. Certe Paulus plenissime expressit quod intelligi uolumus: Gratias ago, inquit, deo meo semper pro uobis in Christo Iesu, quod omnes locupletati estis in illo, in omni uerbo, & in omni scientia. Verbum Christum diximus, id est uitam, scientiam spiritum sanctum, ergo unum: in Christo enim, ait, locupletati estis, quod cum ita sit, si deus & Christus unum, cum Christus & spiritus unum, iure tria unum, uia & substantia: prima tamen duo unum diuersè, hoc ut sit pater, actualis existentia, id est, substantialitas, filius uero actus existentialis: duo autem reliqua ita duo, ut Christus & spiritus sanctus in uno duo sint, id est in motu, atque ita duo, ut unum duo: prima autem duo, ut duo unum, sic cum in uno duo, & cum duo unum, trinitas existit unum. Nam quid ego de spiritu sancto, de quo tractatum est, pluribus multa commemorem: ex ipso concipitur Christus in carne, ex ipso sanctificatur in baptismo, Christus in carne, ipse est in Christo qui in carne, ipse datur Apostolis à Christo qui in carne est, ut baptizent in deo, & in Christo, & spiritu sancto: ipse quem Christus in carne promittit esse uenturum, quadam agendi distantia, idem ipse & Christus, & spiritus sanctus, & quia spiritus, idcirco & deus: quia Christus quod spiritus, ideo deus: unde pater, & filius, & spiritus, non solum unum, sed & unus deus.

*Peccatum mundi est non credere deo.*

*De iudicio dei*

*\**

*Ioan. 10.*

*1. Corint. 1.*

# MARII VICTORII

NI AFRIVIRI CONSVLARIS,  
ADVERSVS ARIVM, LIBER  
QVARTVS.



Uit ac uita unum ne, an idem, an alterum? Vnum. Et cur duo nomina idem, & quomodo? cum sit aliud in actu esse, aliud ipsam actionem esse, ergo alterum? Sed quomodo alterum? cum in eo quod uiuit uita sit, & in eo quod uita est, uiuat necesse est; non enim caret uita quod uiuit, aut cum sit uita non uiuit, alterum igitur in altero, & ex hoc in quolibet altero duo: & si ut duo non ut pure duo, quippe cum alterum in altero, & id in utroque, idem ergo. Sed idem in duobus est, a se alter, is ergo & idem est, & alterum in quolibet horum aliquo. At si idem est, & ad se utrunque idem est, utriusque idem & unum est: quolibet enim altero existente quod alterum est, neutrum ut geminum, ergo si utrunque hoc ipso quod est, & alterum est, erit apud se utrunque unum: at cum utrunque apud se unum est, in altero idem unum est: at cum idem unum est, uere unum est utrunque: nullo enim utrunque distat, nec existendi uirtute, nec tempore, fortasse causa, & hoc altero prius est. Hoc quod facilius iudicetur, sic ista melius retractabimus: Viuere ac uita ita sunt, ut & hoc quod est uiuere, uita sit, & hoc quod est uita, sit uiuere: non ut duplicatum alterum in altero sit, neque alterum cum altero est: hanc enim est copulationem: nam & ex hoc etiam si inseparabiliter iunctum sit, unitum est non unum: nunc uero cum ipso eodem opere uitam esse sit uiuere, & eodem modo uiuere uitam esse sit. De hijs enim loquimur duobus, de uiuere, & uita, non de eo quod ad effectum uitam habet & uiuere. Quanquam & ipsum tertium, & in eo quod uitam habet, & ut alterum ex altero, sed ut unum utrunque. Ex quo apparet, quid ipsa per se existentia in suis rebus ualeant, cum substantia una atque eadem manente esse se suum nulla sui inuolutione custodiant: nanque uitae esse suum est moueri: ipsum autem moueri, hoc est uiuere: Esse igitur & uiuere est, & esse uitam: una ergo eademque substantia: namque unicuique in eo quod sit suum esse substantia est: Etenim in supernis aeternisque, id est, in intellectibilibus atque intellectualibus, nihil accedens, nihil qualitas, nihil geminum, uel cum altero, sed omnia uiuentes sunt, intelligentesque substantiae, purae, simplices, uniuersimodae, hoc ipso quo sunt et uiuunt & intelligunt, conuersimque quo uiuunt, quo intelligunt, hoc ipso etiam sunt. Viuit igitur ac uita una substantia est, sed quoniam intellectus ita se pandit, atque ita sermo processit, ut & in eo quod est uiuere, uita sit, & in eo quod uita sit, ideo sit uita, qua uiuit. Quarendum & intenta ratione quarendum, utrum naturalis ista complexio, & bi gemina existentiae modo pura simplicitas una ne sit, an duae: Si nihil interest, uiuere & uita sit, & uitam esse, ut in sit & uiuere, iure ac merito unam istorum, non geminam copulam ad existentiam sui esse dicemus. Sin autem primum, aliud est uiuere, aliud uitam esse. Et item si distantia est, ut nunc uita causa sit ad uidentum, nunc ipsum uiuere causa sit, ut uita sit, duo sunt ista, sed gemina inter se, atque apud se simpliciter unita: potentia enim logoque suo atque diuino refert ista geminari, ut eiusdem naturae ac potentiae, alterum cuius sit id, a quo hoc alterum. Atqui est nonnulla distantia, parua illa sit licet, unde non est frustra geminatio. Etenim non idem actio, actio & agere, nec potentia & operatio, nec ut uerius dicam, idem causa est, quod agere, effectum: illa enim origo, hic partus est. Vnde cum duo ista, uiuit ac uita, sit actio atque

A atque agere: quanquam in se simulque sint, tamen & alia uitaque natura existimanda sunt, ut alterum alterius causa sit, alterum existat effectum. Sed ut mihi intelligentia est, ac probata sententia, cum in principali naturali que primae diuinitatis exordio, primum sit quod est uiuere, secundum uero quod uita, ita enim ratio docet, & ipsa ueritas approbabit, fit ut uiuere causa sit, uita, effectusque uiuendi uita sit, quod tamen ipsum uiuere & uita sit: simul enim ista, & simul semper, quod cognoscitur, erant. Aliud uita ad secunda tertiaque, uel deinceps quae uiuunt ordinata causa atque principium, ita scilicet ut idem sit simulque uita quod uiuere, sed hoc uiuere, secundum de uita, cum uita est: Illud primum ac principale uiuere, simul & uita causa est uita, & fons, & origo uiuentium. Scio hoc obscurum uideri posse, non tam rerum, quam eorundem repetitionem sermonum, quod duo ista tali copulatione necuntur, ut cum sit uiuere, uita sit: & cum sit uita, sit uiuere: unde constituto quolibet uno, frustra alterius uidebitur facta geminatio. Audi lector, audi quod miraberis lector, ista tam dura, tam tortuosa, tam clausa tractatu de deo & de diuinis, simplici disputatione pandemus. Deum certe fatemur omnes, deum omnipotentem, deum supra omnia, deum ante omnia, deum a quo omnia: Hunc cum fatemur, etiam esse sine dubio confitemur: Esse huic quid credimus? quid putamus? Spiritus inquit, deus est, lumen, & uerum lumen deus est. Quid hoc esse creditur, quod spiritus dicitur: nempe spiritum intelligere cogimur quandam existentem, uiuentem, intelligentemque substantiam: in supernis quidem, & circa deum maxime quasi humilem & alienum, & in posterioribus nomen non credunt conuenire substantiam. Sed cur a nobis fugiatur hoc uerbum? cum esset, cuique hoc ei sit esse substantiam. Et in Hieremia deus loquens ita dicit: Quod si in mea substantia staretis, uideretis uerbum meum. Sic etiam ibi non multo post, & alijs in locis multis, Est igitur spiritus substantia, id est esse eius: colligamus igitur dicitur: Spiritus deus est, & adorantes eum in spiritu & ueritate adorare oportet. Deus inquit, spiritus est, hoc est dei, quod est esse: ergo substantia dei spiritus est, eadem substantia, hoc est quod uiuens: non ut aliud sit substantia, aliud uiuens, sed ipsum uiuens ut sit ipsa substantia. Si enim dicitur est ab eodem: Spiritus est qui uiuificat: utique is qui uiuificat, qui uiuit, & uita potentia est: ergo uiuit spiritus, uiuit deus: Porro autem quia uiuit, ut supra diximus, et uita est, spiritus ergo & uita est, ut idem Ioannes ait: Spiritus uita est: Ergo deus cum est spiritus, & uiuit & uita est. Paulus etiam ad Romanos: Nulla ergo damnatio hijs qui sunt in Christo Iesu, & non iuxta corpus ambulat: lex enim spiritus uita in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Spiritus uita, inquit: tria enim ista spiritus sunt, deus, Iesus, spiritus sanctus. Ac de deo probatum puto & spiritum esse, spiritum autem & uiuere, & uiuere facere, & uitam esse substantialiter, ut ista intellecta sint, & simplex, & una substantia, ut hoc sit spiritum esse, quod uiuere, & uitam esse: Sed non istud quod nostrum est uiuere, quod animalium, quod elementorum, quod creatorum ex elementis, quod mundi, quod omnium in mundo, quod angelorum, demonum, uel etiam eorum quos in mundo de mundo deos nominant: non, inquam, illud uiuere in deo est. Hoc deus est, quod est uiuere animae, aut uniuscuiusque, aut illius uniuersalis atque fontanae, non ut ibi angelorum, non ut ibi thronorum, gloriarum, uel caeterorum in aeternis existentium, uel in intellectualibus, uel in intellectibilibus, sed illud uiuere, unde haec pro suo existendi genere uitam recipiunt & uiuunt, illo quodam modo progrediente, & ista pro ut capere possint potentiam uiuentis uigoris adflante, a se sibi, per se, in se solo simplex, purum, sine existendi principio, a quo fuissem magis, uel progressum, uel natum principium est, per quod crearetur uiuere caeterorum: Etenim uiuere uitam parit, nam uita naturalis prior actor, quam actio: Agens enim actionem genuit, & quasi ex ipsa uocabulum & rem cum ipse tribuerit, ipse suscepit.

uiuere causa uita.

Substantie nomen quidam fugiunt.

Rom. 8.

Spiritus uita non talis, quia uita est rerum creatarum.

**C** Hoc cum rectum, etiam ratione admodum uerum est: certe deus, cui ad omnipotentiam principalem et summam hoc nomen conuenit, deus: Deus, inquam, primum, si in dei operibus dicendum aliquid primum: sed intelligentia humani ingenij ut se exerat, et res capiat, rebus uel simul existentibus, uel simul fuis, et ortus, et diuersos ortus, et quasi tempus adtribuit. Deus inquam, primo uniuersalium uniuersales existentias substantiasque progeniuit, has Plato ideas uocat, cunctarum in existentibus specierum species principales, quod genus in exemplo est, *ἰδέτης, ζωότης, νόσις*: Et item *ταυτότης* & *τηρότης*, atque hoc genus cetera: genera igitur generum profunduntur, adeo & omnium potentiarum potentia uniuersaliter principales: Ergo *ἰδέτης*, id est existentia, uel essentia: siue *ζωότης*, id est uitalitas, id est, prima uniuersalis uitae potentia, hoc est, prima uita fonsque omnium uiuendi. Item *νόσις*, intelligendi uis, uirtus, potentia, uel substantia, uel natura: haec tria accipienda ut singula, sed ita, ut qua suo plurimo sunt, hoc nominentur, & esse dicantur: nam nihil horum est, quod non tria sit: esse enim, hoc est esse si uiuat, hoc est in uita sit: Ipsum uero uiuere, non est uiuere quod uiuat intelligentiam non habere, quasi mixta igitur, & ut res est, triplici simplicitate simplicia. Quicquid enim hoc ipso quo est, & alterum est, non aliquando dicendum geminum, sed semper unum. Verum de hijs pluribus alibi. Deus igitur quod est uiuere, quod summum, primum, fontaneum, principaliter principale, tria ista genuit, id est suo uiuendi opere, ut existerent procreauit: Ista igitur opere prouenerunt, & haec proles, ista generatio est, ut ab agente actus, ab eo quod est essentia uel essentia, a uiuente uitalitas uel uita, ab intelligente *νόσις*, intelligentiarum uniuersalium uniuersalis intelligentia nasceretur. Prius est igitur uiuere quam uita: quamquam in eo quod est uiuere uita sit, sed uiuere ut parens uita est, uita & proles, & quod gignitur, quippe a uiuente generata. Deus igitur est uiuere illud primum, uiuere a semetipso, uiuere ante omnium uiuere, & ante ipsius uita uiuere: agens enim & semper agens, & nullo principio agens, non ab actione agens est, ne actio uel phantasia principij sit ad agentem, sed ut actio agentis opere, uel progenita sit, uel extiterit, uel effusa sit. Hoc utique agere in eo ponimus, quod est uiuere: deus ergo uiuere est, & principale uiuere: uita autem ut genitum. Viuere ergo pater est, uita filius: namque quod in eo factum est, uita est, & ipse filius ita dicit: Ego sum uita, ego ueritas, ego uita. Haec uita est, quae orta est ab eo quod pater uiuit, & hoc illud est: Ego enim de deo exiui. Item ipse de se ita dicit: Qui sitit ueniat ad me, & bibat, qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. Hinc & illud est, quod Samaritanae respondit: Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu magis petisses eum, & dedisset tibi aquam uiuam. Item postea: Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Samaritana aqua mundana est anima: Qui autem biberit de aqua, quam ego dederam ei, non sitiet in sempiternum, sed aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. Hijs atque huiusmodi innumerabilibus exemplis satis clarum sit, Christum dei filium uitam esse, & aeternam uitam: quippe qui & ipse ut pater spiritus sit. De spiritu enim quod nascitur, spiritus est: spiritus uero spirat, & a se spirat: spirare autem uiuere est. Porro quod a se spirat, a se uiuit: quod a se uiuit, ex aeterno & in aeternum uiuit: Nunquam enim se deserit, quod sibi causa est, ut hoc ipsum sit quod existit: Cum igitur pater sit quod est uiuere, ut supra docuimus: uiuere autem sit uitam esse, itaque cum uita id sit quod gignit ab eo quod est uiuere, necessario id est uita quae uiuere: uiuit enim & uita hoc ipso quia uita est, atque ex se uita est: ex se enim ei est uiuere: ueruntamen ex illo primo, quod est principaliter uiuere, quod est pater, ubi & unde existit uita, cui inest & uiuere, & ex se uiuere, quod esse filium Iesum Christum probamus, intelligimus, & fatemur. Ista omnia quae a me dicta

Quaedam ut intelligantur dicitur accipiuntur, quam re ipsa sunt. Ideo Platonis

Samaritana aqua mundana nam animam significat.

Spiritum spirare.

**A** dicta sunt, quemadmodum in Euangelio *κατὰ Ιωάννην* significata atque adserta per ipsa Saluatoris uerba uideamus: Misit me uiuus pater, & ego uiuo propter patrem. Ac ne qui istum in carne Christum dixisse istud crederet, subiunxit statim: Hic est panis qui de caelo descendit. Deinde uitam esse, & aeternam uitam sic testatur, sic docet: Nisi acceperitis corpus hominis, sicut panem uitae, & biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis: qui autem edet carnem eius, & bibit eius sanguinem, non habebit uitam aeternam. Omne ergo quod Christus est, uita aeterna est, uel spiritus, uel anima, uel caro: horum enim omnium ipse *λόγος* est, *λόγος* autem principalis uita est: ergo etiam ea quae induit, uita sunt, unde ista & in nobis uitam aeternam merebuntur per spiritum, quem Christus nobis dat, facta & ista spiritalia. Ac ne qui crederet de Christo carnali Christum ista dicere, & non de toto se, qui est spiritus, anima, caro, quid ait? Quid si uideritis filium hominis ascendit, & cum quibus ascendit, Quid ergo est quod adicit: ut spiritus intelligatur: ubi primum fuit, hoc est spiritus, atque uita, quod pater, quod deus, unde haec *ἰσοβολία* id est, consubstantialia sunt, nullo tempore extra se existentia, principaliter principalia, una eademque substantia, uel pari, eadem potentia, maiestate, uirtute, nullum altero prius, nisi quod causa est alterum alterius, & idcirco alterum: Sed idem alterum uerum, quia idem unus deus: quia uero alterum, idcirco primum & secundum: & quia causa alterum alterius, idcirco pater, quod causa est, id uero quod ab altero, filius: in substantia uero nulla distantia, nulla temporis discretio, nulla significatio, unus motus, una uoluntas, & aliquando phantasia alterius uoluntatis, sed semper eadem. Haec ita esse sacra primum lectione doceamus, deinde ut ordo poscit, ut rerum necessitas flagitat, & perspiciamus, in hijs in quibus est una eademque substantia, cur alter mittentis, alter missi potestatem gerant: imperantis alter, alter ministri: alter motu agendi a passionibus libero, alter per infinitos actus in creandis seculis infinitus, & hijs quae sunt in seculis subierit usque ad mortem innumeras passiones. Viuit quod primum est, uiuit ex sese, uiuit aeternum, & hoc deus est. Quod ipsum uiuit, ut docui, existentiae uel substantiae uim habet, & naturam uitae, & intelligentiae, imò ipse in eo quod est ei esse, hoc est illud quod dicimus uiuere, & hoc quod intelligere, & hoc deus est: ergo quod est deo esse, existentiae causa & pater est: Et quoniam in ipso suo esse uita ei est, & in eo etiam nosse qui sit, & uita uniuersalis, & intelligentiae fons est. De tribus enim istis quae simplici existentia in deo sunt, uel quae deus sunt, magis esse deus est: quod ex se habet uiuere, & uitam esse, uel intelligere, & intelligentiam esse, ut & supra docuimus, & in pluribus. Ut iam reliqua duo, uita dico & intelligentiam accipiamus, ut genita ab eo quod est esse, suum esse habentia ab eo quod est primum esse motum, pro priore existendi uim ac nomen uita intelligentiamue sortita: Omnia enim in tribus terna sunt quodam modo tuus ordine nominata: non quo non in singulis tribus trina sunt, sed quod motu id operentur quod esse dicuntur: esse enim primus motus est, qui cessans dicitur motus, idem intus motus: cum enim se ut existat operatur, recte & intus motus, & cessans motus est nominatus: Hunc nos motum id esse dicimus, quod est uiuit ac uiuere: iam uero cum ex eo quod est uiuit ac uiuere confecta quodam modo & genita in habitus speciem ipsius quod est uiuit ac uiuere forma formata sit, haec uita, haec filius nominatur: Ut enim forma quaelibet, uel ibi posita ubi est, uel alibi ducit nos ad cognoscendum eum cuius est, sic uita facit nos nosse quid sit uiuere: Actus enim est uiuere, & in actu momentis omnibus cursus, & ideo dictum: Deum nemo uidit unquam, Quis enim uideat uiuere, quod deus est, *Ιωαν. 1.*

Declaratur locus Ioan. cap. 6. de corpore & sanguine Christi.

Consonantia eorum quae uiuentur secus de filio dici atque patre.

\*

**C** sine uita quæ lineamentis agendis in quadam specie coit & existit, ut sit forma uiuentis? Ergo eius quod est uiuere, forma est uita, per quam, uel in qua quod est uiuit, ac uiuere uidetur, accipitur & agnoscitur, quod à parte significat dictum **Ioan. 14.** Saluatoris: Qui me uidit, uidit & patrem. Filius enim dei forma dei est, id est, uita, quæ est forma uiuentis. Dicitur enim à Paulo ad Philippenses: Qui cum in forma dei constitutus esset, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis deo. Item ad Colossenses: Qui est imago inuisibilis dei. Ergo Iesus Christus & imago, & forma dei. Diximus autem quod in forma uidetur, id cuius forma, & eodem pacto & imagine uidetur is, cuius imago est, maxime si is, cuius imago est inuisibilis, sicut hic dicitur: Imago dei inuisibilis. Eodem modo dicitur in Euangelio **Exod. 33.** Deum nemo unquam uidit, nisi unigenitus filius, qui de sinu eius exiuit. Et item sic Moyse dicitur: Faciem meam non uidebis, quis enim faciem meam uidit & uixit? Permisit tamen posterganea sua uideri, id est, dorsum, ceteraque, præter faciem. Quot hic mysteria? quot genera quæstionum? quod signa ad declarandum & deum, & Iesum Christum, & substantiam esse? & unum ambo esse substantiam? & simul utrumque unam esse substantiam? & à patre filio esse substantiam? Quæ cuncta, atque huiusmodi alia, nullo modo explicari, intelligi, atque adprobari possunt, nisi superior tractatus manifestis perceptionibus in luce scaturat. Sit igitur nobis fixa sententia, quod deus spiritus sit, & spiritus de quo et filius spiritus, et spiritus, spiritus sanctus: De spiritu enim quod nascitur, spiritus est, spiritus autem uiuificat. Quod uiuificat, utique ipsum uiuit: & quod uiuit, quia spiritus est, à se uiuit: & quod à se uiuit, hoc ipsum est quod est uiuit: & quia quod à se uiuit, cum ipsum sit, quod est uiuit, nec aliud habet quod uiuere dicatur: non enim uiuificatum est, sed uiuit ipsum, uiuit uel uiuere existens: & quia uiuit, ac uiuere agere est, in eo quod à se uiuit nunquam coepit: non enim expectauit alterum, ut nunquam se deseruit, aut desereret: ex æterno igitur atque in æternum uiuit principalis & uniuersalis substantia uiuendi, non ut substantia sit, & sic uiuēs, sed ipsum quod est uiuens, hoc ipsum substantia est: neque enim cum ipsum uiuens, ac uiuit, & uiuere esse, & quodam modo esse intelligatur, non suum sibi esse quod sit substantia est, hoc & lectione omni sacra, & rerum ipsarum uocibus spiritus nominatur. Spirat autem spiritus, & à se spirat, & deus spiritus est: spirat uero hoc est, quod uiuit: Viuit ergo à se & semper spiritus, qui deus est: uiuit inquam, atque in actu uiuendi, & ipso opere uitam cum uiuit operatur: Nata ergo est uiuente deo uita, & deo ex æterno, atque in æternum uiuente, uita æterna generata est, & quia uiuit, ipsum substantia est: & quod est ab eo quod uiuit, & uita ipsa substantia est, par eadem æqualis ac simul, quia ipsum uiuit uita est, atque ipsa uita uiuendo existit ut uita sit: Spiritus ergo est uiuere, & uita spiritus est: cōplectitur se utrumque, & in utroque est, & alterum non ut geminū, & adiectū, sed simplicitate ex se atque in se existentis, quasi alterius substantiæ duplicatū, nūquam à se discretū, quia in singulis geminū. Etenim uiuere cum uita est, & uita rursus cum eo est quod est uiuere: Viuere autem, ut docuimus, deus est, uita Christus: & quia uiuere ut generator est uita: actu enim, quod est uiuere, ut quædam prolis uita generat, fit uiuere pater, filius uita, ista ipsa quidem, quæ alterum ab altero, idcirco duo. Vnde enim duo, nisi alterum ab altero: & semper quod ab altero est, filius est, illud autem unde alterum, pater. Sed nunc non ita alterum, ut discretum atque diuersum, sed tantum alterum ab altero, ut conficiens atque confectum, & generans atque generatum, coniunctione substantiæ utrumque unum, cum & uiuere uita sit, & uita ipsa uiuere: hinc pater & filius unus deus: Et quia conuersio naturalis existentiæ, non nisi una est: ut enim in eo quod est uiuere inest uita, & item in eo quod est uita, inest uiuere, una & sola conuersio est. Vnde cum in eo quod uita est, inest & uiuere, idcirco unigenitus filius consubstantialis patri, unus et ipse **filius**

**A** filius, ut pater unus. Vnde una eademque substantia, & simul ac semper: Hoc est enim *ἑμοῦσιον, ἰμοουσιον, χωρη*, simul substantiam habens, paremque existendi uim atque uirtutem, eandemque substantiæ naturam, nullo tempore præeunte: quod nos consubstantialia dicimus, causatiuo priore quod est uiuere, ad id quod uita est, ut illud generans ac pater, hoc genitum ac filius, & sit & esse dicatur. Ergo quia in sunt sibi, & licet pater cum sit, filius non sit: rursusque cum filius, qui est eius cuius est filius, pater non sit, tamen uerum, & substantiæ paritate: cum uiuere uita sit, & uita sit uiuere, merito diuina Saluatoris uoce pronuntiatum est: Et ego in patre, & pater in me. Hinc & illud est: Ego & pater unum sumus: Etenim cum rerum uita & natura ipsa duce nihil sint omnia si non uiuant, & motu uitali uacua, nec mole hylicū aut existentia uel imaginē, uel speciē habere credantur: Fluendi enim ac refluendi natura incondite subsistendi, non recipit uis lubrica, inconstans, nec formam recipit, ut aliquid esse dicatur. Vnde carens eo quod est aliquid esse, etiam esse suum non tenet, ut recte nullo modo esse dicatur. At nunc comprehensa & tota, atque in partibus circumsistens, & formata, atque hoc corporata, & ad aliquid esse specie aliqua capta & esse creditur: quia motu uitali, & ab infinito certis lineamentis septa, in sensus certissimos promouetur. Ergo hylica quæ sunt, ut esse uideantur, facit uis potentiæque uitalis, quæ defluens à *λόγῳ* illo qui uita est, quem dicimus filiū, per archangelos, angelos, thronos, glorias, ceteraque quæ supra mundum sunt, primo in incorpora, atque *ἄλλα*, naturali sua substantia munda atque puriora cum currit ac labitur, lucem suam maiore sui communionem partitur, mox in animam fontemque animæ gradatim ueniens: Quia anima imago *τοῦ λόγου* est, quasi quadam cognitione maiorem defluendi accipit cursum. Et quia in animanda anima properat, fit ei in animanda eius petulantior appetitus. Hinc in hylicenmersa, & mundanis elementis, & postremo carnalibus uinculis implicata, corruptioni, atque ipsi morti sese miscens, uiuendi idolum materiæ fecibus præstat. Viuunt ergo cuncta terrena, humida, ærea, ignea, ætherea, cœlestia; non *λόγῳ* illo priore, nec uita integro lumine, sed propter copulationem hylicam faucibus luce uitali, uiuunt supracœlestia, & magis uiuunt, quæ ab hyle, & à corporeis nexibus recesserunt, ut puriores animæ, & throni & gloriæ: Item Angeli atque ipsi spiritus, alij ut in alio, id est in sua substantia uitam habentes: alij ipsa uita sunt: Iesus autem Christus, & sanctus spiritus: nam & de hoc mox docebimus: simul cum deo, sed à deo tamen uita sunt, sed uniuersalis uita, uiuunt & à se uiuunt, & non in altero habentes quod uiuunt, sed ut hoc ipsum illis esse sit uiuere & uitam esse, & scientiam esse patre tradente, hoc est, principaliter existente eo quod est uiuere. Ergo hæc omnia enumerata uiuunt, & nihil sit uel in æternis, uel in mundanis aut hylicis, quod non pro natura sua uiuat: utique cōsistendū est, esse uim quandā uel potentiā, qua cuncta uiuescunt, & quasi uiuedi fonte in uitales spiritus erigantur, ut ex hoc & uiuunt, & quia uiuunt esse sortita sint. Quis est iste, unde in æterna, atque in mortalia uitalis spiritus spirat, quo uigent cuncta, quo subsistunt, quo actus proprios sumunt, quo & generata sunt, & generatura proueniunt: Deus, sine dubio deus, & quæ menti nostræ uenerationi est, uiuendi pater, numenque uiuedi. Hunc uel potentiā uitæ, ut in alijs diximus, uel uitā summā principēque, & generaliter generalē, atque omnium uiuentium originē, causam, caput, fontēque dicemus: Principiū existentium substantiarum percipientium uiuendi potentiam, substantiamque moderatus. Quid ipse, aut in quo? Quippe uiuus uerusque: Viuus, ut nos de se loqui sinit: Viuit, & ex æterno, & in æternum uiuit: ex se habens istud ipsum, quod ei substantia est: Viuit, non enim ei accedere actus aut debuit aut potuit, ne aliquando à se minus, sed semper perfectus, plenus ac totus, in eo quod est ei esse, inest etiam sic esse, ceteraque



C tū actus agitur: unde cum Christus uita sit, spiritus autem sanctus scientia & intelligentia, omnia tamen spiritus sanctus quæ habet à Christo accepit, Christus à patre, id est ab eo quod est esse extiterit uita, & uiuere extiterit scientia & intelligere: nec mirum, cum illud esse primum ita sit, ut cum esse sit, sit & moueri. Quamquam dicatur quies, mouetur autem intus motu unde uiuit sibi, & intelligit semet ipsum: Ergo à motu interno, extra & quod est foris natus est motus, ab eo quod est intus esse, & foris esse, & ab eo quod est intus uiuere, foris uiuere, ab eo quod est intus intelligere, foris intelligere, mouente se uita & intelligentia: Sunt enim motus eodem existente simul, eo quod est esse, ut & intus esset & foris, ista trinitas intus, cum deus unus & solus foris, cum Iesus Christus intus & foris, cum ambo deus unus, atque ex hijs cum deus *ἁπολύτως* Christo, necessariò & Christus *ἁπολύτως* spiritui sancto, ac per hoc & per Christum deo: ipse etenim de deo egressus est: Si enim omnis motus qui foris est, à dei motu, qui intus motus est, ergo & iste à deo: Etenim scientia, & intelligentia, existentia est, uirtusq; ac potentia cognoscentia, idq; hoc ipsum motus est, hoc ipso quod motus substantia, necessariò igitur in Christo, uel Christus est, & ab ipso habet omnia: quia à uita, quod Christus est, substitit intelligentia, & ideo alter. Hoc enim dictum: A me habet omnia. Habet autem, & à me, duo sunt: ergo alter & alter: Sed quia motus & ipse spiritus sanctus, motus & Christus, & quia uita uera Christus est, et credentibus in se dat uitā uerā, hoc est æternā, & adest apud deū credentibus in se, quod dei sit filius, idq; per fidem: idcirco per Christum reconciliamur deo: propter uero hominum obrutam sui & dei memoriam, opus est spiritus sanctus, si accesserit scientia, & intelligere quæ sit latitudo dei, quæ longitudo, quæ profunditas, & altitudo, & confirmata fuerit claritas, & fides in Christum per spiritum sanctum, qui scientia est, fiet saluus: plene nanque ipse dicit testimonium de Christo, & docet omnia, & est interior Christi uirtus, scientiam tribuens, & ad saluationem proficiens, unde alter paracletus. Etenim mortuis per peccata hominibus uita prius danda fuerat, ut erigerentur in deum per fidem, quod erat iam uiuere ex dei uita, quam attulit Christus in carne, ut carni etiam subueniret. Quare confirmatis hominibus per fidem in Christum filium dei, etiam scientia danda uidebatur, & de Christo, & perinde de deo: Item de mūdo, ut eum argueret: Quæ cum intellexissent, facilius ad dei lucem homines sui diuinorumq; intelligentia liberarentur, terrenorum mundanorumq; cōtemptu, & desiderio quod excitat scientia diuinorum. Venit ergo posterior, id est fides posterior operari cœpit: recedente enim Christo, qui per miracula, & per præcepta seminauerat fidem, quod ipse dei filius esset, & uitam in se credentibus daret, completa sunt spiritu omnia, & fides cognitione in Christum adulta succreuit, ipso Christo semper præsentē, sic enim dixit: Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audierit loquetur, & futura adnuntiabit uobis, ille me honorificabit, quoniam de meo accipiet. Ergo de uita intelligentia, & ipsa uita de uiuendo, id est, de patre filius, de filio spiritus sanctus, sic enim subiunxit: Omnia quæcunque habet pater mea sunt, propterea dixi, mea sunt, quia quæ pater habet filij sunt esse, uiuere, intelligere: hæc eadem habet spiritus sanctus: omnia ergo *ἁπολύτως*.

**Ioan. 16.** Idem tamen ut ostenderet suam præsentiam semper *παρὰ ματῶν* sic loquitur: Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruari omnia quæcunque mandauit uobis, & ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Ex hoc ostenditur quodammodo idē Iesus, idem spiritus sanctus, actu scilicet agēdi diuersi, quod ille docet intelligentiā, iste dat uitā: Etenim idē ipse & unus motus & primus motus est, quo contingit, ut qui uiuit, & uere uiuat, & intelligat, & uere intelligat: & que re intelligit, uere uiuat: atq; ut idē manifestet Iesus, & spiritus sanctus, adtrēdamus istum,

A istum nempe spiritus sanctus doctrina est, intelligentia, ipsaq; sapientia, & Christo & deo sapientia datur, atq; hoc Christus nomine nuncupatur: quod est Euangelium, Christum esse dei filium, quod Euangelium definitur dei uirtus atq; sapientia, ut Paulus ad Romanos. Item Solomon: Omnis sapientia à deo est, & cum eo fuit *Eccle. 1.* semper ante æuum. Ecce *ἁπολύτως* apparet, cum sapientia & de deo datur, & à deo datur, utiq; Christo & spiritui sancto. Et cum dictū est, quod cum deo semper fuerit, quod *ἁπολύτως* est apparet: cum sapientia & de deo datur, utiq; Christo & spiritui sancto. Et cum dictum est, quod cum deo semper fuerit, quod *ἁπολύτως* est ostenditur simul cum patre. Deinde cum dictum, ante æuum, non ergo cum in carne tunc Christus. Item, prior omnium creata est sapientia, si primogenitus Christus, sapientia Christus. Deinde, quod sequitur, spiritus sanctus: & intellectus prudentia ab æuo: Si spiritus sanctus prudentia est, & intellectus, si scientia, & doctrina, Christus est sine dubio: quia ipse est ab æuo, id est, ex æterno, & primogenitus, & quod est amplius, unigenitus. Hæc & alia in multis tractata libris à me, *ἁπολύτως* probant non solum deū & Christum, sed etiam spiritum sanctum. Demus igitur uel accipiamus deū id esse, quod est primū & principale uiuere, quod est uerum & principale esse: non enim est quod non uiuit: hoc ipsum uiuere operatione ipsa conficere, & generare uitam, apertū fecimus. In eo uero quod uita est, scientia & intelligentia inest: uiuit ergo deus, & uiuendo uita est deus, & cum uita est, intelligentia est. Sed hæc tria ut unū ac simplex, & in eo ut principale sit, id est, hoc sint quod esse magis existentia principalis est deus uiuens, necessariò & semetipsum intelligens. Hinc enim omnia intelligens, quia semetipsum intelligit. Omnium existentiarum causa ipsa est, & ideo omnia: ergo uita & intelligentia in id accepta quod est esse, intus semper operantur, quod est uiuere. Viuere autē deo, hoc est quod est esse. Esse igitur cuncta, unus & omnipotens deus est. Quid igitur, si intus in se operatur, uel se potius operatur uita & intelligentia. Quomodo ista ueluti foris apparere potuerunt: & quid est foris aut intus *ἢ & λόγος*. Quæsierūt Philosophi & docti ad legem uiri, quid sint & ubi sint. Quid sint, substantiā eorum uel existentia ut explicemus: ubi sint, utrum inde an extra, & in omnibus reliquis, an in utroq; & ubiq;. Hæc quidē nos in alijs libris exequenter pleneq; tradidimus. Verum nūc ista summam breuiterq; dicemus: Ante *ἢ*, & ante *λόγος* uis & potentia existendi illa est, quæ significatur hoc uerbo quod est esse, græce quod est *τὸ εἶναι*. Hoc ipsum esse duobus accipiendū modis: unum, ut uniuersale sit, & principaliter principale: unde in cæteris esse sit, alioq; esse est cæteris quod est, omnium post uel generum uel specierum, atq; huiusmodi cæterorum. Verum esse primū, ita in participatum est, ut nec unum dici possit, nec solum, sed per prælationē ante unum, & ante solum, ultra simplicitatē, præexistentiā potius quàm existentiam, uniuersaliū omnium uniuersale, infinitū, interminatū, sed alijs omnibus, non sibi. Et idcirco sine forma intellectu quodam auditur. Et præintelligentia potius quàm intelligentia accipitur, cognoscitur, creditur. Hoc illud est quod diximus uiuere uel uiuit, illud infinitū, illud quod supra uniuersalium omnium uiuere est ipsum esse, ipsum uiuere, non aut aliquid esse, aut aliquid uiuere, unde nec *ἢ*. Certum enim etiā quiddam est *ἢ*, intelligibile, cognoscibile. Ergo si non *ἢ*, nec *λόγος*, *λόγος* enim & definitus est, & definitior: siue enim est ratio, siue existentia ipsius potētia, siue res illa quas intelligentia accipit, ut uniuersaliter sit ei esse: cognoscat quod non cognoscit, nisi animaduertat & capiat. Quæ sint illa, quæ præstant unicuiq; substantiā. Et hic *λόγος* rerum, per quem creata sunt omnia, uniuersalis potētia, cōtinens uniuersaliter omnium res, & præstās ad existentia unicuiq; sua & propria. Ergo quia sua unicuiq; & ppria præstat, definit, & determinat, etiā illud *ἢ* facit. Imponendo enim infinito terminū rebus ad existentia sui unicuiq; format rem & intelligentiā infinitate sublata subiicit. Est ergo in eo quod

C Quod rerum est potentia ad pariendas efficiendasque existentias λόγος: ex eo autem quod definit, atque concludit unumquodque, formam tribuens, est, iam existens, cum fuerit eius quod est esse certa forma. Hoc cum ita sit, uideamus an ullius primi, quod est esse, sit λόγος: Si dicimus infinitum, si dicimus immensum, indifcretum, res, quibus eius esse consistit, non capimus, non tenemus, ergo λόγος eius nullus est. Sed quoniam fieri non potest, ut sit quoquo modo, & sine λόγος suo sit hoc ipsum existens quod est, infinitus est sine dubio ei λόγος suus, est, sed latitans, et occultus, ut sit in eo quod est esse ipsum λόγος esse, uel potius ipsum λόγος nihil aliud est, quam ipsum esse, hoc autem est quod dixi uere primum, illud & uniuersaliter uniuersale uiuere. Et quanquam, ut docuimus, sit ipsum uiuere, & uita, & intelligentia definita ac definita: nam potentia sunt τοῦ λόγου, etenim definitum quiddam atque formatum est: intelligentia uero & definiens, tamen quia ista intus sunt, & in se couersa sunt, oīa ἄγνωστα, ἀδιόκηριστα, incognita & indiscreta sunt: ita & deus quod est esse, id est uiuere, incognitus et indiscretus est, & eius forma, id est, uita & intelligentia incognita & indiscreta est: sunt enim ista nihil aliud, quam esse quod est uiuere: Quod cum infinitum, & forma eius infinita est, ibi manens, & nihil aliud quam esse existens: Cum autem foris esse coeperit, tunc forma apparens imago dei est, deum per semet ostendens, & est λόγος, non iam in deo πρὸς τὸν θεὸν λόγος, in qua uita & intelligentia, iam ἔμ: quia certa cognitio & existentia, quae intellectu & cognitione capiatur, sed quemadmodum foris extiterunt ista, & utrum ipsa forma, quae intus est, emissa foras est, an seipsum eiecit: sed cum illa intus forma indiscreta & infinita sit, quomodo & in ea quae foris est, illa cognoscitur, an alia est haec: sed si alia, non ergo ab illa nata uel emissionem, uel sua motionem: & si ita ut alia non pars, nec eadem nec omnino ἰμοούσιος, & deinde unde haec apparuit. De altero ergo duo principia, an de nihilo: nihilum non est sub deo τὸν ὄντων. Deinde si dei potentia uel uoluntate extitit, non est nihilum dei potentia uel uoluntas: Etenim si omnipotens deus, omnipotentia eius & causa omnibus, & ipsa existentia est. Num ergo quod reliquum est dicere audemus, a se orta haec forma est: & quomodo cum esset in patre in scio patre, an iubete: si iubente, non ergo a se: an insciente: est ergo aliquid quod non potentia dei fuit, aut est quod sine illo fuit, cum de λόγος, qui eius dicitur forma, ita dictum sit: Per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Quid istud est: tantarum confusionum quae separatio: quae si non ueritas, uel uita est ueritatis. Ad Generationis diuinae explanationem sit spiritus sanctus, quid inspiratum nobis sit, modo auditor attendat, pura exponens simplicitate pandemus. Interea unum moneo, sine tempore haec accipi conuenire, ex aeterno semper, nullo temporis principio, sed ut sit unum utrunque principium & generator & genitum. Primum in rebus aeternis, diuinis maximeque primis manentia quieta, & in eo quo sunt existentia, nulla sui per motum mutatione generantur. Primus deus, deinde λόγος, uel νόμος, uel quicquid alter est, uel uterque, ut spiritus, ut uiuere, uel uita, ut intelligentia, uel cognoscencia: anima uero sola mota generationes habet. Haec omnia sic docemus: τριδύναμος est deus, id est tres potentias habens, esse, uiuere, intelligere: ita ut in singulis tria sint, sitque ipse unum quodlibet tria: nomen, quae se praestat accipiens, ut supra docui, & in multis: nihil enim esse dicendum, nisi quod intelligit: Triplex igitur in singulis singularitas, & unitas in trinitate: ista uero tria progressu suo exponemus. Omnium quae sunt, quaeque esse possunt, aut esse potuerunt, existentiam, uitam, intelligentiamque, pro rerum ac substantiarum captu, & participationes praestant, sortita sunt: Est enim in omnibus, esse suum, uiuere suum, intelligere suum, suumque sentire, ut sint ista umbra uel imago trium omnium superiorum: ergo deus cum sit, ut ab omnibus dicitur, unum, & solum unum: Nonnulli autem dixerunt deum esse unum omnia, & nec unum: omnium enim principium, unde non omnia, sed illo modo omnia, Istud autem

Generationis diuinae explanationem sit spiritus sanctus, quid inspiratum nobis sit, modo auditor attendat, pura exponens simplicitate pandemus.

A tem hac de causa, & primum quidem deum esse unum & solum, quod illa tria, quia non copulatione consistunt, sed existendo quod sunt ipso, & quod alterum creditur sunt, necessario unum sunt, & solum unum, nec ullo modo alterum. Sed de hoc saepe dictum. Quod uero dictum unum omnia, & nec unum, omnium enim principium, satis aperte dilucideque declarat, patrem rerum omnium & principium deum: qui cum unum non est, magis omnia est: quia & omnium causa est atque principium, & in omnibus omnia. Quae cum ita sint, erit deus omnia, existens omnium uens, omnium uens, & omnium intelligens. Et quoniam diximus, confici ab actu potentiam: sic enim se prima habent, ut cum sint omnia a diuina energia, id est actus, & operationes, necessarium est, ut a deo principio omnium potentiarum, uniuersaliter uniuersalium fons & origo nascatur: Iste namque rerum progressus est, ut cum omnia a deo, & potentia & actus a deo, qui supra potentias & actus accipitur, orta haec esse credantur. Verum cum a nobis dictum sit, deum actum quendam esse, quod est uiuere, sed hoc uiuere quod supra omne est uiuere, & ex aeterno, atque in aeternum, uiuere simul intellectu acceptis, & eo quod est esse, & eo quod intelligere, sed sic simul, ut ne phantasia quidem copulationis sit: necessario autem uiuendi actu, uti docui, conficitur atque existit forma, quam uniuersalem potentiam nominamus, per singula illa formata, quae ex omni existentia, ex omnium uenti omnium uiuentia, ex omnium uenti omnium uentia. Haec singula potentia ut nota & determinata. Sed cum in uno omnia, uel unum omnia, aut cum unum omnia, uel nec unum nec omnia, sit infinitum, sit incognitum, sit indiscernibile, incognoscibile: Et quod uere dicitur ἀόριστος, id est, infinitas, & indeterminatio. Etenim cum omnium esse sit, & omnium uiuere, & omnium intelligere, & id unum, & sine phantasia alterius unum: unde nec unum, quia omnium principium: unde & ipsius unius. Ex hoc cogimur iam necessario & illa de eo dicere, ut eius incomprehensibile sit & esse & uiuere, & intelligere, nec solum ut incomprehensibile eius sit esse, uiuere, & intelligere, ut nec esse quidem ista uideantur, quod ille supra omnia sit: quare & ἀνύπαρκτος, & ἀνοούσιος, & ἀνουσ, & ἄγνωστος sine existentia, sine substantia, sine intelligentia, sine uita dicitur: Non quidem per ἀρησίμ, id est, non per priuationem, sed per supralationem: omnia enim quae uoces nominant post ipsum sunt: Unde nec ἔμ, sed magis ἔμ. Eodem modo praexistencia, prauiuentia, praecognoscencia horum quae conficiuntur: Ipse autem praexistens, prauiuens, praecognoscens, sed haec omnia apparentibus secundis & intellecta sunt, & nominata. Postquam enim apparuit cognoscencia, & intellecta & appellata est praecognoscencia, eodem modo & praexistencia, & prauiuentia. Erant quidem haec, sed nondum animaduersa, nondum nominata. Unde & incognoscibile omne quod deus est. Sed quoniam tunc cognoscibile & habetur & dicitur, cum est cognoscencia: relatiua sunt enim, & se inuicem tenent, & pariunt, aut inuicem interimunt, nondum cognoscibile illud non fuit, quia non fuit cognoscencia: Non quo non fuit illud, quod cognoscibile sibi fecit cognoscencia, sed quia erat quidem quod cognoscibile esse posset, non quo cognoscibile esset: quod tunc sit & accipitur, cum ad intelligitur, quod & intelligentia esse possit. Hoc modo igitur & in deo & esse poterat, & erat, ex hoc cognoscibile, quia & esse poterat, ex hoc erat cognoscencia. Quid ergo ex hijs: Quoniam si haec postea nata sunt, fuerunt in deo, & si fuerunt, quia deus unum, & ista unum, & id quod deus, & ista unum quia deus. Ista idem ergo cognoscibile & cognoscencia, sed ita, ut cognoscibile quod sit, hoc sit cognoscencia. Etenim cum uirtus horum trium una sit: esse enim nihil aliud est quam uiuere, atque ipsum uiuere intelligere, cum sit & intellectum esse, tota uis singulorum in eo est quod est cognoscere, uel esse cognoscencia. Sed esse cognoscencia non potest, nisi sit cognoscibile: In hijs autem primis ubi quod est esse, id est quod uiuere, & quod intelligere, esse

Deus omnia uens est.

Uniuersalis potentia.

Dei cognoscencia.

Praecognoscencia dei.

Cognoscibile non potest, nisi ipsa cognoscencia nondum apparens, sed se intus tenens, manensque quies, cessans, atque in se uersa sibi se cognoscibile præbens: cum enim ipsa cognoscencia lateat, atque apud se sit, ne forinsecus in se intrans, sed naturalitermersa in eo, in quo ei esse est manens, eius formæ est, ut cognoscibile esse possit, cum excita cognoscencia, uelut egressa, se circumspectans cognoscenciam se fecerit, cognoscendo se sit cognoscibile, cognoscibile suum facta. Hoc igitur, si fas est dicere, hoc inquam, modo illud primum, illud unum, illud solum, illud deus, uel spiritus, uel spirans, uel lumens, uel luminans, uel existens, uel omniexistens, uel existens, uel omniexistens, uel uiuens, uel omniuiuens, uel uita, uel uiuentia, uel omniuiuentia, uel intelligentes atque cognoscens, uel omniintelligens, omniscognoscens, uel omniintelligentia, omniscognoscencia, omnipotens, omnimodis perfectus, interminatus, immensus, sed cæteris, sibi terminatus & mensus, super omnia, & idcirco nullum de omnibus, ac magis ex quo omnia, ergo unum & solum unum: principium enim omnium. Vnde non unum omnia manens in se, neque in se, ne duo auditor accipias, sed ipsum manens uel mansio, quies, quietus, quiescens magis, quia a quiescente quies, ut supra docuimus. Vnde dicitur est & sedere quasi in centro *τῆς πάντων ὕλης*, id est, omnium quæ sunt, unde uniuersali oculo, id est, lumine substantiæ suæ, qua uel esse est, uel uiuere, uel intelligere, in eas *τῆς ὕλης*, non uersabili aspectu uidet, quia & quies est, & a centro simul in omnia unus est uisus. Hæc deus, sed quomodo deus pater, & quis filius, aut quomodo filius, et postea quomodo Iesus filius omnium esse, principium, ante omnia esse, est omnium esse, principium, non tam quietum esse est, quam ipsam quietem esse. Omnia enim quæ genita factæ sunt, ex motu genita factæ sunt. Motus autem ipse, quo motus est, antequam moueatur quies est, contrarius enim ortus contrariorum fiunt, ita ut contrario ortu contrarium unde hoc ortum est pereat, ut ex uita mors, & ex morte uita. Item ex eo quod est esse, non esse, & ex eo quod non esse, esse. Et item ex quiete motus, & ex motu quies. Sed aduertamus acriter, atque audaci intelligentia rerum uim, altitudinemque uideamus, ut proposita ista sunt, si diligens circuminspector aduertat, reperiet esse existentiam quandam & in hijs, quorum phantasia quadam est interire: namque cum uita sit cui adest esse, ex qua mors nascitur, est etiam morti esse, si ex morte nascitur uita. Itemque si ex eo quod est esse efficitur non esse, necessarium erit etiam ipsum non esse, si ex eo nascitur quod est esse: itemque si cessatio est, motus esse cessationem necesse est, si motus nascetur. Quid igitur, nonne ortu contrariorum contraria, aut mori, aut non esse creduntur? Videtur ita, sed contra est: nam utraq; manent, nec intereunt ab æterna substantiali sua qualitate. Quomodo istud sit, dicam, adsit deus, fiet facilius explicatio. Esse in æternis hoc est esse, quod uiuere, quod intelligere. Sapius hæc & diximus, & probauimus. Id autem esse ita ibi est, ut sint ibi uiuentes, intelligentesque substantiæ, has accipiamus pro modo existentium res tres, præstantes, & participatione sui cuncta retinere, & innoetis, & innoetis uiuere, sola esse simplicia, diuina, æterna: In mundanis uero et hylis inesse quidem, sed carnalibus uarijs, ac mortalibus sustineri: Hic ergo mors, si est, corporum mors est, & si plenior adhibeatur intentio, nec corporum, id est, in eo quod hyle sunt, sed horum corporum, in ea specie, quæ nunc est, effecta quodam interitu dissolutio: sola igitur corporis species dissoluta cum in elementa dispergitur, manent ac sunt unde uictura reparantur: Etenim cum in mundo & hyle sit, quæ elementis certis semper existit, & cum imagines illorum trium, hic quoque, id est, in mundo se præbeant, quid mors agit illa cum & in suis imaginibus æterna sint? Imagines dico potentias per omnia alienis animæ defluentes. Cuius igitur æterna sint ista, æterna & in hyle elementa, mors si sola composita soluit, nihil funditus interit. Vnde recte dicitur, quod ex uita mors efficiatur, quod ex uigore uiuendi compositi cuiuslibet corporis fiat usque ad certam resolutionem,

Deum sedere  
in centro  
omnium.

D

Imagines.

A resolutionem, & rursus in aliam compositionem ipsdem conductis fiat ex morte reparatio. Hoc modo & esse in mundo accipiendum, hoc modo hic & quies, & motus: at in diuinis, quia nulla sunt corpora, mors nulla, sed & uita alio modo, quippe illa principalis & uera, & idcirco ibi progressio non natalis, aut si placet, natalis magis apparentia & manifestatio. Item illa alio modo esse, & non esse, & alio modo motus atque cessatio: etenim deus uiuit, id autem est esse & intelligere, quæ ista unum tria conficiunt, potentias tres, existentiam, uitam, intelligentiam. Sed quia illa tria unum quomodo sint docui, ut unum quodlibet tria sit, sic & ista tria unum sunt, sed in deo hæc tria esse sunt, in filio uiuere, in spiritu sancto intelligere, ergo esse, uiuere, intelligere, in deo esse sunt: existentia autem, uita, intelligentia, forma sunt: actu enim in uero & occulto eius quod est esse, uiuere, intelligere: Intus enim ita sunt & occulta, magisque supra esse, & supra uiuere, & supra intelligere deus est. Vnde & *ἀνοσίτοος*, uel *ἀνώπαρτος*, & *ἰτε* *ἄνω* & *ἄνω* dicitur, præintelligentia quadam inuentus, & magis per formam suam cognitus, sed in hærentem & consubstantialem sibi. Et hoc est quod est, quod in patre est filius, quod cum ita sit, est idem filius quod pater, unde & filius deus, quia hoc est forma, quia id est quod est is cuius forma. Etenim cum esse, uiuere, intelligere deus sit, forma autem sit existentia, uita, intelligentia. Ista me dicere sic accipias uelim, ut supra ista sit deus. Quod si ita est, sit idem forma quod substantia: Eodem enim modo ualent & sunt ista habentia uel existentia esse, uiuere, intelligere, ita cum duo *λόγοι* sint, unus per quem unum quidque sit: alius per quem quo modo sit: tamen quia eadem ui ualeat, quomodo & quidque sit, necessarium sit unus *λόγος*, idem ualente forma quod substantia. Ergo si idem ualeat, & idem est forma istius tamen substantiæ quod ipsa substantia, substantialis enim forma est, idem erit filius quod pater, aut neque pater, neque filius ante egressum foras, sed unum ipsum solum. Hoc cum ita sit, cum sit ei intelligere, & intelligentia, sit idem intelligentia quod uita, & quod est esse: cum autem magis agendi uirtus sit intelligere, quam esse, quam uiuere, & cum hoc esse sit intelligere quod sit, & cum hoc sit uiuere, intelligere quod uiuat, necessarium si intelligere uel intelligentia deus est, cum intelligit deus se ipsum intelligit, cum autem se ipsum intelligit, non ut alter alterum, sit ut intelligencia ipsa se intelligat. Quod cum est, se esse efficit, atque in existentiam prouenit, sitque sibi quod est esse, atque eodem modo intelligendo existit & suum uiuere, quibus cunctis a se natis, uel magis a se existentibus, ingenitus deus est, existens ex ingenitis, quæ unum cum sint unum & simplex, unus deus est, & hæc est ut intus intelligentia, quæ sine aliquo motu se intelligit, quippe quæ cum intelligit, existit, & cum existit, intelligit. Et hoc est deus, et utique hoc ex æterno atque in æternum. Verum quoniam imaginem dei filium dicimus dei, genita est enim forma, ut ab eo quod est esse, uiuere, intelligere, gigneretur existentia, uita, intelligentia. Quadam enim in hijs forma est, per quam ut per imaginem intelligatur quid sit esse, uiuere, & intelligere, necessarium per formam intelligitur deus: nam ipsum nemo uidit unquam. Ergo forma dei cum accipitur, in deo deus est: cum autem intelligit se deus, per formam se intelligit, sed & ipsa forma intelligat necesse est: Est enim intelligens, ac uiuens existentia, cum nihil aliud intelligat, quam quod ista deus sunt. Et hæc sæpe iam docui. Cum autem ipsa intelligentia intelligit quod sit intelligentia, necessarium enim sequitur, ut & se intelligat intelligentia, ueluti existens a semetipsa se intellexit, fecitque se extra: quod foris est intelligendo se, id est, motu suo. Vnde est hæc foris intelligentia, & hic est filius, hic est *λόγος* natus filius, quia alius a deo, de deo tamen, id est, de eo quod est existens, & uiuens intelligentia, quæ deus est, atque intus intelligendo se intelligentia foras se protulit, atque extitit patris, in quo & ipsa fuit, atque est, semper imago existens per intelligentiam internam, quæ esse est atque existens, ac propterea imago imaginis genita. *Dux* igitur intelligentiæ, una intus existens, quæ

*uita æternarum alia quam nostra.*

*Forma eadem quæ substantia.*

*Deus se per formam intelligit.*

*Dux intelligentiæ dei.*

C quod est illi esse: alia existens, quod est illi intelligendo esse. Hæc foris, hæc filius: Quoniam uero intelligendo se intelligentia deū intellexit, utiq; intelligentiam internam, illa autē deus est, intellexit & uerum esse, & uerū uiuere, & uerum intelligere, intelligendo extitit & ipsa uerū esse, uerum uiuere, uerum intelligere: Etenim qui unum intelligit, & habet unum, & est unum, secundū eius apud se intelligentiam, sic ergo filius, id est, intelligentia, intelligendo se genita intelligentia intellexit deum, & omnia illa quæ ingēna, deus sunt, & intelligendo *πλήρομα* querendo, & *πλήρομα* intelligendo, unde idem extitit quod pater. Etenim cum *πλήρομα* pater sit, necessariō *χώρα* suum habet infinitum, licet & sibi finitum, ubi *πλήρομα* suum tenet & capit, eodemq; modo filius recipiendo & querendo: hoc est enim recipere *χώρα* existere, intelligendo autem totum quod pater est, *πλήρομα* extitit genitus, & ipse totus ex toto: & quia intelligentia est intelligens intelligentiam, cum lumen rerum sit intelligentia, existit lumen ex lumine: & quia intelligentia utraq; uerum lumen ex uero lumine. Itemq; cum deus sit intus intelligentia, ista intelligendo se intelligentia deus ex deo est, *ὁμοούσιον* ergo in omnibus, in eo quod est esse, & uiuere, & intelligere: Item in eo quod uterq; *χώρα* & *πλήρομα* est: item in eo quod imago & imago: dictū est enim ad imaginē nostrā. Et in eo quod lumē & lumen, & in eo quod uerum lumen, & uerū lumē: & in eo quod spiritus & spiritus: & in eo quod motus & motus, sed pater motus quiescēs, id est, interior, & nihil aliud quā motus, non motione motus: filius autem motione motus est, uterq; tamen motus: Itē uterq; actio & opera, uterq; uita, & uterq; à se habens uitam, uoluntas & uoluntas, eadem uirtus, sapientia, uerbum, deus & deus, deus uiuus, & deus uiuus, ex æterno & ex æterno, inuisibilis & inuisibilis: nam dictum à Matthæo: Nemo nouit filium, nisi pater, neq; patrem, nisi filius. Simul ambo: hoc enim significat *ὁμοούσιον*, præter eandem *ουσίαν*. Hæc cuncta illo pleno intelligi possunt: Omnia quæ habet pater, mihi dedit. Et: Omnia quæ habet pater, et ego habeo. Omnia, inquit: si omnia, *ὁμοούσιος* filius patris: Idem ergo, & si idem, par, & si par, recte Paulus de filio dei Iesu Christo dixit: Qui cum esset in dei forma, nō rapinam arbitratus est ut esset æqualis deo. Multa hic diuina & magnifica mysteria continentur: Primum quod Christus forma dei est, in quo ostenditur omnia habere quæ deus habet: hoc enim est quæ & imago dicitur, sicuti de ipso dictum: Qui est imago dei. Habet igitur & deus imaginem suam, & filius imago dei est, etenim si dictum: Faciem dei nemo unq; uidit. Et dictū: Posterganea mea uidebitis: Est sine dubio facies deo, est filio, uel potius est & filius imago dei, ut dictum est: Qui cum in forma dei fuisset. Unde iure dictum: Faciamus hominem ad imaginē & similitudinē nostram. Est ergo filius, & si est, alter est: non enim idem pater, idem filius: illis rebus omnibus supra à me positis idē, idem autem, hoc est, eadem habens existentiā suā propriā. Unde & idem, & alter: etenim cum hic dictum: cum fuisset in forma dei, utiq; aliud accipiendum quod forma est, aliud deus. Sed uideris, sit calumniæ locus, ut forma dei sit in ipso deo forma, ut sit una & indiscreta substantia. Quid sequentia: quem admodum intelligemus? Non est arbitratus rapinam se æqualem deo. In sua existentiā positi est se cum altero credere, uel dicere æqualem. Quid uero illud est, se exinanīuit, & formam serui suscipiens? De Christo accepimus, quod mortuus est, an de deo? At hoc nullus dixit unquam. Deinde cum dicitur de patre, qui filium suum excitauit à mortuis, nōne satis clarum est, aliū esse patrem, aliū filium: aliū esse suscitantem, aliū suscitatum: ergo forma dei. Aliud forma, aliud deus est, & est quidem deo forma, sed filius dei forma in manifesto, dei uero in occulto: sic enim omnia & existentiā, & uita, & cognoscentiā dei intus in occulto, filio in manifesto, sic cætera *χώρα*, *πλήρομα*, imago, lumen uerum, ueritas, spiritus, motus, actio, operatio, uita, & à semetipso uita, uoluntas, uirtus, sapientia, uerbum, deus.

Multa mysteria Paulus breuissimis uerbis complexus est.

A deus, deus uiuus, & cætera alia omnia. Sed hæc ueluti foras, & in manifesto: illa in se atq; circa existentiam, uel ipsam potius quod est existentiā: hæc autem in actu agente quod est in manifesto. Postremo hæc omnia filius habet, sed patre dante, quod uehementer expressum in eo, quod cum filius habeat à se uitam, à se inquit, sed adiunxit: Pater ei dedit ut haberet à se uitam. Vera igitur imago atq; existentiā in omnibus eadem, sed patre dante, ergo *ὁμοούσιον* & pater & filius, sed patre dante. De eo enim quod diximus patrem esse, uiuere, intelligere, existentiā genita est, ut uita, intelligentiā: & hæc est dei forma, hæc est filius: sed filius cum in patre est, unū totum, intus deus agens, operās, se utens, se fruens, fons atq; in se plenitudo omnium. Sed quoniam, uti docuimus, intelligentiā uel potentiā suā, necessariō dum in se met sese uertit, intellexit semetipsam, hoc quodāmodo gemina facta, uelut intus & foris filius est, genitus ab existentiā patris: nam existentiā est intelligentiā, quæ & uita est, apparens ergo & existens est deus de deo. Et quoniam in quolibet uno de tribus cuncta sunt, esse, uiuere, intelligere: cum intelligentiā intelligentiā genuerit, genitus est filius, & omnia habet filius quæ pater, & habet à patre. Itē quoniam hæc omnia sunt per quæ creantur omnia: quæcunq; enim sunt, accipiunt suum esse, suū uiuere, suū intelligere. Filius cū hæc omnia sit, quippe imago patris, & actu actiuo sit, id est, ut hoc præstet cæteris pro natura existentium, est necessariō uniuersis totisq; cunctis *ἀρχή*, id est, uis & potentia, per quam, quæ sunt ut sint esse prouenit, per quem deus fecit & facit omnia, & sine quo nihil fit. Hoc appellant alij motum actiuum, uerbum actiuum, rationem operantem. Quoniam tamē cū à patre operet, inest in illo uis patriā, in se operat, unde multa ita dicuntur, ut cū ipsius sit quod facit, tamen ipse in patrem refert omnia, ut: Pater me misit. Et: Non meam, sed patris facio uoluntatem: Et mille talia. Attendamus tamen istum locū, inueniemus quasi ipsūm per se facere, ut sua sponte: non est arbitratus rapinam se æqualem deo. Et itē: se exinanīuit, & formam serui sumens, qui habebat domini. Ista omnia sunt sua uoluntate faciētis. Sed potest credi ipse facere, cū in ipso pater sit, ex qbus sunt & illa: Ego do uitā in æternū. Et: Ego sum ianua, ego uita, ego ueritas. Item: Sicut enim pater suscitāt mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Hæc uera, hæc uaria, & in omnibus magis uera intelligentiā facit & filiū in patre esse, & in filio patrem, & tamen ut pater, ut alter sint & unum, tamen duo sint, quoniam autem alter pater, alter filius: quippe cum pater filij fons, filius ut flumen, quod excurrit ex fonte: in fonte autem ut manens aqua, & quieta est, pura, immaculata, sine scatēdis specie, sibi occulto motu plenitudinē suā suggerēs, item ut flumen motu apertiore per diuersa discurrens, terrarum quas sulcat qualitatibus & adficitur, & quodam modo patitur, sic & filius aqua sua, suaq; substantiā, quæ patris est, semper purus, immaculatus, impassibilis, regionibus per quas discurrens, locisq; uel supracælestibus, uel cælestibus, uel intracælestibus, nunc spumat ut occurrentibus saxis, quæ sunt ex generibus animarum campis quietus excurrit. Recipit igitur passiones, non in eo quod substantia est, sed in actu atq; operatione: Nam cum mysterium aduentus sui completeret, tum iam passionem sustinuit, ut se exinaniret, ut personam serui susciperet. Sic & reliqua, in quibus omnibus actus est & operatio. Quanquam & in primo existētiæ suæ actu, sicuti in multis libris docuimus, passio extiterit recessiōis à patre, unde tenebræ, id est, hyle cōsecuta est, non creata. Sed hæc plenius alibi. Nunc quid adfertur est, quid probatum: deum patrem, filium deum *ὁμοούσιον* esse, esse tamen & patrem in substantiā, et filium in ea quidem substantiā, sed sibi existentem actum agente in actu passione extitisse, nunquam separatū à patre, ex æterno & esse & fuisse, & futurum esse. Actu, quia ita natura agendi est, & cum patre, uel in patre esse, & extra hoc dici, et intus & foris cum ipse agat, quia de patre ei actus est, patre agente agere dicitur, & tamen

Filius cum quædam à se ipso faciat, refert tamen ad patrē.

Pater ut fons, ad filium ueluti flumen.

**C** & tamen omnia patrem per illum agere, hunc esse λόγος omnium, & uniuersaliter uniuersalium, & generum, & specialium, & partium λόγος. Et quia omnium & incorporalium, ergo & corporalium pro sua uia ad id quod esse possunt, ut sint λόγος, unde & mysterij ordinatione nouissimis seculis λόγος, quia omnium existentium ad umbrata per spiritum sanctum Maria uirgine incarnatus est ipse ille, quem supra demonstrauius, filius; eodē modo ut esset in corpore, quo spiritus sanctus in nobis, non totus: nam ut deus ubiq; est, sed ut pars eius: omnium enim diuinorum pars hoc semper est, quod est totum, ut est anima in corporibus, ut uirtus ac disciplina in animis, uel sol aut eius lux in oculis, ipsum autem λόγος, ipsumq; illum quem demonstrauius filium, fuisse in corpore, omnia Euangelia declarant, Apostolus omnis, omnes Prophetæ: Cum enim prædixerunt futurū Christum, in carne futurum prædixerunt, quippe cum ante carnem dicant & uisum, & apparuisse, ut Iohn. 8. Abrahæ, ut Iacob. Et ipse in carne dixerit: Abraham uidit diem meum, & gauisus est. Et Apostolus, in sacro isto, ac mysterijs pleno loco, declarat maxime filium dei ante carnem, & ipsum postea sumpsisse carnem: Hoc enim sensi in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei constitutus fuisset. Vtiq; hoc quando ante carnem fuit, ergo & ante carnē & fuit qualis & quantus. Forma, inquit, dei. Quid istud est: forma idem quod pater. Quid est forma: in quo pater cernitur. Qui me uidet, uidet & patrem. Vtiq; non in eo quod uidebatur, sed in eo quod ipse deus, diuina substantia, λόγος, uita. Hoc igitur fuit ante carnem: nam quid adiungit: Nō arbitratus est rapinam ut esset æqualis deo. De se ergo cogitat, & de deo, facit igitur ut nō sit æqualis deo, ergo æqualis fuit. Quid deinde adiicit: Sed se exinaniuit. Quid exinaniuit: aut unde, si non fuit: Adijcit adhuc: Et serui sumpsit formam, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus tanquam homo, humiliavit seipsum, subditus factus usq; ad mortem, mortem autem crucis. Quid hic non ex omni parte declarat Iesum Christum & filium dei: Nam sic dictum: Deus misit filium suum, & missum suæ potentia, ac suæ etiam uoluntatis arbitrio cuncta facientem, ut se nollet æqualem, ut se exinaniat, ut induat serui formam: fuit ergo qui fuit dei forma, fuit qui se exinaniuit: is autem ipse est Iesus, qui sumpsit imaginē serui, & inuentus homo est, qui se subdidit usque ad mortem, ut designetur plenus Iesus Christus, usque ad mortem crucis.

Hæc uiris fidelibus satis probata sunt, & ante carnem fuisse, & in carne eundem filium fuisse, illum qui ante secula est genitus, illum qui ascendit in cœlum, & inde descendit, illum qui nobis de cœlo panis est: illum qui in carne dicit: Redde mihi pater honorem meum, quem habui apud te. Vtiq; supra cœlos, & ante carnem, illum, quia λόγος est, & in principio λόγος, & iuxta deum λόγος, & qui λόγος deus est, & per quem λόγος facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil: illum qui inluminat hominē in hunc mundum ueniētem: illum qui λόγος caro factus est. Audisti in principio λόγος, audisti quod λόγος ipse caro factus est. Audi quod ipse dei filius sit, & de patre genitus, ut sit illa quam diximus supra generatio. Dicit Euangelista: Deum nemo uidit unquam, nisi unigenitus solus filius, qui est in sinu patris. Melius autem dicemus gremio, Græci ἐν κόλπῳ, id est, in gremio. Sed uel hoc uerbum, uel illud significat & genitum filium, quod est foris esse, & tamē cum patre esse, cum dictū est: Qui est in sinu patris. Omnibus lectionibus ista esse diligens & fidelis quasi tor intelliget. Iam uero spiritum sanctum alio quodā modo ipsum esse Iesum Christum occultum, interiorem, cum animis fabulantem, docentem ista, intelligenti, asq; tribuentem, & à patre per Christum genitum, & in Christo: quippe cum unigenitus filius Christus sit, multis nos libris exposuimus, & quod exemplis plurimis adprobauimus, satis clarum est. Hoc modo atq; hac intelligentia ut patet & deus cum filio ὁμοούσιος, & filius quod ipse uita est cum eo. Quia autem ipse intelligentia

Emendatur loci noui Testamenti.

**A** gentia est Christus & spiritus sanctus ὁμοούσιος intelligitur: Vnde iuncto patri filioq; accepto, quod sit idem quod spiritus sanctus, eo quidem modo, quo filius idē est quod pater, ita tamen, ut quomodo pater & filius unum cum sint, sic tamen pater pater sit etiam filius existentia unusquisq; sua, sed ambo una eademq; substantia, sic Christus & spiritus sanctus cum ambo unum sint, existit tamen Christus sua, & spiritus sanctus sua existentia, sed ambo una substantia, ex quo omnes, id est, tota trinitas una, atq; eodem modo iuncto patre cum filio, filioq; cum spiritu sancto. Atque ista ratione patre cum spiritu sancto per Christum iuncto, singulis quidem existentibus unū omnis trinitas sit, atq; existet illud ὁμοούσιος, cum sit omnibus una eademq; simul ex æternitate substantia. Hæc nobis salus est, hæc liberatio, hæc totius hominis plena saluatio, sic patrem omnipotentem deum credere, sic Iesum Christum filium, sic spiritum sanctum, Amen.

# MARII VICTORINI

NI AFRĪ VIRI CONSULARIS, HYMNVS DE TRINITATE PRIMVS.



**B**

Adesto lumen uerum pater omnipotens deus.  
 Adesto lumen luminis, mysterium & uirtus dei.  
 Adesto sancte spiritus, patris & filij copula.  
 Tu cum quiescis pater es, cum procedis filius.  
 In unum qui cuncta nectis, tu es spiritus sanctus.  
 Vnum primum, unum à se ortū, unum ante unū deus.  
 Præcedis omne quantum, nullis notus terminis.  
 Nihil in te quantum, quia neque quantum ex te est.  
 Nanque ex te natum unum gignit magis, quam tenet quantum.  
 Hinc immensus pater est, mensus atque immensus filius.  
 Vnum autem & tu pater es, unum quam genuit filius.  
 Quod multa uel cuncta sunt, hoc unum est quod genuit filius.  
 Cunctis qui uero, semen est, tu uero uirtus seminis.  
 In quo, atque ex quo gignuntur cuncta, uirtus quæ fundit dei.  
 Rursusq; in semen redeunt genita quæque ex semine.  
 Operatur ergo cuncta Christus, qui omnis est uirtus dei.  
 Namq; Christus in quiete motus est, summus deus.  
 Atq; ipse motus sapientia est, & uirtus dei.  
 Nullo à substantia distans: quia quod motus  
 Hoc substantia est, quicq; motus, quia in ipso, atq; ipse est.  
 Ex deo dictus deus, natus autem, quia motus est.  
 Omnis enim motus motus est, unumq; cum sit deus,  
 Ac dei motus, unus & idem deus existit.  
 Tamen motus ipse esse, ut sibi sit hoc quod ipse motus est:  
 Sed quia dei motus est, habet in se motus deum.  
 Rursusq; isto ipso quia dei motus est, habet in se motum deus.  
 In filio igitur pater est, & in patre est ipse filius.

C

Sunt ergo singuli atque in semet semper, cum sint singuli.  
 Hinc duobus una uirtus, hinc una substantia est.  
 Sed patre dante, quæ sibi fit filius substantia est.  
 Esse enim prius est, sic moueri posterum.  
 Non quo tempus illi adfit, sed in diuinis ordo uirtus est.  
 Esse nam præcedit motum, re prius non tempore.  
 Hoc esse docti in deo memorant substantiam.  
 Hic autem motus ortus est, nam gignit motum substantiam,  
 Substantiæq; generatio quid aliud quam substantia est?  
 Ergo motus & patris est, filius ergo eadem substantia.  
 Hunc λόγος Græci uocarunt, intus in patre deum,  
 Causa qui sit ad partum atque ad ortus omnium.  
 Nihil namq; absq; hoc creatum est, per hunc creata cuncta sunt.  
 Hic λόγος si Christus est, & si λόγος uita est genitus,  
 λόγος à patre est: est enim uiuus deus, in quo cum  
 Substantia deus sit, deusq; sit uita substantia.  
 Genitus autem filius uita est, una est substantia  
 λόγος deus, indiscretus ergo semper, semper & alter,  
 Simul missus, mittenti par, & fons tamen manans, semper  
 Discurret, spargens uitas, missus ut flumen filius.  
 Hinc substantia unum ambo, fons deus, flumen filius.  
 Sed quia in diuinis substantia hoc idem quod uita est,  
 Vitaq; ipsa ipsa est sapientia, ut præcedit esse.  
 Cui inest princeps ac simplex uiuere, sic adest  
 Intelligens sapiensq; semper cum præcedit uiuere.  
 Non quo præcedat quicq; alterum, neq; quo sit omnino alterū,  
 Sed quo progressu actuum sit ter triplex alterum.  
 Christus igitur actus omnis: actus, cum procedit  
 Filius, actusq; uita est, qua procedunt & creantur omnia.  
 Fit idem doctor & magister, idem perfectior spiritus.  
 Seminatas seclis animas inrigans scitis sophiæ.  
 Sophia autem cum sit Christus, idem Christus filius docet.  
 Profectus patre patrem & Christum spiritus.  
 Hinc patris cuncta Christus, hinc habet Christi cuncta Christus.  
 Sic Christus meus inter parentem & sese alterum  
 Spiritum implet parentem, dum esse præstat omnibus,  
 Atque esse cunctis uita est: & hoc est quod in Christo factū est.  
 Quid quia iungit ac saluat omnia, ac docet uerum deum  
 Christum sequentes, Christo renatos sanctus iungit spiritus.  
 Ergo Christus omnia, hinc Christus mysterium.  
 Per ipsum cuncta, & in ipso cuncta, atque in ipsum omnia.  
 Cuius altitudo pater est, ipse uero totus  
 Progressu suo longitudo, & altitudo patris est.  
 Hinc Christus apparens seclis, ad profundū doctū idq; arcanum,  
 Et intimum intus docendo, Christus occultus sanctus spiritus.  
 Omnes ergo unum spiritu, omnes unum lumen.  
 Hinc singulis uera, hinc tribus una substantia est.  
 Progressa à patre filio, & regressa spiritu.  
 Quia tres existunt singuli, & tres in uno singuli,  
 Hæc est beata trinitas, hæc beata unitas,

Ordo in  
 diuinis.

D

MARIE

# MARII VICTORI

NI AFRI VIRI CONSULA  
 RIS, DE HOMOVSIONE  
 C I P I E N D O.



Iror adhuc rationem intelligendi unam inter nos non certa mente  
 teneri: Omnes recte intelligimus, nec tamen iungimus. Dicam et  
 go omne mysterium, omnium uerba, sententias, intellectus, ora  
 tione breui, Arium ut possimus excludere. Græci quos *ἄλλοι*, uel  
 Paganos uocant, multos deos dicunt, Iudæi uel Hebræi unū; Nos, *ἑὸς* Paganis,  
 dicimus: Aduersum Iudæos, patrem & filium; ita dicentes duos, patrem & filium, *ἑὸς*  
 sed unum tamen deum, complexi religiones ambas, aduersum utranque alterius  
 contrario repugnauimus. Et Paganis quidem lapsi multum, & elementa & cibos su  
 os deos esse dixerunt. Iudæi errore carnali Christum negant, quem aliter confiten  
 tur. Nostrum igitur dogma est adprobandum, quod docuit ueritatem, & correxit  
 errorem. Id autem facile cognitu erit, si cognoscatur uis uerbi à maioribus positi,  
 quod *ἁποθεωσιον* nominatum est, nec errare quenquam uolo, cum tantum de patre  
 & filio *ἁποθεωσιον* dixerit: quia spiritus sanctus & à patre est, & in filio. Hæc autem ra  
 tio contra Arianos, & contra Hæreticos maxime præualebit: Esse deum fatemur, *ἑὸς*  
 ita esse, Christum fatemur sic esse, isto modo dico est deus, est Christus. Quid  
 est autem istud esse? lumen esse, spiritū esse, deum esse, *λόγος* esse fatemur. Ergo hæc  
 nemo negat: hoc esse Græci *ὁμοουσιον*, uel *ὁμοουσιον* dicunt, nos uno nomine Latine sub  
 stantiam dicimus. Et *ὁμοουσιον* Græci pauci & raro, *ὁμοουσιον* omnes. Distat quidem, ue  
 rum nunc omittamus. Scriptura diuina Græce *ὁμοουσιον* sæpe dixit. Latine substan  
 tiam. Et dixit de dei substantia Propheta Hieremias: Quod si stetit hinc in  
 substantia domini, uerbum meum uidissent. Quid autem est stare in substantia?  
 intelligere dei substantiam, quod lumen uerum sit, quod spiritus infinitus sit. Hoc  
 cum intellexissent, intelligerent *λόγος* domini, hoc est, uerbum domini uidissent. Et  
 sic & paulo post idem Hieremias loquitur. Dicit Dauid: Et substantia mea in infe  
 rioribus terræ. Et de deo dicit, & substantiam dicit, & quid sit hoc manifestum est.  
 Dicit Apostolus ad Hebræos: Qui est character substantiæ eius. Characterem em̄  
 dixit spiritum substantiæ dei. Sunt alia multa exempla, sed quid interest, lectum  
 est quod sit, & dicatur dei substantiæ. Est autem substantia dei lumen, spiritus, de  
 us. Item substantia Christi est *λόγος*, lumē, Christus: Hinc omnes uere dicimus Chri  
 stum uerum lumen de uero lumine, deum de deo; recte ergo dicitur eiusdem esse  
 substantiæ, hoc est *ἁποθεωσιον*. Fatemini ergo *ἁποθεωσιον*, cum dicitis lumen de lumine, de  
 um de deo, cur repugnatis? propterea quod est Græcum: *ὁμο* tale est, ut cui iungi  
 tur, nunc significet eiusdem rei, nunc simul cum re res est, ut puta species, quod Græ  
 ce *ἑίδος* dicitur. Iunguntur ista *ὁμο* & *ἑίδος*, & significat eiusdem speciei: sic & *ὁμῶνυμον*,  
 eiusdē nominis. Ergo cū iungitur ad *ὁμοουσιον*, sit *ὁμοουσιον*, eiusdē *ὁμοουσιον*, id est, eiusdem  
 substantiæ. Ex hoc excludit Arius, qui dixit, ex nihilo Christū. Itē diximus *ὁμο* *ὁμοῦ* si  
 gnificare, & cū iungitur rei, nihil aliud q̄ simul esse rem dicere, ut *ὁμολιη*, simul u  
 na ætate, & *ὁμοτροφος*, *ὁμοτροφοντες*, simul nutritos: ergo *ὁμοουσιον*, simul substantiale dice  
 mus, uel cōsubstantiale. Ecce habemus & Latine noīa, qd si ita est, & ex hoc exclu  
 dit Arius, q̄ dixit, fuit quādo nō fuit. Et em̄ si dicimus, semp pater, semp filius, & si  
 in principio erat *λόγος*, & *λόγος* apud deū, quoniā principiū sine ortu est, et sine tēpo  
 re semper.

Paganis,  
 Iudæi.

Esse dei.

B

ὁμοουσιον  
 substantia.

Stare in substā  
 tia domini qd.

Character sub  
 stantiæ dei fia  
 lius.

C re semp fuit, deus semper *λόγος*, semper pater, semper filius. Hoc si ita est, exclusum est, ut dixi fuit, quando nō fuit: Ecce est in utroq; *ἑμοούσιον* contra Ariū positū, uniuersamq; Arii hāresim. Hæc si uera sunt, accipite *ἑμοούσιον*: Nam si non uultis, nouelli Arii non latetis, sed ut ex uestris actibus clarum est, dicitis quidem Christum deum de deo, lumen de lumine, uerum factum, atque hoc modo natum non de substantia dei, sed de nihilo, idq; ab alijs cogitis per argumenta uestra, ut audire possitis magis quam dicatis ipsi, & quare argumenta: O deus, o Christe succurre, si de deo natus est Christus, aut diuisus, aut minutus est deus. Hæc atq; huiusmodi indigna sæpe profertis, quasi corpus sit deus, aut corporeus, aut hyle, hic enim diuisio uel diminutio potest esse. Sed de isto multa iam diximus, quemadmodum in diuinis, in incorporeis, maximeq; in anima, in spiritu, in mente, & magis in deo aut motus sit, aut partus omnimodis. Etenim perfecta neque augeri, neque minui possunt, maxime circa substantiā: *αὐτόχρονα* enim cum sunt, & *αὐτολάναμα* de deo dico de spiritu, qualia ipsa sunt, talia emittunt: Nec ibi generatio immutatione generatio, neq; ulla passio ibi, uel phantasia aliqua passionis. Interea his rationibus uestris quid cogitis nos fateri de nihilo Christum esse natum? Num minor uestra blasphemia est, cum uos eadem sentiat? Aut cur non est aperta uestra professio: si ita sentitis? Verum contraria uos loqui non uidetis: Dicitis enim deum de deo, lumen de lumine. Hoc de nihilo est, cum dicatis unde? Ergo de deo Christus, non ergo de nihilo, de lumine non de nihilo, de deo enim de ipsius substantia intelligitur. Nam aliud est quod à deo est: nam omnia à deo, Christus autem de deo: ipse uero Christus *λόγος* est, uel *λόγος* Christus est. Postremo quaerite quid sit *λόγος*, & inuenietis *λόγος* de nihilo esse non posse. Sed illi uos fallunt, illi inquam, qui non intelligentes modum generationis, dicunt natiuitatem domini quis enarrare potest: Primum de hominibus dictum uideri potest, quis? uel, nemo. Spiritus autem sanctus & insinuare, & narrare potest. Vnde & nos dei patris, & Iesu Christi domini nostri: permisso diximus, & certe non desperatum hoc, sed cum miraculo dictum est. Deinde sit modus generationis ignotus, nos de substantia loquimur: si pater & filius *ἑμοούσιον*. Quomodo autem deus pater, & quomodo *λόγος* filius sit, cognitu difficile. Nunc autem hoc non uidetur esse quaerendum: prius enim confitendum, quod de substantia patris filius, & sic quomodo filius, qui modus est uere difficilis, & à nobis alibi tractatus. Ergo nunc de *ἑμοούσιον* certe ut fat: s fiat uobis, pacem enim uolumus cum omnibus, habemus quomodo exprimamus *ἑμοούσιον*, primum consubstantiale uel simul cōsubstantiale: Deinde si dicimus deum de deo, lumen de lumine: Lumen autem pater est, item filius lumen, cum dicamus quia in patre est filius, & in filio pater est, dicamus etiam quia recte dicimus deus de deo, lumen de lumine, quod uerum erit & plenū *ἑμοούσιον*. An dubitatis? Quid si & hoc lectum est: blasphemia est contradicere. Dauid trigesimo quinto psalmo: Est enim fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumē. Fatemini iam & hoc, & *ἑμοούσιον*. Similiter hoc obijci potest ei qui dicit similem substantiam, eandem enim nos dicimus & simul substantiā, certe dictum in Esaia: Nemo ante te deus, & nemo post te similis deus. Et Dauid: Quis tibi similis erit deus? Hæc aduersus eos, qui similem substantiā dicunt, sed & multa prætereo quæ plenius uberiusq; tractata sunt, contra eos tractatus quos ipsi emiserunt: Nam de illis non loquendum, qui dissimilem dicunt: nec de illis, qui eos qui ista tractant quæ dicimus Patripassianos putāt. Omnes enim isti & alij Hæretici facile refutati sunt maiore tractatu. Deus adesto pater, & deus domine Iesu Christe, ut sit in plebe tua *ἑμοούσιον* per *ἑμοούσιον*, Amen.

Perfecta mutata non sunt ex-  
pertia.

D  
Quis?  
Nemo.

psal. 34.

M A R I I

M A R I I V I C T O R I

N I A F R I V I R I C O N S V L A  
R I S, H Y M N V S S E C V N D V S.



Miserere domine, miserere Christe, miserere domine, quia credidi in te: miserere domine, quia misericordia tua cognoui te.

Miserere domine, miserere Christe, tu spiritus mei *λόγος* es, tu anima mea *λόγος* es, tu carnis mea *λόγος* es.

Miserere domine, miserere Christe: uiuit deus & semper uiuit deus, & quia ante ipsum nihil est, à se uiuit deus.

Miserere domine, miserere Christe: Viuit Christus, & quia deus ei generando dedit, ut à semetipso uiuat Christus, quia à semet uiuit, semper uiuit Christus.

Miserere domine, miserere Christe: Quia uiuit deus, & semper uiuit deus, hinc æterna uita nata est: æterna autem uita filius dei Christus est.

Miserere domine, miserere Christe: Quod si à semetipso uiuit pater: & patre generante à se uiuit filius, consubstantiale patri est, quod ut semper uiuit filius.

Miserere domine, miserere Christe: Animam deus dedisti mihi: anima autem imago uitæ est, quia uiuit anima in æternum, uiuat & anima mea.

Miserere domine, miserere Christe: Si ad similitudinem tuam deus pater, & ad imaginem filij homo factus sum, uitam creatus seculis, quia me cognouit filius.

Miserere domine, miserere Christe: Amaui mundum, quia tu mundum feceras, detentus mundo sum, dum inuidet mundus tuis: nunc odi mundum, quia nunc percepi spiritum.

Miserere domine, miserere Christe: Succurre lapsis domine, succurre poenitentibus: quia diuino & sancto iudicio tuo quod peccaui mysterium est.

Miserere domine, miserere Christe: Cognosco domine mandatū tuum, cognosco reditum in anima scriptum mea, propero si iubes redire, nostri Saluator deus.

Miserere domine, miserere Christe: Diu repugno, diu resisto inimico meo, sed adhuc mihi caro est, in qua uictus diabolus, tibi triumphum magnum, nobis fidei murum dedit.

Miserere domine, miserere Christe: Velle mihi adiacet, mundum & terras linquere, sed imbecilla pluma est, uelle sine subsidio tuo, da fidei pennas, ut uolem sursum deo.

Miserere domine, miserere Christe: Iam portas quaero spiritus, quas pandit spiritus testimonium de Christo dicens, & quid sit mundus docens.

Miserere domine, miserere Christe: Patre qui genitus semper, qui representas deum, da clauas coeli, atque in me uince diabolium, sede lucis ut quiescam, gratia saluatus tua.

M A R I I

# MARII VICTORI

NI AFRI VIRI CONSULA

RIS, HYMNVS TERTIVS.



**D**eus, dominus, sanctus spiritus; O beata trinitas. Pater, filius, paracletus; O beata trinitas. Praestator, minister, diuisor; O beata trinitas. Spiritus operationum, spiritus ministeriorum, spiritus gratiarum; O beata trinitas. Unum principium, & alterum cum altero, & semper alterum cum altero; O beata trinitas. Deus, quia pater substantia, & ipse substantia filius, spiritusque substantia, sed ter ipsa una substantia; O beata trinitas. Pater perfectus, perfectus patre perfecto filius, perfecto filio sanctus perfectus spiritus; O beata trinitas. Fons, flumē, irrigatio; O beata trinitas. In tribus ter gemina, sed una actio; O beata trinitas. Existētia, uita, cognitio; O beata trinitas. Caritas, gratia, communicatio; O beata trinitas. Caritas deus est, gratia Christus, communicatio sanctus spiritus; O beata trinitas. Si caritas est, gratia est, si caritas & gratia, communicatio est: omnes ergo in singulis, & unum in tribus; O beata trinitas. Hinc ex deo Apostolus Paulus; Gratia domini nostri Iesu Christi, & caritas dei, & cōmunicatio sancti spiritus uobiscum; O beata trinitas. Ingenitus, unigenitus, genito genitus; O beata trinitas. Generator, genitus, regenerans; O beata trinitas. Verum lumen; uerum lumen ex lumine; uera inluminatio; O beata trinitas. Status, progressio, regressus; O beata trinitas. Inuisibilis inuisibiliter, uisibilis inuisibiliter, inuisibilis uisibiliter; O beata trinitas. Omnis potentia, omnis actio, omnis agnitio; O beata trinitas. Impassibilis impassibiliter, impassibilis passibiliter, passibilis impassibiliter; O beata trinitas. Semē, arbor, fructus; O beata trinitas. Ab uno omnia, per unum omnia, in uno omnia; O beata trinitas. Unus simplex, unus unum, & solum unum, & solum & semper unus, Alter unus, ex uno unus, idem unus, & omnia unus, unitor omnium, uirtus unius, operans unum, ut fiant omnia; O beata trinitas. Ex aeterno ingenite, ex aeterno genite, ut omnia aeterna sint genite; O beata trinitas. Tu creari imperas, tu creas, tu creata recreas; O beata trinitas. Tu pater cunctis substantia es, tu filij uita, tu spiritus saluatio; O beata trinitas. Substantia ipsa uita est, uita ipsa quia est, aeterna saluatio est, pater ergo, & filius, & spiritus sanctus est; O beata trinitas. Tu esse cunctis praestas, tu filij formam, tu spiritus reformationem; O beata trinitas. Tu deus infiniti & definiti pater es; O beata trinitas. Tu o fili, quia uita es, infinitus es, quia a mortuis uitam reuocas, definitus es, tu quoque et infiniti & definiti pater es; O beata trinitas. Tu etiam spiritus sancte, quia saluatio es, definitus es, & quia definito quod infinitum est retines, & infiniti & definiti pater es; O beata trinitas. Si ergo ter pater unitas, omnis autem a te o deus paternitas, unū & deus, & omnis paternitas; O beata trinitas. Tu *λόγος* deus creasti, hinc deus factus pater, & quia a te creatus est *λόγος*, & ipse quia in illo es, factus est *λόγος* deus; Hinc duo unū sancto unxisti spiritu, simplex ergo & unū es factus in tribus, spiritus, *λόγος*, deus; O beata trinitas. Primū *ὁμ*, secundum *ὁμ*, tertium *ὁμ*, & simplex tria; O beata trinitas. *ὁμ* omne substantia est, *ὁμ* formata substantia est; formata substantia aut sibi tantum, aut alteris, aut sibi aut alteri nota est; O beata trinitas. Substantia deus es, forma filius, notio spiritus; O beata trinitas. *ὁμ* primum, *ὁμ* uerum deus es, ergo omnis & tota substantia deus es; O beata trinitas. *ὁμ* secundum, omnis forma Christus est, uniuersalis autem substantia, cum uniuersalis est, forma est; substantia igitur cum forma est, & deus Christus est; O beata trinitas. *ὁμ* tertium sanctus est spiritus, sanctus spiritus totius existentiae demonstratio

**A**stratio est. Demonstratio autem nunquam nisi nota demonstrat: Nolle autem in diuinis hoc est quod habere est. Cognoscentia enim ipsa eademque substantia est. Habet ergo deum, habet Christum quem demonstrat spiritus sanctus; O beata trinitas. Immensus, infinitus, inuisibilis deus es, sed alijs immensus, infinitus, alijs & inuisibilis; tibi mensus, tibi finitus, tibi uisibilis; Hinc ergo & forma tibi est; ergo & *λόγος* idem es, quia *λόγος* forma est; & quia forma tibi notitia es, notitia autem spiritus sanctus est; id ergo & deus, & *λόγος*, & spiritus sanctus es; O beata trinitas.

Tu fili uisibilis, es enim uniuersalis & omnium forma. Cum enim uiuificas cuncta fit forma de uita; Forma autem semper in substantia, & forma omnis notitia est; Ergo in substantia deus es, in forma *λόγος*, in notitia spiritus sanctus; O beata trinitas. Tu quoque spiritus sanctus notio es; omnis autem notio formae & substantiae notio est; Cognoscis igitur deum, & habes dei formam. Hinc & deus & filius spiritus sanctus es; O beata trinitas. Esse deus es, spiritum esse Christus apparere quod sit spiritus paracletus; O beata trinitas. Hinc Christum misit pater, Christus paracletum, Christus ut paracleto Christo ut appareret pater; O beata trinitas. Secreta atque in occulto substantia deus es, secreta atque in occulto forma deus es, secreta atque in occulto notio deus es. Hinc pro *ὁμ* istorum *τῶν ὁμ* deus es; O beata trinitas.

Publica iam apparensque substantia *λόγος* es; & quia publica & apparens, forma autem quia patris forma es, hinc tibi substantia es. Ergo in te pater est, quia pater substantia est. Eadem autem substantia; neque enim alia, ulla substantia. Si ergo *λόγος* apparens forma est, forma substantiaque ipsa, apparens autem forma apparensque substantia notio est; idem tu *λόγος*, & deus, & spiritus sanctus es; O beata trinitas. Omnis notio cognoscentia est, omnis cognoscentia substantia est, cognoscentiaque ipsa forma est; es ergo spiritus sanctus publicata forma, apparensque substantia, sed saluans regeneransque, non manens generansque substantia es; O beata trinitas.

**B**Una igitur deus, *λόγος* spiritusque substantia est, manens in tribus, existensque ter in omnibus tribus. Hoc autem & forma & cognoscentia est, sic triplicatur omnis simplex singularitas; O beata trinitas. Tu deus incognite, tu incōprehensibilis deus es, sed incogniti atque incōprehensibilis deus es, quasi quaedam forma sine forma est. Hinc pro *ὁμ* cum *ὁμ* diceris magis defectus ac requies. Hinc cessantis cognoscentiae forma est noscentiae; O beata trinitas. Tu *λόγος* forma cum sis, forma patris es, hinc ergo & imago patris es. Et cum forma patris es, est tibi forma & ipsa substantia; & quia forma eadem & substantia est, hinc in te pater est, & tu in patre. Item quia forma es, notio ibi est; ergo & substantia tibi nota, ex hoc notus & pater est. Quippe cum in sinu eius sis ab eo genitus, uerum ergo & tu *ὁμ*, uerum *ὁμ*. Omne autem *ὁμ* semper in tribus; O beata trinitas. Tu spiritus sancte cōnexio es; cōnexio autem est, qui quid cōnectit duo; Ita ut cōnectas omnia, primo connectis duo, esque ipsa tertia cōplexio duorum; atque ipsa cōplexio nihil distans uno unum cum facis duo; O beata trinitas. Tres ergo unū, & ter ergo unū, ergo ter tres unū; O beata trinitas. Hinc pater summus mittit *λόγος*, missus creat, & ministrat omnia, portans in salutem nobis carnem simul & sanctam crucem, remeans uictor ad patrem, saluandis nobis esse misit alterum; O beata trinitas. Semper cum deo Christus est iuxta substantiam; Etenim uita semper est. At quoniam uita actio est, actio autem ut agat incipit, hoc est Christus natus est; ex aeterno autem deus & Christus agit, ex aeterno igitur deus Christus natus est; O beata trinitas. In caelos qui ascendit Christus est; de caelis qui descendit idem est; Non ergo ab homine, sed usque ad hominem Christus est; O beata trinitas. Hic est deus noster, hic est deus unus, hic unus & solus deus; O beata trinitas. Hunc oramus cuncti, & oramus unū, unū patrem & filium, sanctumque spiritum; O beata trinitas. Da peccatis ueniam, praesta aeternam uitam, dona pacem & gloriam; O beata trinitas. Libera nos, salua nos, iustifica nos; O beata trinitas.

## MARIi VICTORI

NI AFRI, VIRI CONSULARIS,

DE MACHABAEIS ERVDITIS,

SIMVM CARMEN.

**R**ex fuit Antiochus Syriae ditissimus olim,  
In cuius regno mater natiq; fuisse  
Septem, ut fama refert, de sancta gente creati:  
Quos cura assiduo generis meminisse iubebat,  
Et legi seruire datae: sic namque uolentes

De populo meliore dei sua iura tenebant.  
Rex auidus mutare fidem, mutare timorem  
Voluit, & ut populo pariter misceret iniquo  
Praemia promittit matri, promittit & illis,  
Et quicquid posset totum perquirere regnum,  
Si demutaret mentes, sensusq; priores,  
Cogeret & natos alios sibi fingere mores.  
Illa negat, tacitumq; premit sub corde dolorem.  
Hanc postquam nulla potuit compellere praeda,  
Tentaui primum tormentis uincere sauis.  
Pertulit illa tamen gemitus, & tristia Regis  
Verbera non timuit. Victum se uidit ut ille,  
Heu quidagam, dixit: uincor, quid plura? dolendo,  
Non tamen effugies, plus est quod plura dolebis,  
In natos saui bo tuos, licet improba perstes,  
Hac ceteratione meum sanabo dolorem.  
Sustulit illa manus, caelumq; inspexit in altum  
Emitit gemitus, & talia uerba loquuta est:  
Tu licet & gazas tradas, & regna tyranne,  
Non capimur regum donis, nec munera sanctis  
Eripient promissa dei: spes certior illa est,  
Quae uitam nobis promittit tempore longo:  
Hanc sequor, hanc didici: non lubrica tangere regna.  
Sumere diuitias facile est, & perdere uitam.  
Sed licet & flammis post uerbera saua minetis,  
Nil mutare potes: primis accepimus annis  
Virtutem cum lege datam: mihi linquere certum est  
Quicquid saue iubes. Natis quod nunc dominaris,  
Hoc solum poteris, matrem turbare timore.  
Est mihi namq; deus spes, est mihi certa meorum,  
Per quem iam sperem te nullum uincere posse,  
\* Coelum faue, caeliq; parens, te iusta rogamus.  
Rex furit Antiochus, turbataq; corda tuebant,  
Concutit & sauos testatus lumine uultus,  
Miraturq; diu possit quod foemina tantum.  
\* Miles, ait, pare regi, quoque pare satelles,  
Vos famuli parete mihi, date regna furenti  
Foemineo tormenta malo, sauire furentem

Diuitijs com-  
mutamus im-  
mortalitatem.

Foemina

Foemina me cogit, quod plus est, foemina uincit  
Regis iussa sui, Sed non impune locuta est.  
Membratim pereat: septem nam perfida natos  
Intra regna tenet, quorum qui primus habetur,  
Hic primus pereat: pereant sic ordine cuncti,  
Cratibus impositos subiectis urere flammis  
Cernat ut ipsa suos, sic cernat aspera natos  
Poena aut quem maneat, celeres decet esse ministros.

I nterea foecunda parens iam crine soluta  
Astitit hortanti similis, iam pectore nudo  
Vbera protendens, natorum alimenta suorum:  
Non confusa stetit, natumq; ut uidit ad ignes  
Inconstante gradu timidum procedere, dixit:  
Tu mea progenies, tu prima, respice matrem,  
Tu nunc certe meus, me iam tu nate memento,  
Te primum peperit, tu nunc imitare parentem,  
Sume meos mores, & regem uince tacendo  
Tu poteris durare diu: sic tempora uinces  
Perfida, ne superet sanctos uiolentia Regis.  
Vtere consilio, Regis ne damna timeate,  
Fortior est isto saxoq; potentior ipso:  
Ingredere ut iuuenis, patienter uince dolorem.  
I lle modo ad matrem uultus, modo tollit in altum,  
Dumq; tacet, tacitusq; rogat quem debet, & orat,  
Non sensit rapidos subiectos cratibus ignes,  
Corpus inane fuit, mater gauisa dolore est,  
Et dixit: Vici, uincam si sapius orem,  
Duret natorum uirtus incognita Regi,  
Sed iam nota deo, populi qui pectora nouit.  
F inierat primi partus foecunda dolorē,  
Sed remanente metu pro pluribus anxia mater,  
Dissimulatq; tamen, ne Regem gaudia tangant.  
Rex stupet Antiochus, nec credit posse sequentes  
Poena tale genus simile peruincere natos,  
Coepit iubet peragi, mater non terribita mansit.  
Sed tamen ut uidit pallorem assistere natum,  
Haec secum uoluens, aliqua iam parte leuata:  
Ecce secunda mihi partus producitur aras,  
Quam similis fratri formoso pectore, dura  
Si sequeris primi partus uestigia nostri  
Esse meus poteris, & sic reparare salutem,  
Quam iam frater habet, matris praecepta secutus,  
Pone metus, Regisq; minas contemne furentis,  
Regna quae que paruula habentia tempora dantur,  
Non poterit post ista tibi Rex iste nocere.  
Temporis ecce leuis accensus cogitur ignis  
Virtutis locus est, languentem pone timorem,  
Sume mores nostri generis si sensus inharet,  
Hic qui sceptrum tenet, regno qui sauit in isto,  
Tempus inane cogit, regnum uitamq; creauit,

Simile uidetur  
pro similiter  
dixisse.

o 2 Damnaq;

Damnariq; nocens æternos sentiet ignes,  
 Tu securus eris, turba comitante piorum,  
 Accipe nate meos uultus, & respice cœlum,  
 Autoremq; deum per quem tibi uita paratur  
 Hac melior, fratrisq; tui uestigia calca.  
 Nō quod Rex iubet, sed quod deus imperat audi.  
 Sicut erat monitus matrem cœlumq; uideret,  
 Constat, atq; hilari uultu contemnere Regem  
 Cœpit, & ut ridens ardentis irruit ignes,  
 Collapsusq; iacens anima superante quieuit.  
 Mater ut hoc uidit rigido sic ore locuta est:  
 Felix parte aliqua, cum iam uis nec potes omnes  
 Sæue tyranne meos trucidando uincere natos.  
 Te grauior nunc pœna manet, crudelis, in igne  
 Quam patiere breui: deus hic nanq; omnia cernit.  
 Iam duo securi contempto Rege manebant,  
 Spes melior iam matris erat, iam tertius instat  
 Ecce locus pœnæ, si pœna est uincere Regem,  
 Et seruire deo, laus est non pœna furentis.  
 Tertius attrahitur iuuenis iubente tyranno,  
 Qui nondum sanatus erat furor intus & ira  
 Sæuibat pariter, quod fortia pectora fratrum  
 Viderat impauidi Regis superasse furorem.  
 Constat ante pedes iuuenis florentibus annis  
 Egregius forma, dignus qui regna teneret  
 Dignior Antiocho, & sic meliora secutus  
 Regna uolente deo. Mater cui talia fatur:  
 Accipe nate tuæ securus dicta parētis,  
 Accipe, ne segnis reddas uirtutis honorem.  
 Sunt tibi iam fratres pietatis sede manentes,  
 Iam locus est melior, quam regna labentia Regis,  
 Quorum si proprios attingis pectore sensus  
 Victor apud populos Regem superasse fereris,  
 Sicut fama tuos iam misit in omnia fratres:  
 Huc accede precor, sunt hæc, sunt apta dolenti  
 Contempsisse nefas, & iura relinquere Regis  
 Indomitū, quem nulla manet post ista uoluptas.  
 At iuuenis tacito mittebat murmure uocem  
 Oranti similis, palmas tendebat in altum,  
 Subnixoq; genu matris pingebat in ore  
 Quā licet aspectum corpus, quā turba tenebat.  
 Qui simul admonitus cratem conscendit in ignem  
 Intrepidus, certa q; fide sua membra locauit,  
 Sanctaq; quæ superest anima inuiolata recessit.  
 Conciderant flammæ tepida remanente fauilla  
 Illæsum corpus tellus ad aperta recepit.  
 At mater dubitans gemitus an gaudia sumat,  
 Hæsitat, & querulo sic est sermone locuta:  
 Quid nunc dire paras? iussis paremus & omnes  
 Munera sed partus custos ne subtrahat ulla,

Sed licet

Sed licet ipse uelis non sum passura tyrannet:  
 Omnes nam pariter pereant certam: ne tanto,  
 Temporis ipse tui mutes licet horride pœnam,  
 Duraq; quæ sanctis eadem sententia natis  
 Sed grauiora paras, si sunt grauiora, minari,  
 Quodq; meos cernis uultus horrore teneri,  
 Gauderes parte quoties decernis in isto.  
 Ardet at ipse magis rapida rex concitus ira,  
 Cotemniq; putat, nec sicut cætera fratrum  
 Turba ferat pœnas, matrem hoc quærere sentit  
 Dura in exitum quartum adducere natum  
 Penè manu uoluit, lassati nanque ministri  
 Nec regis furias, nec regem ferre uolebant.  
 Proh pudor, erubuit uultus ostendere matri  
 Natus, & attonita mente confundere cœpit.  
 Hunc postquam stantem summissio lumine uidit,  
 Talibus aggreditur dictis, monitura timentem:  
 A primo quartus partus, mihi quartus ab imo,  
 Quæ nunc uerba tibi, quæ possum dicere nate?  
 Hoc nisi quod solum durata potentia tecum  
 Sit simul & uirtus, sanctæq; originis autor.  
 Illi debemus regi quodcunq; rogamur.  
 Ille dedit nobis Abraham cum semine sancto,  
 Per quem nobilitas, per quæ genus omne probat,  
 Quod manet in dominū, sanctus qui nascitur Isaac,  
 Tunc cum iam nullum natum sperare senectus  
 Sponte sua poterat, sterilis quia Sarra manebat.  
 Attamen hæc peperit, generiq; propagine cœpta  
 Ex insperato remanent tibi Sarra nepotes,  
 Esau & patriam deductus Iacob in unam,  
 Quos precibus partu gemino peperisse Rebecca,  
 Hic sumus, hic orimur, genus hæc c tibatate peredū,  
 Tu tibi pande uiam generis, qui arce priorum  
 Quorum progenies totum dispersa per orbem  
 Inuidiam patitur, dominum quia sola potentem  
 Mente colit, mixtæ nec turbæ accepit iniquæ.  
 Quid tibi cum tristi uultu? quid lumina terræ  
 Fixa tenes? cœlum potius, cœliq; parentem  
 Conspice, ne dubita, mater tibi prospera monstrat.  
 Quicquid id est, patienter audi, consenti \*  
 Turba nate meæ numerumq; hortare sequentum,  
 Nec decreta parens luctus & gaudia mixta  
 Finierat claros monitus, tum luminis orbes  
 Ipse leuat, matremq; oculis attendere cœpit,  
 Nil iam triste gerens. Habitus, uultusq; fatentur  
 Se timuisse nihil, nisi tristitia uulnera matris  
 Per partus diuisa suos: sed & ipse citato  
 Elapsus manibus cursu conscendit in ignes,  
 Mira loquar, non flamma comas, non contigit ora,  
 Exanime ut corpus flammæ superauerat ignis,

Corruptissima  
 sunt quæ su=  
 persunt fire  
 omnia, nec  
 eiusmodi quæ  
 admittant c=  
 mendationis  
 diligentiam.

Machabeorū  
 origo.

o s

Ore

Ore patente tamen tacite quã spiritus iret  
 Vnde acceptus erat pariter cum sanguine fugit.  
 Hoc ipso est gauisa parens, quod qui modo tristi  
 Confiterat uultu, fretus quod pectore tuto  
 Paruerit monitis, Regis contemptor & ira.  
 Sic exorta tamen, cum Rex dubitaret in illos  
 Qui superant gemitusq; daret, pia turba ministri  
 Regem execrantur, tanto sermone quærentes:  
 Protrahe, quid dubitas? nulli iam parcere debes.  
 Nec potes, ut cupias, decretum rumpere nulli:  
 Appello regem totum qui temperat orbem,  
 Qui mare, qui cœlum, cœli cui sydera parent:  
 Quod nisi producis, timor est, iam segnius instat,  
 Iam sentis quem poena petat, iam gloria nobis  
 Parte in utraq; manet, liceat producere nullis:  
 Nam quoscunq; tuum inssisti excedere regnum,  
 Forsitan hoc mortem credas furiose tyranne,  
 Longa magis uita est, regnoq; potentior isto  
 Quod regis, extrema huius iam parte moraris?  
 Hos quoq; si metuis superant ætate minores,  
 Contemptuq; simul uici tua regna superbe,  
 Sed perage imperium, nec partus diuide nostros,  
 Hos quoque da flammis, & uiribus utere regni,  
 Mortalis tamen es, nec in æuui regna tenebis.  
 Concipit Antiochus furias, sæuusq; tyrannus  
 Exhibet, & gemitus intra sua pectora uoluit,  
 Consentit cum mente color, tristisq; grauatos  
 Attollit uultus, & talia uerba profatur:  
 Hæc tua libertas, & dira potentia lingua,  
 Atq; hic quem tumida portas ceruice rigorem  
 Senties ira tibi Regis, quid tempora possini.  
 Si nondum es satiata malis, & fingere tentas  
 Latitiam, luctusq; tuos in gaudia uertis,  
 Non mutabo necem, gaude, latere, triumphare,  
 Dummodo sic uincas, ut sis suprema tuorum.  
 Sic furiosa nimis natorum funere gaudes?  
 Hoc quoq; do flammis, hoc nec mutare potestas  
 Villa potest decreta, tu lata uiræ superstes \*  
 Natis orba tuis, & ne mea iussa morentur  
 Ordo suos peragat cursus, Producite natum,  
 Nec uano pereant ignis dubius uide \*  
 Rex post ista reor timor est mihi foemina nullus  
 Præcipua de gente tua produceris iudex.  
 Quam specie mirande puer, cui pectore uirtus  
 Firma manet, iam quæ poterat uel uincere Regem.  
 Ad quem sic placido mater sermone locuta est:  
 Si dare complexus matri tibi nate liceret,  
 Confiteor soli post uulnera nate dedissem.  
 Sed me dura uetat, & tristis potentia Regis  
 Denegat amplexus, dum sit uox libera nobis,

Et liceat

Et liceat meminisse dei, legemq; tenere  
 Non à rege datam, sed quam deus arbiter orbis  
 Tradidit, & mundi rector, Mosesq; petitam  
 Accepit, populoq; dedit, cum maxima laus est  
 Nosse deum, merito cui nos tribuamus honorem.  
 Tu modo ne dubita monitis parere parentis:  
 Si uigor & uirtus, penitusq; in pectore toto  
 Mens maneat iam plena deo. Sic fortior ætas  
 Quam Regi sperare fuit, sperare iubentem.  
 O quanta uirtus, quanta est fiducia fortis:  
 Sed tamen quid dubitas medias euincere flammis?  
 Victor eris, mihi crede puer, uictorq; redibis,  
 Ossibus & ualidis miscebit corpora neruus,  
 Seruatasq; animas iterum in noua uiscera reddit.  
 Sed ne forte tamen rapidus te terreat ignis,  
 Fratrum fume animos, æternumq; inuoca numen.  
 I uisita facit, tacitusq; deum testatus, & orat  
 Murmure quo poterat, puerum non impedit ætas,  
 Non iam timere necem, matrisq; uolenti \*  
 Paruit, & dicto citius superirruit ignes.  
 Cesserunt flammæ, cessit dolor omnis, & unã  
 Corpus & ignis erat, corpus superauerat ignem.  
 Spiritus ante tamen placidas superauerat auras.  
 L æta dolet tacite mater, pressaq; dolore  
 Latitia, luctusq; suos in gaudia uertit,  
 Non de præteritis sed de puerilibus annis  
 Qui superant, ne forte negent, ne forte timorem  
 Concipiant animis, regemq; accendere malint.  
 Quo minor est ætas, maior metus, anxia secum  
 Diuidit, & curas, & spes, & sic timor unã  
 Luctantur, matrisq; piæ per uiscera curfant.  
 Spes tamen est melior natum ut producere uident,  
 Et procul intrare uideo quid possit in isto  
 Spes conferre mihi, uultus agnoscere nostros  
 Debet, & hic fratrum numero parere suorum.  
 Forsitan hunc solum puerilia pectora tangent,  
 Indigneq; feret, quod sic uelut hostia detur.  
 Alloquar, & paucis conabor dicere uerbis:  
 Sit memor ut potius generis, quam tæporis huius:  
 Si te nobilitas generis, si tangit origo,  
 Respice nate tuos, & nos quoq; respice nate,  
 Noli annos memorare tuos, puer incipe furtim  
 Pectore ferre deum, tradent hoc secula seclis  
 Quod tua sorte petis: det nunc exempla futuris  
 Tæporibus, dona te precor quoq; amplius hic est.  
 Cogita quæ fugias, & quæ meliora petantur.  
 Non te sollicitet inanis falacia Regis.  
 Et crescant ista nunc in contraria uictor: \*  
 Spiritus extinxit flammis, sic deinde recessit,  
 Quod dederat corpus tellus ad aperta recepit.

o 4

Sanctaq;

Sancta quæ superest anima inuiolata recessit,  
 Quamuis lassâ parens per tot sua uulnera Regem  
 Pertulit, at summo pariter manibusque supinis  
 Has habuit uoces, & talia uerba locuta est:  
 Qui tenes imperium cœli, terræque, marisque,  
 Sydera qui cœlis, qui das animalia terris,  
 Aequoribus pisces, & talia qui uerberas auras  
 Ad prima meæ cupidæ fiducia surgit,  
 Qui chaos implicitum cæca caligine misces,  
 Diuidis in partes, & das noctemque diemque,  
 Lunam cum uario sole, & qui tempora seruent,  
 Nocte dieque iubes lumen parere per orbem.  
 Et post hæc hominem cuius de femine mundus  
 Completur, mortale genus & lingua liquefcit  
 Diffona per gentes, sapor est tamē omnibus unus,  
 Sed qui mutauit meritis hominumque loquelas,  
 Longare ferre mora est, coeptis insistere certum est:  
 Tu mare diuisum uirga uoluisti tenere,  
 Dum pede per siccū populus transcenderet æquor  
 Aegypti effugiens mortem, regemque Pharaon  
 Qui sibi sanctorum numerum seruire iubebat.  
 Quem tua maiestas Mose duce transfudit amne,  
 Seruatumque tua totum uirtute redemit,  
 Terra dabat fructus, quos te cogente ferebat,  
 Occupat & totis quæsitâ lymphâ latebris,  
 Humor erat nullus, cuncti clamore querentes  
 Poscebant Mosen dare sitientibus undas.  
 Ad quos ille breui sic est sermone locutus:  
 Credite posse deū quicquid petieritis illum:  
 Sed tamen hanc uirgam amnemque diffundere saxū,  
 Ut ueniant fontes tota regione morati,  
 Percussitque simul, dicto uelocius omnes  
 Emisit saxum fontes dulcedine prima.  
 Confiteor totus cum sit tibi debitor orbis,  
 Tu quicquid possunt gentes, potes omnia solus,  
 Tu mortale genus curas, onerasque, leuasque,  
 Te precor attonita mente confirma timentem:  
 Ne desit fratrum numero meus infimus infans,  
 Ignarusque sui, quem iam procul ecce teneri  
 Conspicio, turba circumueniente frequenti.  
 Hunc propter solū lachrymas, quas comouet ætas,  
 Vnus enim superest, de quo mihi maxima cura est,  
 Ne teneri ignoret qua sit de gente creatus.  
 Hunc ego si possim secretò apprehendere solum  
 Blandirer, patriumque genus, patriamque docerem,  
 Sed quacumque tamen potero solatia mittam:  
 Parue puer, tenerisque tuis mihi charior annis,  
 Charior es regno, uita quoque charior ipsa,  
 Tu potes in totum uictricem reddere matrem,  
 Tu finis partus, finisque future malorum,

Sic curia

Si te cura mei tangit, si matris odorem  
 Mente create tenes, quamuis & charus, & infans,  
 Hoc magis aure pia attende parentis.  
 Primum discite puer quid sis post ista futurus,  
 Si patiens fueris, tunc te mihi chare futurum  
 Facta docent, fratrum sanctorum in parte locatus,  
 Et requie securus eris, dum secula cursus  
 Sæua suos peragunt, finito tempore longo  
 Hanc lucem repetens, æternaque regna uidebis  
 Non maculata malis, sed erit concordia sanctis,  
 Nec morti locus ullus erit, nec bella citatis  
 Exercentur equis, sed pax æterna manebit.  
 Matris, crede, tuæ quæ cupit esse salutis  
 Hæc mihi cur tristi uultu sic dicta repellis?  
 Quid refugis? miserere mei, miserere tuique,  
 Si liceat prior ire uelim, uetat ecce, sed ibo  
 Tunc cum uictorem uidero te nate malorum.  
 Quid sperare iubes? solus mea dicta moraris?  
 Solus adhuc æquum renouas mihi nate dolorem?  
 Annuis, an damnas sed me fratresque, genusque?  
 Quod ne forte uelis oro & deprecor, audi:  
 Hijs ego te paruum nutriui nate papillis,  
 Te precor per has, quas noui fudi meorum,  
 Ut remanere uelis, remanebis solus &  
 Non tibi iam fratres dederint solatia uitæ:  
 Defecerunt, unum, unum quod superest, matrem  
 Et genus & patriam si talia dicta recusas.  
 Heu quanto melius uitam seruabis,  
 Si facias tandem quicquid fecere priores:  
 Audenter depone metus, depone timorem,  
 Concipe mente deum, uires dabit ille uiriles.  
 Hæc dum mater agit, puer ad præcepta parentis  
 Respicit, & solum se uidit esse relictum.  
 Sustulit ad cœlum uultus, palmasque supinas,  
 Et sic uoce petens æternum numen adorat,  
 Sensu & sic pariter secum nutuque rogabat:  
 Vinceret ut regem, sæuos & uinceret ignes,  
 Atque ita non segnīs, nec pro puerilibus annis  
 Prosilire intrepidus medios dilapsus in ignes,  
 Eruicit quicquid erat, sic ut uitam iniret in altum  
 Spiritus, & fratrum peteret secreta priorum.  
 Dum puer ista gerit soluerunt gaudia matrem,  
 Iamque ut erat lassata malis, iam uoce negata,  
 Suspirans, interque manus collapsa suorum,  
 Concidit exanimis, resolutaque membra quierunt.  
 Sic ipsa & nati sanctorum in parte recepta est.

F I N I S.

D. HILARI

Deest uerbum  
 quale est, di-  
 ctis.

\*  
\*  
\*

\*

# D. HILARII PICTA-

VORVM EPISCOPI, DE PA-  
TRIS ET FILII VNITATE, ET  
ALIQVOT LOCORVM SACRÆ  
SCRIPTVRÆ INTER-  
PRETATIO.

Deus quomo-  
do uelit intel-  
ligi.



Eus qui ubique est, & ubique totus est, ita regionem intelli-  
gentiæ excedit, extra quem nihil est, cui semper est ut semper  
sit, ut hoc modo se uelit in ueritate sacramenti intelligi. Hoc  
imperspicabilis naturæ est nomen in patre, quod deus inuisibi-  
lis, ineffabilis, infinitus: ad quem & eloquendum sermo sileat,  
& inuestigandum sensus hebetetur, & complectendum intel-  
ligentiâ coartetur. Deficit ergo in nuncupatione confessio, &

**F**orte sic lecta scientia est, sic deum scire, ut licet ignorabilem, non tamen inenarrabi-  
lem scias. Credendus est, intelligendus, adorandus est, & hijs hijs officijs eloquen-  
dum est: ut licet inenarrabilem, non tamen ignorabilem. Est autem filius progenies ingeniti, unus ex uno, uerus à uero, uiuus à uiuo,  
perfectus à perfecto, uirtutis uirtus, sapientiæ sapientia, gloria gloriæ, imago inui-  
sibilis dei, forma patris ingeniti. Habet igitur natiuitatis huius utique secretum, &

**D** si quis forte intelligentiæ suæ imputauerit generationis huius sacramentum non  
posse consequi, cum tamen & pater sit absolute intellectus, & filius nec maior eo,  
nec minor, sine dolore à me audiet: ignoro: ego nescio: non requiro. Consolabor  
me tamen: Archangeli nesciunt, Angeli non audierunt, Propheta non sensit, Apo-  
stolus interrogauit, filius ipse non addidit. Cessat dolor querelarum. Non te, quis  
quis es qui hæc queris, reuoco in excelsum, non in amplitudinem tendo, non de-  
duco in profundum. Hæc de natura diuinitatis attingimus, non summam intelligen-  
tiæ comprehendentes, sed intelligentes incomprehensibilia esse quæ loquimur. Nul-  
lum ergo, dicis, officium fidei est, si nil poterit comprehendere. Imò hoc officium fides  
profiteatur. Deinde queritur incomprehensibile sibi esse se scire. Superest de in-  
narrabili generatione filij adhuc aliquid, imò aliquid illud adhuc totum est. Aestuo,  
differor, hebesco, & unde incipiam nescio: Nescio enim quando natus sit filius,  
& nefas mihi est scire quando natus sit filius. Quem imprecor? quem implorem?  
ex quibus libris ad tantarum difficultatum narrationem uerba præsumam? Euol-  
uam Græciæ scholam? Sed legi: Vbi sapiens: ubi scriba: ubi conquisitor seculi: In

**F**idei officium hoc ergo mundo Sophistæ multi & sapientes sunt, sapientiam autem dei repro-  
bauerunt. Scribam legis consulam? Sed ignorat, & crux Christi scandalum est.  
Hortabor forte uos conuiuere, & tacere: Quia ad uenerationem eius satis sit, quod  
in Euangelij prædicatur tanta inter homines fecisse stupenda prodigia. Constat  
enim mecum in patrociniū meditarum difficultatum piscator egens, igno-  
tus, indoctus, manibus lino occupatis, ueste humida, pedibus lino oblitus totus  
è nauis. Querite & inuenite, utrum mirabilius fuerit, mortuos suscitasse, an impe-  
rito scientiâ istius doctrinæ intinasse. Ait enim: In principio erat uerbum. Transiit  
tempora, transmittuntur secula, tolluntur ætates, piscator meus illiteratus liber à  
tempore est, uicit omne principium. Tractantes ante paucos dies de indifferenti  
natura dei patris, & dei filij, & quod dictum est: ego & pater unum sumus, de-

**S**ophi circa res diuinas hallucinantur. monstrauimus

**A** monstrauimus filium non ad solitarium deum proficere, sed ad unitatem indiscr-  
te secundum generationem diuinitatis: dum neq; aliunde, quam ex deo natus est,  
& ex deo deus non potest non id esse, quod deus est. Percursis q; etsi non omni-  
bus, tamen ad intelligentiam sufficientibus, dictorum diuinorum atque Aposto-  
licorum testimonijs, quibus inseparabilis natura ac potestas patris & filij doceba-  
tur, usque ad hunc apostolicæ fidei locum uenimus, quo ait: Videte ne quis uos *Coloß. 2.*  
decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominū,  
secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso habitat o-  
mnis plenitudo diuinitatis corporaliter. In quo per inhabitantem in eo corporale  
diuinitatis plenitudinē, uerum & perfectum, & paternæ naturæ deum demōstra-  
ri docuimus: Ita ut inhabitans plenitudo nec diuersum intelligeretur, nec unicum,  
cum & corporalis habitatio proprietatem naturalis unitatis in deo, qui ex deo sub-  
stitisset, doceret: & habitans in Christo deus, subsistentis Christi natiuitatem,  
dum eius est & habitator, ostenderet. Per quod impietati eorum satis superq; ar-  
bitror fuisse responsum, qui id quod à domino dictum est: Qui me uidet, uidet & *Unitatem quā*  
patrem. Et: Pater in me, & ego in patre. Et: Ego & pater unū sumus. Et: Omnia *dā putauerunt*  
quæ patris sunt, mea sunt, ad unitatem & concordiam uoluntatis tantum refer- *tantummodo*  
rent: ut quia dicti fides maneret, tamen dicti intelligentiam fallacis doctrinæ reli- *esse uoluntatū*  
gio ementita corrumperet. Et cum negari non posset in hijs uoluntatis assensus, in  
quibus naturæ unitas prædicatur, ad abolendam tamen eam, quæ secundum nati-  
uitatem est unitatem, societas tantum concordie crederetur. Sed beato Apostolo  
post multa naturalis ueritatis nō ambigua præconia, corporaliter habitantis diuini-  
tatis plenitudinem in Christo docete, abscessa est omnis impietas falsæ assertionis:  
cum naturalem unitatem incorporalis diuinitatis habitatio corporaliter efficeret,  
**B** ut id quod non solus est filius, sed quod in eo manet pater: neq; solum manet, sed  
& operatur & loquitur: neque solum operatur & loquitur, sed & uidetur, ne sint  
nuncupatiua, sed uera: dum habet in se per sacramentum natiuitatis & uirtus uir-  
tutem, & potestas potestatem, & natura naturā tenens per natiuitatē ipsa. Quod  
cum est, & ex se per imaginē referens quod in se est, dum & imago est auctoris, &  
ueritas: Quia perfecta natiuitas perfectam imaginem præstat, & plenitudo diui-  
nitatis corporaliter inhabitans, naturalem obtinet ueritatē. Et hæc quidem quam-  
uis ita se, ut sunt, habeant: quia naturalis ex deo deus non potest nisi in ea natiui-  
tatis suæ natura esse, qua deus est, & uiuentis naturæ indifferens unitas inseparabi-  
lis à se est sub uiuentis natiuitate naturæ, tamen per fidei euangelicæ salutarem con-  
fessionem subrepunt Hæretici ad ueritatis excidium, ut naturalem filio detrahant  
unitatem: dum aliter atque ad aliud dicta, aliter atque in aliud intelligenda compo-  
nunt. Negantes itaque dei filium, utuntur ea autoritate qua dixerat: Quid me di- *Negantes filiū*  
cis bonum? nemo est bonus, nisi unus deus. Vt quia unum deum professio eius *quibus nitantur*  
locuta sit, quicquid illud exinde in dei nomine erit, iam non in natura dei mane- *argumētis*  
at, quia deus unus est. Atque ut id quod ipse, quod deus dicitur, nuncupatione  
potius, quam ueritate sit, hinc confirmare nituntur, quia dixerit: Hæc est au-  
tem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum  
Christum. Et ut extra proprietatem ueri dei sit, id adiungunt: Non potest filius  
à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Quid quod & illud?  
Quia uado ad patrem, quoniam pater maior me est. Postremo iam quasi in-  
dissolubili abnegatæ diuinitatis professione subuertisse se fidem ecclesiæ glori-  
antur, cum relegunt: De die autem illa, & hora, nemo scit, neque Angeli in  
cælis, nec filius, nisi pater solus. Non enim uidetur exæquabilis per natiuita-  
tem esse natura, quæ ignorantis sit necessitate diuersa: Et pater sciendo, & filius  
nesciendo

**C**onfessio manifestent dissimilitudinē diuinitatis: quia & ignorare deus nihil debeat, & ignorans non comparandus sit scienti. Sed hæc omnia ne cratione intelligentes, nec temporibus discernentes, nec sacramentis euangelicis apprehendentes, nec dictorum uirtutibus sentientes, stulto atq; imperito furore aduersus diuinitatis naturam loquuntur, ad implendas aures ignorantium sola hæc & nuda memorantes, aut absolutionibus eorum tacitis, aut causis cum dictorum intelligentia aut ex propositis, aut ex consequentibus expetatur. Ad quorum quidem superiorum memoratorum rationem, ex ipsis uel euangelicis, uel apostolicis professionibus præstituri admonēdos esse omnes communis fidei existimamus, ut in qua confessione æternitas uitæ est, in eadem sit intelligentia æternitatis. Nescit planē uitā suam, nescit, qui Christum Iesum ut uerum deum, ita & uerum hominē ignorat. Et eiusdem periculireatus est, Christum Iesum, uel spiritum deum, uel carnem nostri corporis denegare. Omnis ergo, inquit, qui cōfitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cœlis: Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Hæc uerbum caro factum loquebatur, & homo Christus Iesus dominus maiestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem ecclesiæ constitutus, & ipso illo inter deum & homines mediatoris sacramento utrunq; unum existens, dum ipse ex unitis in idipsum naturis naturæ utriusque res eadē est. Ita tamen, ut neutro careret in utroque, ne forte deus homo nascendo esse deus desineret: & homo deus rursum manendo homo nō esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides uera est, deum & hominē prædicare, uerbum & carnem confiteri, neque deum nescire quod & homo sit, neque carnē ignorare quod uerbum sit. Quum autem contra naturam sensus nostri deus manens homo nascitur, iam non est contra naturam spei nostræ, ut natus homo deus maneat, cum potior natura in inferiorem nata fidem præstet, inferiorē in naturam nasci posse potiorē. Et quidē secundum legem & consuetudinē mundi, promptius magis spei nostræ, ut natus homo deus maneat, quam diuini sacramenti effectus est. Nanque mundus in hijs quæ nascuntur, habet incrementi uirtutē, non habet diminutionis potestatem. Cerne arbores, fata, pecudes, ipsum quoque participē rationis hominem contuere, semper proficit augmēto, nunquam non diminutione contrahitur, nec sese caret quod excreuit ex sese. Nam tametsi & ætate marcescat, aut morte perimatur, habet quidem aut diminutionē in tempore, aut finem in cōstitutione uiuendi. Cæterum hoc quod sit nō habet in uirtute non esse, ut nouum se per diminutionē condat ex eodem, id est, ut ex se ne decedat in paruulum. Naturæ ergo nostræ necessitas in augmentum semper mundi lege profecta, non impudentem profectum naturæ potioris expectat, cui & incrementū secundum naturā est, & diminutio contra naturam est. Deo itaq; propriū fuit, esse aliud quam manebat, nec tamen non esse quod manserat: nasci in hominē deum, nec tamen deum esse desinere, contrahere se usque ad conceptum & cunas, & infantiam, nec tamen dei potestate decedere. Hoc nō sibi, sed nobis est sacramentū: neq; assumptio nostra deo profectus est, sed cōtumeliæ suæ uolūtas nostra profectio est: dum nec amittit ille quod deus est, & homini acquirit ut deus sit. Natus igitur unigenitus deus ex uirgine homo, & secundum plenitudinem temporum in semetipso profecturus in deum hominē. Hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit, ut se dei filium credi doceret, & hominis filium prædicari admoneret: loquutus & currens homo, uniuersa quæ dei sunt loquēs, deinde & gerens deus uniuersa quæ hominis sunt: ita tamen, ut ipso illo utriusq; generis sermone nunquam sine significatione & hominis loquutus, & dei sit. Vno tamen deo patre semper ostenso, & in natura unius dei per natiuitatis ueritatem professo: nec tamen se deo patri nō & filij honore, & hominis conditione subdente, cum & natiuitas omnis se referat ad autorem

*Intelligentiæ  
diuine scriptu  
re amusses  
quædam.*

*Matth. 10.*

*Superior natu  
ra in inferiorē  
potest descen  
dere.*

*Incrementum  
secundum na  
turam est.*

**A** autorem, & caro se uniuersa secundum deum profiteatur infirmam. Hinc itaque fallendi simplices atq; ignorantes Hæreticis occasio est, ut quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturæ diuinæ infirmitatem mentiatur. Et quia unus atq; idem est loquens omnia quæ loquitur, de seipso omnia eum locutum esse contendant. Nec sanē negamus, totum illius uiri qui eius naturæ est, fuisse sermonē. Sed si Iesus Christus & homo & deus, & neq; cum homo sit, tum primum deus, neq; tum cum homo, tum non etiam & deus: neq; post hominem in deo non totus homo, totus deus, unum atq; idem necesse est dictorum eius sacramentum esse quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominē à deo, dei tum atq; hominis discernē sermonē. Et cum deum atq; hominē in tempore confiteberis, dei atq; hominis in tempore dicta dijudica. Cum autem ex homine & deo rursum totius hominis, totius etiam dei tempus intelligis, si quid illud ad demonstrationem eius temporis dictum est, tempori coaptato quæ dicta sunt, ut cum aliud sit ante hominē deus, aliud sit deus & homo, aliud sit post hominē & deum totus homo, totus deus, non confundas temporibus in generibus dispersionis sacramentum: cum pro qualitate generū ac naturarū, alium ei in sacramentum hominis necesse est sermonē fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium iam æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Christus Iesus manens quod erat, & corporis nostri homo natus secundum consuetudinē naturæ nostræ locutus est, non tamen omittens non naturæ suæ non esse quod deus est. Nam tametsi in partu, & passione, & morte naturæ nostræ res peregerit, res ipsas omnes tamen uirtute naturæ suæ gessit, dum sibi ipse origo nascendi est, dum pati uult, quod eum pati non licet, dum moritur qui uiuit. Et tamen cum hæc deus per hominē agit, per se natus, per se passus, & ex se mortuus, non & hominē se non egit, dum & natus & passus, & mortuus est. Hæc autem ante conditionem mundi sacramenta sunt celestium mysteriorum constituta, ut unigenitus deus homo nasci uellet, mansuro in æternū in deo homine: ut deus pati uellet, ne passionibus humanæ infirmitatis diabolus deficiens, legem in nobis peccati deo infirmitatē nostram assumente redimeret: ut deus mori uellet, ne qua insolens potestas aduersus deum esset, neq; creatæ in se uirtutis posset usurpare naturam, cum se immortalis deus intra legē mortis habuisset. Nascitur itaq; deus assumptioni nostræ, patitur uero innocentia, postremo moritur ultioni, dum & homo noster in deo permanet, & infirmitatū nostrarum passiones deo sociæ sint, & spiritalis nequitia ac malitia potestates triumpho carnis deo per carnem moriente subduntur. Huius ergo sacramenti Apostolus conscius, & per dominum ipsum fidei scientiā adeptus, cum non ignoraret incapacem esse mundum, & homines eius philosophia ait: Videtē, ne quis uos seducat per philosophiā, & inanem deceptionē secundum traditionē hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis. Exposita itaq; habitantis corporaliter in eo diuinitatis plenitudine, sacramentū assumptionis nostræ continuo subiicit, dicens: Et estis in illo repleti. Ut enim in eo diuinitatis est plenitudo, ita nos in eo repleti sumus. Neq; sanē ait estis repleti, sed in illo estis repleti: quia per fidei spem in uitam æternā regenerati, ac regenerandi omnes nunc in Christi corpore manent, replendis postea ipsis non iam in eo, sed in ipsis secundum tempus illud de quo Apostolus ait: Qui transfigurat corpus humilitatis nostræ cōformē corpori claritatis suæ. Nunc igitur in eo repleti sumus, id est, per assumptionē carnis eius, in qua diuinitatis plenitudo corporaliter inhabitat, & huius spei nostræ non exigua in eo potestas est. Nam quod repleti in illo sumus, hoc est caput & principium omnis potestatis, secundum illud: ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiū, terrestriū, & infernū. Confessio

*Hæreticos circa  
diuinitatē uniu  
de ortæ sunt.*

*Alius atq; alius  
est sermo filij.*

*Christus natura  
nostræ se  
attemperauit.*

*Repletos nos  
esse in Christo  
quid sit in  
Paulo.*

**C** enim hæc erit, quia Iesus in gloria est dei patris, & natū in homine, iam non in infirmitate nostri corporis manere, sed in dei gloria. Et hoc lingua omnīs cōfitebitur. Et cum cœlestia & terrestria genua flectent, hoc caput omnīs principatus & potestatis est, ut & omnia genua flectendo subiecta sint, in quo sumus subiecti, & cui sumus subiecti, & quia per habitantem in se corporaliter diuinitatis plenitudinē in dei patris sit gloria confitendus. Demonstrato autē & naturæ suæ, & assumptionis nostræ sacramento, cum in eo plenitudinē diuinitatis manēte, nos in eo per id quod homo natus est repleamur, reliquā dispensationē salutis humanæ exequitur dicēs:

„ In quo & circumcisi estis, circumcissione non manu facta, in expoliationē corporis carnis, sed in circumcissione Christi, consepulti ei in baptisate, in quo & conresurrexistis per fidē operationis dei, qui excitauit eū a mortuis. Circūcidimur itaq; in

*Cōmori Christi est uere uiuere.* circumcissione carnali, sed circumcissione Christi, id est, in nouū hominē renati. Cum enim cōsepeliamur in baptisate, ei mori necesse est, & ueteri homini, quia regeneratio baptisati resurrectionis est uirtus. Et hæc resurrectio Christi est, non expoliari carne præputij, sed totos cōmori ei, & per id postea totos uiuere: In eo enim resurgemus, per eius fidē qui eū suscitauit a mortuis. Credendus ergo deus est, cuius operatione Christus excitat a mortuis, quia fides istacōre surgit in Christo, cōsummatūq; deinde omne adsumpti hominis sacramentū. Et uos mortui, inquit, cum essetis in delictis, & præputio carnis uestræ, uiuificauit cū illo donatis nobis omnibus delictis, delens quod aduersum nos erat chirographū in sententijs, quod erat cōtrariū nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, exutus carne, & potestates ostentui esse fecit, triūphatis eis in semetipso. Apostolicā fidem seculi homo

*Paulus optimus est sui interpres.* non capit, & sensus sui dicta alius præterq; ipsius se mo non explicat. Deus Christum a mortuis excitat, Christum, in quo corporaliter diuinitatis plenitudo inhabitat, sed cōuiuificauit nos in illo, donans nobis peccata, & delens chirographum

**D** legis peccati, quod per sententijs anteriores cōtrariū nobis erat. Hoc tollens de medio, & cruci affigēs, mortis lege carne se spolians, potestates ostentui reddens, triūphatis hijs in semetipso. At de triūphatis potestatibus in seipso, atq; ostentui redditis, deletōq; chirographo, uiuificatis nobis, iam superius tractauimus. Hoc uero sacramentū quis uel apprehendet, uel loquetur: Suscitatio operatio dei Christū a mortuis, & hæc eadem operatio donat peccata, delet chirographū, affigit cruci, carne se exuit, potestates ostentui reddit, & de hijs in semetipso triūphat. Habes & Christū hæc ipsa in se, quæ deus operatur, operantē. Christus enim mortuus est, carne se

*Christū a mortuis suscitatum quomodo intelligatur.* expolians. Tene ergo Christum hominē a deo excitatū, tene deū Christū salutis nostræ operationes cum esset moriturus operantē, ut cum hæc deus operat in Christo, operans licet deus, spolians se tamen Christus carne moriturus sit. Et cum mortuus sit Christus, operans ante mortē deus, mortuū tamen Christum operatio dei excitet, cum ipse sit Christum a mortuis excitans, qui est ante mortē Christi operatus, & idē sit spolians se carne moriturus. Iam ne Apostolicæ fidei sacramentū intelligis: Iam ne Christum cognitū habes: Quæro enim a te, qui sit carne expolians: & quæ sit caro illa spoliata: Duplicis enim ab Apostolo teneo intelligentiæ significationē, spoliatæ carnis, scq; carne spoliantis. Et inter hæc Christum audio per operationē dei a mortuis excitatū. Et cum sit Christum a mortuis excitans deus, sitq; & Christus excitatus a mortuis, interrogo, quis est carne se spolians: & quis est Christum a mortuis excitans, nosq; uiuificās cū Christo: Si enim nō idem est Christus mortuus, qui est caro spoliata, carnis spoliatæ nomē ostende: & rursum naturā eius qui se carne spoliauit expone. Eundē enim esse inuenio deū Christū a mortuis excitatū, qui se carne spoliauit: & rursum spoliatam carnē Christū a mortuis excitatū: deinde principatus & potestates ostentui reddentē, & triūphantē reperio in semetipso. Sentis ne q; a se differat caro spoliata, & carne se spolians: In semetipso enim triumphat,

**A** triumphat, id est, in ea qua se carne spoliauit. Vidēs ne ita deum & hominē prædicari, ut mors homini, deo uero carnis excitatio deputetur: Nō tamē ut alius sit per quē mortuus resurgat: Spoliata enim caro Christus est mortuus, & rursum Christus a mortuis excitatus idem Christus est carne se expolians. Naturā dei in uirtute resurrectionis intellige, dispensationē hominis in morte cognosce. Et cum sint utraq; suis gesta naturis, unū tamen Christū Iesum eum esse memento, qui utrunq; est. Quancq; enim meminerim frequenter ad deū patrē per Apostolū referri Christum a mortuis excitatum, sed non est Apostolus extra euangelicā fidem dictis suis ipse cōtrarius, maxime domino dicente: Propter hoc diligit me pater, quod ego pono animā meam, ut iterū sumā eam; nemo tollit eam a me, sed ego pono eā a me, potestatem habeo ponendi eam; & iterū sumendi eam. Hoc mandatū accepi a patre.

Vel cum postulatū ab eo esset, ut signū ad fidem de se ostēderet, ait de templo corporis sui: Soluite templū hoc, & in triduo excitabo illud. Cū enim & per accipiendæ animæ potestatem, et per suscitandī templi uirtutē unum sibi resurrectionis suæ deū doceat, totū hoc tamē ad mādati paterni referēs autoritatē, non cōtrarie intelligit Apostolus, Christū dei uirtutē, et dei sapientiā prædicans, omnē operis sui magnificentiā per id ad gloriā patris retulisse: quia quicquid gerit Christus, uirtus dei et sapientia gerit, deus sine dubio gerit, cuius & sapientia & uirtus est Christus. Deniq; nūc per operationē dei excitatus Christus a mortuis est: quia opera dei patris ipse natura a deo nō differēte operatus est, & in eo deo fides est resurrectionis, qui Christū suscitauit a mortuis. Hanc ergo Apostolus geminā in Christo significationis tenuit prædicationē, ut & infirmitatē in eo hominis, & uirtutē dei ac naturam doce-

*2. Cor. 13. Rom. 6.* ret, secundū illud Corinthijs dictū: Nam et si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Mortē infirmitatem ostendens: Et illud ad Romanos: Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autē uiuit, uiuit deo: Sed & uos deputate uosmetipsos mortuos quidē esse peccato, uiuere autē deo in Christo. Mortem

**B** peccato, id est, corpori nostro ascribētes, uitā autē deo, cui est naturale quod uiuit, & per id corpori nostro mori oportere, ut deo uiuamus in Christo Iesu, qui peccati nostri corpus assumēs, totus iam deo uiuit, naturæ nostræ societate in cōmuniō-

*Mors peccato, id est, corpori adscribenda.* ne diuinæ immortalitatis unīta. Hæc igitur demonstranda a me paucis fuerunt, ut utriusq; naturæ personā tractari in domino Iesu Christo meminissēmus, quia qui in forma dei manebat, formā serui accepit, per quā obediens usq; ad mortē fuit. Obedientia enim mortis nō est in dei forma, sicuti nec dei forma inest in forma serui. Per sacramentū autē euangelicæ dispensationis nō alius est in forma serui, q; qui in forma dei, quancq; tamē formā serui accipere, & in forma dei manere nō idē sit. Cumq; accipere formam serui non nisi per euacuationem suam non sit impo-

*\** tens, qui manebat in dei forma, non conueniūt sibi formæ utriusq; cōkursu, sed nō alius est atq; diuersus, & qui se exinanīuit, & qui formā serui accepit. Accepisse enim nō potest eius esse qui nō sit, quia eius sit qui subsistat accipere: Ergo euacuatione formæ nō est abolitio naturæ: quia qui se euacuauit, nō caret sese: & qui accepit manet: & cū ipse sit euacuans, & accipiens, habet quidē in eo sacramentum quod ipse euacuet & accipiat, nō tamen habet interitū, ne nō extet euacuans, & ne nō sit accipiens. Itaq; euacuatione ed proficit, ut proficiat forma serui, nō ut Christus, qui in forma dei erat, Christus esse nō maneat, cū formā serui nō nisi Christus accepit. Qui cū se euacuauerit, ut manēs esset in spiritu, idem Christus homo est factus in corpore, demutatio habitus, & assumptio naturæ naturā manētis diuinitatis nō perimit: quia unus atq; idem Christus sit & demutans habitū, & assumens. Ostensa itaq; sacramentorū dispensatione, per quā Hæretici ignorantes quosq; fallerent, ut ea quæ pro assumpti hominis natura dicta, gestaq; sunt omnia infirmitati diuinitatis ascriberēt, & formæ dei deputarēt quicquid formæ serui aptatū proprie est.

**C** Nunc ipsis propositionibus eorum respondendum est. Tutum enim iam dictorum singularium genera diiudicabunt, cum uerbum & carnem, id est, deum & hominem Iesum Christum sola fides sit confiteri. Deum igitur dominum nostrum Iesum Christum ex eo negandum per naturam Hæretici existimant, quia dixerit: Quid me dicis bonum: nemo est bonus, nisi solus deus. Omnis responsionum ratio necesse est ut ex interrogationum causis proficiscatur: ad id enim respondebit, unde queritur. Et primum requiro à dicti huius calumniatore, utrumne id arguere dominum existimet, cur bonus dictus sit, quæ maluerit malus dici? Id enim significare uideatur hoc dicto, quid me dicis bonum? Non opinor quisquam tam uecors erit, ut malitiæ professionem ei uelit ascribere, qui dixerit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiam: discite à me quia mitis sum et humilis corde. Mitem se profitemur atque humilem, & irasci credimus cur bonus dictus sit. Professionum hæc diuersitas dissidet, ut bonitatis suæ testis nomen in se bonitatis accuset. Non ergo irasci intelligit se bonum dici. Et querendum est, quæ aliam de se professionem arguat, qui non credendus est nomen in se bonitatis arguere. Videamus itaque, quid nisi bonum interrogans, dixerit. Ait enim, magister bone, quid boni faciam? Duas igitur res concupauit, & bonum, & magistrum. Et quoniam non arguit se bonum dici, hoc necesse est arguat, quod magister bonus dictus sit: Ita autem arguit se magistrum bonum dici, ut fidem interrogantis potius quam magistri in se, uel boni nomen argueret: Iuuenis enim insolens, per obseruantiã legis, & sine legis, qui Christus est, insciens, et iustificatum se in opibus bonis existimans, & intelligens uenisse eum ad oues perditas domus Israel, & impossibile esse legi per fidem iustificationis saluare credentes, tanquam communium præceptorum, & in lege scriptorum, magistrum interrogat, dominum legis & unigenitum deum detestatur. Itaque dominus ad hanc de se irreligiosæ fidei professionem, quod tanquam magister legis interrogaret, respondit: Quid me dicis bonum? Atque ut significaret, quatenus deus intelligendus & profectus esset, subiecit: Nemo bonus, nisi solus deus. Non respondens bonitatis nomen, si sibi hoc tanquam deo deputaretur. Denique ostendens se magistrum in se boni, per fidem eius, qui tanquam hominem interrogabat, nomen arguere, post iactantiam iuuenis, & gloriam legis impletæ ita respondit: Vnū tibi deest, uade, quodcumque habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & ueni, se quere. Non refugit de se bonitatis nomen, qui celestem thesaurum pollicetur: nec magistrum se non uult uidei, qui ducere se huius perfectæ beatitudinis præstat: terrenam autem de se opinionis fidem arguit, bonitatem in solo deo docens esse, & ut se & deum, & bonum significaret, & bonitatis est usus officij, celestes thesauros pandens, & se ad eos præuium tribuens. Ita & quæ sibi tanquam homini tantum deferebant, detestat, neque se ab hijs quæ deo deputabat professus est alienum esse, cum unum bonum deum confites, ea ipse loqueretur atque ageret, quæ unius dei uirtutis, bonitatis atque naturæ sunt. Quam igitur bonitatis nomen non refugerit, sed neque magistri honorem recusauerit, sed fidem eius, qui in se nihil nisi corporeum & carnale sapuisset, arguerit, hinc intelligit, quod aliter ad Apostolos magistrum se confitentes locutus est, dicens: Vos uocatis me magistrum & dominum, & benedicitis, sum etiam. Et cum alibi dixisset: nec uocemini magistrum, quia magister uester unus est Christus. Vbi cum fide magister est, ibi adeo laudat, ubi & profiteatur hoc nomen, hic uero boni magistri nomen non recognoscit, ubi nec dominus intellectus est esse, nec Christus, solum unum deum bonum prædicans: non se utique à deo discernens, qui & dominum se professus est & Christum, ducem thesauri celestis ostendens. Tenuit autem huius semper dominus modum in docendo nominis, ut patrem deum unum prædicans, à sacramento dei non se separet unius, dum per naturam natiuitatis neque alium deum se profitemur esse, neque ipsum: quia eum nec diuersi generis deum esse natura in eo unius dei patrem, neque natiuitas admittit non perfectum ei esse, quod filius est, per quod ita omnem sermonis sui significationem repperat, ut quicquid deo patri honoris protestaret, modestissima confessione etiam sibi proprium esse monstraret. Cum enim ait: **Credite**

**A** Credite in deum, & in me credite: quæro in quo natura se discreuerit, quæ non discreuit in honore: Dicens enim, & in me credite, cum dixisset, in deum credite, an ne per se quod ait, in me, non et suam intelligitur significasse naturam: Naturam plane separa, si fidem separas. Si credidisse sine Christo in deum uita est, Christum à dei & nomine & proprietate auelle. Quæ si ad uitam proficit credere in Christo eos qui in deum credunt, uerbi uirtutem diligens lector expedit: Credite in deum, & in me credite. Cum enim ait, credite in deum, & in me credite, uiuens se fidei dei & naturæ eius uerbum, cum memorato deo, & in quem credi oporteret, & in se docuerit esse credendum, deum se per id docens, cum credendum in eo sit ab hijs qui in deum credunt. Occasionem tamen irreligioso unionis exclusit: quia cum & in deum, & in se credendum professus sit, fidem de se solitario non reliquit. Quamquam igitur in plurimis ac penè omnibus dictis sacramenti huius præstitit absolutionem: ne quando confessus deum patrem, ab eius unitate discederet, neque se in unitate ipsius collocans, eundem tamen unum & solitariū profiteretur. Tum etiam ex hoc uel maxime intelligit sacramentum & unitatis & natiuitatis doceri, cum ait: Ego **Ioan. 5.** autem habeo testimonium maius Ioanne, opera quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa opera quæ facio testimonium perhibet de me, quia pater me misit, & qui me misit pater, ipse testificatus est de me, neque uocem eius unquam audistis, neque figuram eius uisidistis, & uerbum eius non habetis in uobis manens, dum quem misit ille, huic uos non creditis. Patrem testatum esse de filio quomodo uero intelligit, cum nec ipse uisus sit, nec **Patrem de se** uox eius audita sit: Memini quidem de celis audita uocem fuisse, dicentem: Hic est **filio testari.** filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et quomodo uox eius audita non est, cum paternæ uocis significationem in se audita contineant? Sed forte in Hierosolymis manentes non audierunt, quia in desertis locis Ioannes solus audierit. Querendum ergo in Hierosolymis quomodo testatus est pater: non enim iam testimonio utitur Ioannis uocem ex celo audientis, sed habet testimonium maius Ioanne. Et quod hoc esset, continuo subiecit: Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipsa testimonium perhibet de me, quia pater me misit. Agnosco testimonij autoritatem: neque enim quisquam nisi filius à patre missus hæc ageret: opus ergo suum testimonium est. Sed quid tandem sequitur? Et qui me misit pater, ipse testificatus est de me, neque uocem eius unquam audistis, neque figuram eius uisidistis, & uerbum eius non habetis in uobis manens. Extra crimen ergo sunt ignorantes testimonium patris? qui in hijs unquam auditis, uel uisus sit, ut in hijs non maneat uerbum eius? Sed non sunt subuenti in cognita sibi excusatione testimonij: quia testimonium de se patris operum suorum testimonium esse profitemur: Opera ergo de eo testantur, quod à patre sit missus, sed hoc **Filij de patre** operum testimonium patris est. Et cum operatio filij testimonium patris sit, eam necesse est **testimonium** operari in Christo naturam intelligendam esse, per quam testis & pater est, atque ita simul **quale.** Christus operans, in eius opere pater testans, ostendunt se inseparabilis secundum natiuitatem esse naturam, cum dei de Christo testimonium ea ipsa Christi esse significet operatio. Non sunt itaque extra reatum non cogniti sibi testimonij, cum opus Christi testimonium dei patris sit, neque in eo quod testantis uocem non audierint, & figuram non uiderint, & uerbum eius manens non habuerint, idcirco sine testimonij sunt conscientia, ad id quod dictum est: neque uocem eius audistis, neque figuram uisidistis, & uerbum eius non habetis in uobis manens, ut cum testatus de eo pater fuisset, causam tamen neque uocis audita, neque uisæ figuræ, aut uerbi in hijs non manentis posset intelligi, continuo subiecit: Quoniam quem misit ille, huic uos non creditis. Se credito, & uocem dei audiendam, & figuram uidentem, & uerbum eius in hijs qui credunt esse demonstrans, cum per naturam unitatem in se pater & loqueretur & haberetur. Nunquid non & patrem significat, cum missus ab eo sit: Nunquid se per aliquam naturam differentiam à patre discernit? cum hinc pater testans de eo, neque auditus, neque uisus sit, nec intellectus sit: quia missus sibi à patre creditum non sit: Non se ergo unigenitus deus à deo separat, patrem deum confitens, sed

C tens, sed p̄ significationē patris deo patre demonstrato, se quoq; in dei honore cōstituit. Namq; in hoc ipso eodē sermone, in quo operibus suis testari seipsum à patre esse missum docet, & patrē testantē, quod ab eo missus sit significat, cū dixisset: Et honorē eius qui est solus deus nō queritis: nō tamen dictū hoc nudū, & nō antea ad unitatis fidē pręparatū reliquit. Superius enim ita ait: Nō uultis uenire ad me, ut uitā habeatis, honorē ab hominibus nō accipio, sed cognoui uos, quia dilectionē dei nō habetis in uobis. Ego ueni in nomine patris mei, & nō accepistis me: Si alius uenerit in nomine suo, illū accipietis, quomō potestis uos credere, qui honorē ab inuicem accipitis, & honorē eius qui est solus deus nō queritis. Honorē improbat hominū, quia honor potius querendus à deo est, & infidelium est honorem ab alterutro accipere: quid enim homini honoris impertiet? Cognitū sibi ait dilectionē dei in hijs nō esse, et non manētis in hijs dilectionis dei hanc docet causam, quia se ueniētē in nomine patris nō accipiūt. Quid ergo est eū in nomine patris uenire? nunquid aliud, q̄ in nomine dei? Aut nunquid nō idcirco in hijs dilectio dei non est, quia nō susceptus est in nomine domini ueniens? Aut nunquid non idcirco in hijs dilectio dei nō est, quia nō susceptus est in nomine domini ueniēs? Aut nunquid in se nō & naturā significauerat dicēs: Nō uultis uenire ad me, ut uitā habeatis? Nam & in eodē ipso sermone iam dixerat: Amen amen dico uobis, quia uenit hora, & nūc est, in qua audiet mortui uocē filij dei, & qui audierint uiuēt. Cū in nomine patris uenit, neq; ipse pater est, nec tamen nō in ea est diuinitatis natura, qua pater est, quia & filio, & deo propriū est in nomine patris uenire. Deinde & alius accipiēdius in nomine eodē ueniens, sed hic homo est, à quo sibi honorē homines sperabūt, & cui honorē reddent uicissim; cū tamen se idem in nomine patris uenisse fallat. Et hic quidē Antichristū significari nō obscurū est, mēdacio paterni nominis gloriantē, & cū hunc honorabūt, atq; ab eo honorabuntur: hunc em̄ spiritū erroris excipiet, honorē eius qui est solus deus non querent. An ne cū ob hoc dilectionē dei nō habeant, quia ueniētē se in nomine patris nō acceperint, & rursus ueniētē aliū in eodem nomine recipiētes, & honorē ab alterutro accipiētes, honorem eius qui solus deus est non requirāt, separare se Christus ab honore unius dei poterit intelligi? cū idcirco nō querat honor solius dei, quia Antichristū suscipiendo nō sit ille susceptus. Nā cuius repudiatio honoris solius dei susceptio, ipsius nimirum solius dei pratermissio est, in huius honore necesse est solius dei esse honorem, in cuius si susceptione digne mansissent, honorē solius dei quæsisissent. Et hic quidē ipse sermo testis est nobis, in cuius exordio continet, ut omnes honorificēt filiū, sicut honorificāt patrē qui misit illū. Nunq; nisi naturalia exæquant in honore, neq; exæquatus honor separat honorādos, cū sacramēto tamē natiuitatis poscēt honoris æqualitas, cū filius ita honorādos sit, ut pater. Et cū eius qui solus est deus honor querit, nō est extra unius dei honorē, cuius honor idē atq; unus & dei est, quia ut honorificās filiū nō honorificat patrē: ita et solius dei honorē non querēs, non querit & Christi. Et q̄ unus atq; idem utriusq; etiā ex eo docet, cū ait, nuntiata sibi Lazari infirmitate: Infirmitas ista nō est ad mortē, sed pro gloria dei, ut honorificet filius dei per eū. Lazarus mortuus est, ut filius dei glorificet per Lazarū. Nunquid ambigit in gloria filij dei esse gloriā dei? cū mors Lazari, quæ deo sit gloria, gloriā sit filij dei operatura? Atq; ita & naturalis per natiuitatē unitas dei patris in Christo doceat, cū infirmitas Lazari pro gloria dei est, et sacramētū fidei retinetur: cū per Lazarū glorificandus sit dei filius, deo per id in dei filio cōfitendo, cum glorificādo per Lazarū deo, dei sit filius gloriosus. Inseparabilis sacramēto diuinæ naturæ est uiuentis à uiuēte natiuitas, nec demutationē generis accipit filius dei, ne non in eo paternæ naturæ ueritas maneat. Nam in hijs ipsis significationibus, quibus cōfesso uno tantū deo abnegasse in se naturā dei uidet, sub solius demonstratione, in unitate se tamē naturæ paternæ unius dei fidē non conuellens locauit. In

Honorē apud homines uentur Ethnici.

In nomine patris uenisse Christum.

Antichristus.

D

\*

Mors Lazari. Ioan. 11.

A terrogatus enim à Scriba, qd̄ in lege esset principale mandatū, respōdit: Audi Israēl, dñs deus tuus deus unus est, & diliges dominum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, hoc est primū mandatū. Secundū autē simile est huic: Diliges proximum tuū sicut teipsum: maius autē horū mandatū non est. Alienasse se à natura, & religione unius dei existimat, cum principalis mādātū hęc sit professio: Audi Israēl: Dñs deus tuus unus est deus. Deinde in cōsequenti se quidē mandatū religiōe cōstituat, cū ad proximi nos dilectionē lex, sicut ad unius dñi fidē uocaret. Et quidē respōsio Scribæ nō est negligēda, dicentis: Bene magister in ueritate dixisti, qd̄ unus sit deus, nec est alius prater illū ita diligēdus ex toto corde, & ex totis uiribus, & ex totis uirtutibus, & ex tota anima, & diligere proximum tanq; seipsum, hoc maius est omnib. holocaustomatibus & sacrificijs. Respōsio Scribæ uidet cū dictis dei cōuenire, unius dei charitatē intīmā internamq; profitētis, & dilectionē proximi secundū propriā dilectionis ueritatē pollicētis, & super sacrificiorū holocaustomata charitatē in deū, & hominē intelligētis. Sed qd̄ sequit uidendū est: Videns autē Iesus quod sapiēter respōdisset, dixit illi: Nō longe es à regno dei. Quid sibi uult ista moderatæ respōsionis professio? cū hominē ad cœlorū regnū fides ista cōsummet, unū deū credere, & eū tota anima, & totis uiribus, & toto corde diligere: proximum quoq; ita ut seipsum amare, q̄ Scriba hic non iam in regno dei sit, sed nō longe à regno dei: Sed alia istud significatione nudū ueritatibus, & ægrotū uisitātibus, & esurientē alentibus, ac sitientē potātibus, & clausum carcere frequentātibus dat: Venite benedicti patris mei, possidete paratū uobis regnū à constitutione mūdī: uel illis quibus hęc pauperies spiritus merces est: Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorū est regnū cœlorū. Perfectus hic fructus est, & absoluta possessio, & pręparati regni non incerta traditio. Aut nunquid adolecens minus aliquid horū confitebat? Nā exæquata ad amorē sui dilectione proximi, quid de boni operis cōsummatione nō egerat? Interdū enim indulgentē officiosumq; esse nō perfectæ charitatis est: Perfecta autē charitas omne cuiusq; modi indulgentiæ implebit officij, cū non reliquerit qd̄ alteri debeat, qui tantū alteri quantum sibi reddat. Sed ignorantie cōsummatū sacramēti detentū Scribā, per professionem fidei dñs collaudans, & nō longe eū à dei regno esse respōdens, nō tamen eum in ipsa beatæ fidei possessione cōstituit: Tēdebat em̄ felici cursu, et si ignoran- tem, & prælātū omnibus dilectiōe dei & proximi suæ ipsum dilectioni exæquauit. Cū tamē et ipsi proximi charitatē amorē dei prætulisset, iam nō holocaustomatū et sacrificiorū præscriptis continebat, nō erat longe iste ab euāgelico sacramento. Et cur nō lōge à regno dei sit, cū futurus magis in dei regno sit, ex ipsis dñi dictis intelligendū est. Sequit enim: Et nemo tauen audebat interrogare eum. Et respōdens dixit in tēplo docens: Quomō dicūt Scribæ Christū filiū esse Dauid? Ipse em̄ Dauid dicit in spiritu sancto: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū, ipse Dauid dicit eum dñm, & unde filius eius est? Nō longe ergo à dei regno est Scriba, unū deū cōfitēs, q̄ ultra oīa esset diligendus. Sed admonet sua ipsius professione, cur sacramētū legis ignoraret, & Christū deū filiū dei nesciat p̄ natiuitatis naturā in fide unius dei cōfitendū. Et quia per unius dñi secundū legē p̄fessionē dei filio in unius dñi sacramēto manere nō relinq̄ uidebat, Scribā admonet, quomō Christū Dauid filiū diceret, cū Dauid eum dñm suū esset p̄fessus: nec natura sineret, ut q̄ tanto Patriarchæ esset filius, esset et dñs. Hoc ideo, ut Scriba secundū carnē, et beatæ uirginis partū, quæ ex Dauid esset, solū eū intelligens, dominū potius secundū spiritū Dauid meminisset esse, quàm filiū. Et quod dictum est: Audi Israēl, dominus deus tuus deus unus est, à domini unius sacramento Christum non separaret; cum tantus Patriarcha & Prophetes eum, qui ex utero domini ante luciferum genitus fuisset, dñm sibi p̄fiteret: nō utiq; immemor

Perfectæ charitatis officij.

**C** legis, neque ignorans dominum alium non confitendum, sed eum qui naturali sacramento natiuitatis ex incorporalis dei utero substitisset, absque uiolata legis fide deum esse intelligendum, cum unus ex uno, per unius domini naturam habet in se naturale quod dominus est. Quis ergo nunc etiam relictus est ambigendi locus? Dominus ipse precipuum mandatum legis in unius domini confessione ac dilectione docens esse, non suo ad scribam, sed Prophetam testimonio usus est, esse se deum, dominum se tamen per id quod dei filius est esse significans. Per id enim in sacramento dei unius per natiuitatem manet, quia dei in se naturam diuinitas tenens in deum alterum non excedit diuersitate naturam, ne patri adimat, ne non dominus sit, nec filio non uel acto perficiat, ne non sit & dominus. Atque ita neque autoritatem pater amittit, nec naturam filius, & non ita non dominus, non unus non est, neque unigenitus dominus separatur ab uno, cum ex uno domino unus ipse subsistat in dominum; dominum unum ita ex lege docens, ut se quoque dominum Prophetam teste confirmet. Tenedat per ceteras impij furoris propositiones fidei Euangelicæ responsio, & hijs ipsis quibus impugnatur repugnet, & arma excidij conuincens unius spiritus dicta unius quoque fidei demonstrat esse doctrinam. Neque enim alius Christus, qui est praedicator, deus scilicet uerus, & in dei unius ueri gloria manens. Et sicut se dominum ex lege dum negare uideret est professus, ita & in Euangelijs uerum se dominum dum non confiteri existimat, ostendens. Hoc enim se dicto eius, ne eum uerum deum esse Hæretici confiteantur, excusant; Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. In eo namque quod ait, te solum uerum deum, separare se à ueritate dei per exceptionem solitarij existimat, cum solus uerus deus nisi se tantum solitarium deum non patiat intelligi. Et uere istud fides Apostolica non patitur, duos ueros deos credi; quia naturam unius dei nihil alienum à natura eiusdem exequandam sit ueritatis. Non erit enim in dei unius ueritate deus unus, si extra naturam unius dei ueri alterius & generis, & non secundum natiuitatem naturalis sibi deus uerus existat. Sed ut hoc ipso eodem dicto non ambigue ipse se in unius dei ueri natura deum uerum, professus esse intelligat, à superioribus huic tamen dicto continuatus, atque iunctis professionibus responsionis nostræ sermo descendat, ut per gradus demonstratæ fidei, iam in ipso apice ueri dei Christi libertas nostræ fiduciam congescat. Post sacramentum itaque sermonis eius quod dixerat: Qui me uidet, uidet & patrem. Et: non creditis, quia ego in patre, & pater in me est, uerba quæ ego loquor uobis, à me ipso non loquor, sed pater qui in me est ipse facit opera: credite mihi, quia ego in patre, & pater in me est: si autem, propter opera ipsa credite. Post multiplicem ergo hunc ingentium mysteriorum sermonem, sequitur respondentium discipulorum sermo iste: Nunc scimus, quia nostri omnia, & non habes necesse ut aliquis te interroget: In hoc credimus quia à deo existi. Virtutibus in eo dei agentibus, naturam quoque dei intellexerunt. Neque enim nosse omnia, & cordium cogitationes scire, missi à deo potius posset esse quam nati. In hoc ergo se credere proficitur quod à deo exierit, quia naturam in eo dei esset potestas. Intelligentiam autem eorum collaudans dominus respondit non utique quod missus esset, quod à deo exisset, sed profectum natiuitatis ex incorporali deo sub exitionis significatione testans: nam & ipse natiuitatem suam sub exitionis demonstratione fuerat locutus, dicens: Vos me amastis, & credidistis quia à deo exiui, & à patre in hunc mundum ueni. A deo patre in hunc mundum uenerat, quia à deo exierat. Nam ut natiuitatem suam in exitione significasse intelligeret, subiecit se à patre uenisse. Et cum per id à patre uenerit, quod à deo exierit, exitio eius à deo absoluta natiuitas est, quam paterni nominis est confessio prosequuta. Intelligentibus itaque Apostolis hoc exitionis sacramentum, hoc locutus: Modo creditis: Ecce ueniet hora, & uenit, ut disparet unusquisque in sua, & me solum relinquatis: sed non solus sum, quoniam pater mecum est. Ut exitionem illam non alienationem à deo patre doceret esse, sed natiuitatem naturam in se dei patris nascendo retinentem, subiecit non se solum esse, sed patrem secum esse, uirtute utique atque natiuitate naturam: cum secum pater retineret manens, essetque in loquente

**A** in loquente se atque operante, et operas et loquens, deinde ut causam totius huius sermonis ostenderet, adiecit: Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis, in hoc uero seculo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego uici mundum. Locutus ergo ista *Pacem habere est ut pacifici in eo maneret, neque dissensionum studio super fidei disputationibus dissiderent. Cumque solus relinqueret, non solus esset, ut qui à deo exisset, eum à quo exisset deum in se haberet, deinde in seculo uexati, patientes eius promissionum essent, qui mundum à deo exiens, deum secum habendo uicisset. Postremo totius mysterij si dem locuturus, eleuans in celum oculos ait: Pater uenit hora, honorifica filium tuum, ut filius tuus honorificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti illi det eis uitam æternam. An ne tibi infirmus uideatur, cum honorari se rogat? Sit plane infirmus, nisi honorificari se idcirco postulet, ut ipse honorificet honorarium à patre.* tem. De honore accipiendo & reddendo iam dudum tractauimus, & eadem reuoluerem admodum ociosum est. Certe non ambigitur gloriam idcirco posci, ut glorificet impatiens. Sed forte in eo imbecillus est, quod potestatem omnis carnis accepit. Sit quoque acceptio potestatis imbecilla, nisi potes sit illis quibus accepit uitam tribuere æternitatem. Sed in eo ipso quoque quod accepit naturam aliqua infirmitas arguet: Sit plane acceptio infirmitas, nisi Christus ex natiuitate potius quam ex innascibilitate deus uerus est. Quod si acceptio potestatis sola est significatio natiuitatis, in qua accepit id quod est, non est infirmitati datio deputanda, quæ totum hoc nascere consummat esse se quod deus est: cum enim innascibilis deus ad perfectam diuinæ beatitudinis natiuitatem unigenito deo autor sit, autor natiuitatis esse sacramentum paternum est. Ceterum non habet contumeliam, qui se autoris sui imagine gemina natiuitate consummat: dedisse enim potestatem omnis carnis, & ad id dedisse, ut det ei uitam æternam, habet in dante quod pater est: in accipiente quod deus est, cum et in eo significet pater esse quod dederit, in eo filius deus maneat, quod uitam æternam danda sumpserit potestatem. Naturalis igitur filio & cogenita omnis potestas sit: quæ cum data sit, non alienat eum per id ab autore, quia data est, cum quod sit autoris, hoc datum sit, dare scilicet uitam æternam, & corruptionem in incorruptionem mutare. Dedit itaque pater omnia, & accepit filius omnia, neque ambiguum est, cum dixerit: Omnia quæ patris sunt, mea sunt. Et hic quidem non creationum species, neque elementorum diuersas substitutiones præfens sermo significat, sed beatæ atque absolutæ diuinæ nobis gloriam pandens, deum in hijs ostendit intelligendum esse, quæ sua sunt in uirtute, in æternitate, in prouidentia, in potestate: non quod hæc deus ita habeat, tanquam aliud quid extra ista esse credendus sit, sed quod in hijs aliquantula sensus nostri opinione significatum sit ipse quæ habeat unigenitum. Igitur in hijs se docens substituisse, quæ patris sunt, cum ex se sumpturum sanctum spiritum dixisset, adiecit: Omnia quæ patris sunt, mea sunt, propterea dixi de meo accipiet. Omnia quæ patris sunt, sua sunt: tradita utique & accepta, sed data non infirmat diuinatæ, quæ in hijs eum constituit esse quibus pater est. Et in hijs nunc gradibus præmissæ de se intelligentiæ usus est, ut cum se à deo exisse docuisset, secum esse patrem professus sit, seque mundum uicisse testatus esset, et honorandus à patre patrem honoraturus esset, & accepta potestate in dando uniuersæ carni uitam æternitate esset usurus, tum postremo omnia hæc tali absolutiõe concluserat: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Vita æternæ fidem, uel loqui Hæretice discere credere, et separare à deo Christum, si potes à patre filium, à deo uero super omnia deum, à solo unum: Unus enim dominus est Christus Iesus. Si uita æterna est in deum solum uerum credidisse, sine Christo confitendum est, solum uerum deum salutem non dedisse. Si uero separato Christo à solo uero deo, in confessione solius dei ueri uita æterna non capit, non intelligo quomodo nobis à deo uero ad fidem separandus sit, qui non sit separabilis ad salutem. Quamquam igitur sciam morosas difficultates statarum questionum legitimum desiderijs graues esse, tamē dilata ad modicum totius ueritatis demonstratione indulgeri mihi existimo, non sine

C sine aliq̄ fidei p̄fectu. Hijs ipsis dictis Euāgelicis tecū Hæretice luctātibz, cū au-  
dis p̄fessionē dñi dicētis: Hæc est aut̄ uita æterna, ut cognoscāt te solū uerū deū, &  
quem misisti Iesum Christū, quero quid sit quod sensum moueat, ne uerus deus  
Christus sit: Non enim dico nūc quid de Christo crederis, si nō signif. catio aliqua  
alia subiecta demonstrat. Non habes quicq̄ praterq̄ Christū Iesum nō filium ho-  
minis, ut de se solet dicere: non filiū dei, ut profiteri ei de se usitatum est: nō descen-  
dentem panem uiuum de cœlis, quod cum multorū scandalo de se frequentat, sed  
dicens: Habet te solū uerum deū, & quem misisti Iesum Christū. Omnem enim &  
prænominis & cognominū suorum uel naturalū uel assumptorū consuetudinē  
prætermisit, ut confitendus solus uerus deus & Christus Iesus esset, significatio-  
ne qua deus est. Sed forte quod ait: Te solum, cōmunionem atq̄ unitatem suam  
à deo separet: Separet sanē, si non ad id quocq̄ ait: te solum uerū deum, & quē mi-  
sisti Iesum Christū. Et sensum audietis interrogo, quid credendus sit Christus Ie-  
sus: cum ad id quod pater solus deus uerus credendus sit, credendus & Christus sit.  
Sed solus forte pater uerus deus Christo non relinquit ut deus sit: Non relinquit  
sanē, si unus deus pater Christo non relinquit ut unus sit dominus. Ita solus deus  
pater uerus. Quod si unus deus pater Christo non adimit ut unus sit dominus, ita  
solus deus pater uerus Christo Iesu non aufert ut deus uerus sit, cum ad uitæ æter-  
næ meritum hoc proficiat, ut cum credatur solus deus uerus, credatur & Christus.  
Quid, rogo, nunc stultitiæ tuæ sensu Christo deputas Hæretice ut esse credatur: &  
Christo, qui uitam æternā tribuit, qui honorificandus à patre patrē honorificauit,  
qui mundū uicit, qui solus relinquendus solus non est, sed secū habet patrem, qui  
à deo exiuit, atq̄ à patre uenit. Quid in tantis uirtutibus nato naturæ ac ueritatis im-  
parties? Solum enim uerū deum patrem inutiliter credimus, nisi credamus & quē  
misisti Iesum Christū. Quid hæres? quid moraris? quin Christus confitendus sit,  
doce. Nam qui quæ scripta sunt negas, quid restat nisi ut quæ non scripta sunt cre-  
das? O infelix uoluntas, & ueritati obnitens falsitas. In fide & cōfessione ueri dei  
patris Christus unitus est. Rogo qua fide uerus deus negatus creatura esse dicat,  
cum fides nulla sit in solum uerū deū credidisse sine Christo: Sed angustū te, Hæ-  
retice, & diuini spiritus incapacem cœlestiū dictorum non adit sensus, & uis per eo  
inspiratus errore Christū uerum deū nescis in fide solus ueri dei ad uitæ æternitatē  
confitendū. Sed ecclesiæ fides solum uerū deum patrē confessa confitetur & Chri-  
stum, neq̄ Christū confitendo non & solum uerū deum patrem confitetur, neq̄  
rursum solū uerum deū patrē confessa, non confitei & Christū. Per id enim Chri-  
stum confessa deū uerum esse, quod solū uerum deū confessa sit patrem, ita quod  
solus pater deus uerus est, deū uerum esse confirmat & Christū. Non enim unige-  
nito deo naturæ demutationē naturalis natiuitas intulit, nec qui ex subsistēte deo  
secundū diuinæ generationis naturā deus substituit, ab eo qui solus uerus deus est,  
separabilis est ueritate naturæ. Tenuit enim natura ueritatis suæ ordinē, ut natiui-  
tatem ueritas naturalis inueheret, nec alterius in se deū generis deus unus efferret:  
atq̄ ita sacramētū dei nec in solitudine, nec in diuersitate cōsistit: cū neq̄ alter deus  
deputet, qui ex deo cum naturæ suæ pprietate substiterit, neq̄ in unione maneat,  
quem patrē natiuitatis ueritas doceat confitendū. Non deseruit igitur natus deus  
naturæ suæ proprietatē, & naturali in eo uirtute subsistēs est, cuius in se tenet natu-  
rali natiuitate naturā. Non enim in eo deus aut demutatus aut degener est, cum si  
qd̄ uerū natiuitas intulisset, eius potius naturæ cōtumelia sit, per quā natiuitas in-  
hæret, dum qd̄ ex se est desineret esse quod suū est. Atq̄ ita nō eundē mutatio cor-  
rumpebat, qui in substantiā nouā natiuitate substiterat, sed eū ita pater exinaniue-  
rat, nō ut ille qui in natiuitate filij impotens naturæ suæ tenere constantiā, externū  
aliquid à se alienūq̄ genuisset. Nō est autē, ut sæpe iam cōmemorauimus, in unitate  
dei patris

Inutiliter pa-  
trē credimus  
nisi & filiū cre-  
diderimus.

D

Pater uerus  
deus filiū ue-  
rum deū con-  
firmat.

A dei patris & dei filij humanarū uitium opinionū, ut sit uel extensio, uel series, uel  
fluxus, ut aut riuū fons effundat ab origine, aut ramū arbor extēdat in caudice, aut  
calorē ignis emittat in spatū. Hæc enim à se inseparabili protensione manēt potius  
detenta, q̄ sibi sint distantia, dū & calor in igne est, & in arbore ramus est, & riuus  
in fonte est: & hæc ipsa res sola sibi res est potius, q̄ res ex re substituta sit: quia non  
aliud arbor quàm ramus, neq̄ ignis quàm calor, neq̄ fons potest esse quàm riuus.  
At uero unigenitus deus ex p̄fecta atq̄ inenarrabili natiuitate subsistēs deus est, ut  
uera p̄genies inestimabilis dei, est & incorporalis naturæ generatio incorporalis,  
est deus uerus & uerus à uiuente & uero, & inseparabilis à deo naturæ deus, dum  
subsistens natiuitas non alterius naturæ deum perficit, neq̄ generatio quæ substan-  
tiam prouehat, substantiæ naturam demutauit in genere, sed dispensatione assu-  
mpta carnis, & per exinaniens se ex dei forma obedientiā, naturæ sibi natiuitatē  
Christus homo natus intulerat, non uirtutis naturæq̄ damno, sed habitus deruta-  
tione. Exinaniens se igitur, ex dei forma serui formā natus acceperat, sed hanc car-  
nis assumptionē cū ea qua sibi naturalis unitas erat patris natura nō senferat, & no-  
uitas tēporalis licet maneret in uirtute naturæ, quæ amissa uidebatur, cum forma  
dei naturæ serui secundum assumptū hominē unita est. Sed summa dispensationis  
hæc erat, ut totus nunc filius, homo scilicet & deus, per indulgentiā paternæ natu-  
ræ inesset, & qui manebat in uirtute naturæ, maneret quocq̄ in genere naturæ: Id  
enim homini acquirere ut deus esset, sed manere in dei unitate assumptis homo  
nullo modo poterat, nisi per unitatē dei in unitatē dei naturalis euaderet: ut per hoc  
quod in natura dei erat deus uerbū, uerbum quocq̄ caro factum, rursum in natura  
dei inesset. Atq̄ ita homo Iesus Christus maneret in gloria dei patris, cum in uerbi  
gloriā caro esset unita, rediretq̄ tunc in naturæ paternæ etiā secundum hominē uni-  
tatem, uerbum caro factū cum gloriā uerbi caro assumpta tenuisset. Reddenda  
igitur apud seipsum patri erat unitas sua, ut naturæ suæ natiuitas in se rursus glori-  
ficanda resideret, quia dispensationis nouitas offensionē unitatis intulerat, & uni-  
tas, ut perfecta antea fuerat, nulla esse nunc poterat, nisi glorificata apud se fuisset  
carnis assumptio. Et idcirco tūto antea præparato ad fidei huius intelligentiā sensu  
cum dixisset: Hæc est autē uita æterna, ut cognoscant te solum uerū deum, & quē  
misisti Iesum Christum, subiecit secundū dispensationē suam obedientiā: Ego te  
clarificauit super terrā, opus consummaui quod dedisti mihi ut faciā. Post quæ ut  
meritū obedientiæ & sacramētū dispensationis intelligeretur, adiecit: Et tunc cla-  
rifica me tu pater apud te ipsum, claritate quā habui priusq̄ mundus esset apud  
te. Qui manere Christum in natura dei denegat, & inseparabilem esse atq̄ indiffe-  
rentem solo uero deo non credit, respondeat quæ huius petitionis sit ratio: & nunc  
clarifica me tu pater apud te ipsum. Quid enim causæ est, ut eum pater clarificet  
apud seipsum? Aut quæ uerbi huius significatio est, qui uerbi significationis esse  
ctus est? Pater nanq̄ nō eget gloria, nec se exinaniuerat de forma gloriæ suæ. Quo  
modo autē apud seipsum glorificaturus est filiū, & ea gloriā quā habuit apud  
eum ante mundi constitutionē? Sed apud eum habere qui sensus est? Non enim  
ait, gloriā quam habebā anteq̄ seculum esset, cum essem apud te, sed gloriā quā ha-  
bui apud te: Esse enim apud te consistentē significat, habere autē apud te naturæ sa-  
cramētū docet. Et glorificabor apud te, non idē est quod glorifica me: Non enim  
seipsum glorificari tantū ita ut sibi aliquid sit propriū gloriæ rogat, sed apud semet-  
ipsum patrē glorificari se ab eo precat: Vt enim in unitate sua maneret ut manserat  
glorificaturus eū apud se pater erat: quæ gloriæ suæ unitas per obedientiā dispēfatio-  
nis excesserat, scilicet ut in ea natura per glorificationē rursus esset, in qua per sacra-  
mentū diuinæ natiuitatis unitus, essetq̄ patri apud seipsum glorificatus, ut qd̄  
apud eū ante habebat maneret, nec alienaret ab eo formæ dei naturā formæ seruilis  
assumptio.

Clarifica me  
apud te  
ipsum.

**C** assumptio. Sed apud semetipsum glorificaret formam serui, ut maneret in se dei forma: Quia qui in dei forma manserat, idem erat in serui forma. Et cum serui forma glorificanda esset, in dei forma apud eum ipsum glorificanda erat, in cuius forma forma seruilis erat habitus honorandus. Non noua uero hæc, neque nunc primū euāgelicis doctrinis cōsignata uox dñi est, & hoc ipsum glorificandi filij apud semetipsum dei patris sacramentū pulcherrima spei suæ illa gratulatione testatus est: Dum enim Iuda ad proditiōem exeunte, gaudio consummata suæ dispensationis elatus hæc dixit: Nunc honorificatus est filius hominis, & deus honorificatus est in eo. Si deus honorificatus est in eo, & deus honorificat eum in se, & deus protinus honorificauit eum: quid limo corporis graues animæ, & fordētes peccatis conscientia facti, cœnosæque mentes usque ad iudicium diuinæ de se professionis inflamur, & arbitros nos diuinæ naturæ deputātes, impijs ad deum calumniæ nostræ disputationibus bellamus? Quanta enim potuit dominus uerborum simplicitate euāgelicam fidem locutus est, & in tantum ad intelligentiā nostram sermones aptauit, in quantum naturæ nostræ ferret infirmitas, non tamen ut quicquid minus dignum naturæ suæ maiestate loqueretur. Et primā quidem dicti significationē non ambiguam existimo, cum ait: Nunc honorificatus est filius hominis. Gloria enim omnis non uerbo, sed carni acquirebatur, id est non natiuitati dei, sed nati hominis dispensationi. Hoc uero quod sequitur quid significet interrogo, & deus honorificatus in eo: Honorificatum enim in eo deum audio, & quid istud sit secundum intelligentiam Hæretice ignoro. Deus in eo honorificatus est, in filio utique hominis: ut qui ante filius hominis, idem sit & filius dei. Et cum non alius sit filius hominis, neque alius filius dei: uerbum enim caro factum est, eum qui filius dei est ipsum esse necesse sit hominis filium, requiro quis in hoc filio hominis, qui & filius dei est, glorificatus est deus? Et quia in filio hominis, qui & filius dei est, glorificatus deus est, uideamus quid sit hoc quod tertio subditur: Si deus glorificatus est in eo, & deus honorificauit eum in se. Quod istud, rogo, sacramenti mysterium est? Deus in filio hominis glorificato glorificatū deū glorificat in sese. In filio hominis dei gloria est, & gloria dei in gloria filij hominis dei glorificati in sese. Homo utique non per se glorificatur, neque rursus qui in homine glorificatur deus, licet gloriam accipiat, non tamen aliud ipse quam deus est. At uero cum glorificato filio hominis glorificans deū deus glorificat in sese, inuenio naturæ gloriam, in gloriā naturæ naturā glorificātis assumi. Non enim se deus glorificat, sed glorificat in homine deū glorificans in sese. Quod autem glorificat in sese, licet non se glorificet, tamen in naturæ suæ gloriam naturā glorificans assumit. Et cum glorificans deū deus, quia glorificatus in homine sit, glorificat in sese eū quem glorificauit deū in sese demonstrari, cum eum glorificat in sese. Affer nunc, quisquis es Hæretice, flexuosæ doctrinæ tuæ inuolubiles quæstiones, quæ cum se nodis suis illigent, in nullo tamen hærendi molestiā continebunt. Filius enim hominis glorificatur, & glorificatur in eo deus & deus glorificatū eum in homine glorificauit in sese: Non enim ipsum est glorificari filiū hominis, quod & glorificari in filio hominis deū, uel glorificare in sese glorificatū in homine deū. Loquere hoc secundum impietatis tuæ sensum uerbis tuis, quid uelis esse glorificari in filio hominis deū: utique aut Christū necesse est esse qui glorificatur in carne, aut patrē qui glorificatur in Christo. Si Christus est, deus certe Christus est qui glorificat in carne: si pater est, sacramentū unitatis est, cum pater glorificat in filio. Aut Christū cōfitendo, deū etiā inuitus loqueris, aut patrē deū intelligēdo, naturā dei patris non negabis in Christo. Atque hæc de glorificato filio hominis, & glorificato in eodē deo dicta sint. De eo uero qui glorificatū in filio hominis deū deus glorificat in sese, in quo tandē tibi relicta facultatē exerendæ impietatis existimas, ne secundum naturæ ueritatē uerus deus Christus sit: Christus enim deus natū hominē glorificat

*Perspicuitas  
sacre scri-  
pturæ.*

**A** glorificat in sese. Nunquid extra se est quod glorificat in sese? Reddit enim in se Christo gloriā, quā apud se habuit. Et cum in formā dei assumptio formæ seruilis assumit, in se glorificat glorificatus in homine deus, qui ante euacuātis formæ dispensationē in se erat, & per formam sui & natiuitatis unitus. Natiuitas enim non nouæ neque alienæ naturæ deū fecerat, sed naturalis filius patri naturali generatione substiterat, & cum post natiuitatē hominis glorificatus in homine, in naturæ suæ rursus gloriā clarescit, in se eum deus clarificat, cum in naturæ paternæ gloriā ab ea per dispensationem euacuatus assumitur. Concludit autem audacissimū impietatis tuæ furorem apostolica fides, ne cum licentiā liberæ intelligentiæ uageris, quum ait: Omnis lingua confitebitur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. Quem enim in sese pater glorificauit, in his sine dubio intelligendus est esse qui bus pater est: cum & in se eum glorificauerit, & in gloria eius sit confitendus. Non enim hic nunc tantummodo in dei gloria est, sed in gloria dei patris est, neque pater glorificauit gloria exteriori, sed glorificauit filium gloria in sese: in eam eum quæ sua est gloria resumendo, & in eam gloriā, quam apud eum habuit, & ea gloria eum & apud sese glorificat in sese. Atque ea gloria ita inseparabilis à fidei huius coniunctione intelligitur etiam sub hominis humilitate sic dicens: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christū, cum sine Christo, solo deo patre cognito, uita æterna non sit, & Christus glorificatus in patre sit. Si autem ea demū uita æterna est, solum uerū deum nosse, & quem misisti Iesum Christū non existimetur planè uerus deus Christus, si uita sit in deum credidisse sine Christo: Et quod solus deus pater deus uerus est, non pertineat ad deum Christū, nisi gloria Christi omnis in solo uero deo patre sit. Si enim in se eum glorificat pater, & solus pater deus uerus est, & extra solum uerum deum Christus est, quia glorificatū in deum Christū glorificet, pater uerus deus solus in sese. Et quod à solo uero glorificatur in sese, non alienatur à solo uero, quia in se solo glorificat à uero. Sed forte pia huic fidei nostræ impia perfidia tua occurrat assertio, ut aliena ab intelligentia dei ueri sit hæc necessitatis confessio: Amen amen dico uobis, non potest filius à se facere quicquā, nisi quod uiderit patrem facientē. Si duplicem respōsionem duplex Iudæorū indignatio exigit, sit hæc planè infirmitatis professio, nil à se facere filium posse, nisi quod facientem uiderit patrem. Quod si Iudæis & uiolati sabbati reatū obijcientibus, & æqualitatē in Christo dei per professum sibi deum patrē non ferentibus, sub eodem dicto ad utrumque responsum est, putasne per confessionem respōsionis posse dictorum oculari ueritatem? Et quamquam in alio libello tractatus hic à nobis locatus fuerit, tamen non modo quia non obest, sed etiā ad religionem proficit retractari, eundē ipsum quia causa postulat reuoluamus. Hinc autē primū respōsionis necessitas orta est, & propter hoc prosequerantur Iudæi Iesum, & quærebant eum interficere, quoniam hæc faciebat sabbato. Ira itaque eorū usque ad cupiditatē interficiēdi eum accendebat, propter opera sabbato gesta. Sed & uideamus quid dominus respōderit: pater, inquit, meus usque modo operat, & ego operor. Quod rogo istud opus patris est, Hæretice: demonstra: per filium enim & in filio omnia sunt, & uisibilia & inuisibilia, & tu qui ultra Euangelium sapis, necesse est ut alijs alibi arcanorū doctrinis cognitionem paterni nominis adeptus sis, ut operantē nobis patrem ostendas. Quod si pater operat in filio, secundum quod ipse ait: Verba quæ loquor uobis ego non loquor, sed pater in me manens ipse facit opera sua. Vidēsne quid hoc sit: pater meus usque modo operat? Hoc enim ideo ait, ut paternæ in se naturæ intelligeretur potestas, in sabbati opere potestatis suæ usus natura. Cum in se operante pater operetur, ipse necesse est patre operetur operante, atque ideo ait: Pater meus usque modo operatur, ut ipsum illud hoc præfens dictorū atque gestorū per se opus paternæ in se naturæ existimaretur operatio. Id enim

*Philip. 2.*

*Filium nihil facere nisi quod patrem uiderit facientem.*

quod

**C** quod usq; modo operatur unum atq; idem dicti temporisq; momentum est, ut nō aliud aliquod opus esse patris, quam suum hoc quod agit crederetur: cum per id quod usque modo operatur pater, hac ipsa esset patris sub eodem tempore ser- monis operatio. Ac ne fides intra cognitionem tantū patris relicta uitæ æternæ spe esset, continuo subiecit: & ego operor, ut hoc ipsum quod modo operatur pater, o- peretur & filius, ac sic perfectā fidē docuit, cū id quod modo est, eiusdē temporis opus sit, & id quod pater operatur, operat & filius, extra singularis dei sit unionē.

**Deus quid sit.** Deniq; pro captu, pro uiribus, pro fide nostra intueamur deus quid sit, & uidea- mus an illi possit aliquid cōparari. Certe hoc est deus, quod & cū dicitur nō potest dici, cū æstimatur nō potest æstimari, cū comparat nō potest cōparari, cū definitur, ipsa definitione sua crescit. Qui cœlū manu sua operit, pugno omnē mūdum clau- dit, quem totū omnia uestiunt, & metuendo sciunt, cuius nomini & uirtuti famu- lantur. Hunc orbis ex ipsa elementorū sibi succedentiū momentanea uicissitudine

**Ratio filius.** tēstatur. Ratio quædam est, quæ apud Græcos λόγος appellatur, quæ inter patrē & filium personas uel uocabula distinguit, quia ipse filius ratio dicitur, quæ tamen ratio multis nominibus appellat: modo enim uerbū, modo uirtus, modo sapientia, modo dextera, modo brachium, modo margarita, modo thesaurus, modo retia, modo aratrum, modo fons, modo petra, modo lapis angularis, modo agnus, mo- do homo, modo uitulus, modo aquila, modo leo, modo uia, modo ueritas, mo- do uita, cū sit deus omnia & in omnibus: Et per hæc uocabula diuinarū dispensati-

VARIA  
CHRISTI  
VOCABV-  
LA.

**Verbum.** onum mysteria cognoscunt. Nam & ob hoc Verbum nuncupatur, quia & proprie diuino ore processit, & nihil pater sine eo aut iussit, aut fecit. **Virtus.** re de deo, & semper cū deo, & omnis potestas patris in ipso cōsistit. **Sapientia.** Sapiētia appel- latur, quia de corde patris adueniēs arcana in cœlestibus referauit. **Dextera.** Brachium. patur, quod per eum omnia opera diuina perfecta sunt. Brachiū dicit, quia ab ipso omnia continētur. Margarita appellatur, quia nihil illo preciosius inuenitur. The- saurus dicit, ut in ipso oēs diuitiæ regnorū cœlestiū quæ recōditæ sunt, agnoscant. Retia dicitur, quia per ipsum, & in ipso de mari seculi, Gentium quasi multitudo pi- scium in ecclesia congregant, ubi bonorū malorūq; discrimina cognoscunt. Ara- trum nuncupatur, quia signo crucis suæ Gentium pectora subigunt, ut necessariō semini præparent. Fons aquæ appellat, quia ex eo sitiētū corda cœlestis aquæ gra- tia irrigant. Petra dicit, quia credentibus fortitudinē, incredulis duritiē præstat. La- pis dicit angularis, quia utrosq; parietes ueris ac noui Testamenti, unus media- tor in semetipso cōtinēs copulauit. Agnus appellat, ut innocētia Christi, & passio demonstrēt. Homo dicitur, quia secundū carnē propter nos homines nasci digna- tus est. Vitulus dicit, quia propter nostrā salutē pati sustinuit. Aquila dicitur, quia post uenerabilē resurrectionē, quasi remis alitū ad patrē reuolauit. Idem leo dicitur est, quia ipse est rex regū, q̄ mortē ac diaboli uirtutis suæ potestate cōminuit. Via est, quia per ipsum accessum habemus ad deum patrē. Veritas est, quia mendaciū ne- scit. Vita est, quia ipse uniuersa uiuificat. Vides ergo, quia p̄ hæc uocabula significa- tiones dispositionū & operum diuinorū præsentia sunt, non tamen ipse deus per hæc proprie definitus est. Est ergo pater deus immensus, æternus, incōprehensibi- lis, inæstimabilis, est & filius eius dominus noster tantus, quantus est pater, sed nō aliunde, sed de patre: quia inquit, de patre exiit, hoc est lumen de lumine. Quod si filiū dei, ut iam dictū est, uisum a patribus approbamus, ut nō totū in illo quod dei est uiderēt, sed dispositiones rerum futurarū, quæ suis quibusq; temporibus com- plenda erant, in ipso per imaginem cernerētur: nam filium quis uidere potuit, an- tequam conspicabilem materiam cum placuit adsumpsit: uel ipsum hominem in- duere dignatus est: Quia & si Abraham uisus est, sed in forma humani corporis ui- sus est, quia de eius fuerat carne.

D  
Margarita.  
Thesaurus.  
Rete.  
Aratrum.  
Fons.  
Petra.  
Lapis angula-  
ris.  
Agnus.  
Homo.  
Vitulus.  
Aquila.  
Leo.  
Via.  
Veritas.  
Vita.

DIVI

# DIVI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI,

DE FIDE RESURRECTIONIS LI

BERAKEAAOZ.



**D**enique nunquam magis quanta & clementia & potentia re- demptor noster abundaret apparuit, quam cum mysteriū in- carnationis aggressus est, ut suscipiendo scilicet nostrā substan- tiam, & patibuli & tumuli iura susciperet. Nostris ergo pro- speris aduersa ei impensa sunt: & diuina atq; humana in rede- mptoris nostri natura quoddam inter se sacrum iniere commer- tium: ut testimonium ab humanitate diuinitas, præmium à di- nitate ferret humanitas. Hoc est, ut uulneribus corporis deus noster magnitudinē erga nos sui amoris ostenderet, & cōsortio diuinitatis recompen- sari sibi obediē- tiæ gratiam, & animus noster, & corpus agnosceret. Quia igitur fide, quæ uel deuo- tionē huic domino tantorum in nos donorū munifico adhærere ac deseruire debe- amus, intuendum est, qui ita nullum largiendi modum habuit, ut tantū fidelibus donaret in præmio, quantum ipse possidebat in regno. Et ut crederemus nos eius fieri posse cohæredes, etiam naturæ nostræ consors esse delegit: non tamen ut sub- stantiam à diuinitatis arce detruderet, sed ut nos infirmos, & in extrema mortis ui- litate ac necessitate degētes, ad gloriā resurrectionis attraheret: quia in se quicq; nobis pollicebatur ostendit, et non perire carnis istius substantiam resurgēdo per- docuit, & ubi ei post resurrectionem futura esset habitatio, ascensione monstrauit. Hoc est ergo magnum, & prorsus magnū pietatis sacramentū, quod in carne ma- nifestatū esse, ut rerum prouentus manifestauit, ita Gentium Doctor annuntia- uit. Iustificatum autē claret in spiritu, quoniā mediator dei & hominū homo Chri- stus Iesus, non solum sperandæ nobis felicitatis, sed etiam capessendæ præbuit ue- ritatis exemplum. Quod sanē sacramētum pietatis, per quod nos conditor noster ac redemptor amplectitur, sicut testimonio ueritatis splenduit, ita etiam in ascen- sione assumptum in gloria celebratū est obsequiis angelorum. Et ideo non est despi- ciēda carnis humanæ natura, quæ in sanctæ trinitatis substantiam atq; confortium per dominū Christum ingredi meruit. Verbum enim dei, quod dñs Christus est, qui est primogenitus ex mortuis, quicq; totius creaturæ primatū tenet, ad imaginē suā, quam prius ipse condiderat, uenit. De qua imagine scriptū est: Et plasmauit deus hominē ad imaginē & similitudinē suam. Et carnē, præter carnem, mediante ani- ma rationali, ex sancta uirgine Maria suscipiens, & similia. Id est, animam & carnē per similia purificans, factus est per omnia homo, absque peccato. Mediante ergo anima, deo & carne, hic qui omnes, ut ait Apostolus, diuites facit, pauper effectus est, ut illius inopia nos diuinis atq; cœlestibus diuitijs ditaremur, per signum illud salutis, qd dedit deus generi humano, dicēte Propheta: Ecce, dominus dabit uobis signum, ecce Virgo concipiet in utero, & pariet filium, qui antequam sciat uocare patrem aut matrē suam, butyrum et mel manducabit, id est, spiritu sancto repletus est, cuius doctrina nobis dulcior super mel & fauam, qui spolia Samariæ à Magis accipiens, homo, rex, & deus comprobatus est. De hoc etiam mirabili signo san- ctus Simeon ad Virginē matrem dicit: Ecce hic positus est in ruinam, & in resurre- ctionem multorū in Israël, & in signū cui contradicetur. De quo signo & beatus Apostolus ait: Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quarūt, Pro imagine ergo

Sacrum com-  
mertium huma-  
nitatis cum di-  
uinitate in-  
Christo.

Munificentia  
dei larga in ho-  
mines.

Declaratur lo-  
cus Esaiæ.

Luc. 2.

1. Cor. 1.

**C** sua Christus, quam in primo condiderat homine, quā uiderat in homine diaboli arte fucatam, uenit in similitudine carnis peccati, ut hominē per lignum prauaricationis morte damnatū per passionem crucis, & mortem ad pristinā retiocaret imaginem: quæ imago per incuriam quidē obscurari potest, deleri autē per naturam non potest. De hac imagine dicit Propheta: *Quantū in imagine dei ambulet homo, tamen uane conturbatur. Nullus ergo est, qui non aliquā imaginē habeat, id est, aut sanctitatis, aut peccati. In imagine dei ambulamus, quādo cogitationes bonæ, quæ nobis à deo insitæ sunt, in nobis permanent, & ad opera bona nos perducent. Memoria ergo dei excludit à corde nostro cuncta flagitia atq; peccata, quæ diabolus nititur in corde nostro seminare atq; depingere. Unde dicitur à Propheta: Domine in ciuitate tua imaginē ipsorum ad nihilū rediges. Nihil ergo prodest legisse uel audisse, nisi ea quæ legeris, aut audieris bona, in memoriæ thesauro repositueris. Sicut enim tria sunt in homine, id est, corpus, anima, & spiritus; sic tria sunt eminentiora, quæ nos aut ad bona, aut ad mala perducunt, hoc est, aut cogitatio, aut locutio, aut operatio. Quæ tria breuiter spiritus sanctus in primo Psalmo comprehendit dicens: Beatus uir qui non abiit in consilio impiorū, & in uia peccatorū non stetit, et in cathedra pestilentiæ nō sedit. Isti enim sunt terni statores diaboli, qui miseræ insidiant animæ, ut aut in dicto, aut in facto, aut in cogitatu eam incitent ad peccatum. Spiritu ergo, anima & corpore, aut bene agimus, aut male: aut casti sumus, aut fornicamur. Et ideo sicut auari, & raptores serui sunt mammonæ, & sicut gulosi & ebriosi serui sunt uentris atq; libidinis, sic omne peccatū dominat hominibus, probate hoc Propheta, ac dicente: Erunt quinq; ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaan. Hic sunt quinq; sensus carnales, qui miseræ animæ tenebris Aegypti oppressæ loquunt. Aegyptus em̄ persequens, siue tribulans interpretatur. Nisi ergo aquilonē frigidissimum uentū, calore fidei, Christo nos iuuante, qui bona docet & delectatur, uicerimus, statim nobis calorē concupiscentiæ atq; libidinis suscitabit. Attenuetur ergo ieiunij caro, & circuncidetur omni spiritali concupiscentiæ cultro, nec regnet peccatū in nostro mortali corpore, ut effugere cōsortia mūdi, & obpropria diaboli possimus. Ieiunij ergo afflictio atq; humilitatio animæ est, afflictio autē & corporis. Hæc de imagine dei, ad quā factus est homo, dicta sufficiant. Erubescat nūc impij Hæretici, qui aëreum, aut simulatorij phantasticū corpus, aut deum fuisse, aut nostrum futurū esse, aut metaphysicosim mentiuntur. Satis reuera impiū est & iniustū, ut Iob, q̄ oculis suis uulnera cōspexit sua, & putredines ac uermes corporis sui manibus palpauit, in alia dicat carne aut anima resurgere. Qd̄ ergo de beato Iob diximus, hoc de Petro, hoc de Paulo, & de omnibus sanctis, qui diuersis pro deo tormentis animas posuerūt. Quaritur sanē illusorie à nobis ab Hæreticis, utrum in resurrectione diuersitas sexus sit, id est, foemina cum uiris resurgat, ignorantes cæci sententiā domini dicētis: Regina Austri surget in iudicio cū uiris generationis huius, & condēnabit eos. Vbi ergo uera caro, ibi diuersitas sexus est, et sic diuersitas sexus ibi utiq; est: Ioannes, Ioannes est; et Maria, Maria est: uere quippe carnis resurrectio sine operibus carnis erit; q̄a sicut ueritas ait: Nec nubent, nec uxores accipiēt, sed erunt sicut angeli dei in cælo. Similitudo ergo angelica promittit, nō substantia carnis negatur. Quomodo enim dicat: Nec nubent, nec nubentur, nisi de hijs dicat, qui possunt nubere, & tamē non nubēt. Si enim hic in ista uita, quæ tota tentatio est super terrā, multi propter regnum cælorū semetipsos castrantes non nubent, & nō solū uiri, sed etiam foeminae Christo iuuante hoc faciunt, quanto magis hoc in illa beata uita nō dicamus fieri, sed nec cogitare licebit. Catholicū ergo & rectū est, utriq; sexum in carnis resurrectione sine sexus operibus confiteri, cum, ut dictū est, adhuc in hac uita positi nitamur cū dei adiutorio opera carnis, quæ contra spiritū concupiscit, nō implere, probate hoc Apostolo*

**A** Apostolo ac dicente: Vos in carne non estis, sed in spiritu. Negādo enim eos in carne, quos in carne esse constabat, non carnis substantiā, sed peccata, id est, opera carnis in eis damnauit. Et iterū: Ut absorbeatur quod mortale est à uita. Quia licet exterior homo noster corrūpatur, sed renouatur interior. Quod tamen nō solū in regno cælorū, & baptisate, sed etiam in poenitentibus quotidie fieri nouerimus, in quibus carnis interitus ad profectū cedit spiritalē. Cui ergo nec opera carnis erunt, nec augmenta membrorū, nec capillus crescit aut unguis: quia omnes in uirum perfectū, qui Christus est, resurgemus. Si enim patribus in eremo quadraginta annis non capilli, nō unguis creuerunt, aut uestimenta, aut calciamenta attrita sunt, hoc in regno cælorū, ubi aufugiet dolor, & gemitus, & tristitia: quæri quā impium sit sapiens lector intelligit. Sed contra hanc tam uerā, tamq; firmā doctrinam, & tam clara documēta, & omni uirtute subnixa, solent nobis Hæretici illud Apostoli opponere, quo ait: Non omnis caro eadē caro, sed alia caro hominis, alia uolucrum, & cætera quæ prosequit. Nō intelligentes miseri, beatum Apostolum de corporis hoc onere, nō generis differentia dixisse. Alia est caro hominis, id est, ferui dei: alia pecoris, id est, ethnici, & peccatoris, atq; Hæretici: Qui cū in honore esset, sanguine redēptus Christi, atq; honoratus, nō intellexit, sed cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Alia uolucrū, id est, martyriū, qui ad cælestia pennis spiritus sancti subuecti cōscendūt. Alia pisciū, id est, qui post salutaris baptisati aquam assumunt. Alia gloria solis, id est, Christi. Alia gloria lunæ, id est, ecclesiæ, & alia gloria stellarū, id est, seminis Abraham, & eorū qui se per fidē & opera bona filios eius ostendūt. Stella em̄ ab stella differt in claritate, id est, Apostoli & Prophetæ, illi qui cupierūt uidere & audire Christū: isti autē uiderunt & audierunt eum. Sunt & corpora cælestia, & corpora terrestria, id est, Christianorū & Iudæorum. Postremo autē ut omnium resurrectionē ostenderet, sic conclusit sententiam suā, dicens: Sic erit & resurrectio mortuorū. Quod ut ita possit intelligi, nostræ cōditionis quod in hoc seculo fit ponamus exemplū: Infans enim cū in puerū creuerit, puer uero in iuuenē, iuuenis autē in uirum, & uir in senem, nequaquā per singulas ætates perit, sed semper idē est q̄ fuit. Paulatim ergo hic ætas, nō autē natura perit. In illa autē cælesti Hierusalē, ubi sol iste ac luna septuplū lucebunt, diuersitates nō erūt ætatū: ibi em̄ nec infans, nec senex, nec paruus erit, qui nō impleat dies suos, utpote filius resurrectionis, & in mensurā perueniat plenitudinis Christi, ut nec desint alicui annorū spatia, nec supersint. In illo ergo tēpore, cū ætas fuerit una cunctorū, & sanctus & peccator simili erūt resurrectione perfecti, nec inter se uariabunt tēpore, nec ætate, sed alius ad præmia æterna, & in centuplū bona percipiēda, alius ad supplicia pertrahet æterna. Cū ergo in genere humano aliter et aliter nascatur homines, in carnis resurrectione una omnibus & similis erit resurrectio: Aliter enim Adam, aliter Eua, aliter Cain, & Abel, & omnes homines nati sunt atq; nascunt: aliter autē homo Christus Iesus, qui est mediator dei & hominum natus est. Licet ergo diuersis exordijs nascatur homo, una tamē hominis natura nō differt resurrectione carnis, omniumq; membrorū. Quæ omnia mēbra una domini sententiā declarabatur, cū de illo homine loqueret, qui nō habuit uestem nuptialē, nec seruauit illud mādātū: Omni tēpore munda sint uestimēta tua, quem manibus pedibusq; constringi iussit, & auferrī, ne recūberet in conuiuio, ne sederet in solio, ne staret ad dexterā dei, sed mitti in gehennā ignis: Si enim in igne isto temporali, qui omne quod accipit cōsumit, omnipotēs deus potentiā suā in tribus pueris ostēdit, qui in camino ignis ardētis capillos eorū intactos reseruauit, in resurrectione capillos nostros nō resuscitabit: Resuscitabit planē sine aliquāto augmento, uel detrimento. Ipsi ergo procedent de monumentis, qui in monumentis illati fuerāt. Veniet ergo omnis caro nō solū de terra, sed etiā de mari, & de fluminibus, ut uideat sa-

**C** lutare dei. Mandabit enim piscibus, ac fluminibus, ac bestijs terræ, & uolatilibus coeli, & eructabunt ossa & carnes mortuorum, ut resurgant, alij in uitâ æternam, alij in obproprium & confusione sempiternâ. Tunc uidebunt iusti impiorum poenam atq; cruciatus, quoniam uermis eorum non morietur, & ignis non exstinguetur, & erunt in conspectu omni carni. Quia uero hanc habemus spem, sicut exhibuimus membra nostra famulari immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē, ita exhibeamus ea famulari iustitiæ in sanctificatione uitæ, ut resurgentes à mortuis in nouitate uitæ ambulemus, ut uita domini Iesu manifestet in carne nostra mortali, propter spiritum eius habitantem in nobis. Iustum igitur est, & uere iustum, ut qui semper mortificatione Christi in corpore nostro circumtulimus, uita quoque eius in corpore nostro manifestet, spoliantes nos uetere homine cum actibus suis, et erroris tunica nos exuamus, ut nouam, qui Christus

*Cant. 5.* est, induamus, imitantes spem eius dicentē: Nocte exui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo in gnabo illos? Hæc ergo maiestatis ac potestatis arte, id est resurrectione, figulus ille facit, qui per Hieremiam Prophetam loquitur ad

*Hierem. 18.* populū peccatorē, dicens: Nūquid sicut figulus iste, non potero uos reformare, ac reedificare domus Israël? Qui etiā hanc mirabilem maiestatis suæ potentiam in manu Moysi ostendit, quā in candore mutata deinceps colori pristino restituit. Sed &

*Resurrectionis nomen.* ipsum resurrectionis uocabulum aperte significat, non aliud ruere, & aliud resuscitari. Quod ergo in homine morietur, hoc et uiuificat. Ita ergo secundum resurrectionem mortuorum, nec cum errat ignorat. Vulneratus denique ille Hierichoninus in Euangelio conuulso fertur ad stabulum, & delictorum plaga per miseratis gratiam immortalitate sanatus. Prophetia ergo quæ pendeat, uere in domini Christi carne completa est, quia spiritus sanctus nos cupiens edocere, locutus est: Ait enim: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, innitens super fratruelē suū, & delictis affluens? Et iterum: Fratruelis meus cadidus et

*Rubicundus fratruelis in Canticis.* rubicundus. Rubicundus ergo ex incarnatione, cadidus autem ex diuinitate. Quod ita esse comprobatur beatus Ioannes Apostolus, cum dicit: Quia equus super quem sedebat dominus rubeus erat, corpus scilicet sanctum, quod ex sancta uirgine assumpsit, cui in coelos ascendenti dicitur: Quis est iste, qui uenit de Edom, tinctis uestibus, de Bosra? Et: Quare rubrum est uestimentum tuum, & indumenta tua sicut calcitratum in torculari? Et est sensus: Quis est iste, qui ascendit de terra, cuius uestimenta sunt sanguine respersa? Illud autem

*Zach. 1.* quod in Zacharia Prophetam dicitur: quia sequebantur eum equi uariorum colorum, id est, qui uel in martyrio rubri, uel sturnini in uolatu, uel uarii in uirtutibus, uel candidi in uirginitate monstrant. Quod autem equus iste rufus, albus denuo à sancto Ioanne describitur, diuinitatis immortalitas, & incorruptio eius ostendit. Et ideo omnes, qui eum sequuntur, cadidus non solum utuntur uestibus, sed etiā equis sedentibus incorruptis uidebuntur immortalibusque corporibus. Et ideo hunc omnes sancti, ipso iuuante, imitantur: quia uestimenta sua non coinquinant, ac uirgines gratia ipsius donante permanent, & ideo in albis uestibus, ut dicitur, erunt, sequentes agnum quocumque ierit. Totum ergo hominem, sicut dicitur, filius dei suscepit ex uirgine, totum integrum resuscitauit, id est, animam &

*Ioan. 6.* corpus, adimplens sententiam suam, qua ait: Omne quod dat mihi pater ad me ueniet, & non perdam ex eo quicquam, sed ego suscitabo illud in nouissimo die. Quod dicitur tam de se, quam de membris suis dominum Christum dixisse intelligimus, qui suo, & membrorum suorum ore in omnibus sanctis loquitur libris. Clamat ergo ad deum & caput in corpore, et corpus in capite, hoc est, & ecclesia in Christo, & Christus in ecclesia: quia in nullo membra à capite, neque caput separata à membris: Tunc ergo uidebunt eum aduersarij eius, qui eum copunxerunt, & clamauerunt: Tolle, tolle, crucifige eum. Tunc angelorum uaticinium comprobabitur, qui stupentibus Apostolis dixerunt: Viri Galilæi quid statis aspicientes in caelis? sic nunc ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in caelum. Quod autem dominus post resurrectionem suam duobus in uia discipulis colloquens, repetit euanuisse legem, diuinæ uirtutis fuit, non umbræ, aut phantasmatis. Alioquin & ante passionem eum tenuissent, & eduxissent eum de Nazareth, ut precipitaretur de supercilio montis, supra quem ciuitas illa

*Christum non fuisse phantasma.*

**A** lorum edificata erat, dubium quod transiit per medium illorum: id est, elapsus est de manibus eorum. Aut nunc quid carnem non habuit, qui flagellum de fune fecit, & omnes inimicos eius ac persecutores de templo eliminauit? Vbi omnis diuinitatis eius potentia clariuit. Illud autem quod post resurrectionem ad discipulos clausis ingressus est ianuis, eiusdem uirtutis fuit, cuius ex oculis euanescere. Dicunt enim homines seculi istius, *APOLLONIUS* magus, cum ante *DOMICIANUM* imperatorem in consistorio staret, repetere non conparuisse. Hæc tamen nos diximus, non quod magus demone repletus domino Christo comparemus, sed ut Hæreticorum insaniam confutaremus: Quod ergo mago licet, si tamen uerum est, domino non licet. Linceus quippe, ut physiologi ferunt, omnia opposita uisu limpidissimo penetrat, dominus autem Christus clausis ianuis, nisi phantasma fuerit, intrare non poterit. Quod certe & ante resurrectionem pedulo super mare ambulauit in cessu, eiusdem uirtutis fuit. Et hoc ipsum Apostolo suo præbuit Petro, qui cum fide super aquas ambularet, infidelitate postea mergi cepit, qui mergi potuisset, nisi eum citius dextera domini continuisset. Aquilæ et uultures transmarina caduera sentiunt, Saluator Apostolos suos nisi ostia aperuerit non uidebit. Ad postremum dicas mihi uelim, quod maius sit, tantam terram magnitudinem tribus appendere digitis, & super aquas incerta librari, an dominum transire per clausam creaturam: Creatori quod maius est tribuis, & quod minus est calumniaris. Petrus Apostolus, ut iam dictum est, super aquas ambulabat, & graui & solido corpori mollis unda, nisi paululum dubitasset, non cesserit, & tu deum calumniaris quare clausis ingressus sit ostijs? Paululum ergo fides Petri dubitauit, & statim natura sua corpus agnouit, ut nos sciremus super aquas non corpus ambulasse, sed fide. Noli ad iudicium tuum potentiam domini magorum præstigijs aut æquare, aut inferiorē face- re, ut uideatur fuisse, quod non fuit: ut putet comedisse sine dentibus, fregisse panem sine manibus, ambulasse sine pedibus, locutum fuisse sine lingua aut capite, reclinatum esse monstrare sine corpore. Et quomodo, inquit, non cognoscebat eum in itinere, si ipsum habebat corpus, quod ante passionem suam habuit? Erras enim, & multum erras, qui non audis Euangelium. Quia oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et paulo post: oculi, inquit, eorum aperti sunt, & cognouerunt eum. Nunc quid in tantum desipis, ut alium eum fuisse dicas, quando cognoscebat? & certe unus idemque erat. Cognoscere ergo & non cognoscere uidentium oculorum fuit, non eius quod uidebat, ut uaticinium sancti Hieremias compleret, qui ait: Quare sicut colonus futurus es in terra, et sicut uiator declinans ad manendum? Denique, ut scias errorem quod uersabat in medio, non corporis domini, sed oculorum fuisse clausorum: aperti sunt oculi eorum, et mox agnoscebat eum. Nam et Maria Magdalena, quæ diu uiuam quærebat inter mortuos non cognoscebat Iesum: At ubi eum cognouit, mox dominum confitebitur. Iam nauis uero omnibus discipulis unam positam, Iesus stabat in littore: cæteris autem eum non cognoscentibus, Ioannes prior cognouit eum, & dixit: Dominus est. Dicebat rem ueram, & satis congruum erat, ut uirginitas uirginale prius cognosceret corpus. Idem ergo erat, et idem non ab omnibus uidebat: Statimque Euangelista subiungit: Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es, sciens, quia dominus est. Non tamen quod alter deus, alter homo esset, sed unus atque idem esset filius dei, & filius hominis: Cognoscebat enim ut homo, adorabat autem ut deus: complens illud quod eis ipse dominus imprecatus fuerat, dicens ad patrem: Hæc est uita æterna, ut cognoscat te solum uerum deum, et quem misisti Iesum Christum. Dignum ergo est, & satis dignum, ut caro hominis coelis inferat, cuius habitator deus esse dignatus est, nec potest uideri iniuria hominem factum esse coeli incolam, cuius uaginam non est dedignatus spiritus, qui deus est. Iustum ergo fuit, ut corpus in quo deus habitado terram uiuificare dignatus est, per quod particeps nostri factus est, ad immortalitatem perduceret. Vbi ergo dei habitatio esse debuit, nisi in regno dei? Vbi autem regnum dei, nisi in coelis? ibi omnis ecclesia cum illo erit. Cum ergo Iesus carnis nostre in testam fuerit excoctum, & quæ prius graui pondere premebat in terram, acceptis pen- nis gratiæ spiritualis cum subuectione angelorum uolabit ad coelum, ibi uerum & pacificum suæ salutis obsidem habet in æternum.

*Apollonius magus.*

*Linceus in uide do uis.*

*Vultures trans marina cadauera ofaciunt.*

*Fides Petri super aquas ambulauit, non corpus.*

*Non agnitus Christus à discipulis.*

*Christus à Ioanne primum agnitus.*

**C** Generalis epistola, quæ ad omnes catholicos scripta est, ad te pprie pertinet, qui zelum fidei aduersus cunctas hæreses habens, Origenis pprie & Apollinaris discipulis aduersaris; quorū uenenatas radices & in altum defixam impietatem omnipotens deus protraxit in mediū, ut in Alexandria prodita in toto orbe arefceret. Scio em̄, fili charissime, Amalech usq; ad stirpem esse deletū, & in monte Raphadim erectum trophæum crucis. Etenim quo modo porrectis in altum Moysi manibus uincebat Israël, sic dominus confortauit famulum suū Theophilum, ut super altare ecclesiæ Alexandrinæ contra Origenem uexillum poneret, & impleretur in eo quod dicitur: Scribe signū hoc, quia delebo funditus Origenis hæresim à facie terræ cum ipso Amalech. Et ne uidear eadē rursus iterare, & proluxiore epistolā texere, ipsa ad uos scripta t̄ dixi, ut scire possitis, quæ uobis scripserit, & quantū boni ultimæ ætati m̄re concesserit dominus: ut quod semper clamabam, tanti pontificis testimonio probaretur. Iam autē puto & te aliquid operis edidisse, & iuxta priorem epistolā, qua te super hac re fuerā cohortatus, elimasse libros, quos tuæ linguæ homines legāt. Audio enim & ad occidentē quorundam hominū naufragia peruenisse; qui non contenti perditione sua, uolunt plures mortis habere participes: quasi multitudo peccantium scelus minuatur, & non numerositate lignorum maior gehennæ flamma succrescat. Sanctos fratres qui tecum sunt in monasterio domino seruiētes, & tecū, & per te plurimū salutamus.

HIERONYMVS THEOPHILO  
ALEXANDRINO.

**D** X eo tempore, quo beatitudinis tuæ accepi epistolas, iuncto Paschali libro, usq; in præsentē diem ita & mœrore luctus, & sollicitudine, ac diuersis super statu ecclesiæ hinc inde rumoribus exagitatus sum, ut uix uolumen tuum potuerim in latinum sermonem uertere. Optime enim nosti, iuxta ueterem sententiam, non esse tristē eloquentiā, maxime si ad ægritudinem animi accedat corporis ægritudo. Et hanc ipsam epistolam febre æstuans, & quintū iam diem decumbens lectulo, nimia festinatione dictaui: breuiter indicans beatitudinī tuæ, magnū me laborē sustinuisse in translatione eius, ut omnes sentētiās parī uenustate transferrem, & græcæ eloquentiæ latinum aliqua ex parte responderet eloquiū. In principio philosopharū, & generaliter agens dum omnes erudis, unū iugulas. In reliquis autem, quod difficillimū est, rhetoricæ eloquentiæ iungis philosophos, & Demosthenē atq; Platonem nobis confocias. O quanta dicuntur in luxuriā, quantis præconijs extollitur continentia, & de intimis sapientiæ disciplinīs diei ac noctis, lunæ cursus ac solis ratio, mundi istius natura describitur. Et hanc ipsam disputationem ad scripturarū refert autoritatē, ne in Paschali libro uidereris de secularibus quicq; fontibus mutuatus. Quid plura? In hijs laudare te uereor, ne assentandī crimen incurra. Optimus liber est, & in philosophis, & agens susceptā causam absq; inuidiā personarū. Vnde obsecro te ignoscas tarditati etiam mex. Ita enim sanctæ & uenerabilis Paulæ confectus sum dormitione, ut absque trāslatione huius libri usq; impræsentiarū nihil aliud diuini operis scripserim. Perdidimus enim, ut ipse nosti, repente solatiū, quod, ut consciētia nostræ testimonio est dominus, non ad proprias ducimus necessitates, sed ad sanctorū refrigeria, quibus illa sollicite seruebat. Sancta & uenerabilis te filia tua Eustochium, quæ nullam pro matris absētia recipit consolationem, te uniuersa fraternitas suppliciter salutat. Libros quos dudum te scripsisse nuntiasti, uel legendos nobis, uel uertendos trans mitte. Vale in Christo.

HIERO

philo Alexandrino Episcopo.

**N** opere tuo utilitatē spectauimus ecclesiarum, ut discant qui ignorāt, eruditi testimonijs scripturarū, qua debeāt ueneratione sancta suscipere, & altaris Christi ministerio deseruire, sacrosq; calices & sancta uelamina, & cætera quæ ad cultum dominicæ pertinet passionis, non quasi inania, & sensu carentia, sanctimoniam non habere, sed ex consortio corporis & sanguinis domini, eadem qua corpus eius & sanguis maiestate ueneranda. Suscipe igitur librum tuum, imò meum, & ut uerius dicam, nostrum: cumq; mihi faueris, tuus fautor eris: tibi enim meum sudauit ingenium, & facundiam græcam Latinæ linguæ uolui paupertate pensare. Neq; uero ut disertis interpretes faciunt, uerbum uerbo reddidit: nec adnumerauit pecuniam, quam mihi per partes dederas, sed pariter attendi ut nihil desit ex sensibus, cum aliquid desit ex uerbis. Epistolam autem tuam idcirco in Latinum uerti, & huic uolumini præposui, ut omnes qui legent, sciant me nō temeritate & iactantia, sed præceptis beatitudinis tuæ suscepisse onus ultra uires meas. Quod an consecutus sum, tuo iudicio derelinquo, certe si imbecillitatem reprehenderis, uoluntati ueniam commodabis. Vale.

Maxima huius  
Epistolæ pars  
in uctustissimo  
exemplo de-  
yat arrosa bla-  
tis.

Ed non exta-  
bat.

ARGUMENTVM EPISTOLARVM D.

Theophili Alexandrini Episcopi, ex libro Col-  
lationum Cassiani Scythæ.

**N**tra Aegypti regionem mos iste antiqua traditione seruat, ut peracto Epiphaniarum die, quam prouincia illius sacerdotes, uel dominici baptismi, uel secundum carnem natiuitatis esse definiunt, & idcirco utriusq; sacramenti solennitatem non bifarie, ut in occiduis prouincijs, sed sub una die huius festiuitatem celebrant. Epistola pontificis Alexandrini per uniuersas Aegypti ecclesias dirigantur, quibus initium quadragesimæ, & dies Paschæ, non solum per ciuitates omnes, sed etiam per uniuersa monasteria designentur. Secundum hunc igitur post dies admodū paucos, quam superior cū patre Isaac fuerat agitata collatio, THEOPHILI prædictæ urbis Episcopi solennes Epistolæ commearunt, quibus cum denuntiatione Paschali, contra ineptam quoq; Anthropomorphitarum hæresim longa disputatione disseruit, eamq; copioso sermone destruxit. Quod tanta est amaritudine ab uniuerso prope modum genere Monachorum, qui per totam prouinciam Aegypti morabantur pro simplicitatis errore susceptum, ut e contrario memoratum Pontificem uelut hæresi grauissima deprauatum, pars maxima seniorum ab uniuerso fraternitatis corpore decerneret detestandum: quod scilicet impugnare scripturæ sanctæ sententiam uideretur, negans omnipotētem deum humanæ figuræ compositione formatum, cum ad eius imaginem creatum Adam scriptura manifestissime testaret. Deniq; & ab hijs qui ibi, aut in eremo Scythiæ commorantes, quippe perfectio- ne, ac sciētia omnibus qui erant in Aegypti monasterijs præminebāt, ita est hæc Epistola refutata, ut præter Abbatem Paphnutium nostræ congregationis presbyterum nullus eam cæterorum presbyterorum, qui in eadem eremo alijs tribus ecclesijs præsidebant, ne legi quidem aut recitari in suis conuentionibus prorsus admitteret.

THEOPHILI

# THEOPHILI ALE-

XANDRINAE VRBIS EPISCOPI, AD  
TOTIUS AEGYPTI EPISCOPOS LIBER  
PASCHALIS PRIMVS. D. HIERONY/  
MO INTERPRETE.



Rimū solennitatis augustae sermo diuinus de caelorum regionibus micans, & splendore suo iubar solis exuperans, clarissimū animabus se desiderantiū lumen infundit. Cumq; pleno cordis intuitu radios eius quiuerint sustinere, ad ipsa caelestis Hierusalem interiora penetralia, atq; ut ita dicam, sancta sanctorū eas pertrahit. Vnde si uolumus salutis esse participes, & adhaerentes studio uirtutū animarū uitia purgare, & quicq; in nobis sordium est iugi scripturarū meditatione diluere, quasi sub sudo apertā doctrinarū scientiā contēplantes, festinemus supernae latitiae festa celebrare, & iungere nos angelorū choris, ubi coronae & praemia, & certa uictoria est, & desiderata trīūphantibus palma proponitur. Nec differamus, tumētibus carnis fluctibus liberati, inter diuersa uoluptatū hinc inde naufragia clauum tenere uirtutū, & post grandia maris pericula tutissimū caelorum intrare portū. Quāobrem & eos quos casta uitae huius cura sollicitat, & instar frementiū gurgitū perturbationū profunda circumsonant, quasi de somno graui excitantes ad sapiētiae puocemus lucra: ostendamusq; eis ueras diuinorū sensuum diuitias, & inspirata sanctae celebritatis gaudia: Eoq; omnis impraesentiarū adsumatur labor, ut & eos qui paululū negligentēs sunt, & nosmetipsos aeternae gloriae praeparemus. Vnde & in Prouerbis indigentes sensu ad conuiuū suū Sapiētia prouocās, clamitat: Venite, comedite de panibus meis, & bibite uinū quod miscui uobis. Non enim sic caelū hoc qd̄ suspicimus stellarū illustratur choris, nec intantū sol & luna duo mundi, ut ita dicam, clarissimi oculi, quorū cursu annus euoluūt, & uicissitudine tempora cōmutant, clarū terris lumen infundūt, ut nostra solennitas uirtutū choro fulget & radiat. Cuius thesauros & diuitias expetentes consona cū Dauid uoce decantāt: Quis dabit mihi pennas sicut columbas & uolabo, & requiescā. Exultantesq; & quodā tripudio gestientes, & iuxta qd̄ scriptū est: Gaudio ineffabili corda perfusi, rursum clamitant: Non habemus hīc manentē ciuitatē, sed futurā inquirimus, cuius artifex & fabricator est deus. Sicut enim omnīū laborū suorū, quibus in hoc mundo pugnat & curritur, hāc esse repositā spem, & hāc in futuro praemia cōstituta, pro quibus nulla pericula formidātes, quotidie uitae suae cursum suū dirigūt, Hæreticorū uel maxime impietate, & tendiculas declinantes, quibus cæci cæcos ducūt in foueā, & quasi quadā ueteriosa & immundissima carie deceptorū corda cōmaculant: ne hac calce contenti, intimas scripturarū medullas bibunt, ueritatē dogmatū falsi nominis scientia cōdenantes. Quod intelligēs & patriarcha Iacob, scalā cernit in somnis, cuius caput pertingebat usq; ad caelū, per quā diuersis uirtutū gradibus ad superna cōscendit, & homines prouocant terrarū humilia deserentes, cū ecclesia primitiuorū dominicæ passionis festa celebrare. Non est, inquit, hoc nisi domus dei, & hāc est porta caeli. Quā Dauid acutius intues, & tota cupidine mētis inquirēs, rationesq; huius itineris cogitationibus tractās, & quasi preciosa pigmēta fortius terens atq; cōminuens, ut suauissimi late odoris flagrantia spargerent, ad solēnitatē prouocat festinantes, dicens: Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas cōfitebor dño: hāc est porta dñi, iusti intrabūt per eā. Nō est ergo, non est Hæreticorū ulla solennitas, nec qui errore decepti sunt, illius possunt cōmunionē laetari. Scriptū est enim: Si bestia tetigerit montē, lapidabit. Necq; caelestīū possunt recipere sacramēta uerborū, qui diuinis

**A** qui diuinis ecclesiae dogmatibus contradicunt. Totis itaq; uiribus animas nostras ab omni contagione purgantes, dignas celebritati quae imminet praeparemus, ut possimus cū sanctis canere: Deus dominus, & inluxit nobis. De qua & alius Propheta conscius futurorum mystica uoce testatur: Apparebit dominus in eis, & disperdet omnes deos Gentium. Quando uerba in opera cōmutata sunt, & ambigentium oculis rerum ueritas demonstratur, ut per efficientiam eorum, quae praedicta sunt uerborum ueritas cōprobaretur, uictoriae suae nos deo faciente participes, ut & solennitatis possimus cū sanctis habere consortium, & inlustis eius aduentus praecōnia frequentare. Etenim quod omnis terra uariis fuerat inlecebris deprauata, uirtutes aestimans uitia, & e contrario uitia uirtutes, dum inolescente tēpore cōsuetudinem legem putat esse naturae, & tyrannica superbia iniqui praecesserant, & mendacium tempore roborarent, patres & magistri ueritatis putabantur: unde acciderat, ut hominū error increderet, & in ritum brutorū animalū utilia nescientes, despicerent uerum pastore dominū, ac furore raptati, tyrannos & principes colerent quasi deos, imbecillitatem suam in eiusdem naturae hominibus consecrantes. Per quae eueniebat, ut praesens periculū mortis effugerent, & conciliarent sibi eos, quorum clementia crudelitate sauior erat. Idcirco omnibus errore seductis, uirtutes sermo dei in auxilium nostrum uenit ad terras, qui ignorabāt cultum dei, & ueritatis solitudinem sustinebant. Cuius rei testis est ille qui loquitur: Omnes dereliquerunt, simul inutiles facti. Et Propheta Christi auxilium deprecantes: Domine inclina tuos caelos & descende. Non ut mutaret loca, in quo omnia sunt, sed ut propter salutem nostram carnem humanae fragilitatis adsumeret, Paulo eadem concinente: Cum esset diues, pro nobis pauper factus est, ut nos illius paupertate diuites essemus. Venitq; in terras, & de uirginali utero, quem sanctificauit egressus homo, interpretationem nominis sui Emmanuel, id est, nobiscum deus dispensatione confirmans, mirum in modum coepit esse quod nos sumus, & non desinit esse quod fuerat: sic adsumens naturā humanā, ut quod erat ipse non perderet. Quamquam enim Ioannes scribat: uerbum caro factū est, id est alijs uerbis homo, tamē non est uersus in carne, quia nunq; deus esse cessauit, ad quē & sanctus loquitur: Tu autē ipse es. Et pater de caelo contestatur, & dicit: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ut & homo factus nostra confessione permanere dicatur, quod fuit priusquam homo fieret, Paulo nobiscum eadem praedicante: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in aeternum. In eo enim quod ait, ipse, ostendit illum pristinam non mutasse naturam, nec diuinitatis suae imminuisse diuitias, qui propter nos pauper effectus, plenam similitudinem nostrae conditionis adsumperat. Ex tātis & talibus adsumpsit hominē, duntaxat absque peccato, ex quaetis & qualibus nos omnes creati sumus: non ex parte, sed totus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, nulloq; quod nostrae similitudinis est, caruit, nisi solo peccato, quod substantiam non habet inanimam sine anima: neq; enim inanimam carnem habuit, & pro anima rationali ipse in ea deus uerbum fuit, sicut dormitantes Apollinaris discipuli suspicantur. Nec dicēs illud in Euangelio: Nūc anima mea turbata est, Diuinitatem suam perturbationi subiaccuisse testetur, quod consequens est eos dicere, qui pro anima diuinitatem in corpore eius fuisse contendunt, nec rursum solam animam sibi socians susceptum impleuit hominem, ne ex similitudine carnis, & ex dissimilitudine animae, medice adsumptionis dispensationē impleffe credatur: in carne nostri similis existēs, & in anima irrationaliū iumentorū, si tamē secundū illos, irrationalis & absq; mēte ac sensu est anima Saluatoris, qd̄ impiū est credere, & procul ab ecclesiastica fide, ne protinus illo percuriat elogio, quo Propheta corripit delinquentē, dicens: Ephraim sicut colūba in fenestata nō habēs cor. Et quasi irrationalis audiat: Cōparatus est iumentis insipientibus, &

**C** similis factus est illis. Nulli enim dubium, quin irrationalis, & sine sensu ac mente anima iumentis irrationalibus comparetur, unde & Moyses scribit: Bouem triturantem non infrenabis. Et Paulus scriptum edisserens ait: Nunquid de bubus cura est deo? an propter nos utiq; dicit? Propter nos igitur homo Saluator est factus, non propter bruta & irrationalia iumenta, ut similitudinem animæ iumentorum absq; sensu et ratione susciperet. Sed ne illud, quod eiusdem hæreseos peccatores cauillantur, & gariunt, ecclesia suscepit, ut prudentiam carnis appellari putet animam Saluatoris, cum perspicue Apostolus prudentiam carnis inimicam deo appellet, & mortem: Quod de domino dicere nefas est, ut anima eius mors, & dei inimica credatur. Si enim nobis præcipit: Nolite timere eos, qui possunt occidere corpus, & animam non ualent, cogentur stulta disputatione suscipere, meliores esse nostras animas anima Saluatoris, dum illa prudentia carnis adseritur, quæ mors & inimica est dei, nostra autem mori non potest. Quod nequaquam ita intelligendum est, Fratres charissimi, cum etiã prudentia animæ nõ possit animam cupari, & multo inter se differat: licet enim prudentia animæ in ea sit, cuius prudentia est, tamen alterum habet, alterum habetur: Et prius anima est, sequens uersatur in anima. Quod si prudentia animæ non est anima, quanto magis carnis prudentia anima non potest appellari? Tendant quantumlibet syllogismorum suorum retia, & sophismatum decipulas proponentes se ipsos innectant laqueis, ne id quidem scientes, cuius uana scientia gloriatur: & discant à nobis, quos gratis cogunt huiuscemodii disputatione adsumere, aliud esse quod sapit, aliud sapientia, aliud quoq; quod sapitur. Et hæc non solum uerbis inter se, sed & sensibus discrepare: quæ enim sapit, rationalis est anima: porro quæ ex ipsa est, & ipsius, & non ipsa quæ sapit, appellatur sapientia: quod autem sapitur, res est quam respicit, eaq; gignitur ex sapiente sapientia, & non sapiens ipse, nec ipsa sapientia. Tandemq; desinant dialecticæ artis strophis simplicia ecclesiasticæ fidei decreta peruertere, ut animam Saluatoris prudentiam carnis appellent, quam Apostolus mortem, & inimicam adserit dei. Sed & hoc modo nobis contra illos differendum uidetur. Scriptum est de uerbo dei: Omnia per ipsum facta sunt. Num credibile est, & sapientiam, uel prudentiam carnis, quam illi animam Saluatoris intelligunt, à uerbo dei conditam, ut mortis, & inimicitia contra deum ipse operator existeret, sibiq; eas, quod dictu nefas est, copulari: Quod si nefarium est credere, & anima Saluatoris cunctis uirtutibus pollet: ergo prudentia carnis non erit anima eius, ne ipse mortem & inimicitiam contra deum subiunxisset credatur. Cessent Apollinaris discipuli ea quæ contra ecclesiasticas regulas est locutus, propter alia eius scripta defendere: licet enim aduersus Arianos, & Eunomianos scripserit, & Origenem, aliosq; Hæreticos sua disputatione subuerterit, tamen qui memor est illius præcepti: Non accipies personam in iudicio: ueritatem semper debet diligere, non personas, & scire quod in dispensatione hominis, quam pro salute nostra unigenitus filius dei dignatus est adsumere, non sit alienus à culpa, qui super anima illius peruersa & intellexit, & scripsit. Sicut enim Apostolus ait: Si expendero omnem substantiam meam, & tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi proderit: ita si uel iste, de quo nunc sermo est, siue Origenes, et alij Hæretici, quædam sana etiã uis scripserint aliqua, quæ ecclesiasticæ fidei non repugnent, tamen non erunt absque crimine, & in hijs, quæ principalia sunt, & ad salutem credentium pertinent, ecclesiasticæ fidei repugnantes. Neque enim, ut ipse cum sectatoribus suis nititur adprobare, dominus noster atque Saluator animam sine sensu adsumpsit & mente, aut mediam partem eius, duasq; de tribus, siue tertiam, ut imperfecte hominem saluaret adsumptam: quia nec media, nec reliquæ portiones perfecti nomen accipient. Et sicut quod perfectum est caret imperfecti uitio, sic quod imperfectum

*Prudentia carnis quidam animam Saluatoris causantur.*

**D**

*Apollinaris contra hæreses quasdam scripsit.*

*Hæretici quædam sana etiã scripserunt.*

**A** ctum est, perfectum non potest dici: Et si imperfecte similitudinem nostram, uel ex parte susceperat, quomodo in Euangelio loquebatur: Nemo tollit animam meam à me, potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo sumendi eam: Quæ autem tollitur atq; deponitur, nec irrationalis, nec absq; mente & intelligentia dici potest, sed e contrario rationalis & intelligibilis, & mentem habes, ac sentiens. Atque ita ipse disputationis ordo conuincit, nihil à domino imperfectum esse susceptum, sed adsumptum ab eo hominem plene perfecteq; saluatum: Nulli enim dubium, quin irrationalium iumentorum animæ non ponantur & resumantur, sed cum corporibus pereant, & in puluerem dissoluantur. Porro Saluator tollens animam, & separans à corpore suo tempore passionis, rursus eam in resurrectione suscipit. Et multo antequam faceret loquebatur in Psalmo: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Nec credibile est quod ad inferos caro eius descenderit, uel prudentia carnis, quæ appellata sit anima, inferis apparuerit, sed quod corpus eius positum in sepulchro sit, et ipse nec de corpore & sapientia carnis, nec de diuinitate sua dixerit: non derelinques animam meam in inferno, sed uere de nostræ naturæ anima, ut perfectam ac rationalem, & intelligibilem, atq; sensibilem ad inferos animam descendisse monstraret. Hortamur eos qui talia sapiunt, ut errores hæreticos relinquentes, ad quiescant ecclesiasticæ ueritati, & festiuitatem dominicæ passionis non faciant imperfectam, ne principalem & maiorem hominis partem in Salvatore negent, absque anima & mente corpus illius adserentes. Si enim ita erat, quid de se uolens intelligi loquebatur: Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus? Et si tantum carnem hominis adsumpserat, cur in passione dicebat: Spiritus promptus, caro autem infirma? Unde sciendum est, quod ex omni parte temperatum humanæ conditionis exhibens sacramentum, perfectam similitudinem nostræ conditionis adsumpserit, nec carnem tantum, nec animam irrationalem, & sine sensu, sed totum corpus, totamq; animam sibi socians, perfectum in se hominem demonstraui, ut perfectam cunctis hominibus in se, & per se largiret salutem: habensq; nostri consortium, qui de terra conditi sumus, nec carnem deduxit de coelo, nec animam, quæ prius substiterat, & ante carnem eius condita erat, suo corpori copulauit, sicut Origenis nituntur docere discipuli. Si enim anima Saluatoris, antequam ille humanum corpus adsumeret, in coelorum regionibus morabatur, & nec dum erat anima illius: impissimum est dicere ante corpus eam fuisse domini, agentem aliquid & uigentem, & postea in animam illius commutatam. Aliud est si possunt de scripturis docere, antequam nascere ex Maria, habuisse hanc animam deum uerbum, & ante carnis adsumptionem animam illius nuncupatam. Quod & si autoritate scripturarum, & ipsa suscipere ratione coguntur, Christum non habuisse animam, antequam de Maria nascatur: in adsumptione enim hominis & anima eius adsumpta est, perspicue conuincuntur eandem animam & illius, & non illius fuisse dicentes. Sed cessent illi à nouorum dogmatum impietate furibundi. Nos scripturarum normam sequentes, tota cordis audacia prædicemus, quod nec caro illius, nec anima fuerint priusquam de Maria nasceretur. Nec ante anima in cœlis sit comorata, quam sibi postea iunxerit: nihil enim nostræ conditionis è coelo ueniens secum dominus deportauit. Unde quicquid contrarium est ueritati, euangelica falce succidens loquitur: Omnis plantatio, quam non plantaui pater meus cœlestis eradicabitur. Verbum opere, comminatione sine consummans, & dictorum potentiam expletionem rerum probans: ut quicquid sermo pollicitus est, gestorum ueritas exhiberet. Sciant igitur se huius solennitatis alienos non posse nobiscum celebrare dominicam passionem, qui ORIGENEM, ut loquar aliquid de fabulis Poëtarum, Hydram omnium sequuntur hæreseon, & erroris se habere magistrum & principem gloriantur: Quæ uis enim

*A Christo nihil imperfectum adsumptum est.*

*Psalm. 15.*

*Anima Christi apud inferos.*

*Ioan. 10.*

*Matth. 26.*

*Perfectus homo à Christo assumptus.*

*Euangelica falce ressecanda omnia, quæ scripturæ repugnant.*

*Origenes hydra hæreseos.*

Cuius enim innumerabiles texuerit libros, & garrulitatis suae quasi dānosae possessionis mūdo reliquerit hereditatē, tamē scimus lege praeceptum: Non poteris constituere super te hominem alienum, quia non est frater tuus. Qui enim diuerso tramite ab Apostolorum regulis aberrauit, quasi indignus & profanus choro Christi, & consortio mysteriorum eius, de solennitate Christi eicitur, & à patribus maioribusque natu, qui Saluatoris ecclesiam fundauerunt, procul pellitur Philosophorum pannos nitens nouo & firmissimo ecclesiae consuere uestimento, & ueris falsae sciare, ut ex illorum uicinitate fortior probetur infirmitas, & huius pulchritudo uisuletur. Quae enim illum ratio? quis disputationū ordo perduxit, ut allegoria uerbis & cassis imaginibus scripturarum tolleretur ueritatem? Quis Propheta sentire docuit, propter ruina & lapsus de caelis animarum, deum esse compulsum corpora fabricare? Quis iuxta beatum Lucam, eorum qui uiderunt & ministri fuerunt sermonis dei, huic tradidit ad docendum, negligentia, & motu, & fluxu de altioribus rationabilium creaturarum prouocatum deum mundi huius condere diuersitatem? cum creationem eius Moyses explicans dixerit, nec indicauerit propter aliquas causas praecedentes, de rationabilibus sensibilia, de inuisibilibus uisibilia, de melioribus peiora prolata, quod apertissime Origenes praedicat: Dicit enim propter peccata intelligibilium creaturarum mūdom esse coepisse, nolens Pascha celebrare cum sanctis, neque cum Paulo dicere: Inuisibilia dei, à creatura mundi per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Nec cum Propheta uociferari: Consideraui opera tua & obstupui. Aliter enim mundi pulchritudo subsistere non ualebat, nisi eum uariis creaturarum impleisset ornatus. Denique sol & luna duo magna luminaria, & stellae reliquae antequam hoc essent, in quod eas creatas quotidiani cursus testatur officium, non erant absque corporibus, nec propter aliquas causas simplicitatem pristinam relinquentes, corporibus circumdatae sunt, ut ille somniat contraria fidei dogmata struens: Nec animae in caelorum regionibus aliquid peccauerunt, & idcirco in corpora relegatae sunt. Si enim hoc ita esset, oportuerat Saluatorem nec ipsum corpus adsumere, & animas de corporibus liberare debbat eo tempore, quando in baptismo peccata dimittit, statim baptizatum de corporis uinculis soluere, que propter peccata in condemnatione peccati facta commemorat. Sed & resurrectionem corporum frustra pollicetur, si expedit animabus absque grauitate corporum ad caelum leuius subuolare. Ipse quoque resurgens carnem suam suscitare non debuit, sed solam diuinitati animam copulare, si melius est absque corporibus quam cum corporibus uiuere. Quid sibi autem uult, crebo animas & uinciri corporibus, & ab eis diuidi praedicare, & multas nobis inferre mortes: ignorans Christum idcirco uenisse, non ut post resurrectionem corporibus animas solueret, aut liberatas rursus alijs corporibus indueret, & de caelorum regionibus descendentes sanguine & carne uestiret, sed ut semel corpora, corpora suscitata incorruptione & aeternitate donaret. Sicut enim Christus mortuus, ultra non moritur, nec mors ei dominabitur, ita nec corpora suscitata post resurrectionem secundo, uel frequenter intereunt, nec mors eis ultra dominabitur, neque in nihilum resoluentur: quia totum hominem Christi saluauit aduentus.

Sed & illud à solennitate Christi Origenem alienum facit, quod principatus, potestates, fortitudines, thronos, ac dominationes, non ab initio in hoc conditas refert, sed post creationem sui aliquo honore dignas fecisse, & alijs suis similibus propter negligentiam ad inferiora delapsis, has in clytis nominibus appellatas: ut iuxta errorem eius non eas condiderit deus principatus, & potestates, & reliqua, sed aliorum peccata illis materiam tribuerint gloriarum. Et quomodo Paulus Apostolus scribit: In Christo creata sunt omnia in caelis, & in terra, uisibilia & inuisibilia

A & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per illum, & in illo creata sunt, & ipse est ante omnia. Si intelligeret uim uerbi per quem dicitur, creata sunt omnia, nosset ab initio ita eas conditas, & non aliorum socordiam, & in inferiora prolapsam, occasionem dedisse deo, ut illas principatus, & potestates, & fortitudines reliquas nominaret: maxime cum creaturarum pulchritudo consistat in ordine dignitatum. Si enim de sole & luna, & stellis scriptum est: Fecit deus duo luminaria magna, luminare maius ut praesset diei, & luminare minus ut praesset nocti, & stellas, & posuit illas in firmamento caeli, ut lucerent super terram, nec praemium bonorum operum reciperent, ut post conditionem sui in firmamento caeli lucerent, & diebus siue noctibus succederent, sic principatus & potestates, quae in caelorum regionibus conditae sunt, non post bona opera in hac profecisse sentimus, sed sic ab initio conditas: neque enim Origenis & discipulorum eius imitatur errorem, qui putant in similitudine daemonum & diaboli, qui propria uoluntate talia nomina officiaque sortita sunt, principatus, & potestates, uirtutes, & thronos, & dominationes post conditionem sui boni aliquid perpetrasse, ut alijs ad inferiora dilapsis ad excelsa conscenderent, & hijs nominibus insignirentur, habentes postea quod prius non habuerant. Quae dicentes, non intelligunt Pauli se sententiae contraire, in Christo creatos principatus, & potestates, & thronos, & dominationes loquentis. Quod autem dicit creatos, nulli dubium est, quoniam sic ab exordio conditi sunt, & non postea istiusmodi acceperint dignitates. Verum haec breuiter sanxisse sufficiat, ad aliam eius ueniamus impietatem, quam uelut de profundissimis tenebris eructans loquitur, & blasphemiarum suarum pessimam mundo reliquit memoriam. Dicit enim spiritum sanctum non operari ea quae in anima sunt, nec ad irrationabilia peruenire. Quod adserens non recogitat aquas in baptismo mysticas aduentu sancti spiritus consecrari: panemque dominicum, quo Saluatoris corpus ostenditur, & quem frangimus in sanctificationem nostri: & sacrum calicem, quae in mensa ecclesiae conlocantur, & utique inanima sunt, per inuocationem & aduentum sancti spiritus sanctificari. Si ad irrationabilia, & ad ea, quae absque anima sunt, sancti spiritus fortitudo non peruenit, cur Dauid canit: Quod abibo à spiritu tuo? Quod dicens, ostendit sancto spiritu omnia contineri, & illius maiestate circumdari, si omnia in omnibus, utique & irrationabilia, & inanima sunt. Et alibi legitur: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Quod nunquam scriptura memoraret, nisi irrationabilia quaeque, & inanima illius numine complerentur. Verum non est contentus hoc sine blasphemiae, sed in morem lunaticorum, qui furor suum in lisione dentium, & spumantium saliuarum eiectione testantur, rursus eructuat & dicit: Filium dei, id est, rationem, & sermonem, ac uirtutem eius, ad ea tantum quae rationalia sunt peruenire. Quod audiens, miror unde sumperit, aut quomodo legisse se nesciat: Omnia per ipsum facta sunt. Ex quo adprobatur, ad cuncta uerbi dei fortitudinem peruenire. Forsitan oblitus & illius historiae, quando uirtute Christi Lazarus suscitatus est, cuius utique corpus eo tempore, quo de morte surgebat in uitam, ut anima, ita & ratione caruit. Ignorauit & illud, quod de quinque panibus quinque milia saturata sunt hominum, exceptis mulieribus, & infantibus: & superfuerunt duodecim cophini fragmentorum. Quod utique Christi fortitudo perfecit. Arbitror eum nec illius miraculi recordatum, quando irrationabiles maris fluctus diuino calcans pede, tranquillitati nauigantium reddidit. Quae Christi uirtus, & non alterius patrauit imperium. Quomodo ergo non toto corde, & animo & corpore perhorrescit, dicens fortitudinem uerbi dei irrationabiles creaturas non posse pertingere? Et qui iactat se

**C** in scientia scripturarum, & putat tanta legisse, quanta nullus hominum legisset, sciat scriptum, quod ægrotantes in lectulis deferebant, & ponebant in triuijs & plateis, ut Petri eos umbra contingeret & sanaret, quod sacra Apostolorum Acta testantur, arguentia Origenis stultitiam, per quam id Apostolorum umbra fecisse conuincitur, quod ille filium dei, uerbum dei non potuisse testatur. Simili errore deceptus, & nesciens quid loquatur, eorum qui nolunt dei prouidentiam usque ad omnes creaturas, & mundi inferiora descendere, sed tantum in cœlorum regionibus commorari, ut scilicet id umbra fecerit Petri, quod implere Saluatoris fortitudo non quiuerit. Sed & ad illa ueniamus, Apostolo enim de primogenito filio dei perspicue proclamante: Hoc intelliget unusquisque in nobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Ille ausus est dicere, quod anima Saluatoris se euacuauerit, & formam serui acceperit, ut Ioannes mentitus esse credatur, qui ait: Verbum caro factum est, similem nostræ conditioni ingerens Saluatorem, dum non est ipse qui se euacuauit, & formam serui accepit, sed animam illius, & fidem, quæ omnium confessione firmata est, sua impietate dissoluit. Si enim anima Saluatoris est, quæ fuit in forma dei, & æqualis deo, iuxta Origenis insaniam: æqualis autem deo filius dei est, & quod æquale deo est, eiusdem conuincitur esse substantiæ, ipse nos disputationis ordo perducit, ut unius naturæ animam & deum esse credamus. Quod cum dicat, sequitur ut nostras quoque animas non alterius à deo naturæ esse contendat, nulli dubium nostras animas, & animam Saluatoris unius esse substantiæ, ut iam factor atque factura unius naturæ sint. Et quomodo in Christo creata sint omnia, si animæ hominum eiusdem cum creatore substantiæ sunt? Verum non est ita, Fratres, nec anima Saluatoris, sed ipse filius dei cum esset in forma dei, & æqualis deo, se exinaniuit, formam serui accipiens. At Origenes in profundum impietatis demersus cœnum, non intelligit se gentiliū esse participem, qui Idola pro deo uenerantes: dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & immutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, quod & iste incurrens, simili errore deceptus est: in forma enim & æqualitate dei animam Saluatoris adfirmans, sicut superior sermo memorauit, impietati ethnica æqualis est. Ut enim illi immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, dicentes deos esse qui non erant, sic iste immutauit gloriam incorruptibilis dei, in forma illius & æqualitate animam Saluatoris adserens, quæ creata est, & hanc se euacuasse, & non uerbum dei ad terrena uenisse, sicut Apostoli adfirmat auctoritas. Nec erubescit, ex multiloquio immemor sui, & animam hominis nolens à conditionis exordio sic uocatam, sed ex eo, quod quæ prius mens & sensus erat, frigus negligentia & infidelitatis adsumpsit. Quæ etymologia magis Græcæ quàm Latinæ linguæ conuenit. Si autem æqualem deo, & in forma illius constitutam animam adserit Saluatoris, ergo & illa ex frigore charitatis sortita uocabulum est, & prioris nominis perdidit dignitatem: Generalis enim illius disputatio est, animas hominum appellatas ex eo, quod calorem pristini feruoris amiserint. Igitur si omnium animarum recepto frigore sunt uocatae, & confitetur animam habuisse Saluatorem, sequitur ut & ipsam de mente & sensu dicat ad huiusmodi uocabulum commigrasse. Quod licet sermo nec taceat, aperta que impietas illius insaniam reprimat, tamen ipsa dicere necessitate compellitur, quæ prioribus dictis ordine necesse sequentia. Aut enim negare debet

**A** debet habuisse animam Saluatorem, ut apertissime contra Euangeliorum ueniat auctoritatem: aut si non potest sibi contraria loqui, etiam hanc ex frigore charitatis de mente & sensu confitebitur animam nuncupatam: omnium quippe animas, qui recesserint à deo, & calorem diuinæ charitatis amiserint, ex frigore æstimat appellatas. Quis non credat eum hoc sacrilegij sine contentum? Aliam *Animam et si* rursus filio dei necesse calumniam, & hijs uerbis loquitur: Si sicut pater & filius *lium dei unum* unum sunt, ita & anima, quam adsumpsit filius, & ipse filius dei unum sunt. Nec *esse Origenes* intelligit patrem & filium unum esse propter communionem substantiæ, & eandem *affirmat.* diuinitatem, filium autem & animam eius diuersæ, & multum inter se distantis esse naturæ: Etenim si sicut pater & filius unum sunt, sic & anima filij, & ipse filius unum sunt, unum erit pater cum anima Saluatoris, & ipsa dicere poterit: Qui uidet me, uidet & patrem. Sed non est ita, absit hoc ab ecclesiastica fide: filius enim & pater unum sunt, quia non est inter eos diuersa natura. Anima autem & filius dei & natura inter se discrepant, & substantia, eò quod & ipsa à filio condita, sit nostræ conditionis atque naturæ. Si enim sicut pater & filius unum sunt, sic anima filij dei, & ipse filius unum sunt, unum erit ut iam diximus, anima & pater, deus & anima Saluatoris, splendor gloriæ & forma substantiæ eius esse credetur. Verum hoc dicere impium est atque blasphemum. Eiusdem igitur impietatis est, filium & animam illius unum dicere, cuius patrem & filium unum negare. Rursum immemor sui, contraria sibi loquitur, ait enim: Anima quæ turbata est, & tristis effecta, non erat ipsa unigenitus & primogenitus omnis creaturæ, nec uerbum dei, quod conditionem animæ superans, & uere filius dei in Euangelio loquebatur: Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum surmendi illam. Ergo si melior est & potentior filius dei anima sua, quod nulli dubium est, quomodo anima illius in forma dei esse poterat, & æqualis deo? qua dicit se euacuasse, & serui adsumpsisse formam? Omnes Hæreticos magnitudine *Origenes omnes Hæretica* blasphemiae superat: Si enim in forma dei, & æqualis deo uerbum dei est, in forma *cosuincit.* autem dei & æqualitate eius anima Saluatoris est, quomodo poterit inter æqualia aliud esse maius, aliud minus? Ea enim quæ inferioris naturæ sunt, sublimiorem naturam atque substantiam sui defectione testantur. Non ei sufficit ista blasphemia, sed trans flumina Aethiopiæ currum stultitiæ suæ dirigens, iterum furibundus exultat, tot dicens uoluntate sua deum condidisse rationabiles *De creatione* creaturas, quot poterat gubernare. Ut uirtutem dei imbecillitati hominum, & *error Origenis.* creatis quæ creata sunt comparet: Nam in humano corpore tot fortitudo eius membra sustentat & regit, quot potest ex eis infusa uegetare: & eam nobis tribuit temperantiam, quam ualet sua præsentia regere, tantumque uirtute sustentat, quantum possunt membra hominum sustinere. Deus autem maior hijs quæ ipse fabricatus est, cum illis mensuram in creatione præstiterit, quam rerum ordo poscebat, & quo amplius sustinere non poterat, plus potest quàm ea quæ facta sunt capiunt. At ille columen ueritatis, terminabilem dei adserit fortitudinem, & minoribus *Ironia.* artibus hominum: cementarij quippe, & hij qui struendarum domorum calient scientiam, maiora possunt edificare quàm fecerunt, si tamen queant fundamenta sustinere, quæ superædificanda sunt, nec fabricatio cogitationis artium finis est. Cumque opera tanta perfecerint, quanta rerum necessitas flagitabat, habeantque mensuram ultra quàm si fuisset aliquid extructum, indecens & inutile *Ars opere maior est.* probaretur, ars ipsa plus mente continet, quàm opere demonstrauit: nec sine rerum finis imponitur scientiæ, si tamen, ut dixi, quicquid mens conceperit, & magnitudine operum cogitatio dilatarit, possint ea quæ subiecta sunt sustinere. Et quomodo non impium est humanæ arti finem non imponere, nec operibus suis

**C** artificum scientiam coequare, & deum tanta fecisse dicere rationabilium creaturarum, quanta facere poterat: Audiat ergo & discat impius, non tanta est uirtus dei, quantas fecisse dicitur rationabiles creaturas, sed imponens mensuram operibus, ultra quem esse non poterant, & rerum numerum dispositionis suae arte concludens, ipse mensura & numero non tenetur. Ex quibus liquido apparet, non eum tanta fecisse, quanta poterat, sed quantum rerum necessitas expe-  
*Elegans comparatio.*  
 tebat, tantum eius fecisse uirtutem. Ponamus exemplum, ut quod dicimus manifestus fiat: Si quis opulentus paterfamilias conuiuas ad coenam uoluerit inuitare, & tantas offerre dapes, quae implere possint auiditatem coenantium, non statim quantum illi comederint, & quantum eis fuerit praeparatum, tantum diues dominus habere poterat, sed praebuit eis quantum conuiuii dignitas exposcebat: sic & omnipotens deus uincens comparationis exemplum, non tantas fecit creaturas, quantas poterat, sed tantae ab eo factae sunt, quantae debebant fieri. At ille uerborum seminarium, contexit & replicat, et ait: Tanta fecit deus, quanta poterat comprehendere, & sibi habere subiecta, suaeque prouidentia gubernare. Nec audit Prophetam dicentem: Si omnes gentes ut stilla de situla, & sicut momentum staterae computatae sunt, & quasi salua deputabuntur, cui adsimilatis deum? Et rursum: Quis mensus est manu aquam, & coelum palmo, & omnem terram pugillo? Si ad comparationem fortitudinis dei aqua mensuratur manu, & coelum palmo, & omnis terra pugillo: haec autem per metaphoram dicuntur, ut eorum quae facta sunt uilitas ex factoris magnificentia comprobetur: neque enim diuersitate membrorum compositus est deus: quo modo tanta fecisse dicitur, quanta poterat sua uirtute comprehendere: Calcemus quod coepimus, & sensum nostrum plenius explicemus. Si omnes gentes quasi stilla de situla, & quasi momentum staterae reputatae sunt, & quasi salua reputabuntur, per quae uerba omnium creaturarum uilitas, & parua substantia demonstratur, ut appareat incomparabilis sublimitas dei, ergo & fortitudo eius sicut stilla de situla, & sicut momentum staterae, & salua hominis reputabitur, si iuxta Origenem tanta fabricatus est, quanta poterat sua uirtute comprehendere: & necesse est numero mensuraeque factorum dei fortitudinem coequari, si tamen non potuit facere maiora, quam fecit. Verum non puto quempiam, non dico hominum, sed ne daemonum quidem haec de eo audere confingere, quae ille & sensit, & scripsit, tantam deum fecisse materiam, quantam ornare poterat, & in rerum formas diuidere. Quae sentiens rursum discat a nobis, non quanta fecit deus, tanta facere poterat, sed quantum mensuram rerum ordo poscebat, tanta fabricatus est deus, multo maiorem habens & artem & fortitudinem, quam ea quae facta sunt numerum atque mensuram. Ethoc sciat Prophetarum testimonijs comprobari, e quibus ait: Operuit coelos uirtus eius. Et alter clamitat: Terram autem sicut nihili fecit: Ut maiorem dei esse uirtutem huius quae facta sunt praedicarent. Porro quod dixit: terram sicut  
*Rom. 4.*  
 nihili fecit, de uniuersis creaturis Apostolus interpretans loquitur: Qui uocat ea quae non sunt, tanquam sint. Ut & per haec uerba discamus, maiorem esse fortitudinem dei, quam ea quae ab illo facta sunt. Et non erubescit contra dei fortitudinem disputans dicere, quod tantum possit deus, quantum ei ad operandum materia ministrarit: Nec intelligit aliam naturam esse factorum, & aliam eius qui factor est deus, neque posse tantum illam de qua aliquid fit, quantum is potest, qui ex ea aliquid fabricatur: diuersarum enim substantiarum diuersa est uirtus atque conditio. Quapropter si uolunt cum ecclesia dominicum Pascha celebrare, qui auctoritati scripturarum Origenis praefereunt deliramenta, audiant inclamantem deum:

Et non

**A** Et non ostendi illa tibi ut ambulares post ea. Ac Prophetam lachrimabiliter commonentem: O o fugite de terra Aquilonis, dicit dominus, quia a quatuor uentibus congregabouos, in Sion saluamini, qui habitatis filiam Babylonis. Ut erroris tenebras, frigusque ignorantiae relinquentes, ad ortum solis iustitiae, iuncti magorum studijs conuertantur, & inhabitantes calidissimam plagam coeli, quae in scripturarum feruore sentitur, pastores ecclesiasticos, sprete Origenis amentia, scititentur, & dicant: Vbi est, qui natus est rex Iudaeorum? Cum illum inuenierint  
*Præsepe Christi.*  
 iacentem in praesepe, humili uidelicet eloquio scripturarum, offerunt ei aurum, & stithus, & myrrham, id est, fidem probatam, & omni ueritatis splendore fulgentem, conuersationisque benevolentis flagrantiam, & continentiam, luxum uoluptatis, & fluitantia carnis incentiua siccantem: Qui enim post crebras  
*Magorum muliera.*  
 monitiones ecclesiasticae fidei contradicunt, duplici languore retinentur, nequitia & imperitia, & in morem serpentum toti ad terrena conuersi, adhaerentesque humo, bonis mala praefereunt, nec nouerunt quae sit differentia uirtutum atque uirtutum, & de sanctis scripturis in correptionem, & sanitatem sui medicamenta contemnunt, in morem praegnantium mulierum ueritatis fastidia sustinentes, quae solitos cibos respuunt, & noxia quaeque sectantur, nec ualent contra ueritatis radios clarum animae lumen intendere, despicientes ecclesiasticam disciplinam, quasi porci uoluntantur in caeno, & unguenta contemnunt. Sed iustum est, ut saltem de exemplis quae inferimus recipiant sanitatem: sicut enim oculo officit lippitudo, & totum corpus populatur febris, as quoque & ferrum paulatim rubigo consumit, ita dogmatum peruersorum pernitiiosa contagio animarum negligentium pulchritudinem uiolat, & deformat eos mendaciorum pallore perfundit.  
*Errores animae sunt praerubigine.*  
**B** Obsecro, Fratres, ut ignoscatis dolori meo, sceleratas doctrinas in medium proferenti: Licet enim per Babyloniae flumina transferimus, ut captiuos ibidem commorantes ad festiuitatem Hierusalem pergere suaderemus, tamen misericordia dei ipsi captiuitatem non sensimus, prosperis uentis scripturarum uela pandentes. Nec obruerunt nos doctrinae haereticae gurgites intumescentes, nec mendaciorum tempestas terruit, neque torrentes iniquitatis in medio eorum pelago pertraxerunt, ubi iuxta Psalmistam canentem: reptilia quorum non est numerus, & Draco diabolus commorantur, uenenatissimum animal sanctorum lusibus patens: nec, ut cuncta breui sermone concludam, ex omni parte uentorum flabra consurgentia ecclesiasticam nauem subuertere potuerunt, & studiorum nostrorum saeuo turbine operire remigium. Et cum Salvatore domino, instar discipulorum illius, nauigantes transfretauimus, & portum quietis intrantes, pulcherrimum diuinorum uoluminum littus amplectimur, uarios carpentes flores scientiae, & niuea membra sapientiae pressis figentes oculis, in eis haeremus amplexibus, & si dominus concesserit, uiuentes cum ea, & in illius perseverantes amore cantamus: Amator fui pulchritudinis eius. *Sap. 8.*  
 Quotquot enim diligentius scripturas sanctas legunt, & per picta sermonum caelestium prata discunt, hac beatitudine perfruuntur: Qui autem relinquentes dominicam solennitatis uirorem, ad deserta transcendunt, in morem urbium quae absque muro sunt, hostiles daemonum impetus sustinent. Quapropter imminente festo celebrantes, intelligamus & nosmetipsos, & uniuersa quae nostra sunt, scientiamque & rationabilem animam nostram, quasi matrem cunctis studijs amplexemur, habentes radicem sermonis atque rationis scientiae notionem, sermonem autem, ut ita dicam, operis uestibulum. Porro opus sermonis & scientiae aedificij tecta perfecta, & firmissimum domus culmen impositum: sermo enim & ratio, & scientia, &

C tia, & fides absque opere cassa sunt & instabilia. Et ut aliquid propter eos qui  
*Scientia absq[ue] opere irrita est.* dialecticis artibus instituti sunt, ex illa doctrina uideamur adsumere, quo modo  
 si uerbum nomini coniungamus, perfectus sensus efficitur, uerbumque si so-  
 lum fuerit, aut nomen sine uerbo nihil est omnino quod dicitur, sic scientia abs-  
 que opere, & opus sine fide infirma sunt & caduca; & e contrario scientia ope-  
 ri copulata, perfectæ uirtutis indicium est. Tacita quippe animi cogitatio ar-  
 canus eius est sermo, quæ per linguam forinsecus resonans profert mentis sen-  
 tentiam. Cumq[ue] sermo fuerit opere consummatus, scientiæ & cogitationi nostræ  
 finis imponitur. Atqui cogitationis, & sermonis, & operis reddemus rationem  
 in iudicio, accusantibus se inuicem cogitationibus nostris, siue defendentibus  
 in die qua iudicaturus est deus abscondita hominum, per Iesum Christum, si-  
 cut Paulus Apostolus scribit. Quod cum ita sit, adpropinquante festiuitate do-  
 mini, dicamus ad eos quos Origenis error inuoluit, & fraudulentia captiuos te-  
 net: fugite de medio Babylonis, & resaluate unusquisq[ue] animam suam. Quam-  
*Babylon calix aureus.* uis enim iuxta uaticinium Prophetæ Babylon calix aureus esse dicatur, & com-  
 positione ac lepore uerborum ueritatis pulchritudinem præferat, & transfiguret  
 se in angelum lucis, tamen sciendum, quod quicumque bibunt de uino illius,  
 mouentur & corruunt, & contriti lamentatione sunt digni. Nos autem mortife-  
*Murus con- tinentiæ.* ris perturbationibus resistentes, muro continentiæ uallemus animam, & liberta-  
*uerberones* tem illius quotidiana uirtutum exercitatione tueamur: Sicut enim uenditi serui,  
 eorum qui pro eis dedere præcium & famuli & uerberones uocantur, ita qui a-  
 nimas suas uarijs uendidere desiderijs, horum quibus se tradiderint famuli nun-  
*Audacia quid sit.* cupantur, & quasi crudelibus obediunt dominis. Cumq[ue] & emendatores erro-  
 ris sui rigida fronte contemnant, temeritate stultitiam defendentes, ignorant  
 quod audacia nihil sit aliud, ut mihi quidem uidetur, nisi absque sensu & cogi-  
 tatione sententia, procul à se fugans gubernatorem perturbationum animum.  
 Cumq[ue] tali fuerit conspoliata præsidio, præceps in profundum fertur impietatis,  
 & quasi quodam amarissimo reumate lumen mentis obscurat, oculumq[ue] eius se-  
 cundum eloquium scripturarum intractabili tenebrarum nocte circumdat. Vnde  
 qui Origenis erroribus delectantur, festiuitatis dominicæ non sperent præco-  
 nia: nec unguenta, aurum, & margaritas quærant in luto, neque matrem suam  
 ecclesiam, quæ eos genuit & nutriuit, in magnis urbibus lacerent, qui aliquan-  
 do propter illum & discipulos eius gentilium in nos odia superant, & in di-  
 lectione eorum in nos maledicta congeminant, diuitumque obsident fores,  
*Esaiæ .1.* nec audire metuunt cum Iudæis: Filios genui & exaltaui, ipsi autem me spre-  
 uerunt. Qui mihi uidentur nescire omne uerbum ueritatis, non habens funda-  
 mentum. Et si ad horam audientem illexerit, ut putet uerum esse quod non est,  
 paulatim dissolui, & in nihilum redigi, uniuersamq[ue] sententiam, quæ in morem  
 torrentis de pessima mente profertur, obruere autorem suum: & literas, sylla-  
 basque, quibus erat contexta perdentem, absque sensu & sono, & ulla ima-  
 gine derelinqui, & instar uenenatissimi colubri percutere prolatorem suum,  
 statimq[ue] retrahere caput, & quasi in foramine mentis tabescere atque consu-  
 mi: Nam mendaciorum finis interitus est. Illi qui quondam iactabant se so-  
 litudinis amatores, saltem paruulam ad occultanda maledicta super labia furo-  
 ris sui ædificent cellulam, non de sanctis Hierusalem lapidibus, sed informi-  
 bus Babylonis saxis, quæ indolata, & inæqualia ruituræ domus parietes fulci-  
 ant. Quamquam effœminatæ auribus, & Gentilium odijs se nostri detractioni  
 commendent, carpentes ecclesiasticam disciplinam, & patientia nostra quasi  
 quodam temeritatis fomite abutentes. Tamen aliquando taceant & quiescant,  
 & audiant

A & audiant Prophetam dicentem: Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne  
 loquantur dolum. Desiderentq[ue] ea sapere, quæ digna sunt uita solitaria, & eccle-  
 siæ principem ac magistrum non contristent deum.

Vos autem obsecro, Fratres, ut in commune oremus pro eis, & prophe-  
 tali uoce dicamus: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachri-  
 marum? & plorabo die ac nocte uulneratos filiæ populi mei: dei misericordiam  
 deprecantes, ut liberet eos errore quo uincti sunt: & odium, quo aduersum nos  
 frustra insanunt, amore cõmutent. Vnde & nos oblitæ iniuriarum, indulgentissi-  
 mo eos cupimus recipere sinu, & illorum sanitatem & conuersionem ad deum  
 propriam sanitatem & gloriam computamus. Et si aliter non possunt curari, nisi  
 nostra humilitate, ultro eis satisfaciamus, nihil eis tulimus, nihil nocuimus,  
 tamen indignantur & sauiunt contra ecclesiæ medicamina, quibus uulneratis  
 sanitas redditur. Nos quæ scimus loquimur, & quæ didicimus prædicamus, ora-  
 tes ut qui ecclesiasticas despiciunt regulas, normam recipiant ueritatis, nec pro-  
 pter hominum confusionem, per quam difficulter errantes corrigi solent, per-  
 dant utilitatem poenitentiae. Et nunc dicimus, & ante prædiximus, & idem fre-  
 quenter ingerimus, uagari eos nolumus, nec per alienas errare prouincias, sed ad  
 extorres & furibundos cum Propheta clamamus, & loquimur: Saluamini de ter-  
 ra, & reuertimini, & nolite stare, recordamini qui procul estis à domino, &  
 Hierusalem ascendat super cor uestrum. Forsthan hæc audientes, ecclesiasticæ  
 congregationis amor subeat, et recordentur fraternæ in commune lætitiæ, & hym-  
 norum, quibus cum cæteris dominum concinebant, frigusque odiorum dile-  
 ctionis calore commutent, & intelligant nos medicos non inimicos, indulgentis-  
 simos patres, non hostili tumentes superbia. Neque enim fieri potest, ut quos  
 saluari uolumus, perire cupiamus, & non eis ecclesiasticam uirgam conuertit in  
 baculum, si tamen relinquentes errorem, ueritatem sequi uelint, & omittere teme-  
 ritatem lasciuientium puerorum. Sin autem respuunt eam, & contemnent  
 ecclesiasticam disciplinam, eleuant cornu suum contra regulas eius, & saluta-  
 ria spernentes consilia, proijciunt retrorsum, audiant dominum comminan-  
 tem: Homo qui fecerit in superbia, ut non audiat sacerdotem, qui stat ad  
 ministrandum in nomine dei sui, uel iudicem, quicumq[ue] fuerit in diebus illis mo-  
 rietur homo ille, & auferes malum de Israël, & omnis populus audiens ti-  
 mebit, & non impie aget ultra. Verum ne occupati circa uulneratorum cu-  
 rationem nostri immemores simus, & propria negligamus, ac iuxta quod  
 scriptum est: Alijs prædicantes, ipsi reprobi inueniamur, commonemus  
 stantes ut caueant, ne dum iacentibus manum porrigunt, ipsi corruant, &  
 ut seruantes ecclesiasticam disciplinam futurum iudicium reformident. Igitur  
 dominicum Pascha celebrantes, sanctis scripturarum purificemur eloquijs, &  
 ad trophæa Saluatoris respicientes, cuncta offendicula, quibus uitæ nostræ cur-  
 riculum retardatur, auferamus è medio. Auaritiam quasi fœneratorem pesti-  
 mum declinantes: uanæ gloriæ cupiditatem ut insatiabilem iugulemus feram,  
 & fornicationis blandum ac lubricum colubrum sollicita mente uitemus. Si  
 quando nobis prosperior rerum aura successerit, humilitate & mansuetudine  
 tumorem animi temperemus: Si aduersi uenti flauerint, fortitudine pressum  
 & iacentem animum suscitemus, ipsiq[ue] nostri peccati accusatores simus, ut sci-  
 entes nosmetipsos corripiamus, & iugi meditatione uirtutum libertatem ani-  
 mæ, quæ uitjs oppressa est, recuperemus. Quapropter positi in certamine  
 & sudore ac labore præsentium, futuram nobis solennitatis cœlestis gloriam  
 præparantes, priusquam stemus ante tribunal Christi, præterita peccata poeniten-  
 tia corri-

**C**tia corrigamus, praesenti fletu redimamus futura gaudia, aculeoq; conscientia in morem apium noxios peccatorum fucos repellamus, plena ceris ac melle alucaria reseruantes. Curemus diuersa uitiorum uulnera, & rapinas diuitum, quibus uel maxime hoc hominum capitur genus, crebris comonitionibus reprimamus. Et sic poterimus imminentium ieiuniorum iter carpere. Incipientes quadragesimae à tricesima die mensis Mechir, Et hebdomadam salutaris Paschae quinta die mensis Pharmuthi. Finientesq; ieiunia secundum Euangelicas traditiones uespere sabbati decima die Pharmuthi: Et inlucescente statim dominica, festa celebremus undecima die eiusdem mensis, iungentes & septem reliquas hebdomadas sanctae Pentecostes: ut cum hijs qui trinitatis unam confitentur diuinitatem, in caelis praemia recipiamus, in Christo Iesu domino nostro, per quem, & cum quo deo patri gloria, & imperium, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Quadragesimae  
mae obseruatio

Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes qui mecum sunt fratres, Et hoc necessario scribimus, ut sciatis pro sanctis & beatis Episcopis qui in domino dormierunt ordinatos esse in Lemnado pro Herone Naueam: in Erythro pro Sabatio Paulum. In Omboes pro Syluano Verrem. Hijs ergo scribite, & ab hijs accipite pacificas iuxta ecclesiasticum morem literas.

THEOPHILI

# THEOPHILI ALEX.

XANDRINAE VRBIS EPISCOPI, AD  
TOTIUS AEGYPTI EPISCOPOS LIBER  
PASCHALIS SECVNDVS. D. HIERONY-  
MO INTERPRETE.



**H**ristum Iesum dominum gloriae, Fratres charissimi, rursus consono uoce laudemus, & alacres adorantes, Prophetae uerba complentes, qui dicit: Cantate domino hymnum nouum, quotquot fidei perducentis ad regna caelorum participes sumus, sanctae solennitatis suscipiamus aduentum, & imminente festa totius nobiscum urbis festiuitate celebremus; clamante uno de sapientibus. Veni, comede in laetitia panem tuum, et bibe in corde bono uinum tuum, quoniam complacuerunt deo opera tua. Qui enim honorum operum sunt, & lacte infantiae derelicto solidioris cibi alimenta suscipiunt, diuinos sensus altius intuentur, & saturati spiritali cibo, laudatorem & testem uitae suae habent deum, & ad istiusmodi conuiuas Ecclesiastes loquitur: *Omnino tempore sint uestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Ut uirtutum ueste circumdati, splendorem solis imitemur, & quotidiana lectione sanctarum scripturarum infundat oleum sensui suo, & paret mentis lucernam, quae iuxta praecipitum Euangelij luceat omnibus qui in domo sunt. Igitur conuiuas tamen* *Matth. 5.*  
**B**mus: Laudabo dominum in uita mea, psallam deo meo quam diu sum. Festi- *Psal. 103.*  
latur, in qua nec dissensiones sunt, nec ruinae, & de altero ad alterum transmigrationis, omnium uoluptate calcata, & compressis luxuria fluctibus, qui aduersum nos crebrius intumescunt, caelestibus misceamur choris, ut iam nunc illuc mente translati, et angustiora uidentis loca, simus quod futuri sumus. Qua beatitudine indignos se fecere Iudaei, qui scripturae sanctae opibus derelictis, & paupertati intelligentiae ad- quiescentes magis usque hodie audiunt: Semper errant corde. Et nolunt praesente Christo dicere: Benedictus qui uenit in nomine domini. Praesertim cum omni uoce *Psal. 94.*  
opera clariora deum illum esse testetur, & nequaquam dicere: haec dicit dominus, sed: *Psal. 117.*  
ego dico uobis. Per quae ostendit se latorem legum, & dominum deum uerum, & non esse unum quemlibet Prophetarum: neque enim diuinitatem eius, quae nullis locorum spatijs circumscribitur, adsumptio seruilis formae poterat obscurare, nec angustia humani corporis ineffabilem maiestatis terminare uirtutem, quem operum magnitudo dei filium comprobat. Nam cum fremetis maris elatos gurgites, & instar montium intumescentes, tranquillitati subitae reddidisset, Apostolorum nauicula de naufragio liberata, & imperium praesentis domini aquarum profunda sensissent, cumque conuictibus uentis, & ex omni parte fluctibus excitatis, tanta discrimina Saluatoris iussione cessassent, quasi diuino spiritu afflati, qui pariter nauigabant: Vere, inquit, filius dei es. Non ambigentes de diuinitate, cuius magnitudinem opera loquebantur: De illo enim prophetale uaticinium est: Tu domini *Matth. 14.*  
canticum signat, ut non solum in uerbo, sed & in uirtute deus uerus, qui uisus est, crederetur, excellentia operum quod latebat ostendete. Perfectus deus propria uoluntate quicquid humanae fuit & naturae & conditionis adsumens, absque peccato dumtaxat &

Cxat & malitia, quæ nullam habet substantiã, infans nascitur, Emanuel adoratur; Magi de oriente ueniunt, deum dei filiũ genu posito confitentur, tempore passionis pendens in cruce solis obscurat radios, nouo inauditoq; miraculo diuinitatis suæ exprimens magnitudinẽ. Et indiuisus & inseparabilis, nec in duos saluatores quorundam errore seiunctus. Vnde & ad discipulos loquebatur: Nolite uocare magistrum super terram: unus est enim magister uester Christus. Neq; enim cum hæc Apostolis diceret, à corpore, quod patebat aspectui, diuinitatis excellentiam separabat. Nec quando unum se Christum dei filiũ testabatur, animã diuidebat & carnem; non alter & alter, sed unus atq; idem utrunq; subsistens, deus & homo, dum feruus uidetur, & dominus adoratur: siquidem in humani corporis uilitate ineffabilem celabat deum, & rursum fragilitatem carnis diuinis operibus excedebat. Et ne unus quislibet sanctorum, ut à plerisque æstimatum est crederetur, sed ille quem & Paulus ostendere uolens, scribit: Unus deus, unus & mediator dei & hominũ, homo Christus Iesus. Et iterum: Mediator autem unius non est, deus autẽ unus est. Quia unus filius patris nostricq; mediator, nec æqualitatem eius amisit, nec à nostro consortio separatus est, inuisibilis deus, & uisibilis homo: forma serui absconditus est, & dominus gloriæ confessione credentiu cõprobatur. Neq; enim priuauit eum pater naturæ suæ nomine, postquã pro nobis homo, & pauper effectus est, nec in Iordane fluuio baptizatum altero appellauit uocabulo, sed filium unigenitũ: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Nec similitudo nostra in diuinitatis est mutata naturã, nec diuinitas in nostræ naturæ uersa est similitudinẽ, sed manens quod à principio erat, deus uerbũ, & in se nos glorificans, non uenit, iuxta Hieremiam, ut diceret: Heu mihi mater, ut quid me genuisti: uirum qui iudicaret omni terræ non profuit: neq; profuit mihi quisquã qui libertatẽ damnaturus aduenerat. Nec iuxta Esaiam uociferabatur: Vx mihi, quia cum sim homo, & immunda labia habens, & in medio populi immunda labia habentis habitem, regem dominũ sabaoth uidi oculis meis. Ipse enim erat rex gloriæ, ut in uicesimo tertio Psalmo scriptũ est: In patibulo uictor existens, & hostilia bella compescens, ut hominem fictum ex humo cœlorũ habitorem faceret, & trophæi sui cõmunionẽ donaret. Igitur quanquã hoc nolint, qui eum putant in alium commutatum, Iesus Christus heri & hodie, ipse est & in æternum, nunquã habiturus regni sui finem iuxta sceleratum Origenis errorem, ne cessante regno, etiam æternitate priuaretur, sed corã omnibus loquens: Ego in patre, & pater in me. Et docere nos cupiens, quod & pater in filio, & filius in patre creaturis omnibus imperaret, & hoc ipsum roborans inferebat: Ego & pater unum sumus, ne quis unum suum patrisq; regnũ humanæ carnis occasione diuideret. Quod si iuxta Origenis insaniam aliquãdo amissurus est regnum Christus unigenitus filius dei, quomodo ipse Apostolis loquebatur: Ego & pater unum sumus, non unũ postea habiturus imperium: ut scilicet hic habeat gloriã, quam ibi depositurus est. Et ubi erit quod semper filius in patre, & pater in filio est, si regnũ filij non erit certum? Verum qui ita se habere contendunt, si tamen non egerint penitentia pereant, & ad hos zelo fidei pietatisq; commotus loquatur Moyses: Maledictus tu in ciuitate, & maledictus in agro. Psalmista pariter increpante: Deficiant peccatores de terra, & iniqui ut ultra non subsistant. Equidem scire nõ possum, qua temeritate Origenes tanta confingens, & non scripturarũ autoritatem, sed suum errorem sequens, ausus sit cunctis in medium nocitura proferre, nec æstimauerit unquã ullum hominũ fore, qui suis adsertionibus contrairer. Philosophorũ argutias proprijs tractatibus miscuisset, & malo exordio in fabulas quasdam & deliramenta procedens, Christianum dogma ludum & iocum faceret, nequaquã diuinã doctrinã ueritate uens, sed humanæ mentis arbitrio, & in tantam se ipso magistro intumescens superbia, ut non

Matth. 23.

1. Timot. 2.

Lucæ 2.

Hierem. 15.

Esaiæ 6.

Deut. 28.

Psal. 103.

Iudũ iocumq;  
fecit Origenes  
ex Christiani-  
simo.

A ut non imitaretur humilitatem Pauli, qui plenus spiritu sancto contulit cum prioribus Apostolis Euangelium, ne forte in uacuu curreret, aut cucurrisset, sed ignorans quod dæmonici spiritus esset instinctus, sophismata humanarũ mentium sequi, & aliquid extra scripturarum autoritatem putaret diuinum. Quiescant ergo aliquando, qui regni Christi finem somniantes, uerbositatis Origenis cupiunt esse parafiti, nec cum fidelibus ambulantes, fidem quam non habent simulet. Quin potius discant, quod omnis fraudulentia aliud & aliud ostendat, ut sub uirtutis specie uitia celare nitatur. Etenim cũ in crucis ignominia, quam pro nobis passus est, non amiserit Christus esse dominus gloriæ, iuxta beatum Apostolum, clamantibus contra Iudæis: Qui destruis templũ, & in triduo ædificas, saluũ te ipsum fac, si filius dei es, descende de cruce. Et carne patiens, pendensq; in patibulo, fortitudinẽ propriæ maiestatis ostendit, solem de cursu quiescere faciens, & signorum magnitudinẽ plenam fidei uocem latroni extorquens: Memento mei domine cum ueneris in regnum tuum. Nunquam post resurrectionis gloriã perditurus est regnum, licet innumeros contra eum Origenes blasphemiarũ lapides iactet. Aut cuius est consequentia, perpetuitatem regni discipulis polliceri, & dicere: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi: & ipsum carere quod alijs tribuit: Vel quomõ scribente Paulo ad Corinthios: Absque nobis regnatis, & utinam regnaretis, ut & nos regnaremus uobiscum, intelligi poterit regnum Christi post multa tempora terminandum: præsertim cum Ioannes clamet: Et qui defursum uenit super omnes est: Et Apostolus scribat: Quorũ patres, & ex quibus iuxta carnem Christus, qui est super omnia deus benedictus in æternum. Itaq; nulli dubium est, quin qui deus permanet in æternum, simul habeat & regnum, & super ipsos quoq; quos regni possessione donauit, rex perpetuus appelletur, congruum habens diuinitatis imperium, nec quicquam inferude & nouum, nisi adsumptionem fragilitatis humanæ. Si enim iuxta Origenis insaniam, post multorum circulos seculorum Christi regnum est finiendum, consequens impietati eius est dicere, ut & deus esse aliquando desistat: & qui regni terminos ponit, cogitur idem de diuinitate sentire, quæ perpetuitatem imperij naturaliter possidet. Quod si regnat sermo dei, utiq; deus est, & hac ratione colligitur, quicumq; tentauerit finem regno eius imponere, ad id eum deuolui, ut Christum credere compellatur, & deum esse desinere. Sed hæc garriat magister indoctus cũ peccatoribus impijs, nos Christi regnũ credamus æternum, & in solenni die canteamus cum angelo, atq; dicamus: Regni eius non erit finis: si enim unum cum patre est, nunq; ex eo quod unum est cessaturus est, & unio patris & filij nunq; diuidetur in partes, nec quod dicunt unum sunt aliquando unum esse desistent. Facessant igitur stultissimi mortaliũ, imò descendant in infernum uiuentes, sicut Psalmista testatur, & præceptorem impietatis suæ ibi esse cernentes clamitent: Et tu captus es sicut & nos, inter nos reputatus es, descendit in infernum gloria tua: & reliqua. Talis pastor gregis morbidi Christũ ubiq; suggillat iniurijs, & diabolum honore sustollit, dum illum adserit purgatum uitijs atq; peccatis pristinam aliquando gloriã recepturũ, & hunc regnare desistere, simulq; cum diabolo sub patris imperio redigendum, ut magis ad Origenis blasphemias, quàm ad uociferationem Iudæorum Propheta mirabundus exclamet: Obstupuit cœlum super hoc, & horruit ualde, dicit dominus, ed qd duo mala fecerit Origenes, Christũ adserens regnare desinere, & diabolum ad culmen, de quo ceciderat, ascensurũ. Talem sceleris sui profundum lacum fodiens, qui aquas continere non possit, æqualem quantum in se est, diabolu facit filio dei, dum detrahit illi regni gloriã sempiternã, & imperio patris eũ subijcit cum dæmonibus. Verũ istiusmodi uox impia proterat, ut sciamus regnum Christi esse perpetuũ, ipso loquente ad discipulos suos: Vos perse-

Fraudis ingenium.

Matth. 27.

Luc. 23.

Matth. 25.

1. Cor. 4.

Æternũ Christi regnum.

Dæmones saluandos asserit Origenes.

Luc. 22.

s uerastis

**C** uerastis mecum in tentationibus meis, & ego statuo uobis testamentum æternum, ut bibatis & comedatis semper super mensam meam in regno meo. Quomodo enim impleri potest hoc, quod dicitur, semper, nisi perpetuum regnum sit, & nullo fine claudendum. Quod & Magi intelligentes, uersi ad penitentiam studiosius percunctabantur: Vbi est qui natus est rex Iudæorum: uidimus enim stellam eius in oriente, & uenimus ut adoremus eum. Magi fatentur Christum regem, & Origenes negat, dicens eum non in perpetuo regnaturum, nec animaduertit se Iudæorum blasphemis similem. Legimus in Euangelio, cum dominus atque Saluator, fortitudinis suæ & patientiæ exemplar ostendens, crucem scanderet, Pilatus inscripsit titulum, & posuit super caput eius, scriptum erat: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Istum titulum multum legunt Iudæorum, qui erat scriptus hebraice, græcè, & latine. Dicebant ergo Pilato principes sacerdotum & Iudæorum: Noli scribere quod rex Iudæorum sit, sed quod ille se dixerit

*Origenes Pilato deterior est.* regem Iudæorum. Respondit Pilatus: quod scripsi, scripsi. Cum ergo Pilatus nec seditione, nec precibus ad hoc potuerit adduci, ut regnum Christi de titulo tolleretur, sciat Origenes absque ulla necessitate se hoc facere, quod fecerunt Iudæi, ut regnum Christi æstimet terminandum. Illi quidem in terra positum regem negabant, hic regnantem in celo, quantum in se est, detrahente nititur, ut accusator sceleris sui habeat Pilatum, qui Iudæis respondit: quod scripsi, scripsi. Veniat & prophetalis sermo in medium, ac regnum Christi tota prædicet libertate: Gaude filia Sion, prædica filia Hierusalem, latere & exulta de toto corde tuo filia Israël, abstulit dominus iniquitates tuas, redemit te de manu inimicorum tuorum, rex Israël in medio tui, non uidebis ultra mala. Neque enim quos semel saluos fecit, iterum præcipitabit in celo, et dimittet iuxta Origenis deliramenta & fabulas, ut rursus de sublimibus corruant. Et hoc quod dicitur, non uidebitis ultra mala, æternæ securitatis indicium est, quod qui semel fuerint liberati, & regni celorum possessione perfructi, nequaquam uitium trahantur ad terram, nec dei priuentur auxilio, qui eis, iuxta eloquium prophetale, ponet murum, & circummurale, sua eos uirtute circumdans. Vnde & Psalmista canit:

**Psal. 124.** Non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Et dominus protestat: Non te dimittam, nec deseram. Frustraque somniat ascendere animas in celum, & descendere, & nunc proficere, nunc ad inferiora delabi, ut per ruinas innumerabiles sæpe moriantur, & Christi passio irrita fiat: Qui enim semel pro nobis mortuus est æternam nobis uictoriæ suæ lætitiā dedit, quæ nulla uitiorum mole tenuetur. Nec quisquam hominum crebrius moritur, quod Origenes ausus est scribere,

*Origenes Stoicorum dogmata deriuauit in sacram scripturam.* Stoicorum impiissimum dogma diuinarum cupiens scripturarum autoritate firmare. Verum quid ista memoramus? cum in tantam irruerit uictoriam, immoderantiam, ut aliud Saluatori crimen impingat, dicens eum & pro dæmonibus ac spiritualibus nequitijis apud superiores adfigendum cruci: Nec intelligit in quam profundum impietatis corruat barathrum: Si enim Christus pro hominibus passus homo factus est, ut scripturarum testantur eloquia, consequens erit ut dicat Origenes, & pro dæmonibus passurus, dæmon futurus est: hoc enim necessitate cogetur inferat, ne ab eo quod cepit discrepare uideatur imitator, et illi enim Christo similiter loquebantur: Dæmonium habes, & in beelzebub principe dæmoniorum ejcis dæmonia. Sed absit ut pro dæmonibus Christus passurus sit, ne & ipse dæmon fiat. Et qui hoc credunt, rursus crucifigunt, & ostentui habent filium dei, qui nequaquam ut semen Abraham adprehendit, ita adsumet & dæmonum, ut pro illis quoque crucifigatur. Nec dæmones pro se deum in passione cerentes, cum Propheta clamabunt: Hic peccata nostra portauit, & pro nobis dolet.

**Esa. 53.** Neque cum Esaia dicent: Liuore eius sanati sumus. Nec pro dæmonibus, sicut

**Hier. 11.** pro hominum genere, quasi ouis Christus ducetur ad uictimam. Nec pro eorum salute dicitur: proprio filio non pepercit, quia nec dæmones clamabunt: traditus est pro peccatis nostris, & resurrexit pro iustificatione nostra. Paulus quidem scribit: Tradidi enim uobis in primis, quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. Illas in testimonium uocans, & uolens earum autoritate firmare quod dubium est, Origenes autem absque ullo diuinae uocis testimonio uim facere nititur ueritati, & extincta lucerna inuenire eam fautor dæmonum & non hominum, crebris calumnijs lacescit filium dei, & denuo crucifigit: non intelligens in quam profundam & horribilem impietatis uoraginem detrahatur. Consequens enim est, ut qui priora susceperit, suscipiat et quæ sequuntur: & qui pro dæmonibus Christum dixerit crucifigi, ad ipsos quoque dicendum esse suscipiat: Hoc est corpus meum. Et: Accipite, & bibite, hic est sanguis meus. Si enim & pro dæmonibus crucifigetur, ut nouorum dogmatum adfertor adfirmat, quod erit priuilegium, aut quæ ratio, ut soli homines corpori eius sanguinibus communicent, & non dæmones quoque, pro quibus in passione sanguinem fuderit? Sed nec dæmones audient: Accipite, & edite. Et: Accipite, & bibite. Nec dominus sua præcepta dissoluet, qui discipulis ait: Nolite dare sanctum canibus, nec mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi disrumpant uos. Nam & Apostolus scribens: Nolo uos participes dæmonum fieri, non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum: non potestis mensam domini participari, & mensam dæmoniorum, impossibile esse demonstrat dæmonas de calice domini bibere, & de mensa eius participari. Cibum diaboli negatores, dei sunt, Abacuk loquente: Escæ eius electæ, cibus autem impiorum omnium execrabilis ipse diabolus, Propheta uaticinio concrepante: Dediti eum escam populis Aethiopibus. Ex quibus omnibus adprobatur, Christum pro dæmonibus non posse crucifigi, ne dæmones corporis & sanguinis eius participes fiant. Cum ergo & Apostolus de Saluatore significet: hoc enim fecit semel, seipsum offerens, & Origenes tam audaciter illius sententiæ contradicit, tempus est illud inferre: Terra, terra audi uerbum domini, scribe uirum istum abdicatum. Quis enim infernus hæc mala suscipere potest? Qui tartarus de rebus istiusmodi cogitare? Quæ Gigantum insania tam rebellis extitit, & turrim impietatis extruxit? Quæ libido lasciuens, & dæmonum amore deperiens, sic uniuerso dogmati transeunti diuaricauit cura mentis suæ? Quis in tantum de Sodomitica uinea bibit, ut inebriatus uino furoris eius toto corde conciderit? Quis Babyloniorum ita fluminum gurgitibus irrigatus, uiuos Israël fontes reliquit? Quis egrediens de Hierusalem, & Hieroboam filij Nabath imitator existens, tot errorum fabricatus altaria est, et ararum profanatura succendit? Cur Dathan & Abiron, qui minora peccarunt, non ueniant ante tribunal Christi, & sui eum comparatione condemnent, qui extra ecclesiam Saluatoris uariarum doctrinarum thuribula diabolico igne compleuit? Neque enim dominus, qui loquitur per Prophetam: ego uisiones multiplicauit, & in manibus Prophetarum adsimilatus sum, adulterinas eum docuit proferre doctrinas, nec qui à principio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt uerbi dei, nec Prophetarum chorus, qui olim uocabantur Videntes, hæc eum instituit, sed ipse suæ mentis arbitrio, furori dæmonum seruens, & blando cogitationum errore deceptus, gregem, & ut ita dicam, examen dogmatum peruersorum, per totum orbem immisit mentibus indoctorum. Iste est qui Assyrijs Babylonijsque fluminibus aperuit os suum, qui nauem ecclesiæ bonarum mercium plenam salutis doctrinæ fluctibus operire conatus est: dum Imperatorum laude sustollitur, & scripturarum sensum aliter, quam se habet ueritas edisserens, gloriatur in confusione sua. Quis enim tam innumerabiles, & garrulos, & uerbositate atque imperitiæ plenos conscripsit libros, & infatigabili studio dies noctesque coniunxit, ut errorum monumenta dimittens, mereretur audire: Multis itineribus tuis deceptus es, Vfus est

**A** pro peccatis nostris, & resurrexit pro iustificatione nostra. Paulus quidem scribit: Tradidi enim uobis in primis, quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. Illas in testimonium uocans, & uolens earum autoritate firmare quod dubium est, Origenes autem absque ullo diuinae uocis testimonio uim facere nititur ueritati, & extincta lucerna inuenire eam fautor dæmonum & non hominum, crebris calumnijs lacescit filium dei, & denuo crucifigit: non intelligens in quam profundam & horribilem impietatis uoraginem detrahatur. Consequens enim est, ut qui priora susceperit, suscipiat et quæ sequuntur: & qui pro dæmonibus Christum dixerit crucifigi, ad ipsos quoque dicendum esse suscipiat: Hoc est corpus meum. Et: Accipite, & bibite, hic est sanguis meus. Si enim & pro dæmonibus crucifigetur, ut nouorum dogmatum adfertor adfirmat, quod erit priuilegium, aut quæ ratio, ut soli homines corpori eius sanguinibus communicent, & non dæmones quoque, pro quibus in passione sanguinem fuderit? Sed nec dæmones audient: Accipite, & edite. Et: Accipite, & bibite. Nec dominus sua præcepta dissoluet, qui discipulis ait: Nolite dare sanctum canibus, nec mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi disrumpant uos. Nam & Apostolus scribens: Nolo uos participes dæmonum fieri, non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum: non potestis mensam domini participari, & mensam dæmoniorum, impossibile esse demonstrat dæmonas de calice domini bibere, & de mensa eius participari. Cibum diaboli negatores, dei sunt, Abacuk loquente: Escæ eius electæ, cibus autem impiorum omnium execrabilis ipse diabolus, Propheta uaticinio concrepante: Dediti eum escam populis Aethiopibus. Ex quibus omnibus adprobatur, Christum pro dæmonibus non posse crucifigi, ne dæmones corporis & sanguinis eius participes fiant. Cum ergo & Apostolus de Saluatore significet: hoc enim fecit semel, seipsum offerens, & Origenes tam audaciter illius sententiæ contradicit, tempus est illud inferre: Terra, terra audi uerbum domini, scribe uirum istum abdicatum. Quis enim infernus hæc mala suscipere potest? Qui tartarus de rebus istiusmodi cogitare? Quæ Gigantum insania tam rebellis extitit, & turrim impietatis extruxit? Quæ libido lasciuens, & dæmonum amore deperiens, sic uniuerso dogmati transeunti diuaricauit cura mentis suæ? Quis in tantum de Sodomitica uinea bibit, ut inebriatus uino furoris eius toto corde conciderit? Quis Babyloniorum ita fluminum gurgitibus irrigatus, uiuos Israël fontes reliquit? Quis egrediens de Hierusalem, & Hieroboam filij Nabath imitator existens, tot errorum fabricatus altaria est, et ararum profanatura succendit? Cur Dathan & Abiron, qui minora peccarunt, non ueniant ante tribunal Christi, & sui eum comparatione condemnent, qui extra ecclesiam Saluatoris uariarum doctrinarum thuribula diabolico igne compleuit? Neque enim dominus, qui loquitur per Prophetam: ego uisiones multiplicauit, & in manibus Prophetarum adsimilatus sum, adulterinas eum docuit proferre doctrinas, nec qui à principio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt uerbi dei, nec Prophetarum chorus, qui olim uocabantur Videntes, hæc eum instituit, sed ipse suæ mentis arbitrio, furori dæmonum seruens, & blando cogitationum errore deceptus, gregem, & ut ita dicam, examen dogmatum peruersorum, per totum orbem immisit mentibus indoctorum. Iste est qui Assyrijs Babylonijsque fluminibus aperuit os suum, qui nauem ecclesiæ bonarum mercium plenam salutis doctrinæ fluctibus operire conatus est: dum Imperatorum laude sustollitur, & scripturarum sensum aliter, quam se habet ueritas edisserens, gloriatur in confusione sua. Quis enim tam innumerabiles, & garrulos, & uerbositate atque imperitiæ plenos conscripsit libros, & infatigabili studio dies noctesque coniunxit, ut errorum monumenta dimittens, mereretur audire: Multis itineribus tuis deceptus es, Vfus est

**C** enim duce pessimo, AVRAPOPVLARI, & plurimis falsæ scientiæ uoluminibus exaratis, ac rebellis contra deum mente pugnans, ungento cœlestium doctrinarum faniem quandam, & pedorem sui fœtoris immiscuit, ut rursus ad suam animam diceretur: Immunda & famosa, & nimia iniquitatibus. Neque enim Prophetam audire uoluit commonentem: Quare diligitis uanitatem, & queritis mendacium? Qui pro dæmonibus Christum adfigit cruci, ut non solum dei & hominum, sed dæmonum quoque mediator fiat. Verum absit tam immane nefas de Salvatore credere, ut templum corporis sui, quod pro nobis suscitare dignatus est, amissurus, aliud sibi templum dæmoniacæ conditionis adfigat, ut illorum quoque recepta similitudine pro ipsis patibulum subeat. Obsecro, Fratres charissimi, ut ignoscatis doctori meo doctrinis impijs resistenti: dum enim impudentiam sectatorum eius repercutere nitimur, compagem lorice ipsius, & uenenati pectoris fraudulentias in medium protulimus: ut illud quoque compleretur in eo: Reuelabo ignominiam tuam, & ostendam eam amatoribus tuis. Nam inter cætera etiam resurrectionem à mortuis, quæ spes salutis nostræ est, ita corrumpit et uiolat, ut audeat dicere, corpora nostra rursus corruptioni, & morti subiacta suscitari. Responde mihi o impietatis caput, quomodo iuxta Apostolum Paulum uicerit Christus eum, qui mortis habebat imperium, hoc est diabolus, si corruptibilia, & mortalia iterum corpora resurrectura sunt: Quid nobis profuit Christi passio, si mors atque corruptio denuo nostra corpora possessura est? Aut quid sibi uult Apostolus, scribens: Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificabuntur, si resurgentibus mors sua dominabitur. Vel quomodo qui ista credunt possunt ex animo dicere: Christus dei uirtus, & dei sapientia: uolentes illo fortiolem esse mortem, quæ suscitata ab eo corpora deletura est, nec probetur ex omni parte superata. Verum & Origenem tam impie resistentem, Christus dominus noster, & mortem uicit, & diabolus qui habebat mortis imperium sua uirtute destruxit, parato nobis in cœlo uictoriarum suarum triumpho. Nec idcirco corpora suscitabit, ut rursus perirent, sed illorum incorruptione perpetuam mortem corruptionemque deleuit. Vnde liberati à cunctis malis passionis dominicæ festa celebremus, & iuxta Euangelij parabolam: Cernentes à sapientia immolari tauros & altilia, uescamur fortioribus, plenisque neruorum, & pinguioribus doctrinarum cibus, ut lac infantia deferentes, solidiora capiamus alimēta, causamque malorum omnium fugiamus, imperitiam, quæ cum multorum diuersis hæresibus uinxerit pedes, Origene maxime sui frustrator amator, qui inter cætera ausus est dicere: Non esse orandum filiū, neque cum filio patrem; ac post multa secula Pharaonis instaurauit blasphemiam, dicentis: Quis est ut audiam uocem eius? nescio dominum, & Israël non dimittam. Nec est aliud dicere, nescio dominum, quam hoc quod dicit Origenes, non est orandus filius, quæ certe dominum confitetur. Et quanquam ille in tam apertam proruperit blasphemiam, tamen orandus est, de quo Propheta testatur dicens: Et adorabunt te, & in te deprecabuntur, quia in te est deus, & absque te non est deus. Et rursus: Omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Et Paulus disputans: Quomodo, inquit, inuocabunt, in quem non crediderunt? Oportet primum credere, quod filius dei sit, ut recta & consequens fiat eius inuocatio. Et quo modo orandus non est, qui non est deus, sic e contrario, quæ deum esse constiterit, adorandus. Vnde & Stephanus positus genibus, & obsecrans pro hijs, qui se lapidibus obruebant, dicebat ad filium: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. In nomine quoque Iesu Christi omne genu flectet, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Quod autem dicit genu flectet, sollicitæ & humillimæ orationis indicium est. Itaque nec deum credit Origenes filium dei, quem non putat adorandum, & lacerat eum conuictis: cumque sibi in scripturarum memoria blandiatur, & putet se eas intelligere, non audit contra se loquentem

Origenes au-  
ra populari de-  
ceptus est.  
Psal. 4.

Error Orige-  
nis de corru-  
ptione corpo-  
rum suscitato-  
rum.

1. Cor. 15.

Matth. 22.

Nescio domi-  
num.

Rom. 10.

Act. 7.

Genu flectere.

**A** quentem Moysen: Homo qui maledixerit deum, peccatum habebit, & qui nomi-  
nauerit nomen domini morte morietur, lapidibus obruet eum omnis multitudo.  
At quis tantis Christum adficit contumelijs, ut hic, qui ausus est dicere, non debet  
orari, cassum tantum ei diuinitatis nomen indulgens? Verum quid necesse est in  
tam impijs immorari? ad alium eius transeamus errorem. Dicit corpora quæ resur-  
gunt post multa secula in nihilum dissoluenda, nec futura aliquid, nisi cum de cœ-  
lorum mansionibus animæ ad inferiora dilapsæ indiguerint nobis, quæ alia rur-  
sum fiant prioribus omnino deletis. Quis ita audiens, non & mente, & corpore  
pertremiscat? Si enim post resurrectionem corpora redigentur in nihilum, fortior  
erit mors secunda, quam prima, quæ delere omnino poterit substantiam corpora-  
lem. Cur Paulus scribit sic: Mors non dominabitur illius? quod enim mortuum est  
peccato, mortuum est semel, si corpora delenda sunt penitus? Aut quomodo hoc  
quod dicit semel, firmum erit, cum caro ab animæ consortio separata, redigenda sit  
in nihilum? Quæ ratione rursus adiunxit? Seminatur in corruptione, surget in in-  
corruptione: seminatur in infirmitate, surget in uirtute: seminatur in ignobilitate,  
resurget in gloria: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Si enim in cor-  
ruptione in nihilum redigit, consequens fuerat dicere, corruptioni ea in perpetuum  
referuari, essetque fortior in corrupto corruptio. Sed absit Paulum contraria sibi scri-  
bere, & incorruptionis eandem esse naturam. Quod si, ut falsè putat Origenes, non  
solum corruptibile, sed & mortale corpus est suscitandum, ergo unum atque idem  
corruptio & incorruptio, mors & uita dicentur, eandem habebunt in suscitatis cor-  
poribus potestatem, & nequaquam rebus, sed tantum nominibus corruptio, & in-  
corruptio, mors & uita separabuntur: Sin autem corruptibile & mortale corpus re-  
surrecturum est, consequentius fuerat Apostolum dicere: Seminatur in corruptio-  
ne, surget in corruptione: seminatur in infirmitate, surget in infirmitate: semina-  
tur in ignobilitate, surget in ignobilitate: seminatur corpus animale, surget corpus  
animale. Quod si corruptionem, & infirmitatem, & ignobilitatem amouet à cor-  
poribus suscitatis, & dicit e contrario incorruptione, & fortitudine, & gloria cor-  
pora uestienda, & pro animali spiritale corpus esse reddendum, soluta erit mors,  
& in corporibus suscitatis pro morte & corruptione immortalitas, incorruptioque  
regnabit: quia & ipsum corpus immortale & incorruptum resurget, ut possit per-  
manere animæ coeternum. Igitur & Saluator pignus salutis nostris corporibus in  
resurrectione sui corporis tribuens, non potest credi ultra moriturus, Apostolo in  
hanc sententiam congruente: Christus resurgens ex mortuis ultra non moritur.  
mors ei nequaquam dominabitur. Nisi illius fuerit dominata, nec dominetur nostri.  
Confundatur Origenes, inter cætera flagitiorum genera, quæ confingit, magicis  
quoque artibus patrociniū tribuens, quam in tractatibus suis hijs locutus est  
uerbis: Ars magica non mihi uidetur alicuius rei subsistentis uocabulum, sed & si  
sit, non est operis mali, ne quid habere possit contemptui. Hæc dicens utique fau-  
torem se esse demonstrat Elymæ magi, qui Apostolis repugnauit, & Iamnæ at-  
que Mambrae, qui Moyse magicis artibus restiterunt. Sed nullas Origenis patrocini-  
um habebit uires: quia Christus magorum præstigia suo deleuit aduentu. Re-  
spondeat nouæ impietatis adsertor, imò aperte audiat: Si non est malum ars magi-  
ca, non erit malum & idololatria, quæ artis magicæ uiribus nititur. Quod si malum  
est idololatria, malum erit & ars magica, ex qua subsistit idololatria: Cum autem idolo-  
latria Christi maiestate deleta sit, indicat & partem suam artem magicam seculum  
pariter dissolutam, Propheta super hoc liquidò proclamante: Sta nunc in incanta-  
tionibus tuis, & multis ueneficijs tuis, quæ didicisti ab adolescentia tua, si potue-  
rint prodesse tibi. Cum igitur hæc Prophetarum scripta testentur, & nullus unquam  
ausus sit memoriæ prodere, magorum artes inter optima quæque numeranda, le-  
ges quoque

Origenes in ni-  
hilum credit re-  
digendos re-  
surgentes.

1. Cor. 15.

Origenis sen-  
tentia de ma-  
gia.

Act. 13.

Idololatria ni-  
titur radicibus  
artis magicæ.

Leges publicae magos & ueneficos puniunt. C. ges quoque publicae Magos & maleficos puniant, scire non possum qua ratione impulsus Origenes, qui Christianum se iactat, Sedechiae Pseudoprophetae aemulator existens, cornua sibi ferrea fecerit, quibus contra dogmata ueritatis armatus incidat, nec sapiat quicquam de caelesti Hierusalem, neque imitetur Moysen, & Daniel, Petrumque, & alios sanctos, qui contra Magos & incantatores, quasi in acie stantes indefesso certamine dimicauerunt. Cum quibus festae diei ducamus choros, quod per media Babylonis pericula transeuntes, Origenis uenena uitamus, & obediuimus Prophetae sermonibus, imperantis: Egredere de Babylone, qui fugis de terra Chaldaeorum, ut ingredere in Hierusalem, in qua praedictio ueritatis est. Quanquam mendacio resistentes, passi sumus aliquid trium puerorum, qui in camino astantis incendii flammarum uicere naturam, tamen non praualuit contra nos ignis Babylonicus, nec capilli nostri adusti sunt, extrema uidelicet ecclesiasticae dogmata ueritatis, nec saraballa mutata, quae in protectionem animarum testimonij scripturae sanctae nobis sapientia texuit, nec odor ignis in nobis est, peruersae scientiae flamma discurrens: Non enim acquieuius doctrinae eius, qui propter lapsus rationabilium creaturarum corpora fieri suspicatur, & dicit iuxta graeci sermonis etymologiam animas idcirco uocatas, quod calorem mentis, & in deum feruentissimae charitatis amiserint, ut ex frigore nomen acceperint, ne & Saluatoris animam ipsidem subiacere nanius sentiremus. Solis quoque & lunae, ac stellarum cursus, & totius mundi pulcherrimam in diuersitate consonantiam, non adserimus ex causis praecedentibus, uariisque peccatis, & animarum uitij accidisse: nec bonitatem dei multo tempore praetolam, ut non ante faceret uisibiles creaturas, nisi inuisibiles deliquissent. Nec uanitatem appellamus substantiam corporalem, ut ille aestimat, alijs uerbis in Manichaei scita concidens, ne & Christi corpus subiaceat uanitati, cuius edulio saturati, ruminamus Ioh. 13. quotidie uerba, dicentis: Nisi quis comederit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit partem mecum. Nam si natura corporea uana est & inutilis, iuxta Origenis errorem, cur Christus resurrexit a mortuis? quare nostra corpora suscitabit? Quid sibi uult Paulus scribens: Si mortui non resurgent, nec Christus surrexit: si autem Christus non resurrexit, uana est fides nostra? Ex quo perspicuum est, non corporum naturam esse uanam, sed eos credere uanitatem, qui non putant eam resurgere, & manere perpetuam. Honorabiles quoque contemnat nuptias, nequans subsistere corpora, nisi prius animae in caelo peccauerint, ut inde praecipitatae, quasi quibusdam ergastulis corporum uinctae fuerint. Ei ille quidem sentiat ut uult, loquatur ut non timet, audiat nos cum Paulo suis auribus in clamantes: Honorabiles nuptiae, & cubile immaculatum. Et quomodo immaculatum, si anima uitij sordidata carne circumdatur? Et culpa subiacet. Anna uxor Helcanae semen uirorum postulans, ut propter desiderium mulierculae animae in caelis periclitentur, & uanarum peccato graui labatur in terra, ac pristinae beatitudinem deserat: Nec Moyses imprecans, & dicens: Dominus deus uester multiplicet uos, & ecce estis hodie sicut stellae caeli in multitudine, dominus deus patrum uestrorum addat uobis sicut estis milies, & benedicat ut locutus est: hoc petebat, ut animarum in caelo cateruae peccantes Israelitici populi gentem conderet: Quod esse discrepans apertissime patet, ut qui pro delicto populi precabatur: Si dimittas peccatum hoc populo, dimitte, sin autem, dele me de libro quem scripsisti, postulet multiplicari filios Israel, quos non uerat animarum ruinis crescere, & non e contrario precaretur, ne propter uitia melioris substantiae natura uilior conderetur. Cur Dauid imprecatur in Psalmo: Benedicat te dominus ex Sion, & uideas quae bona sunt in Hierusalem omnibus diebus uitae tuae, & uideas filios filiorum tuorum: si animarum iusti uiri augetur genus? Et audeat dicere: Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum, cum sciat animas delinquentes

delinquentes corporum uinculis alligari, & in huiusmodi carcere iudicio dei poenas luere peccatorum? Quomodo deus loquitur per Prophetam: Si audisses praecpta mea, fuisset utique quasi fluuius pax tua, & iustitia tua sicut fluctus maris, & sicut harena semen tuum, & soboles uteri tui ut puluis terrae: Qui enim dei praecpta conseruant, non debent accipere praemium, animarum de caelo ruinas, quae ligatae corporibus sobolis eorum incrementa multiplicent: Si autem uolunt disce- re, quae sint humani generis exordia, audiant dicentem Moysen: Tulit deus de terra, & finxit hominem, & insufflauit in faciem eius spiritum uitae, & factus est homo in animam uiuentem, id est in mortalem. Deus quoque benedicens Adam, & Eua, ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Si animae post peccatum mittuntur in terras, ut nascantur in corporibus, non erat rationis benedicti Adam & Euae, cum causa peccati maledictionem potius mereretur. Denique postquam blasphemauit eos, benedictionis uocibus profecutus est, quos postea uoluntate peccantes, maledictione percussit. Ex quibus colligitur, nequaquam propter animarum peccata corporum subdidisse naturam. Audiant rursum dicentem: Ego feci terram, & hominem in ea. Et Dauid: Coelum caeli domino, terram autem dedit filiis hominum. Et cessent ultra cogitationum suarum errores sequi, & scripturarum magis autoritate ducantur. Sicut enim qui uoluptatibus eneruati sunt, & quorum in pectore libido dominatur, contemplantes corporum uenustatem, non quaerunt morum pulchritudinem sed membrorum sensusque eorum praegratiatus fecerit terrena nihil altius intuetur: sic qui structa uerborum compositione ducuntur, & capti eloquentiae sono non intuentur dogmatum ueritatem, erubescunt errorem pristinum confiteri, & arrogantiae tumore caecati nolunt esse discipuli, ne postquam correcti fuerint, prius errasse uideantur. Abiectionis itaque Origenis malis, & scripturarum, quae uocantur apocrypha, id est abscondita decipulis praetermissis: non enim in abscondito locutus sum, ait dominus, iterum atque iterum Fratres charissimi, dominicae passionis festa celebremus, fidem conuersatione decorantes, misericordia in pauperes imitemur deum, cui nulla corporalium naturarum forma consimilis est. Habeamus in cunctis imaginem bonitatis eius, poenitentia emendemus errores, oremus pro inimicis, pro detractoribus obsecremus, aemulantes Moysen, qui sororis contra se loquentis culpam oratione deleuit. Oleo elemosynae peccatorum sordes lauemus. Captiuorum uincula nos uideatur adstringere, & propitium illis imprecemur deum. Clausos carcere humanitas diurna sustinet, & hijs quorum corpora morbus Regius occupauit, & iugi tabe membra soluuntur, propter repositam in caelis mercedem, sollicito ministerio seruiamus. Si quando potestas iudicij nobis data fuerit, & iurgantium ad nos fratrum causa delata, non sit personarum consideratio, sed rerum: corruentibus, & in tribulatione positis, nos quoque ruamus affectu. Leges normam teneant ueritatis. Charitas prona sit ad misericordiam, non insultans peccantibus, sed condolens: facilis est enim lapsus ad uitia, & fragilitas conditionis humanae quicquid cernit in alio, in se debet pertimescere. Cumque alius fuerit pro errore correptus, illius emendatio nostra sit cautio, & super omnia quasi culmen, & corona uirtutum, pietas in deum toto cordis timore seruetur, execrantisque deorum numerum, patris & filij & spiritus sancti unam confiteamur indiscretamque substantiam, in qua & baptizati uitam aeternam suscepimus. Et si dei tribuerit clementia, cum angelis merebimur dominicum Pascha celebrare, habentes quadragesimae exordium, ab octauo die mensis, qui secundum Aegyptios uocatur Phamenoth, et ipso praesente uires attentius ieiunemus: hebdomada maioris, id est Paschae uenerabilis, die tertia decima mensis Pharmuthi fundamenta iacientes: ita duntaxat, ut iuxta euangelicas traditiones finiamus ieiunia, in tempesta nocte octauodecimo die supradicti mensis Pharmuthi, Et altero die qui dominicae resurrectionis

Anima uiuens  
que intelligatur  
in Genesi.

Hier. 27.  
Psal. 113.

Regius morbus  
commen-  
datur hominum  
misericordiae.

Pietas uirtutum  
caput.

C rectionis est symbolum, id est, nonodecimo eiusdem mensis uerū Pascha celebre mus: adiungentes his septem reliquas hebdomadas, in quibus Pentecostes festiuitas textitur, & prabentes nos dignos cōmunionē corporis & sanguinis Christi. Sic enim merebimur accipere regna caelorum in Christo Iesu domino nostro, per quem, & cum quo deo patri gloria & imperium, cum spiritu sancto, & nunc & semper & in omnia secula seculorum: Amen. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos qui mecum sunt fratres.

# THEOPHILI ALE-

XANDRINAE VRBIS EPISCOPI, AD

TOTIUS AEGYPTI EPISCOPOS LIBER

PASCHALIS TERTIUS. D. HIERONY-

MO INTERPRETE.



Nunc quoque dei uisua sapientia nos ad sanctum prouocat Pascha celebrandum, omnes cupiens eius esse participes: unde propero ad illud currentes gradu, ieiunijs & cōtinentia omniq; afflictione corporis pugnantes contra uirtutum industriam, uoluptates redigamus ad nihilum, sicut Saluatoris auxilio: & peccata nostra deo, qui sanare potest, simpliciter confitētes, uerum conscientiae iudiciū formidemus, ut cum Dauid uociferantes atq; dicentes: Peccata adolescentiae meae & ignorantiae ne memineris, secundū misericordiam tuā memor esto mei. Terrore ignis aeterni crescētia uitia consummemus, quorū finis est alia ultra nō facere, & exordium salutis praeteritorū obliuio. Sicut enim principiū uiae bonae face re iusta, sic exordium cessantiū peccatorū eorū impetus cohibere: dum aut ratione frenantur, aut metu ad praecipitia non ueniunt. Cumq; legis fuerit in animo recordatio, ilico fugiūt, & cessantes ultra procedere in triumphantū uirtutū castra non cōcedunt, paulatimq; poenitendo referentes pedem, & sapientiū iudiciū declinantes, instar fumū resoluuntur in nihilū. Difficile sanatur mala, quae nō statim ut crescere coeperunt opprimuntur: facilis est eorū eradicatio, cum qui dudum peccauerunt per poenitentia ad prudentiam cōuertuntur, & sine peccandi emolumentum inuenerint poenitendi. Neq; enim possumus opprimere incentiua uitiōrū, nisi uirtutes facere coeperimus, aut cessabunt uetera, priusq; nouorū operibus excludantur. Et quo modo si contra superueniētes uoluptates firmo animo resistamus praeterita peccata delentur, ita perseverās si fuerit praeteritorū obliuio, futura delicta ultra crescere non ualebunt. Malorū quippe operadores, quasi in ditionem suam redigentes eos qui possunt prohibere nec prohibent, tota ad peccandū debachantur infania, & silentiū in sensum trahentes, quicquid animo libido suggererit, opere explere nituntur. Libertas praesentiū uitiōrū futura germinat uitia, & si priora neglexeris, fons & seminariū futurorū est. Quae cum ita sint, qui possunt prohibere peccātes, & laboris fuga inertiq; silentio dissimulant, & crescere patiunt mala; participes eorū rectissime iudicabunt, qui autores scelerū sunt, & negligentiae poenas luunt: dum irrationabile oculū sudori ulciscentiū prātulerunt, malentes quietē culpabilem, q̄ seueritatē uitia succidētē. Si enim recedamus à uitijs, penitus interibunt, & eorū fraudulēta dulcedo siccabitur. Omnesq; impetus uoluptatis quodā, ut ita dicā, languore torpescit, quādo mens nostra fuerit uirtutis hospitium, legis recordatio.

Confiteri deo qui sanare potest.

D

Coniungentes ad hominum scelera.

A cordatio non sinit peccata generari, nec ea crescere patitur, cumq; futurū tribunal & formidolosum iudiciū diem cogitauerint, tum principij diem, mediū, finemq; peccati prohibebit, & amaros illius fluctus, atq; intumescētes gurgites usque ad ipsum fontem, uenasq; siccabit, uirtus lege comitata uitiōrum opprimit semina, & animum de humilibus ad excelsa sustollit. Econtrario uitia nisi coërceantur, superbiunt, & obediētes sibi ad inferna detrudūt: cumq; semel possiderint animas, opprimunt eas illecebris uoluptatum, nec sinunt iuxta humani corporis statum in sublimē, erectumq; suspicere, sed instar pecudum ad terrena declinant. De quibus Psalmista testatur, dicens: Vocauerūt nomina sua in terris suis. Dicat aliquis, quod si tantam habent uitia fortitudinem, & tam plurimos blanda persuasionē supplantant, quid debent agere, qui peccare se sentientes, cupiunt mutare peccata uirtutibus, & amore meliorum peiora contemnūt: Audiant huiuscemodi loquentem Moysen: Peccasti, desine, sine peccati priora subuertens, & efficacissimo medicamine uitia emendans cessatione uitiōrum: dulces mala uita illecebras, & blandientes corporis uoluptates, quasi noxia uenena declina, nec per lubricam & mollem delictarum ingrediāris semitam: quia ieiunijs & continentia solennitas adprehenditur, & uix laborantes atq; sudantes mala bonis possumus immutare, & repugnantes opprimere uoluptates, pauciq; sunt, qui calcatis uitijs tramitem tenent ueritatis, dum malitia innumeris nocendi uirtutibus, & uinci non potest, nisi si sapientiae desuper fulciamur auxilio, clamantis nobis atq; dicentis: Noli timere, quia tecum sum. Mali interitus est, mala ultra nō facere: radix uitiōrum legis scita contemnere. Ut peccata germinant negligentia, ita sollicitudo uirtutes parit. Lex custodita fugat ignominiam, neglecta parturit poenas: & quanto si despiciatur seueri iudicis imitatur truculentiam, tanto si seruetur, clementissimi patris exhibet mansuetudinem. Igitur peccati cessatio uirtutis principium est. Medicina praeteritorum, ac praesentium, futurorumq; uitiōrum legis indefessa meditatio, quae cum possessoris sui habuerit securitatem, cunctis perturbationibus caret: Sapiētia quippe in nobis operatur bonum, postquam ei mundum cordis praebuerimus habitaculum, & cogitationes in opera uerterimus. Nec ambigitur, quin in utraq; parte, uel faciendi, uel non faciendi bona habeamus liberam facultatē, & oppressis prauius, recta nascantur, tūcq; uirtutum inter se concinūt chorus, cum uitiōrum in animis fuerit solitudo. Sicut enim continentia, in corporibus nostris obtinens principatum, infirmitates nasci prohibet, & amatores sui nec debilitat, nec occidit, praeteritosq; languores in pristinam restituit sanitatem, & expellens quod contra naturam est, reuocat ea quae naturae congrua sunt, ut aequali temperamento uita huius ratio conseruetur, sic anima legum iussa conseruans, quantum recipere potest humana natura, à malorum contagione secernitur, & ex omni parte sollicita, seq; circumspiciens, nihil ad se introire permittit, quod contrarium sit praclaris cogitationibus. Quin potius in templum uersa dei, coelesti iugiter solennitate perfruatur, habens diuitias, obseruatiam legis, quae iacentes suscitāt, malosq; puniens, alios corrigit, & semper clamans: Nunquid qui cecidit non resurget: aut qui auersus est, non reuertetur: Spem salutis largitur poenitentibus, dum monet ut prosit, corripit ut emendet, pudoremq; pristinorum iniiciens peccatorum, facit meliora sectari. Quae appetere non possunt, nisi prius conscientiae uulnera condemnarint. Verum quia lex negligentes sui, & in errorem demersos consilijs optimis ad meliora reuocare festinat, quasi NORMA prauorum operum, eos autem qui sibi obediunt absq; premio esse non patitur, neq; aeternis angustijs premi, quotquot sanctum Pascha celebramus, continentia atque ieiunijs latorem legis amicum nobis esse faciamus, & Propheta hijs qui pascha celebrāt promittēte: Eris corona decoris in manu dñi, & diadema regni in manu dei tui, opulentū uirtutum conuiuū requiramus: ornantes

Legis recordatio non relinquit locum peccatis.

Psal. 48.

Radix uitiōrū omnium.

Legis meditatio medetur uitijs.

Liberum arbitrium.

Continentia bonum.

Hier. 8.

Lex norma operum.

**C** nantes nos scientia scripturarum, quasi solennibus uestimentis, sancta latantibus nobiscum angelis in caelo oscula praeparamus: fugantes omnem negligentiam, & rumpentes moram, ut alacri cum discipulis ad Saluatore pergamus in cessu, dicamusque ei: Vbi uis paremus tibi Pascha? Atque in caelorum coenaculo constituti, ac *Matth. 26.* mysticum Pascha facientes, possimus cantare: Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum. Ibi enim angelorum reperimus choros, & cum eis festa celebrantes, habebimus eos socios mysteriorum dei, & exultatione ineffabili gestiemus, sapientiae cum illis sacramenta discentes: ubi nulla fraudis deceptio est, ubi qui uestem non habet nuptialem conuiuium intrare prohibetur, licet in praesenti seculo iustum esse se iactet: Omnia sunt tibi senescitis ac prouecta plena prudentia: Nullusque ibi, iuxta Prophetam, immatura sapientia reperietur: Erit enim, inquit, iuuenis centum annorum: magnitudine numeri perfectione eruditionis ostendens. Vnde, fratres, *Esai. 66.* sanctae coelestisque uocationis participes, Saluatorem per Prophetam audiamus clamantem: Veniam congregare omnes gentes, & uenient, & uidebunt gloriam meam, & dimittam super eos signum mundi. Ad solennitatem properemus atque dicamus: *Galat. 6.* Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Christi: Dabit, inquam, dabit laborantibus gaudium, & ieiunantibus benedicens loquetur: Erunt domui Iudae in gaudium & laetitiam, & in solennitates bonas, & laetabimini. Veritatem ac pacem diligite: non est enim omnium solennitas, sed domui Iudae, id est, ecclesiae Christi. Igitur quia secundum Psalmistam, tempus faciendi domino, & Paulus scribit: Nox praecessit, dies autem adpropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur armamentis, sicut in die honeste ambulemus, non comestrationibus & ebrietatibus, non cubilibus & impudicitibus, non contentione & amulatione: sed induite dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis. Iustum est cunctos dominum timore purgatos dignam solennitatem continentibus & ieiuniis redimere castitatem, & dormientem sensum uigili suscitare fide, imitarique sapientissimum Danielem, de quo scribitur: Est uir in regno tuo, in quo est spiritus dei, & in diebus patris tui uigilantia & sapientia inuenta sunt in eo. Qui enim curam sui gerunt, ut ad meliora proficiant, habentes legem quasi fortissimum ducem, parent imperiis eius, & uenientia contra se peccata subuertunt, splendore operum inlustrantes Pascha festiuitatem, & securitate conscientiae perturbationum in a cula negligentes, spe anticipant uictoriam. Qui autem horum imitatores sunt, antequam ineant praesidium, desiderio uirtutis palmam occupant triumphorum, coronamque uictores lubricae uoluptatis in caelestibus possident reuelata facie animo contemplantes uociferabuntur & dicent: Dominus deus fortitudo mea, & ponet pedes meos in consummationem, super excelsa statuens me ut uincam in cantico eius. Nec putemus, fratres charissimi, certamen esse perpetuum, ut idcirco lassetur, sed sciamus finem huius coronae esse iustitiae, quam nulla seculorum corrumpit aetas. Studium uitae istius & certaminis temporale est, qui autem in offenso cucurrerunt gradu, & ad calcem uenerunt, praemiorum nouas inuenient mansiones, uictoria canticis demonstrantes. Itaque gratia domini triumphos nobis de sceleratissimis demonibus pollicente, ieiunia rite celebremus, ut solennitatis quoque rite participes simus. Nequaquam diebus quadragessimae sicut luxuriosi diuites solent, uini poculum suspiramus, neque in procinctu & praesidio, ubi labor & sudor est necessarius, carni edulio delectemur. Crapula quippe & ebrietas, & caetera huius uitae illecebrae opulentissimum animarum thesaurum exhauriunt, & sementem scientiae doctrinaeque uberrimam sui admixtione suffocant. Quamobrem dominus atque Saluator prouocans discipulos suos ad rigorem continentiae, loquebatur: Attendite uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitae, & superueniat in uos repentina dies illa: Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnium terrarum: surgite

**A** surgite abeamus hinc, quos ob negligentiam sui poenae ilico consequetur. Qui autem legum praecipua custodiunt, ignorant uinum in ieiuniis, carni esum repudiant, & insatiabilem auaritia dei timore compescunt. Vnde ad continentes scriptura quoque *interdicitur.* Vinum & siceram non bibet. Et e contrario Iudaei ob culpam audiunt: Dabatis bibere sanctis uinum, & Prophetis, & praecipiebatis dicentes: Non possunt suscipere correptionem, qui luxuriae oblectatione capiuntur, neque uentris ingluuiem ratione & consiliis refrenare amore ieiunii. Qui desidia & peritura cito uoluptate studium uirtutis infamant, non erubescetes uinum clam bibere, & auidis faucibus arbitros declinantes in cubiculis multa potare, ut in ediam & ieiunia, quae ultro adpetere debebant, ieiuniorum tempore luxuria & ebrietate commutent: nescientes quod etiam si hominum conscientiam fugiant, & clausis parietibus uestant carnibus, atque aues altiles diebus quadragessimae, & propinquante Pascha immundis manibus laerent, tristi uultu foris ieiunia promittentes, corripiat huiusmodi dominus, & dicat: Iniquitates magnas faciunt isti, ut recedant a sanctis meis. Non decet ieiunantes tempore agonis & praesidii uesci carnibus, monente scriptura: Adfligetis animas uestras. Neque phasides aues sollicito labore perquirere, & garrulas uolucres, earumque pinguedinem hianti ingerere gula. Nec inuestigare magni pretij coquos, qui uentris rabiem iure multiplici, & carnibus contusione mutatis, diuersoque ciborum sapore demulceant: fumantibus pateris, et nidore sui furori gutturis blandientibus, cum in iniuriam continentiae diuersi saporis & coloris uina quarantur. Docet nos sancti Danielis historia, & trium puerorum uirtus, consona adpetere & honorare ieiunia, qui, ut longum sermonem breui compendio in seruitute libertate mutata, cum captiui debuerant desiderare delicias, contempserunt babilonias dapes, & simplicem cibum regali mensa praetulerunt: Praeceperat quippe rex Nabuchodonosor Eunuchorum principi, ut de filiis captiuitatis Israel, & de regio semine pueros, in quibus nulla esset macula, pulchros corpore, & aptos ad sapientiam perdiscendam introduceret palatium, & essent in aula regis, discerent literas ac linguam Chaldaeorum, & de reliquijs mensae eius uiuerent, atque inde accepta uina potaret. Eligunt itaque de tribu Iuda, Daniel, Ananias, Azarias, Misael, & genere concordes, & fide, quorum nobilitatem dura mutauerat seruitus. Quibus Daniel, sicut scriptura testatur, posuit in corde suo non coinquinari de mensa regis. Tres quoque pueri non minus religione quam propinquitate sociati, suscipiunt uiri consilium, & adprobant sapientiam, simulque Eunuchorum principem deprecantes, dei opitulante clementia impetrant quod desiderant, et in terra captiuitatis seruant generis nobilitatem: nam timentem praepositum, ne aliorum puerorum uultus hilarior capitali se poenae addiceret, ratione & consilio leniunt, huius uerbis loquentes: Tenta pueros tuos diebus decem, & detur nobis de seminibus & comedemus, & aquam bibemus, & appareat in conspectu tuo uultus nostri, & uultus puerorum qui comedunt de mensa regis, & sic ut uideris, ita facies cum seruis tuis. Videbant enim et uirtutis desiderium dei clementia sustentatum, pulchra & fortia corpora conseruaret, et omnem deformitatem fides uinceret, & nitorem pulchritudinis nulla macies commutaret. Haec idcirco, Fratres charissimi, replicaui, ut Pauli Apostoli de sanctorum uirtutibus praedicatis, uerba noscetes, in quibus ait: Quorum considerantes exitum conuersationis imitami fidem: Suademus eis qui tempore ieiuniorum esum carni delectant imitari sanctorum continentiam: qui nulla ui superari potuerunt, ut rigor uirtutis amitteret, ut Babiloniorum imperia formidantes, captiuam in se ostenderet uoluptatem, sed manserunt liberi, uentrisque desideria ratione superarunt, & titillantes gulam uicere luxuriam, nobisque suae fortitudinis exemplaria reliquerunt, habitantes in Babilone corporibus, sed sensu & fide cum angelis in caelesti Hierusalem morantes, ut omnem deinceps aetatem docerent, ieiuniorum tempore a uino & carnibus abstinentium, sumere de terra, & semina potandam aquam, quibus comitibus

**C** comitibus utitur pudicitia. Quid memorem insignes Machabæorum uictorias? qui ne illicitis carnibus uescerentur, & cōmunes tangerent cibos, corpora obtulere cruciatibus: totiusq; orbis in ecclesijs Christi laudibus prædicantur, fortiores pœnis, ardentiores quibus cōburebantur ignibus. Victa sunt in eis omnia crudelitatis argentia, & quicquid ira persecutoris inuenerat, patientiū fortitudo superauit. Inter pœnas magis paternæ legis, quàm dolorū memores: Lacerabantur uiscera, tabo & sanie artus diffluebant, & tamen sententiā perseuerabat immobilis: liber erat animus, & mala præsentia futurorū spe despiciēbat. Lassabantur tortores, & non lassabatur fides: frangebantur ossa, & uolubili rota omnis compago neruorum atq; artuum soluebatur, & in immensum spirantia mortem incendia consurgebant: plenæ erant feruentis olei sartagine, & ad frigenda sanctorum corpora terrore incredibili personabant, & tamen inter hæc omnia paradysum animo deambulantes, non sentiebant quod patiebantur, sed quod uidere cupiebant: mens enim dei timore uallata flammis superat, uarios tormentorum spernit dolores. Cumq; semel uirtuti se tradiderit, quicquid aduersi euenit, calcit, & despicit. Qualis fuit Paulus scribens: In hijs omnibus superamus, per eum qui nos dilexit. Quod enim sustinere non potest carnis fragilitas, naturali infirmitate superata, uincit animus, fide conloquens deo. Ergo qui ieiunia, id est, conuersionem angelicam imitantur in terris, meminerunt illius dicti: regnum dei non est cibus & potus, sed iustitia & gaudium, & pax, & lætitia, per continentiam breui & paruo labore magna sibi & æterna conciliant præmia. Et multo plus accipiunt, quàm offerunt, & futuri temporis gloria præsentis angustias mitigant: quia in hoc stadio pro uirtute pugnantibus, finis erit aliquando certaminis: qui autem pugnam ineunt contra uitia, & sapientiæ disciplinis suas animas dedicarunt, quantumq; patitur humana conditio scientiam appetunt futurorum, per speculum & imaginem sensu & fide cœlorum regna cernentes, consequentur æterna præmia, & nullo temporum fine claudenda. Dies & nox certis horarum sibi succedunt spatijs, paulatimq; decrecentes quod amittunt recipiunt, & quod recipiunt tribuunt: ad eandem mensuram bis in anno conuenientes, nec manent in eodem statu, sed breuitate & longitudine horarum momenta discriminant, ut utilem mundo faciunt temporū diuersitatē. Namq; dies ordine & circulo suo de noctis temporibus mutuatur, & rursus nox recipit quod largita est: dumq; uicissim & tribuunt, & accipiunt, & orbe quodā quod paulatim amiserant decrecentes sensim crescentes recipiunt, creatoris dei interpretantur sapientiā. Atq; ex hac uicissitudine spatiorū uel menstruus lunæ orbis efficitur, uel solis sua per uestigia reuertētis annus impletur, dum crescunt atq; decrescunt, & lapsū præteritorum futura succedunt, eadem semper atque alia tempora cōmutantur. Vnde & luna prudentissimo dei artificio condita, & formarū mutans uarietates, ad plenitudinem tendit, & festinat ad diminutionem, ut quicquid crescens adquisierat, perdat amittatq; decrescens. Nec stat in eodem statu, sed quibusdam gradibus ascendens atq; descendēs, de paupertate pergat ad diuitias, & de diuitijs redit ad paupertatē: ipsa diuersitate formarū mutabilem & conditam se esse demonstrās. Quis uero possit digno sermone exprimere solis cursum, & anni circulū rationi menstruæ congruentē? Dum per quatuor uoluitur tempora, & in se semper reuertitur, eademq; mensura conscendit atq; descendit, & æterno ordine labitur, ut quod lunare spatium triginta diebus implet ac noctibus, hoc solis cursus spatijs anni uertentis reficiat. Cumq; ad æqualitatem diei noctisq; peruenerit, & parumper in libra iusti cursus steterit, festinat ad inæqualitatem, deserēs ad quod peruenerat. Quod puto Ecclesiasten, ne de alienis nostra fontibus hauriamus, in uolumine suo dicere: Girans girando uadit spiritus, & in circulos suos reuertitur spiritus, annuū solis cursum significantē, eadem temporū

rota

**A** rota in semet reuertitur, rediēs ad ea unde profectus fuerat. Sancta uero cœlestisq; solennitas radios nobis sui splendoris emittens, nullis spatijs terminatur: cumq; sanctorum certamina, & præsentis seculi labor finem acceperint, succedet perpetuum gaudium, & æterna festiuitas. Vnde perfecti uiri animas suas ab omni errorum caligine separantes, iam nunc festa decantant: introcamus portas eius in confessione, atria eius in hymnis, Saluatoris aduentū lætis uocibus personantes. Cum enim in toto orbe regnaret malitia, & tenebras humanis oculis dæmones offudissent, neq; possit eis ullus opulari, iuxta illud quod scriptum est: Respexi, & non erat qui auxiliaretur: considerauit, & nullus qui susciperet, ut finē haberet aliquando impietas, & destrueretur idololatriæ fraudulentia, uiuens sermo dei, nihil de nostra relinquens similitudine, absq; solo peccato, quod substantiā non habet, nouo modo ad nos uenire dignatus est, ut fieret filius hominis, ut permaneret filius: quippe ex uirgine, hoc tantū stultis mentibus credebatur, quod oculi demonstrabant. Ex operibus uero & signorū magnitudine deus inuisibilis à prudentibus cernebatur, quēq; facies hominē demonstrabat, hunc uirtutes significabāt deū, seruilis formæ uilitate cooperitū: Quancq; enim tradiderint eum Iudæi, & crucifigēdū uocibus impijs conclamarint, interfectione corporis eius dominū blasphemātes: imò occisione carnis dominicæ serui impietatis effecti, tamen ad mortē intrepidus accedens, ut nobis uirtutis præberet exemplū, dominus gloriæ in ipsa passione monstratus est, impassibilis diuinitatis permanens maiestate, & carne passibilis iuxta beati Petri reperiens eloquiū. Et ideo pro nobis patiens nō fugit mortem, ne nos timore mortis eius proprietate bellantes uictoriā perderemus: Nam si timuisset crucē, contraria hijs quæ docuerat gerens, quis discipulorū eius libens pro religione pugnasset? Irridetur itaq; à stultis & incredulis, qui orbem terrarum suæ subiecit fidei, & nominis Christiani sanctis largitus est dignitatem. Cumq; magnitudo uirtutum eius omnibus clareat, blasphemare non cessant. Ille uero qui irridetur deus, operibus demonstratus est, ut dæmonum templa subuerteret, ut Origenistarum impietatem argueret uersipellem: quorum autor Origenes, ita aures simplicium & leuiorum sua persuasione decepit, ut solent in littora ex alto uenientes illidi gurgites, & in semet spumanti mole cōfringi. Nos ergo ad eum, qui ausus est scribere, ruina rationabilium creaturarum esse corpora fabricata, zelo fidei concitati loquamur, si tibi huiusmodi impietas placet, quomodo Paulus Apostolus scribit: Volo adolescentulas nubere, filios procreare: Vtrum idcirco præcepit nuptias, ut ex mulieribus nascentia corpora ruentibus de cœlo angelis, & uersis iuxta te in animas, carceres præpararent? An ut in coniunctione maritali dei sententiæ seruens conseruet humanum genus? Si enim uult adolescentulas nubere, & filios procreare, per quas nascuntur corpora humana: corporibus autem propter pœnas atq; supplicia errantes animæ, nulli dubium, quin propter pœnas animarum, & non propter generationis ordinem nuptiarum adolescentulis uincla tribuantur. Verum absit ut ita esse credamus, & mariti, uxorisq; fœdera non ob benedictionem, sed ob peccatum iuncta credamus. Nec Adam & Euam plasmans deus, propter animas de cœlo ruentes & lapsas rationabilium creaturarum benedictione uocauit: Crescite & multiplicamini, dicens, & replete terram. Si enim propter peccata in cœlis præcedentia ad terras missæ sunt animæ, ut corporibus ligarētur, mentitur Paulus scribens: Honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatum. Sed nequaquam ille mentitur. Igitur non propter ruinam animarum corpora fabricantur, sed ut mundus successione perpetua. Nam si ruentes iunctaq; corporibus benedicuntur à deo, melioris conditionis erunt, postquam corpora susceperunt: quod si idcirco dicuntur, ut in ultionem peccatorum corpora accipiant, quomodo benedicuntur in corporibus, atque ob peccata uenerunt? E duobus enim alterum erit. Aut ante ruinam

fuisse

Psal. 99.

Christi uita documento est nobis.

Corpora non fabricata propter ruinam animarum.

† Haud dubie dicit uerbum: daret.

C fuisse eas in benedictione, aut post ruinas iunctas corporibus nequaquam posse benedici. Si enim illam uitam benedictio sequitur, istam deserit; si ad istam transferatur, in illa non fuisse conuincitur. Quod si & antequam ruerent, necdumque humanis corporibus uestirentur fuerunt in benedictione, & ruentes habentesque corpora rursus benedictæ sunt, similis erit iuxta benedictionis conditionem & prior uita, & posterior: quod nequaquam consequens est, quia peccatrices supplicia non peccantes benedictionem merentur: quicquid è duobus uerum esse responderint, uitio subiacebit, nolentes ecclesiasticæ doctrinæ regulam custodire. Siue enim propter peccata de cælo animæ corruentes instar carceris & catenarum corporibus illigatæ sunt, respondeant, quomodo Adam & Eua, masculus & femina, uiuentes in corporibus benedicti sunt? Neque enim iuxta deliramenta eorum nudæ animæ uir & mulier appellantur, sed corpora quæ sexum utrumque distinguunt. Siue ante corpora in cælestibus morabantur, & beata eis tunc erat, dignaque bene absque corporibus conuersatio, qua ratione aut priusquam ruerent benedictæ sunt, aut postquam corruerunt, & poenâ ruinae crassis corporibus copulatæ sunt, rursus benedictione donantur? Neque enim id ipsum est benedictio atque supplicium, quæ & nominibus, & operibus procul distant: nec possunt ullo modo inter se sociari, quas tanta diuidit repugnantia. Quomodo autem & iustis multitudo liberorum pro benedictione promittitur? Propheta dicente: Qui minimus est erit in milia, & qui nouissimus, in gentem magnam. Ergo & qui uolunt domini festa celebrare, Origenis simulachra contemnant, & turpitudinem dogmatum illius ratione superent. Sicut enim Ethnicorum impiissimi errorem & consuetudinem præferunt ueritati, fabricantes in hominum similitudinem idola, & inuisibilem blasphemantes deum, dum formam & membra & organa genitalia in eis esse confingunt: nunc uirum, nunc foeminam confinentes, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, uariarumque formarum, ita Origenes facilitate & impietate credentium, quasi delubra idolorum tractatum suorum monumentis demisit, quæ nos auctoritate scripturarum, & zelo fidei subuertentes, utamur illa similitudine: Vt enim cementarij quadram uolentes ædificare domum, æquales ex omni parte parietes metiuntur, eosque norma & perpendiculo dirigentes, quod animo depinxerint opere extruunt, & eiusdem mensuræ per quadrum latera quatuor iungunt angulis sursum ac deorsum, coeptam æqualitatem, paulatimque incrementa seruantes, ut materiæ diuersitatem iungat operis pulchritudo, & angulares lineas artifex structura custodiat: Sic ecclesiæ præceptores habentes testimonia scripturarum, firma doctrinæ faciunt fundamenta, & intrepidi permanent, offerentes opera sua Christo, atque dicentes: Confirma me in uerbis tuis: Ipse enim de quo scriptum est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: nos & eos qui sursum sunt una solennitate confocians, ad quam cursu celeri nauigantes, rabiem contra nos Hæreticorum fluctuum uelociter dissoluendam minime formidemus. Sicut enim gubernatores magnarum nauium, cum uiderint immensum ex alto uenire gurgitem, quasi uenatores ferocissimam bestiam spumantes fluctus suscipiunt, eosque prore obiectione sustentant, flectentes in diuersum gubernacula, & prout uentorum flatus & necessitas imperaret, stringentes funiculos uel laxantes. Cumque unda subsederit, ex utroque nauis latere laborantia clauorum uincla dimittunt, ut parum per quietentia uenturo gurgiti præparentur: qui cum rursus aduenerit, stringunt clauorum capita, & palmulas dilatant, ut huc atque illuc scissis flatibus æqualis sit utriusque lateris labor: & quod simul non poterat sustineri, diuisim tolerabilius fiat. Qui sui curam gerunt imitantur exempli similitudinem, & diuinorum dispensatione uerborum quasi gubernaculo utentes occurrunt Hæreticorum tempestati, & fluctibus legem dei pro arte retinentes, ut qui corruerant suscitentur: qui stant, fir-

mo per-

A mo perseverent gradu, ut omnes in commune doctrinæ opitulatione seruentur: Quod enim gubernatori clauus, hoc animo est lex dei. In qua dominicum pascha facientes, charitati dei & proximi in mundo nihil aliud præferamus, neque pro uarietate humanorum casuum, qui huc illucque uertuntur, sententiam commutemus, ut quibus dudum pro potentia turpi adulatione seruiuimus, si forte refluuerint uentus, et paupertate diuitiæ, humilitate sublimitas, ignominia gloria fuerint immutata, in hostes repente uertamur, resistentes eis in faciem, quos ueneratione dignos dicebamus, temporibus non fide necessitudinem ponderantes. Imò latentes inimicitias necessitatis tempore demonstrantes, & in similitudinem serpentum procedentes de foueis, ut non solum ingratiissimi simus in eos, quorum beneficijs sustentabamur, gaudentes, si nomina clientium possederimus, sed quasi peruelles eos usque ad sanguinem persequamur: deiectos prostratosque calcantes, quos dudum propter diuitias suscipiebamus, pessimos omnium conclamantes, postquam opes paupertate mutauerint, laudantes potentiam, & infelicitatem calumniantes: nec pro rerum natura, sed pro uarietate casuum honorantes aliquem uel contemnentes: ut quos prius dominos & patronos uocabamus, eosdem quasi uerberones, & seruos nequissimos appellemus: atque ex omni parte appareat nostra iniquitas, dum aut indignos laudamus, aut dignos laude obrectatione persequimur, imitantes illud quod ad beatum Iob exprobrantes loquebatur: Pauca pro quibus peccasti uerberatus es. Nequaquam igitur dubias opes, sed uirtutem firmissimam diligamus: non nos duritia humiliet paupertatis, non extollant diuitiæ, quæ stultissimos hominum deprimere & eleuare consuerunt, sed utrumque pro rerum honestate moderemur, & tristitia, & læta æquali animo sustinentes. Diuitiarum cura somnos interrumpit dulcissimos, innoxij calumnias struit, & cum infinitas opes congregauerit, materiam æternis ignibus parat. Postquam uero insatiabilis furor quæritis opibus incubuerit, non expletur auaritia, sed contemnit leges, gehennæ flammam despicit, futurum iudicij tribunal habet pro nihilo. Nectantum aduersarij contra hostes suos, quantum diuitiæ contra uirtutes dimicant: nisi ratione, et in proximos misericordia temperentur. Hæc in urbibus nobilitati præferuntur, hæc nouis hominibus antiquam donant familiam: Nunquam diuitiarum desiderium ullis diuitijs satiari potest. Eget semper qui auarus est, nescit mens uestra, cui tantum deest quod habet, quantum quod non habet. Infernus mortuis non expletur, sed quanto plures susceperit, tanto plures desiderat. Imitatur ergo eum auaritia, nec satiari potest, sed quicquid habuerit, plus requirit: minus putat ab eo quod cupit omne quod possidet, semper immensa, semper immodica, ardorem peccatoris opum magnitudine non restinguens: in conuiujs non cibos uorant, sed iniustitiam: in iudicij iurgia miscens, atque discordias, inuidiam parturit, per quam ad homicidium peruenitur: non est compositis, sed quasi ebria fluctuat, unam habens mensuram, extra mensuram semper inquirere. Mare litoribus clauditur, ueniens ex alto fluctus, & rabiem intumescens gurgitem portus uel manufacti, uel natura firmissimi prohibent: diuitiarum cupidinem, nisi ratione frenetur, nec consilium temperet, nec lex mitigare potest, nec ulla satiat abundantia. Non erubescit, non futurorum iudicium reformidat, sed desiderio plus habendi, ut luxuriosi dediti uoluptatibus solent gestire in amplexus, & insanire ad libidinem, ita calumniarum & dissensionum urbes ac uiculos, uillasque complet: insulas, maria, terras, littora, uias, transitus, studia possident auaritiæ, dum se desiderio plus habendi negotiatione merces huc illucque commutat, & fraudibus atque periurijs diuitiarum iacit inexplebilis fundamenta. Itaque huiuscemodii rabiem contemnentes, diuitias, cultum dei, & firmissimas possessiones castitatis, sanctimoniam, requiramus, adorantes patris, & filij, & spiritus sancti unam diuinitatem, resurrectionem mortuorum incorruptibilem, & iugiter permanentem esse credentes: Neque

Nuda anima non dicitur uir.

Imagines deorum.

D

Comparatio.

Matth. 21.

Clientum non nunquam nomine hostes sumus.

Homines diligendi, non fortuna hominum.

Studium diuitiarum.

Noui homines

Auaritia inferno comparatur.

Vna mensura auaritiæ, mensuram non nouisse.

Periurijs fundamenta iaciuntur diuitiarum.

t 2 tes: Neque

**C**res: Neque enim fieri potest, ut eam mors superet, quæ Christi passione firmata est, suscitans incorruptum & in æternum permanens templum corporis sui. Oremus pro pijs Imperatoribus, & obseruatione legis dei ieiuniorum præcepta decoremus: quia uirtus absque ulla necessitate custodit sectatores suos, & sensum in cogitationes uarias fluctuantem, de terrenis ad excelsa sublimat, nequaquam pulchritudinem corporum, sed conuersationes ac morum ordinem contemplans, ostendens ei latantium in cælo angelorum choros, & docens splendentium disciplinarum fulgura, ut in præsentis seculo quasi athleta fortissimus illatas sustineat plagas, & futuram pro hijs gloriam præstoletur: nequaquam uirtus subiacens, sed interiori hominem desiderio ad æterna sustollens, atque omnes impetus uoluptatis ratione compescens, illud cogitet quod futurus est, & quantum potest sustinere humana fragilitas, recedat à corporalium rerum sollicitudine, præferens carnalibus spiritalia, ut etiam ipsum corpus despiciens, & præsentium uoluptatum duriores, sed meliorem uitam inire persua deat, ut qui tum libidini seruiebat, libertate bona seruiat castitati, & retractus à præcipitijs, mollia ieiuniorum frena suscipiat. Etenim si absque rectore fuerit ac magistro corporum infirma natura, nec imperanti animo uoluerit obedire, & sibi è rectore concitat infinita naufragia, & pertrahit eum ad turpissimas libidines, ac barathrum uoluptatum, ut nequaquam honesta consideret, sed fugiens bona in cœno ac sordibus commoretur. Virtus uero cum in aurigæ modo animam rexit, & quasi in curru stans impetus eius & uarios adpetitus doctrinæ habentis composuerit, de humilibus eum ad excelsa subleuat, inuisibilia æternamque pro uisibilibus ostendens, mansionem in cœlis parat, & amicos illi efficit eos, qui dei ministerio seruientes spiritalibus delicijs perfruuntur: ut quod hic cernebat in imagine, ibi in ueritate perspiciat, & maiorem solis radijs uideat claritatem, quæ nobis huc ex parte descendit, ut de minoribus ad maiora tendamus, & quasi per litteras ac syllabas ad legendum proficiamus: quia & illa hijs, & hæc illis indigens, ibi cum fuerimus beatorum iuncti consortio, audiemus: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constitui, intra in gaudium domini tui. Incipient sanctæ quadragesimæ ieiunia, ab undecima die mensis Phamenoth, & hebdomadæ dñicæ passionis sextadecima die mensis Pharmuthi. Et finiamus ieiunia uespere sabbati uicesima prima die eiusdem mensis Pharmuthi, & sequenti die dominica pascha celebremus, uicesima & secunda die eiusdem mensis. Post quæ iungamus septem hebdomadas sanctæ Pentecostes: Pauperum memores, amantes deum & proximum, orantes pro inimicis, persecutoribus blandientes, infirmorum ruinas consolatione & misericordia subleuantes: ut lingua semper in dei laudibus personet, ut ecclesiæ iusta iudicia nequaquam irrationabili clementia destruatur, ne legi dei arbitria præferantur humana, cuius desiderauerimus amicitias, cœlestem gloriam consequemur in Christo Iesu domino nostro, per quem & cum quo deo patri claritas & imperium cum spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

Salutate in uicem in osculo sancto. Salutant uos fratres qui nobiscum sunt. Et hoc nosse debetis: Pro defunctis \* singulorum constitutis. In urbe Nichio pro \* Theodosio: In Terenuthide Arsinthi: In oppido Geras pro Eudemone Pirozum: In Achzis pro Apolline Museo: In Athriuidi pro Isidoro Athanasio: In Cleopatriide Offellum: In oppido Laton pro Timotheo Apellem. Hijs ergo scribite, & ab eis iuxta morem ecclesiasticas suscipite litteras.

FINIS.

IOANNES

## A IOANNES FRAN-

CISCVS PICVS ZENOBIO

ACTIOLO SVO S.



Aesariensis antistes ille, cuius aduersus Hieroclem insignem tu paulo ante lucubrationem è græca in nostram linguam transtulisti, egisse uidetur tecum, Zenobi charissime, ut non modo pro se ad Latinos uerba faceres, sed monitis etiam suis obsequeris. Is enim dum quartum Ecclesiasticæ historiæ librum conscriberet, Iustini & philosophi & martyris longi operæ subsellij meminisset, studiosos postremo ad eius librorum inquisitionem prouocauit: Quorum nonnulli uix è Græcia Latium repetierant, cum eos & honorifice suscepisti, & eo non contentus eisdem apud amicos hospitium parasti. Pulche tu quidem & perhumane, tum ueterum motus auctoritate, tum Martyris pietate, tum religionis ergo, tum studio in amicos & diligentia, quos inter ipse non infimum sortitus locum, postremus etiam habitus non sum, apud quem sacratissimi opera Martyris hospitarentur. Quæ sapius allocutus, indignum ceasui, ut eorum & eloquentiæ nitor, & eruditionis splendor, & fidei feruor Latinos homines lateret, qui græce nesciunt. Eapropter tentauit librum eum, quo gentes & monentur simul & redarguuntur, in latinum è græco transferre: nil ueritus quod impar omnino sim huic obeundo muneri, utilitatem hac in re sermonis elegantiam præponendam arbitratus. Voluisset fortasse alius me indifferenti, ut inquit ille, interpretis officio functum, uerbum de uerbo prompsisse. Alius cultiorem stilum poposcisset, qui figuris & tropis luderet. Ego inter uaria iudicia de interpretandi munere præcipientium, atque inter uarias obseruationes interpretum, mihi quoddam quasi exemplar mente constitui, quo ille latine forte locutus omnino non dissentiret, si sua nobis sensa referatum iri cuperet: Hoc pacto recte mihi actum, nec ne, tu linguam utranque castigatissime doctus iudicaueris, & amice monebis, sicubi forte & in carminibus præcipue transferendis erratum fuerit: Illa enim heroica supra centum quæ à Martyre citantur Orphei, Homeris, Sibyllæ, & aliorum, totidem penè carminibus latinis absolui, ut nec etiam illis Vergilij uti uoluerim, quæ de Homero scilicet in pœna Titij, & ausu Gigantum referenda transtulerit: Non quod paria me repositurum sperarim, sed ideo ut ex fide magis uerterem, ut facta non facerem. Tu istæ quo me amore prosequeris examinaueris. Si autem hoc sesqui hebdomadis spacium non infeliciter à nobis actum existimaueris, & aliorum, & huius ipsius autoris uoluminibus transferendis, deo ferente opem, incumbemus: Est nanque apud me Martyris huius non solum ea quæ ad Zenonem & Serenum monitoria, uerum etiam de uera fide liber insignis, sed truncus, cuius caput multo auro libentissime redimerem. Quo in opere illud præcipue sum admiratus, quod non modo multa uisuntur in eo quibus Nazianzeni, Damasceni, Augustini uolumina abundant, sed & nonnulla de diuinæ unitate naturæ, de notionibus, de hypostaseon proprietate, de alijs quæ apud Thomam, Scotum, & recentiores theologos sæpenumero legimus, ut facile quisque possit existimare, multas Parisiensium theologorum subtilitates, quas propria eorum inuenta multi autumant, ab usque primordijs nostræ religionis per manus tradita, & fidelis quadam, ac penè hæreditaria successione deriuata, ut hinc quoque merito censere possimus, cum Martyr ipse tanto opere ab Eusebio Cæsariensi, & Hieronymo laudatur, legitimam causam substituisse: Indeque maior nobis quærendarum eius lucubrationum sitis accendatur. Plura enim

Iustini Martyris monumenta

Cra enim, quod nosti, scripsit uolumina, etiam prater eos libros, qui inter illustriū uirorum opera citantur, praterq; ordinem illum, qui in Ecclesiasticæ historiæ monumentis refertur, quorum in numero hic forte computandus, ni aut sub eius titulo, qui Demonarchia dei inscribitur, aut sub castigatione, uel redargutione Gentium reponatur. Hic enim & ad unius dei cultum penè omnia referuntur, & Gentes etiam quanquam admonentur sæpenumero, tamen ut ille etiam inculcat redarguantur.



IUSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS  
VITA, EX D. HIERONYMI  
CATALOGO.

**I**ustinus Philosophus, habitu quoque Philosophorum incedens, de Neapoli urbe Palæstinæ, patre Prisco Bacchio, pro religione Christi plurimum laborauit: in tantum, ut Antonino quoq; Pio, & filiis eius & senatui librum contra Gentes scriptum daret, ignominiamq; crucis nō erubesceret, & alium librū successoribus eiusdem Antonini, M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodō. Extat eius & aliud uolumen contra Gentes, ubi de dæmonum quoque natura disputat: & quartum aduersus Gentes, cui titulum prænotauit, *τῶν ἑθνῶν*. Sed & alium De monarchia dei, & alium librum quē prænotauit Psaltes: & alium De anima: Dialogus contra Iudæum, quem habuit aduersus Tryphonem principem Iudæorum. Sed & contra Marcionem insignia uolumina, quorum Irenæus quoque in quinto aduersus hæreses libro meminit. Et alium librum contra omnes hæreses, cuius facit mentionē in Apologetico, quem dedit Antonio Pio. Hic cum in urbe Roma haberet *τὸν Μαρσιανόν*, & Crescentem Cynicum, qui multum aduersus Christianos blasphemabat, redargueret gulosum & mortis timidum, luxurizēq; & libidinum sectatorem, ad extremum studio eius & insidijs accusatus quod Christianus esset, pro Christo sanguinem fudit.

IUSTINI

II 2  
IUSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS  
ADMONTORIVS  
GENTIVM LIBER, IOANNE FRANCISCO  
PICO, MIRANDVLAE DOMINO,  
INTERPRETE.



Admonitionis erga uos mea, uiri gentiles, initium sumens, deest deprecor, & mihi ea suppere, quæ me deceat eloqui: & pariter uobis præstari, ut à priorè contentione soluti, & ab errore maiorum liberati, ea quæ profutura sint in præsens deligatis: minime existimantes quicquam uos illis contumeliæ irrogaturos, si quæ contraria sunt ijs, quæ illi minus recte existimauerunt, ea uobis nunc utilia uidebuntur. Exacta namq; rerū perscrutatio, ea etiam ipsa, quæ sæpenumero recte se habere uisa sunt, alia omnino quàm prius apparuerant ostendit, quandoquidē ueritatem ipsam examinatio diligentior extorquet. Quoniã itaq; nobis de uero dei cultu sermo proponitur, quo nihil antiquius existimatū ab ijs puto, qui tūc in primis uitam ducere curauerunt, iudicij illius formidine, quod post uitæ huius finem euenturum est, quodq; nō modo maiores nostri, & legum positores, & Prophetæ diuinitus prædicauerunt, sed & qui sapientes apud uos existimati: Neq; poetæ duntaxat, uerum etiam Philosophi quos ueram diuinamq; sententiã nosse censuistis. Ante omnia mihi uidetur operæ pretium, ut nostros uestrosq; diuini cultus præceptores examinemus, quinam, & quot, quibus ue orti temporibus: ut qui ex progenitoribus suis religionē falsi nominis perceperunt, nunc saltem respiscētes à uetere illo errore liberentur. Sedenim clare dilucideq; ostensuri sumus, nos ipsos eam, quæ secundū deum est, patrū nostrorum religionē secutos. Quosnam igitur, uiri gentiles, uestra religionis magistros esse dicitis? Poetas ne? Atqui nil uobis proderit apud uiros poetarū gnaros hoc ipsum effudisse: Norunt enim deorum generationem ab illis supra quàm dici possit, deridicule constitutā, quemadmodum licet ab Homero nobis discere, primo apud uos & præcellentissimo poetarum: quippe qui dixerit generationem deorum ex aqua principium habuisse: Ita enim scripsit:

Oceanum diuūm genesim, Thetymq; parentem.  
Est præterea meminisse operæpretiū, quæ de eo loquatur, quæ illi deorū primū autumat, & quæ sæpenumero nuncupāt hominūq; deūq; parentē. Siquidē inquit Iuppiter humani dispensat munera belli. Ipsum quoq; non belli solum in exercitu dispensatōrē, sed eius etiam criminis, quod in Troianos filia ipsius perituro cōmisit, causam fuisse cōmemorat. Hunc ipsum & amore captum, & affectū molestia, & plorantem, & à dijs alijs insidias passum Homerus idem introducit, & aliquando super suo ipsius filio talia conquerentem:  
Hei mihi, quandoquidem charum Sarpedona cogunt  
Fata Menœciadæ forti succumbere dextra. Et aliquando pro Hectore:  
O dij cura coquit, oculis dum mœnia circum  
Errantem uideo, sequitur quem comminus hostis.  
Quæ uero de alijs loquatur dijs, cum insidias in Iouem moliti sunt, nouerunt hijs qui in eiusmodi uersus inciderunt.  
Quondam coelicolæ uinclis uincire tonantem  
Constituunt, Iuno, Neptunus, & Attica Pallas.

Poëtarum de dijs opiniones

**C** Quod nisi terrores centum gemini Briarei  
Ollis irruerent, iecissent uincola collo.  
Sed & quæcunq; de amatoria Iouis ipsius petulantia narratur ab Homero oportu-  
num est uobis suggerere iisdem carminibus, quæ apud eum Iupiter in Iunonē  
loquitur ad hanc sententiam:

Non ita me domitum recolo mortalis amore,  
Siue deæ memini perfusam pectore flammam:  
Non Ixionæ flagrantem coniugis igne,  
Acrisionæ Danaëis aut uulnera sensi,  
Exarfi sed nec Phœnicis membra puellæ  
Alcmenæ, aut Semeles Dirçæi ad mœnia Thebes:  
Non me sic Cereris, Latonæ ue impulit ardor,  
Non quæ cura tui coniunx mihi deniq; sedit.

*vulnerati dij.* At qui arbitror consentaneum, ut deinceps ad memoriā reuocetis, quæ in Ho-  
merica poësi de alijs dijs, & quæ illi ab hominibus perpeffi fuerint enarrētur. Mar-  
tem nanque & Venerem à Diomede uulneratos affirmat, aliorumq; deorum affe-  
ctus enumerat: Ita enim nobis à Dione filiam consolante licet colligere, ad quam  
in hunc modum uerba facit:

Sustine nata precor: quid enim tolerauimus omnes  
Cœlicolæ alternos hominum mea nata dolores?  
Graduum fortisq; Ephialtes natus Alæo,  
Atq; Othus pariter crudeli compede nectunt.  
Trisq; decemq; facit menses constrictus in ære.  
Et quondam Iuno dextram perfossa papillam est:

**D** Amphitryoniadæ percussa tricuspide telo,  
Nec non ueloci percussus Pluto sagitta,  
Cum natus Iouis hic torua latus ægide tecti  
Strauerat ad Pyllos iactatum uulnere campos.  
Tunc Iouis ad solium gemebundus, & inclyta Olympi  
Tecta abiit, tergum pulsa afflictante sagitta.  
Si autem ex aduerso reliquorum pugna deorum meminisse conueniat, id uobis  
uester hic poëta suggeret dicens:

Tantus cœlesti rumor percrebuit aula,  
Cum sæua alterni ruerent in prælia diui.  
Neptunum contra bellabat Phœbus Apollo,  
Aduersus Martem certabat Pallas Athenæ,  
Iunoni obstiterat bello pharetrata Diana,  
Latonæ telis uolucer Cyllenius urget.

Hæc & similia de dijs uos Homerus  
edocuit: nec Homerus modo, sed etiā Hesiodus. Quapropter, si excellentissimis  
poëtarū fidē habetis, quibus deorū uestrorū genealogiæ cōscriptæ sunt, necesse est  
uos aut eos tales existimare, aut eosdē credere omnino deos non esse. Quod si nec  
poëtis accedendū putatis, quoniā asseritis mendacia illis effingere licere: multa q;  
eos de dijs procul à ueritate fabulari, quosnam alios diuini cultus præceptores ha-  
beri putatis? aut quo pacto illos eū ipsum didicisse existimatis? fieri nanq; minime  
potest, ut quæ tam magna sunt, tanq; diuina, cognoscatur ab ijs qui prius illa ipsa  
ab optime cōscijs nō didicerint. Allaturi profecto estis sapiētes atq; Philosophos:  
ad eos enim tanquam ad munitissimum præsidium confugere consueuistis, ubi  
quis poëtarū dogmata de dijs uobis ingesserit. Postquam igitur ab antiquioribus  
& primoribus decet exordiri, hinc initium sumens, uniuersiusque sententiam  
exponam, quæ ridiculosior multo est, quàm theologia poëtarū. Thales itaq; Mi-  
lesius

**A** Iesius, qui naturalem philosophiā primus exorsus est, rerum omnium principium *Naturalis phi-*  
aquam esse definiuit: Quippe qui dixerit ex aqua produci omnia, & in aquam rur- *losophiæ pa-*  
sus omnia resolui. Post hunc Anaximander ex eadem Mileto profectus, infinitū *rens Thales.*  
esse rerū omnium principium affirmauit: Iam enim ex eo omnia igni, atq; in idem  
uniuersa corrumpi. Tertius Anaximenes, & hic quoq; Milesius, aëra principium  
dixit uniuersi, ex quo res fierent, & in quem eadem resoluērentur. Metapontinus  
Heraclitus uniuersitatis principium ignē esse affirmauit, & generari ex igne omnia, *Heraclitus.*  
quæ in ignem quoq; finirentur. Anaxagoras Clazomenius rerum principia ho- *Anaxagoras.*  
miomerias, id est similes particulas esse dixit. Archelaus Apollodori filius Athe- *Archelaus.*  
niensis, infinitū aëra, & quæ illi adiacent raritatem, densitatemq; uniuersi esse prin-  
cipium asserit, qui omnes à Thalete quadam successione deducti, eam quam illi  
naturalem uocant philosophiā aggressi sunt. Deinceps ueluti ex alio fonte Py- *Pythagoras.*  
thagoras Mnifarchi Samius numeros cōmensurationesq; & quæ in ipsis sunt har-  
monias, principia nuncupat, quæq; ex utrisq; componuntur elementa. Ad hæc et  
unitatem & sine termino binariū. Epicurus Neocli filius Atheniensis, corpuscu- *Epicurus.*  
laratione speculabilia rerum principia dicit esse, & ea quidem uacui expertia, inge-  
nita & incorrupta, tum nec frangi posse, neq; ex partibus cōflari, immutationi sub-  
iacere, propterea q; ratione spectabilia nuncupari. Empedocles Metonis Agrigen- *Empedocles.*  
tinus quatuor elementa, ignē, aëra, aquam, terram: duasq; principales potestates,  
amicitiā & litem existentium rerum principia cōmentus est, quarū altera quidem ur-  
niat, altera uero dispertiat. Videte igitur, quæ nam eorum, qui apud uos sapientes  
appellantur, confusio suborta sit: eorū, inquā, quos præceptores religionis uestre  
cōfitemini: Si quidem hijs rerum omnium aquam principium esse definiunt, ignem illi,  
alii alia ex hijs quæ supra cōmemorata sunt. Quibus in rebus probabiles quasdā  
**B** rationes adduxerunt, ut suum dogma confirmarent, idq; ostenderent aliorum pla-  
citis esse præferendum. Hæc, inquā, ab hijs tradita sunt. Quomodo igitur gentiles  
uiri, tutum fore putatis eis qui suæ consulunt salutē, ut arbitrentur se ab illis uerum  
dei cultum discere posse, qui sibi ipsis nunquam persuadere potuerunt, ne alternas  
seditiones exercerent, neue pugnantibus contrariasq; sententias afferrent? Verū enim  
uero, qui à primario illo uetustiq; errore desciscere noluerint, nequaquā ab hijs,  
quorum meminimus, sed à celeberrimis, consummataq; uirtute Philosophis, Pla-  
tone uidelicet & Aristotele, religionis normā se cepisse contendunt: quos uerum  
perfectumq; dei cultum didicisse uolunt. Ego autē eos qui talia memorant, liben-  
ter in primis rogarim, unde nam edoctos illos affirmant? Impossibile est enim, qui  
adeo magna diuinaq; à quibusdā conscijs non perceperint, eos aut illa nosse ipsos, *DE DEO.*  
aut eadem alios posse docere. Secundo loco & rectum & oportunum putamus, il-  
lorum examinare sententias, quas utiq; nouerimus, ni alter alteri uidebitur aduer-  
sa proferre. Quod si hos ipsos minime inuicē consentire deprehendemus, fore pu-  
to, ut eorū facile nobis ignorātia dignoscatur. Sed enim Plato, ac si cœlitus descen- *Platonis de*  
disset, & uniuersa quæ in cœlis sunt diligenter cōspexisset, supremū deum in ignea *dij sententia.*  
dicit esse substantiā. Aristoteles autem in libro ad Alexandrum Macedonem, suæ  
ipsius philosophiæ compendiarium quandam sententiā exponens, clare manife-  
steq; Platonis opinionem euellit, affirmans deum in ignea substantiā non cōtine-  
ri, sed quantum quoddam & æthereum corpus transmutationi minime obnoxium,  
effingit, in quo deum reposuit, nō ut alij, quos, inquit, mali sentiētes de deo ignea  
illum substantiā collocasse. Deinceps ea, quam in Platonem effuderat, calumnia  
non contentus, Homerū quem ille iam à sua republica tanquam mendacem repu-  
lerat, tertium, ut inquit, eorum quæ à ueritate sunt simulachrorū imitatorē, in con-  
firmandis ijs, quæ de æthereo corpore asseruerat, in testimonium uocat: Scripsit  
enim sic. Igitur & Homerus inquit:

Iuppiter

**C** Iuppiter excepit nebulis & in aethere coelum. Cupiens Homeri testimonio fide dignam sui ipsius opinionem ostendere, ignarus tamen, quod si Homero utatur teste, ut se uera dixisse demonstrat, multa eorum quae uera esse arbitratus est, falsa apparebunt. Thales enim Milesius, qui prius apud eos philosophandi sumpsit initium, occasione de Homero sumpta, suas de principijs opiniones commentus est. Aristotele namque dicente: deum & materiam rerum esse principia, apud eos omnium antiquissimus Thales, uniuersitatis principium in aquam refert, ex qua omnia generentur, et in quam uniuersa procumbant: coniectatus in primis, quod animalium omnium seminariū principium humidum est, deinceps, quod plantae omnes humido aluntur, atque fructificant, eoque destituta protinus arescunt. Sed hijs coniecturis non contentus, Homerum tanquam idoneum cui fides habeatur, citat ita dicentem:

Oceanus genefim qui cunctis omnibus affert.

Cur igitur Thales ita in illum iure non exclamat? Quam ob causam, o Aristoteles, in destruendis Platonis opinionibus accedis Homero tanquam ueridico, nostram autem impugnaturus sententiam ueridicum non putas Homerum? Quod item uestri isti ualde admirabiles Philosophi nihil inter se consentientes appareant, alijs etiam in rebus, ex ijs quoque dignosci facillimum est. Nam tria rerum principia Plato posuit, deum, materiam, & speciem. Deum quidem effector omnium: Materiam autem, quae primae rerum generationi subiaceat, & illi ipsi ut creet occasionem subministrat: Speciem uero, uniuersuiusque faciundae rei exemplar. Aristoteles eius principij, quam idaeam seu speciem nuncupamus, nullo pacto meminit. Duo autem statuit principia, deum & materiam. Plato rursus in prima illa sphaera suprema caelesti, & a planeta quasi dixeris inerrabili, primum deum & idaeas collocat. Aristoteles uero post deum primarium non idaeas, sed intelligibiles quosdam deos ipse constituit.

**D** At in hunc modum de rebus caelestibus alterne dissentiant, ut nosse deceat illos, quorum notitiae res quae in promptu nobis sunt, non patuerunt, de quibus inuicem sibi aduersantur contradicuntque, eosdem non uideri dignos fide, ut caelestia doceant. Quod autem nec eorum sermo conueniat de anima humana re quidem praesentanea, ex hijs utique manifestum, quae cum uterque de illa disseruere. Plato quidem tripartitam illam arbitratur, cuius altera portio rationalis habeatur, irascibilis altera, tertia concupiscibilis. Aristoteles uero minus communem animam constituit: in quo scilicet corruptibiles particulae comprehendantur: Sed id solum quod ratione capax est animam esse dicit. At qui Plato animam omnem immortalem clara uoce testatur: Aristoteles autem *in uelut* illam nuncupans, non immortalem, sed mortalem esse uoluit. Et ab illo quidem semper mobilis, ab Aristotele uero immobilis definitur, ut quae omnem motionem ipsa praueuiat. Quibus in rebus aduersa pugnantiisque uicissim statuere redarguuntur. Enim uero si quis diligenter peculiare eorum opiniones considerare uoluerit, inueniet utique illos in eisdem ipsis non persistisse. Si quidem Plato tria interdum rerum principia constituit, deum, materiam, idaeas: interdum quatuor, adiecit enim animam uniuersam. Et rursus cum ingenerata materiam dixisset, eandem postea generata asseruit: Et cum proprium idaeae principium assignauisset, et per semet subsistere affirmauisset, mox illud in intelligibilibus posuit. Cum item omne quod genitum est, corruptioni obnoxium antea dixisset, aliqua postea illorum dicit posse non solui, neque corrumpi. Quid igitur causa est, ut non solum ad alterutrum, sed ad seipsum etiam tumultuentur, qui apud uos sapientes existimantur? Ob id uidelicet euenit, quod ab eis, qui nouerant, discere posthabentes, sibi met persuadere maluerunt, proprio humanoque consilio caelestia posse cognoscere, qui nec ea quae sunt in terris potuerunt. Cur quae so humana animam uestrorum Philosophorum alij in nobis, alij circa nos esse dixerunt? Et sane neque in hoc ipso conuenire

fatis

**A** fati curauerunt, sed ueluti propria ignoracione differenter partientes, de ipsa quoque anima tumultuari rixarique delegerunt. Eorum quippe nonnulli ignem dicunt esse animam, hii aërem, illi mentem, alij motionem, euaporationem alij, potestatem alij fluentem ex astris, alij autem motuum numerum, alteri aqua generationis effectricem. Et ut generatim dicatur, inordinata quaedam & male consona apud eos inoleuit opinio. Hoc solo bonis iudicijs digna laude existimata, quod alter utros errabundos, nec haerentes ueritati redarguere delegerunt. Postquam igitur fieri non potest, ut quicumque ueri cultus a uestris praceptoribus codiscatis, cum satis idoneam suae ignorantiae fidem ob alternas rixas uobis effecerint, sequens puto, ut maioribus nostris accedatis, qui praceptoribus uestris longe antiquiores sunt, quicquid de propria nihil phantasia uos edocebunt, neque ab alterutris diuellentur, nec inuicem quicquam demolentur, sed quam procul ab omni contentione, procul a rixa dei cognitionem suscipere, eandem uobis insinuabunt. Neque enim aut ipsa natura, aut humana intelligentia magno adeo atque diuina hominibus cognouisse possibile est, uerum superne sanctis hominibus demisso dono, quibus opus non fuit aut arte, aut ut litigiosae differerent, sed seipsum diuini spiritus operationi puros exhiberent, ut diuinum illud caelitus descendens plectrum, quod uiris iustis tanquam citharae cuiusdam, aut lyrae instrumentum utitur, caelestium & diuinorum cognitionem uobis reuelat. Quapropter ueluti ex uno ore, unaque lingua, & de deo, & de creatione mundi, & de hominis formatione, et de humanae animae immortalitate, & de eo quod post hanc uitam futurum est iudicio, de quibus omnibus quorum nobis cognitio necessaria est, consequenter, & inter se consentientes nos edocuerunt: quae utique diuina dogmata diuersis et locis & temporibus praebuerunt. Incipiam igitur a Mose, qui apud nos est primus & legislator, & propheta, exponens primum tempora, quibus natus est, eorum

De anima Philosophorum pugna.

Mosis antiquitas.

**B** etiam testimonijs utens, quos dignos existimatis quibus fides habeatur. Neque enim ex diuinis solum, quae apud nos habentur historijs, hoc ipsum demonstrare tentauerim, quando quidem illis adhuc propter antiquum maiorum uestrorum errorem credere noluitis, sed ex uestris, & nihil a nostra religione discordantibus historijs: ut percipiatis, omnium siue historicorum, siue sapientium, siue poetarum, siue philosophorum, siue legum positorum, qui apud nos sunt, primum nostrae religionis magistrum Mosen uetustiore multo fuisse, ut gentilia nobis declarant monumenta. Temporibus enim Ogigis & Inachi, quos plerique uestrorum terrigenas putauerunt, facta est Mosis mentio ueluti ductoris & principis Iudaicae nationis: eius namque Palamon in primo graecae historiae meminit, & Appion Possidonij tum in libro aduersus Hebraeos, tum in quarto historicarum, referens tempestate Inachiregis Argiuorum Amaside in Aegypto regnante, Iudaeos quibus praerat Moses defecisse, iisque Ptolemaeus Mendeus consentit, qui res Aegyptias literarum monumentis commendauit: quicquid Atheniensium gesta conscripserunt, Hellanicus & Philocharus: quires atticas ut Castor, & Tallus, & Polyhistor Alexander: Amplius Iosephus & Philon, qui Hebraeorum historias chartis mandauerunt, Mosis tanquam antiquissimi, longeque uetustissimi Iudaeorum principis meminerunt. Hic igitur Iosephus antiquitatem uetustatemque historiae ex ipsa etiam librorum inscriptione monstrandi cupidus, ipsam in hunc modum exorditur: Flauij Iosephi iudaicae antiquitatis: ut qui uetustatem ipsam historiae nomine Antiquitatis expresserit. Sed & Diodorus apud uos historicorum omnium probatissimus, qui bibliothecas compendio concludit, & triginta continuos annos in Asia atque Europa, ut ipse scribit, ambienda consumpsit, nec non plurima proprijs oculis hausit, quadraginta suae historiae libros reliquit: Quorum primo cum retulisset, se a sacerdotibus Aegyptijs didicisse antiquum primumque legislatorum fuisse Mosen, ita de eo ijs ipsis uerbis mentionem fecit. Post antiquam apud Aegyptios uitae constitutionem, quam deorum, heroumque temporibus

Palamon.  
Appion.  
Ptolemaeus  
Mendeus.  
Hellanicus.  
Philocharus.  
Castor.  
Tallus.  
Alexander Polyhistor.  
Iosephus.  
Philo.  
Diodorus.

**C**ribus fuisse fabulantur, multitudinē dicunt persuasisse scriptis uti legibus, eisdemq; gubernari Moſen, magno animo uirum & probatiſſima uita celebratū. Idem paululum progressus, dum uellet antiquorū legiſlatorū mentionē facere, primum citat *Legiſlatores.*  
 22 Moſen, de quo hijs in hunc modum uerbis ſcribit: Apud Iudæos quidē Moſen, quem uocant deū, ſiue ob admirabilem, diuinamq; notionē, quam decernit hominū multitudinē profuturā, ſiue ob excellentiam & poteſtatē, quibus uulguſ ipſum ſuſceptæ legi libentius obſequitur. Secundum inter legiſ poſitores Aegyptios Sauchin fuiſſe cōmemorant, inſignem prudentiā uirum. Tertiū Sefochofin dicunt regē, qui non modo inter Aegyptios bellicis negocijs præcelluerit, uerū etiā bellacem gentem legum poſitione frenauerit. Quartū Bochorim ſtatuerunt, & eundem regē, quem memoriæ prodiderunt & de modo regnandi, & de domeſtica diſpenſatione Aegyptijs præcepiſſe. Sextus dicit Xerxiſ pater Dariuſ Aegyptijs legibus addidiſſe. Hæc uiri gentiles de Moſis antiquitate literis mandauerunt, qui alieni ſunt à noſtra religione, & ea ipſa ſe ab Aegyptijs ſacerdotibus didiciſſe retulerunt,

*Moſes Aegyptia eruditione dignus eſt habitus: A filia enim regis in filij locum aſcitus, proptereaq; multa diligentia nutritus eſt: quemadmodum historiographorū ſapientiffimi Iosephus & Philon memoriæ prodiderunt, qui & eius uitam, & geſta, & generis dignitatem conſcribendam ſumpſerunt. Hijs ipſi Iudæorum acta monumentis referentes, Moſen Chaldæo genere memorant oriundū: Nam cum eius maiores graſſante fame ex Phœni cia in Aegyptum migratiſſent, ibi hominē natum affirmant, quem ob excellentem uirtutem honorare deus propoſuerit, & ſuo generi principem legiſlatorem ac exercitus ducem præfecerit: cum uidelicet decreuiſſet populum Hebræorū ex Aegypto in propriā regionē reuertī.*

**D** Huic itaq; uirō deus imprimis diuinū atq; propheticum in ſanctos uiros deſcēdens donum elargitus eſt, & primū noſtræ religionis futurum magiſtrū præparauit. Inde & prophetas reliquos, qui eodem præditi fuerunt dono, & eadem quoque nos edocuerunt. Hos ipſi noſtræ religionis præceptores fuiſſe dicimus, nihil à propriā & humana mente, ſed ex collato ſuperno dono nos erudientes. Vos autē ubi ex antiquo patrum ueſtrorū errore opinamini ijs ipſiſ obedire non oportere, quosnam magiſtros ueſtræ religionis dignos fide promittis? Fieri profecto nō poteſt, quod ſapius diximus, ut qui à deo magna atq; diuina à ſcientibus nō didicerint, aut ipſi ſcīre, aut recte alios docere poſſint. Sed ubi ſatis res Philoſophorum ueſtrorum ex ijs quæ ſupra narrauiſmus redarguimus, tanquam omni ignorantia, omniq; nugacitate plenas, dimiſſis ipſiſ, ſicuti & Poetas prius dimiſeratis, ad oraculorum fallacias conuertimini: Ita enim quosdam narrantes audiuiſmus. Reliquū igitur putauerim, ut quæ à uobis prius acceperam, eadem uobis in præſentia referā. Dum enim quiſpiā, ut ipſi dicitis, ab oraculo percunctaretur, qui nam olim religioſi uiri extitiſſent; in hunc modum oraculum reſpondiſſe fatemini:

*Oraculum de ueris cultoribus.*  
 Qui per ſe genitum Hebræi coluere tonantem, Chaldæiq; ſimul Sophiam diuināq; norunt.

*Moſes.*  
 Quoniam igitur & ab oraculis ueſtris diſcere poſſe ueritatem putatis, & ex hiſtorijs pariter, quæ de Moſis uita conſcriptæ ſunt, iſſq; à noſtra religione alienis, cognouiſtis Moſen ex Hebræo & Chaldæo genere cum Prophetis reliquis oriundum, nihil inopinabile exiſtimabitis, ſi uirum hunc ex pio genere oriundum, & uitam agitantem dignam pietate religionēque maiorum, magno hoc dono deus honorare deſtinauerit, eundemq; Prophetarumq; omnium primum oſtenderit. Neceſſarium autem exiſtimo rationem haberi temporum, quibus ueſtri florere Philoſophi, ut noſcatis eam, quæ uobis iſtos attulit, ætatē recentiorē & propinquam admodum eſſe: Sic enim Moſis antiquitatē facilius cognoueritis. Ne autem de

**A**tem de temporibus differēs, pluribus argumentis uſus rem protrahere uidear, hinc puto mihi exordiendum eſſe: Socrates Platonis, Plato Ariſtoteliſ præceptor fuit. *Socrates.*  
 Hijs autem Philippi & Alexandri Macedoniſ temporibus floruerunt, quemadmodum nobis Athenienſium rhetores plane teſtantur, præſertimq; Demoſthenis *Ariſtoteles.*  
 contra Philippū ſcriptæ orationes. Quod autē Ariſtoteles Alexandro dum regnaret conuixerit, qui Alexandri ipſius geſta conſcripſerunt abunde manifeſtant. *Alexander Magnus.*  
 Facile ergo eſt undecunq; colligere Moſis hiſtoriā, omni exotica hiſtoria longe antiquiorem. Minime nanq; ignorare uos decet, nihil eſſe gentilibus hiſtorijs exacte mandatū ante Olympiadas, nec ullam antiquā extare conſcriptionē, quæ aut Græcorum aut Barbarorū geſta ſignificet, ſola Prophetæ Moſis præceſſit hiſtoria, quæ afflatione diuina hebræis literis ipſe præſcripſit: Neq; enim adhuc erant Græcæ literæ, ſicuti earum præceptores literarū declarant, aſſerentes Cadmū ipſas ex Phœnicia primum attuliſſe & Græciæ tradidiſſe. Et primus inter ueſtros Philoſophos Plato teſtatur eas poſterius inuentas: quippe qui in Timæo ſcripſerit, Solonē inter ſapientes ſapientiffimū ex Aegypto redeuntem, hæc ipſa Græciæ retuliſſe, quæ ipſe ab Aegypto ſacerdote, nec ſanē uetuiſto, audiuerat ad ſe dicente: O Solon, Solon Græci ſemper pueri eſtis: Nec apud Græcos ſenex quiſpiā. Et rurfus: Omnes, inquit, quod ad animas pertinet, iuuenes eſtis, neq; antiquam ullam opinionē, aut quicq; longauitēporis in illis habetis, neſcitis autē multa ſecula mutis uobis peracta eſſe, ob id quod literis caruiſtis. Quapropter ſcīri conuenit omnem hiſtoriā fuiſſe Græcis exarata literis, quæ poſterius inuenta ſunt, quibus utiq; literarū elementis, ſi quis recte memorari uoluerit, omnē inueniet conſcriptionē memoriæ cōmendatam, ſiue antiquorū poetarū, ſiue legiſlatorū, ſiue philoſophorum, aut rhetorū. Et ab ijs pariter hiſtorijs quæ foris ſunt edocebitur, Ptolemæū Aegypti regē cum

**B** bibliothecam illam in Alexandria præparauiſſet, atq; ut eam conſummaret, undecunq; libros conduxiſſet, certiorē deinde factum antiquā hiſtoriam hebræicis conſcriptam characteribus, ſumma diligentia adſeruari, cognoscendorū uoluminū cupiditate adductum, uiris LXX. ſapientibus, hebræam ſimul & Græcā linguam edocuit, ab Hieroſolymis accerſitis, uolumina illa ut interpretarentur mandauit. Ut autē ab omni perturbatione ſemoti citius interpretationis officio fungerentur, iuſſiſſe illis non in urbe, ſed ab ea procul ſeptem ſtadijs intra Pharum paruas exardificari domunculas, interpretū numero pares, unicuiq; ſcilicet ſuam, ut eorum unuſquiſq; priuatim demandatū munus exequeretur. Adſtantibus uero miniſtris præcepit, haberent quidē omnem in curandis illis diligentia; prohiberent uero ne inuicem obſeruentur, ut & interpretatio exactior, & conſonantia ſimul deprehendi poſſet. Poſtq; autem cognouit LXX. uiros non ſolum eadem ſententia, ſed eiſdem etiam dictionibus uſos, & nec uerbo quidem alternā conſonantia interruptiſſe: ſed eadē omnino, & de eiſdē ſimul ſcripſiſſe: ſtupefactus, ac cōſtanter credens interpretationē diuina uirtute conſectā, omni quidē honore dignos interpretes, tanq; dei amicos perpendēs, multis donis affectos in patriā redire iuſſit: libros autē illos diuinos, ut decebat, exiſtimans, illic repoſuit. Hæc uobis, gentiles uiri, non fabulæ, non fictæ hiſtoriæ inſtar attulimus, ſed quæ Phari accollæ nobis tanquā patriā nuntiarunt, & quæ uidimus ipſi illa protulimus, qui in Alexandria cum eſſemus caſularum ueſtigia in Pharo, ueluti reliquias cuſtodiri conſpeximus: quæ licet uobis ex alijs pleriq; diſcere, & præcipue à ſapientibus atq; probatis uiris, Philone atq; Iosepho, qui rem hanc hiſtoriæ mandauerunt. Si quis autem eorum è numero, quibus contradicendū ſtudiū in uſu eſt, contendat libros hoſce non ad nos, ſed ad Iudæos pertinere: propterea quod in ſynagogis eorū uſq; ad præſens adſeruentur, aſſermetq; fruſtra nos religionis noſtræ cultum inde didiciſſe, ex eiſdem libris norit, eorum doctrinā non illis ſed nobis conferre, Quod autē adhuc apud Iudæos

Custodiantur, quæ nostræ religioni usui sunt, diuinæ rebus nostris consulentis prudētis opus existimamus, ne si eos ex ecclesia duntaxat promeremus, ansam male uolis calumniandi præberemus: quæ illis uidelicet adimitur, cum ea ex Iudæorū synagoga proferimus: Quo fit ut ex ipsis quos illi custodiūt libris, clare manifesteq; appareat, doctrinā illam à sanctis hominibus literis traditā, ad nos ipsos pertinere. Est igitur operæpretiū, gentiles uiri, ut futuris prospicientes, & illud quod nō modo nostri, sed etiā alienigenæ prædicarūt, iudiciū contemplantes, imprudenti maiorum uestrorū errori non assentiamini: nec si quid illi uobis tradiderunt aberrantes id uerum putetis: sed in periculum formidandæ infelicitatis oculos figentes, diligenter quærat & perscrutemini, quæ monumentis mandata sunt ab illis, quos ut ipsi dicitis, magistros habetis: Multa enim eos, quantū inuitos, diuina prouidentia hominibus consulens, loqui de nobis coëgit: & maxime qui ad Aegyptū profecti, & à Mose, & reliquis maioribus religionis emolumentū cōsecuti sunt. Neq; enim plerq; uestrum latere puto, quos & Diodori, & aliorum docuit historiā quod & Orpheus uidelicet, & Homerus, & Scylon, qui leges Atheniensibus scripsit: Sed & Pythagoras & Plato, & alij nōnulli in Aegypto fuere, qui simulac ab historia Mosis eruditi sunt, illis ipsis contraria definiuere, quæ prius amplexati fuerant. Quæ enim postea primus, ut ita loquar, multidei cultus uestri magister Orpheus, Musæo filio, & reliquis legitimis auditoribus de uno & solo deo prædicauit, necessarium puto uobis suggeri: Ad hunc enim modum cecinit:

Quos licet affabor, portis exclude prophanos,  
 Luciferæ Phœbes Musæa aduerte propago,  
 Vera loquar, quæ nota prius, quæ in pectore dudum  
 Conferta, æternæ non præstant munera uitæ:  
 Diuino assideas uerbo, quod conspice semper:  
 Quod mentis nauem flectat: tu scande per arcum,  
 Et solum spectato ducem, qui præsidet orbi.  
 Is per se genitus, solus qui cuncta creauit,  
 Omnibus assistens: nemo est qui hunc uiderit unquam  
 Mortalis, sed cuncta procul cernuntur ab ipso,  
 Atq; malum, unde bonum, miseris mortalibus infert,  
 Et rigidum bellum, lachrymas, sæuosq; dolores:  
 Nec quicquam est aliud, non magni regis alumnum,  
 Quem necq; conspicio tectum caligine densa,  
 Mortales oculi quoniam mortalibus insunt,  
 Atq; Iouem penitus non possunt cernere regem.  
 Hic siquidem firmum fortitus in æthere cœlum est,  
 Aureus huic thronus est, pedibus iacet arida tellus,  
 Et dextra Oceani uelocis littora cingit.  
 Hunc metuunt celsi montes, hunc flumina, pontus.  
 Iuppiter & Pluto, Phœbus, Dionysius unum est.  
 Sed cur bis loquimur? deus adstat in omnibus unus.  
 Per cœlum iuro te, quod deus inclytus edit,  
 Perq; patris uocem primam, quam protulit ipse.  
 Quam quidem uocē dei uerbū nuncupat, per quod & cœlum & terrā, & creaturam cōdidit uniuersam, sicut nos docēt diuinæ sanctorū hominū prophetiæ. Quibus cum & ipse nōnihil operæ apud Aegyptios impendisset, didicit dei uerbo uniuersam creaturā conditā esse. Quapropter ubi dixerat:  
 Perq; patris primā uocē quā protulit ipse:  
 Hac & consilijs mundum firmauerat omnem.

Et rursus alibi dicit:

In iusiurandis autē sic:

adiicit hæc & coniunxit:

Quo

A Quo in loco uocis nomenclatura more poëtico uerbum expressit. Hoc autē ita se habere declarat, quod paulo ante intercesserat:

Diuino assideas uerbo, quod conspice semper.

Nec non oportunitum puta uerim, ut memorix succurrant, quæ de uno & solo deo prisca illa & ualde antiqua Sibylla suis uos oraculis edocuerit: cuius tanquam fatidicæ & Plato, & Aristophanes, & alij plerique meminerunt, quæ quidem in hæc carmina uocem resoluit:

Vnus enim deus est, solus, non editus, ingens,  
 Omnia conspiciens, non uisilis Induperator:

Quem moritura caro potis est cōprehendere nunq;.

Deinde alicubi sic:

Immortales enim calles defleximus ipsi,

Nec non insulse manufacta sacra uimus, atque

Idola infectos hominū testantiamores. Etrursus alio loco in hunc modū:

Felices illi in terris omnino futuri,

Qui summum coluere deum, & laudare priusquam

Degustent quicquam, freti pietate, putarunt

Qui mutos lapides, qui templa, altaria bruto

Sanguine quadrupedum foedata, refellere discunt,

Vnus inq; dei laudem procumbere norunt.

Hæc illa quidē Sibylla cecinit. Homerus autē abusus poëtici licētia, cum opinio- nem Orphei de pluralitate deorū in primis imitatus fuisset, fabulosa quidē plerq; ex eorū multitudine meminuit, ne Orphicæ poësi nō succinere uideretur, quā adeo sibi proposuerat imitandam, ut ex primo ipsius poësis carmine suā ad illam conuenientiam significarit: Cum enim ita Orpheus in principio sui poëmatiss dixisset:

B Iram frugiferæ Cereris dea pande canenti.

Ille ita:

Iram Pelidæ rigidæ dea pande canenti.

Deligens, ut mihi quidem apparet, ita exordiri, ut etiā à poëtici metri ratione decideret, ne primus uideretur deorū nominis meminisse. Paulo autem post & suam de uno deo opinionem aperte dilucideq; declarat, cum ex Phœnicis persona ad Achillem quodam loco insit:

Nec si pollicitus deus ipse auferre senectam,

Et mihi florentem circumfudisse iuuentam.

Ipsō enim pronomine deum uere existentem expressit, & alibi quoq; ex Vlyssis persona Græcorum multitudini loquitur:

Non plures numero, sed princeps unicus esto.

Verum huic quoq; bono contrariū malum opere ipso declarare constituit, quando ex deorū multitudine, bella, lites, seditiones, alternas insidias enarrauit. Quippe monarchiā ipsam inexpugnabilē esse cōtingit. Atq; hæc ab Homero desumpta sint. Quod si oportunū quoq; iudicaueritis, ut à scena quoq; de uno deo testimo-

nā producamus, audite Sophoclem dicentē: Vnus reuera, unus est deus, qui ter-

ram struxit & cœlum, qui maris nitentes undas, & uentorum minas mortales plu-

rim corde aberrantes, in animæ perniciē simulahra struximus lignea, lapidea, uel

auro tecta, uel elephantos: quibus festiuitates & sacra fecimus, pie in hunc modum

colere existimantes. Hæc ita Sophocles. Pythagoras autē Mnisarchi, qui suæ do-

gmata philosophiæ per mystica symbola exposuit, uti declarant hij, quibus eius

uita conscripta est, de uno deo sensisse uidetur ea, quæ digna sua in Aegyptū pro-

fectione habeantur: Quippe cum rerum principū unitatem constituerit, & hanc

ipsam omnium bonorū causam existimauerit, allegorice docuit, unū & solum esse

deum. Hinc autē manifestū fiet, hæc ita se habere, quando & unitatē & unum non

parum inuicē differre decreuit: Illam enim in intelligibilibus, hæc autem in nume-

Innuit eos pri-  
 mi Iliados car-  
 minis errores  
 quos notat et-  
 tiam Eustathia-  
 us interpres.

Unitas Pythæ-  
 goræ.

ris collocauit. Sin autem uos Pythagoræ sententiã de uno deo clarius cognoscendi cupido incescit, illam ipsam audite: ita enim se habet: Deus quidẽ unus est, neq; ut nonnulli suspicantur, extra mundi ornatum, sed in ipso omnino est, atq; omnes uniuerso in circulo generationes considerat. Annos omnes & secula temperat; potestates dispensat, & opifex omnium quæ in cœlo sunt, principii, illuminator, & pater omnium: cunctorum præterea quæ in circulo sunt mens, motus, & uita. In hunc planè modum Pythagoras. Præterea Plato, ut uisum est, Mosis, aliorumq; Prophetarum de uno deo demonstraturus doctrinam, quam dum esset in Aegypto percepit, sed ob ea nihilominus, quæ Socrati acciderant, ueritus ne in se Anxtum quendam & Meletum excitaret, quibus apud Athenienses accusaretur, asseuerantibus eum iniuste in deos agere, eos renuens quos ciuitas recepisset, metu uidelicet cicutæ, uariũ quẽdam, & tectum in uolucris sermonẽ de dñs molitus est, quod eorum posset opinio stare, qui plures deos autumarẽt, eodemq; pariter ijs asseuerantibus, qui contraria illis arbitrarentur, sicuti facile est deprehendere ex ijs quæ scripta reliquit. Cum enim antea statuisset, omne quod factum est oportere dissolui, postea deos factos asseuerat. Cum item rerum omnium principia deum & naturã esse uoluerit, necessarium est utiq; eum affirmaturũ, factos ex materia esse deos. Si autem de materia, ex qua malum quoq; proficisci putauit, quales nam illos esse deos conueniret, qui de materia prodiret, sapientibus considerandũ reliquit. Propterea nanq; ingenitam materiam affirmauit, ne consequio dici uideretur, deũ mali effectorem: de ijs enim dijs qui creati erant à deo ita dixerat: Dei deorũ quorum ego creator sum: Eius uero dei qui uere est, recte meminisse uisus est. Qui enim au diuerat deũ Mose in Aegypto dixisse: Ego sum existens, Quãdo scilicet eum deus ad Hebræos missurus esset, hinc intellexit nullum sui peculiare nomen insinuasse: neq; enim deo propriũ nomen aptari potest: quippe cum nomina subiectis rebus, quæ uaria & diuersa sint, declarandis manifestandisq; apponantur, deo autẽ neq; quisquam fuit prior, qui nomen imponeret, neq; ipse se ipsum nominare oportere constituit, unus & solus existens, qui idem per suos Prophetas testatur inquit: Ego primus, & ego postea, & præter me non est alius deus. Ob id igitur, ut supra dixi, proprii nominis alicuius deus non fecit mentionẽ, cum Mosen ad Hebræos destinasset, sed uel cuiusdam participij se unum & solum deum mystice docuit: ego enim, inquit, sum existens: ex opposito uidelicet se ipsum distinguens existentẽ ab ijs qui non existunt: ut qui prius decepti fuerant, agnoscerent se non illis qui existunt, sed planè non existentibus applicuisse. Quoniã autem deus nouerat primos homines antiquæ parentum deceptionis meminisse, quam humani generis osor dæmon ludificãdi gratia excogitauit: tum cũ ita illos allocutus est: Si mihi credideritis, dei mandatum prætereuntes, eritis sicut dii: eos enim nominauit deos qui non sunt, ut qui alios esse deos putassent, & se ipsos quoq; fieri posse deos existimarent. Propterea Mosen affatus est: Ego sum existens: Ut per hoc participium, existens, dei existentis, & eorum qui non sunt differentiam edoceret. Qui autem dæmoni decipienti homines crediderunt, ausiq; propterea diuinis obaudire præceptis, exierunt è paradiso, deorum quidem nomenclaturæ memores, uerum non satis edocti, an dii alij præter uerum deum inuenirentur: Neque enim erat æquum, ut qui mandatum primum, alioqui obseruatu facile, non custodissent, erudirẽtur amplius, sed potius ut iusta pœna plecterentur. Vbi ergo de paradiso expulsi, arbitratiq; sunt ob solam se inobedientiam eiectos: ignari alioqui id etiam fuisse in causa, quod eos qui non erant dii, deos esse crediderant, deorum nomen hominibus de se propagatis tradiderunt. Quo fit, ut prima isthac de dijs mendax phantasia, à parente mendacij originem traxerit. Aduertens itaq; deus falsam de pluralitate deorum opinionem, eamq; ueluti pestilentem quempiam animæ morbum tollere cupiens,

Deo non est  
proprium  
nomen.

Deus existens.

Ad eiectionem  
è paradiso.

A cupiens: primũ quidem apparens Mose, ad eum inquit: Ego sum existens: Oportebat enim, existimo, eum qui futurus erat hebræi generis princeps & imperator, existentem deum ante omnia cognoscere. Quapropter huic primo apparens, eo modo quo fieri potest ut homini deus appareat, ad eum inquit: Ego sum existens. Dein illum ad Hebræos destinaturus in hunc modum illis dicere imperat: Existens misit me ad uos. Hæc igitur Plato cum in Aegypto didicisset, mirifice ijs delectatus est, quæ de uno deo tradita fuerant: Mosis tamen mentionẽ facere ob id, quod unum solumq; deum edocuerat, sibi apud Athenienses tutum non putauit, ueritus Areopagum. Id autem quod à Mose bene scriptum perceperat, non tanquam illud ab eo didicisset, sed ueluti propria afferens opinione, in Timæo, opere quidẽ elaborato, & in quo theologiã tradere molitus est, id ipsum de deo differuit, quod & Moses: Ita nanq; scribit. Est igitur, ut mea fert opinio, diuidendum primo, quid est quod semper existit, & generatione caret: & quid illud est, quod quanquam factũ sit, nondum tamen existit. An non quæso, gentiles uiri, conspicuis mentibus unum hoc idẽm uidetur, solo dirempto articulo: Moses enim, qui existit, inquit: Plato uero, quod existit. Quorum utrunq; semper existentĩ deo conuenire manifestum apparet. Ipse enim est qui solus semper existit, generatione carens. Quid autem illud sit ab eo quod semper existit è regione distinctum, de quo ille ait factum quidem, nuncq; existens, exacte considerandum est. Inuenimus enim ipsum clare manifesteq; dicentem, quod ingenitum est sempiternum esse, genitos autem uel fabrefactos, ut ipse de illis inquit: Dei deorum quorum ego creator, factos & pereuntes censebimus. Ita nanq; dixit: Est igitur, ut opinor, diuidendũ primo, quid est id quod absq; generatione semper existit. Et quid illud quod factum est, nunquam autem existens. Quod enim intellectu cum ratione comprehensum est, id semper existit: Quod autem opinione cum sensu irrationali cogitabile est, id fieri & perire dixeris, esse uero nequaq;. Hæc Platonis uerba, quibus mens emota non est, factorum deorum abolitionẽ & perniciem prædicant. Huic autẽ uobis necessariò mens adhibenda est, quod Opificem deum, non Creatorem nuncupat, inter quæ multum interest iuxta ipsius dogma Platonis: Creator enim nullo indigens alio, propria uis & potestate facit, quod faciendum est efficit. Sed fortasse nonnulli, quibus mens non est à multorum deorum dogmate respiscere, opificem ipsum ijs quos produxit dijs ita dixisse contendent: Quoniã estis geniti, immortales aut omnino indissolubiles esse non potestis: non soluemini autem, neq; mortali, fato me ita uolente, subijciemini, maiorem & fortiozem multo nexum sortiti. Hoc in loco Plato eos formidans, qui deorum pluralitatem amplexi sunt, opificem suum sibi ipsi contraria loquentem introducit: qui enim prius dixerat, corruptioni obnoxium esse omne quod factum est, nunc aduersa atq; pugnãtia eundem ipsum asseuerantẽ refert: non sentiens nullo pacto se posse mendacij crimen effugere. Aut enim mentiebar prius, cum affirmabat corruptibile esse omne quod factum erat: aut nunc in illis enuntiandis mentitur, quæ superius à se dictis aduersantur. Si enim omnino necesse est, iuxta eam quam prius attulerat definitionẽ, omne quod factum est corrupti, quo pacto dein concedit, quod necessariò nequit fieri, id ipsum ut fiat euenire posse: Quamobrem uisus est Plato in cassum opifici suo in ijs quæ fieri non possunt, blandiri uoluisse, ut quos semel ob id quod ex materia facti essent corruptibiles futuros affirmarat, rursum per ipsum indissolubiles, & corruptioni minime obnoxios annuntiaret. Atqui potestas materiæ, iuxta Platonis dogma, ingenita est, & ipsi opifici contemporanea & coæua: Quo fit ut consentaneum sit, eam ipsius uoluntati non assentiri: Ab illo enim qui non fecit, in illud quod factum non est, nulla uis atq; potestas. Quamobrem fieri nequit ut cogatur, ut

Plato abstinentia  
it à nomine  
Mosis.

Timæus Platonis.

Creator.  
Opifex.

C pote ab omni exteriori necessitate, ab omni peregrina iniuria libera. Ad hoc Plato cum respexisset, ita scriptum reliquit: Necessarium est, ne dicatur deum posse cogi. An uero à sua republica propterea pepulit Homerum Plato, quod in legatione ad Achillem dixerat Phoenix:

Dei uertuntur & ipsi.

Hoc autem Homerus non de ipso rege, & eo qui iuxta Platonem deorum opifex est, cecinit: sed de nonnullis, quos multos esse Græci putauerunt, ut est nobis à Platone discere, ubi ait: Dei deorum. Vni autem primo deo atrea illa catena omnium imperium & potestatem Homerus attribuit, à cuius diuinitate ceteri tantum distarent dii, ut haberentur digni qui inter homines computarentur. Ab eodem Vlysses contra Hectorem ad Achillem loquens in hunc modum introducitur:

Ipsè hominesq; deosq; Ioui confusus, honore  
Indignos retur, tumida circumfluus ira.

Quo in loco mihi uidetur Homerus, cum eadem quæ Plato in Aegypto didicisset, extra controuersiam hoc ipsum innuisse, ut deo, qui existit, fretus, eos qui non existunt plane negligeret. Ipse namq; poëta alibi ui alterius dictionis, pronomini scilicet, deum significat, quod pronomen participio æquiualeat, quo deum Plato existentem dicit: Quo loco ait, quid est semper existens generatione priuatum: neque enim temere mihi dictum uidetur à Phœnice:

Nec si pollicitus deus ipse auferre senectam,  
Et mihi florentem circumfudisse iuuentam.

Hoc enim pronomen, ipse, existentem re uera deum significat. Idem quoq; asseuerat oraculum, quod uobis de Chaldæis & Hebræis allatum est: Nam percunctante nescio quo, qui nam forte uiri deum pure coluissent, ita respondisse illud asseueratis.

Qui per se genitum Hebræi coluere tonantem,  
Chaldæiq; simul sopheriam diuinaq; norunt.

Quo pacto igitur Plato Homero irascitur, affirmanti conuerti deos? Siquidem Homerus illud utilitatis gratia dixisse, manifestum est: ex hijs quæ ibi dicuntur: Eorum enim proprium est, qui precibus & sacrificijs dignum putant clementiam consequi, ut poenitentia afficiantur eorum quæ peccauerunt, & in posterum cessent. Qui enim diuinitatem in conuertibilem existimarent, nequaquam deliquerent à criminibus quæ commiserunt retrocedere: Quandoquidem ex poenitentia nihil se utilitatis percepturos putarent. Qui fit ergo, ut Philosophus Plato condemnet Homerum poëtam, asserentem uertibiles esse deos, cum ipse deorum opificem tam facile conuersum introduxerit: ut interdum quidem mortales deos, interdum uero immortales eosdem affirmauerit: Nec de illis modo, sed de materia, ex qua (ut inquit) necessariò producti sunt dei, uaria loquitur, & aliquando ingentam, aliquando genitam asseueret: Ignarus, quod in quibus Homerum accusat, in illa ipsemet impegisse conuincitur, cum dicat tam facile deorum opificem conuerti: Tametsi Homerus de ipso etiam deo contraria cecinerit: quippe qui eum scribat ita de seipso dixisse:

Nec reuocare datur, nec falli, aut sine carere,  
Cum capite annuero fient mandata tonantis.

Plato à Mose edoctus. Sed hæc quidem inuitus, ut putauerim, Plato, formidans illos, qui deorum pluralitatem uenerantur, aliena de dijs uidetur narrasse. Quæ uero & à Mose, & à Prophetis de uno deo prædicta mystice fuerant, ea edoctus efferenda putat, piuum

A tat, piuum affectantibus cultum, quid sentiat manifestans: Eo namque delectatus quod Moses à deo susceperat: Ego sum existens, breuem dictionem participio expressam, multa cura speculandam recepit, cognouitq; deum, cum suam Mose æternitatem significare uoluisset, dixisse: Ego sum existens. Quandoquidem hæc syllaba  $\omega\upsilon$ , id est existens, non unum duntaxat, sed tria innuit tempora,  $\omega\upsilon$  præteritum, præsens, atque futurum. Sic enim Plato  $\omega\upsilon$ , id est existens, ad futurum retulit tempus: quippe qui dicat nondum existentem. Hoc autem quod dico, nondum, non in præteritum (ut nonnulli putant) sed in futurum tempus referri debet, quod est prophanorum monumentis plane constat. Plato igitur quasi cupiat nescientibus enarrare, quæ mystice atque occulte de æternitate dei per participium illud  $\omega\upsilon$  dicta fuerant, hijs maxime dictionibus utitur, scribens:

Deum etenim (quod est antiquum dogma) omnium principium, finem, &

media continet. Quo in loco proculdubio legem Mosis antiquum dogma nuncupauit, à Mosis nomine abstinent, cicutæ formidine: Vtpote qui nouerat ipsi

us uiri doctrinam Græcis inuisam. Antiquitatis autem uerbo Mosen expressit, cuius legem & antiquam, & primam, tum ex Diodoro, tum ex reliquis hi-

storijis supra nobis est demonstratum: Quando eum Diodorus legislatorum primum fuisse commemorat, non repetit adhuc Græcarum characteribus literarum, quibus illi in historijs cōscribendis usi fuerūt. Admiratur autem nemo, si de æternitate dei commotus à Mose Plato ita scripsit, quem inuenies post deum

uere existentem, mystice quoque rerum cognitionem Prophetis acceptam retulisse: Nam in Timæo de nonnullis principijs cum disputaret, ita differuit: Ignis

& aliorum corporum principium supposuimus, ita incedentes, ut necessaria uisum est rationi conuenire. Quæ autem in hijs principia sunt, & deus, & quicum-

que iunctus est illi amicitia, superne cognouerunt. Sed quosnam alios dei amicos, præter Mosen & reliquos Prophetas existimat? In quorum prophetias cum incidisset, & illorum de iudicio sententiam perdidicisset, in primo de Republica

libro ita exclamauit, dicens: Postquam autem eum processerit quispiam, ut prospiciat sibi moriendum esse, irruit in illum & timor, & cura rerum earum, quas antea non timuerat. Nanque ob ea quæ de inferis prædicantur, in quibus iniusti homines poenas luant, ueretur se illic afflicandum: Et quæ sibi fabulosa olim & ridicula uidebantur, tunc evertunt concutiuntq; animum, ne uera illa sint, expauescentem: hic idem uel senectæ debilitate, uel quia ijs quæ illic geruntur propior est, illa ipsa magis perspicit: Quo fit ut suspitione & pauore repleatur, nec non secum ratiocinetur atque consideret, num iniuste quempiam affecerit. Tum si qua antea cæ uitæ crimina menti se ingesserint, ueluti pueri cum de somno subito expergefiunt, formidat, & spe mala uitam ducit: Si enim uero nil mali in seipso conspexerit,

Dulcis spes semper adhæret,

Atq; senum nutrix bona,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

ut ait Pindarus. Comiter namq; Socrates ille inquit eum qui iustus & sanctus est, dulcem uitam perducere: Quo spes alitrix senectutis dulcè cor subleuet, quæ uersatilem mortalium mentem maxime gubernat. Hæc ille in primo suæ Reipublicæ libro. In decimo uero clare manifesteq; posuit, quæ à Prophetis de iudicio didicerat, sed ob Gentium pauorem non tanq; ab eis edoctus: eruditus autem ab aliquo, qui (ut sibi fingere libuit) surrexisset in bello, quicq; duodecimo tumulari die cū deberet, pyræ impositus reuixisset, & quæ in inferno gereretur enarrasset, uerbis autem istis scriptum reliquit: Adstitisse alicui, qui à socio interrogaretur, ubi magnus ille Arideus esset. Hic autem Arideus cuiusdā urbis Pamphiliæ tyrannidē usurpauerat,

**C** patre sene, & fratrenatu maiore trucidatis. Alia quoque multa scelera, ut ferebatur, commiserat. Respondisse uero illum, non uenisse aut uenturum esse Arideum, & ijs uerbis adiecit; metuenda spectacula contemplati sumus, cum prope os in eo esse mus ut reueteremur, pateremurque plurima, tum illum repente uidimus tyrannis plurimis permixtum. Erant & priuati simul, qui facinora enormia commisissent, qui dum redire conarentur, os illud non patiebatur, sed mugiebat, quoties eorum quispiam qui uenia indignus, semet flagitijs refarsisset, regredi moliretur, priusquam debitas poenas dedisset. Inibi quoque adstiterant uiri truces, aspectu ignei, qui eosdem obseruato signo comprehensos ducebant. Arideum autem, & qui simul erant, capite, pedibus, manibusque truncatos, decorticatosque, ac super tribulis reuolutos, iuxta uiam diuersos pertrahebant, ac spectantibus significabant, quorum id causa fieret, quodque in tartarum proijciendi raptabantur. Inter omnes uero timores, quos essent perpeffi (quancumque hij essent & magni & plurimi) is, inquit, excelebat, qui de oris illius mugitu inferebatur, cum sursum remearent: contra eo silente nil ipsos pati regrediētes memorabat. Huiusmodi poenas & flagella esse, atque ijs opposita praemia narrabat. Qua in re mihi uidetur Plato non solum de iudicio sententiam a Prophetis didicisse, sed eam quoque quae de resurrectione est a Gentibus minime credita. In eo enim, quod affirmauit animam unam cum corpore iudicari, nil aliud insinua uit, quam quod sententiae de resurrectione astipularetur. Qui enim fieri potuit, ut Arideus & ceteri, qui corpus, cui caput & manus & pellis inest, reliquerant super terram, tanta in inferno flagella sustinerent: Neque enim manus, aut pedes, pellemue habere animam confitebuntur. Sed cum in Aegypto in Prophetarum libros incidisset, & dogmata de resurrectione corporum admisisset, docuit animam ipsam cum corpore iudicari. Nec Plato modo, uerumetiam Homerus apud Aegyptios haec edoctus, Tityon pariter expendere poenas asseuerauit: Ita enim in eius Necyomantia Alcinoos Vlysses enarrat:

**D** *Tityus.* Vidimus & Tityum celebrem Telluris alumnum,  
*Sisyphus.* Expansumque nouem corpus per iugera, cuius  
*Tantalus.* Vtrinque affidens contundit uiscera uultur.

Quae non certe ad animam, sed ad corpus referri debent. Eodem modo & Sisyphum & Tantalum in corpore poenas pati narrauit. Quod autem in Aegypto diuersatus Homerus fuerit, & multa ex ijs quae ibi didicerat, ad suam poesim ipse conuerterit, satis edocet Diodorus historicorum celebratissimus, qui asserit illum in Aegyptum profectum didicisse, quod poculum illud, cui Nepenthes nomen fecit, irae malorumque omnium obliuionem asserens, accepisset Helena a Polydamna uxore Theonis, & in Spartam deuexisset, eodem pharmaco prodit Homerus usam Helenam, Menelai planctum sedasse coram Telemacho suscitatum. Idem ex Aegyptiorum historia Veneri cognomentum indidit Aurea: Nouerat enim in Aegypto Veneris aurea Lucum appellatum, & aurea pariter Veneris puerum nuncupatum. Quod si quispiam nosse aueat, cuius nam gratia istae nunc ad memoriam reuocari mus, id propterea fecisse nos discat, ut ostenderemus poetam ipsum, multa ex diuina patrum nostrorum historia in suam poesim transfuisse, atque in primis, creati mundi principium a Mose celebratum: ita enim scripsit Moses: In principio creauit deus caelum & terram, deinde solem, & lunam, & stellas. Haec in Aegypto didicit Homerus, & ijs quae de mundi genesi scripta erant admodum oblectatus. Vulcanum introduxit in Achillis scuto ceu quandam mundi geneseos imaginem deliniasse: Ita enim scripsit:

Hic etenim ignipotens struxit, maria, aethera, terras,  
Ardentem solem, plenae quoque lumina lunae,  
Atque coronatum signis fulgentibus orbem.

Sed &

**A** Sed & paradisi quoque terrestris imaginem in horto Alcinoi ueluti adseruatam effinxit, quem semper floridum, & plenum fructibus, similitudine quadam ostendit, atque in hunc modum scripsit:

Hic nemora emittunt procero est stipite flores,  
Puniceus fructus, & olentia mala, pyricumque,  
Et dulces ficus, & blandae germina oliuae,  
Quis neque deperijt fructus, nec desinit unquam:  
Non aestas, hiemesque nocent: uerum aura Fauoni  
Perpetuum spirans, hos profert, deijcit illos,  
Atque pyrum ueteri, sic pomae poma senescunt,  
Atque recens passis superaduenit uuaracemis.  
Ficibus adduntur ficus, & uinea diues  
Frugiferum teneris germen radicibus effert.  
Huic soboles Phoebe radijs contacta calescit.  
Hanc manibus carpunt, ex illis musta tepescunt:  
Illi deciduus flos, huic matura propinquat  
Aetas, ut patulis refluat uindemia labris.

Cur non uerba isthaec claram & manifestam eorum, quae a primo Propheta Mose de paradiso dicta fuerant, imitationem ostendunt? Si quis uero turris aedificationem contemplari uoluerit, cuius structura tempestatis illius homines aditum sibi in caelum parare posse putauerunt, certior utique fiet & hanc ipsam per Othum & Ephialtem allegoria quadam Poetae imitationem: De illis enim ita cecinit:

**B** Hij siquidem bellum decernunt impete magno  
Coelicolis, Ossam statuunt praepone Olympo,  
Et folijs tremulum componere Pelion Ossae,  
Terrestres celsum ut refereret semita caelum.

Similiter quoque de humani generis hoste de caelis proiecto, quem diuinae scripturae diabolum nuncupant (id enim nomenclaturam a prima in hominis calumnia sortitus est) si quis exacte considerauerit, inueniet a Poeta mentionem factam: non quod eum proprio diaboli signari nomine, sed ex pessima illius operatione cognomen indiderit: Quippe qui *αἴτιος*, hoc est damnus appellauerit, idque de caelo ab ipsorum deo detrusum asseruerit. Et tanquam exacte memor uerborum, quae de illo protulit Esaias Propheta, ita in sua poesia scriptum reliquit:

Actutum comptis damnus cepisse capillis  
Dicitur iratus, stabilem furatus Auernum:  
Nunquam stelligeros rediturum rursus in axes.  
Sic fatus, cello damnus detrusit Olympo.

Atque & Plato post deum atque materiam tertij ponendi principij, quod speciem dixit, non aliunde quam a Mose sumpsisse occasionem uidetur: Namque speciei nomen ex Mose uerbis percepit; minime tamen edoctus ab ijs qui nouerant: nihil enim eorum quae a Mose dicta sunt, absque speculatione mystica dare cognosci unquam potest. Scripserat nimirum Moses ueluti ex persona dei ad se de tabernaculo loquentis: Sic autem facias mihi secundum omnia, quae in monte monstrauero, exemplar tabernaculi. Atque iterum: Et constitues tabernaculum secundum exemplar omnium partium eius. Et rursus paulo post: Sic igitur facies secundum formam tibi in monte monstratam. In hac igitur incidens Plato, & non ea qua decebat contemplatione suscipiens, autur mauit speciem separabilem quiddam esse, & rei sensibili praexistere: quod & rerum quae sunt exemplar sapienter appellauit. Quoniam uero de tabernaculo Moysi hoc litera significat, secundum speciem quae ostensa tibi est in monte, sic illud efficies, & in terra, item & in caelo, & in homine, iudicatus uidetur Plato, ut horum scilicet ideas esse

*Alcinoi hortus*

*Diaboli nomen unde,*

*Ideae Platonis: ex Mose.*

*Venus aurea.*

*Homerus poesim suam Aegyptiacis discipulis decorauit.*

C esse putauerit. Namq; ubi scripserat Moses: In principio creauit deus coelum & terram, & deinde subdiderat: Terra autem erat inuisibilis & incomposita, existimauit hanc de qua loquitur (terra autem erat) praexistente terram dictam fuisse: quandoquidem ita differuit; Terra autem erat inuisibilis & incomposita. Illam autem de qua scriptum est: Fecit deus coelum & terram; arbitratus est ipsam illum dicere terram, quae a deo iuxta praexistentem speciem condita fuisset: Pari pacto & de condito caelo putauit. Id namque quod creatum fuit, cuius firmamenti nomen inditum est, sensibile factum opinatus est. Aliud autem esse intelligibile, de quo Propheta dicat: Coelum caeli domino, terram autem dedit filijs hominum. Et ad hunc pariter modum arbitratur Plato de homine, cuius primo meminit Moses. Dein post multa eorum quae creata fuerunt, de hominis formatione mentionem fecit, ita scribens: Et fecit deus hominem, puluerem accipiens de terra. Autumauit igitur hominem, qui prius nominatus fuit, ei qui factus est praexistisse. Eum uero quem de terra posterius formasset, ad speciem praexistentis instar fabricatum. Quod autem de terra conditus homo sit, ex antiqua diuinaque historia nouit Homerus, ubi scribitur: Terra es, & in terram reuerteris. Quapropter Hectoris corpus exanime terram mutam nominauit: Alicubi enim ita loquitur aduersus Achillem cadauer illius raptantem:

Muta terra est corpus demortui.

Quid mutam laceras infans perfide terram? Etrursus Menelaum alibi introducit dicentem, ijs qui non prompte acquieuerant Hectori ad singulare certamen prouocanti: Frigida uos omnes tellus dissoluat, & unda.

Ipsos utique in antiqua ex terra fabricationem resoluens. In Aegypto istae ueteribus historijs & Plato & Homerus edocti, suis elucubrationibus inferuere. Sed unde nam quae didicit retulitque Plato, alato curru Iouem per caelum duci, quam a Prophetarum historijs: Quibus nouit de Cherubinibus ita memoriae mandatum: Et a domo egressa est gloria domini, & ascendit super Cherubim, & suscepit Cherubim alas suas, in quibus erant rotae, & gloria domini erat in ipsis desuper. Hinc magniloquus ille Plato comotus audacia, multa in haec uerba clamauit: Magnus quidem in caelo Iupiter alatum currum impellit. Unde nam iterum quae istae desumpsit ut scriberet, praeterquam a Mose & a Prophetis: & unde nam rursus oblata illi est occasio, deum in ignea esse substantia asseuerandi: Nonne a tertia Regum historia: ubi scriptum est:

3. Regum 19.

Non in spiritu dominus, & post spiritum commotio: Non in commotione dominus, & post commotionem ignis: Non in igne dominus, & post ignem uox aurea lenis. Sed illa quidem contemplatione digna sunt, & secundum anagogen ab ijs qui addicti religioni uerae sunt examinanda. Plato uero cum ab hac contemplatione longe abesset, ipsisque nihilominus Prophetarum uerbis accessisset, in ignea deum substantia collocauit. Quod si quis exacte etiam considerare uoluerit, de eo dono quod sanctis uiris diuinitus confertur, quodque sanctum spiritum sacri Prophetae nuncupant, discet nimirum ita a Platone eo in dialogo qui Memnon inscribitur, alio quodam nomine praedicatum: ueritas enim in dei dono recolendo sancti spiritus nomenclatura uti, ne sequi Prophetarum scilicet dogma uisus, Gentium hostis euaderet. Id ipsum profecto descendere diuinitus confiteretur, ei tamen non sancti spiritus, sed uirtutis appellatione digne adscribendam putauit. Sic namque ille ad Memnonem eo ipso in dialogo, quo de reminiscetia disputatur, cum multa prius de uirtute quassisset, & utrum doctrina, exercitationeue compararetur, an uero neque huius aut illius beneficio, sed natura potius, aut alia quapiam ratione in homines proficisceret: demum hijs ipsis uerbis ita de creuit. Si autem nos in praesentia tota ipsa disputatione recte quassauimus, affirmamus uirtutem ipsam neque natura, neque doctrina, sed diuino fato ijs, qui ea pollent sine rationatione coenitae: Quae ut existimo, cum a prophetis didicisset, in uirtutis nomen transfudit pari pacto, quemadmodum Prophetae sacri unum eundemque spiritum

A ritum in septem partiri dicuntur, sic & ipsemet unam, & ipsam uirtutem quam nuncupat, eandem scribit in quatuor diuidi, nullo autem modo sancti spiritus meminisse uolens, per allegoriam quampiam, quae a Prophetis dicta fuerant dilucide nuntiavit. Ita namque in calce dialogi ad Memnonem: ob hanc, inquit, rationationem ob Memnonem, si quibus aduenit uirtus, diuino illa fato aduenire uidetur, hoc autem ex eo plane percipiemus, & quo nam modo illius compotes euadant homines, cum prius aggrediemur, quidnam sit ipsa uirtus secundum seipsam percunctari. Videtis Plato a Pro- ne quo pacto donum superne descendens solum uirtutem nominet, & ad haec dignum phetis multa cenfeat inquisitione: utrum illud idem uirtutis nomine, aut alio quopiam nuncupari deceat: utpote qui formidauerit aperte sancti spiritus nomine uti, ne secutus uidelicet Prophetarum dogma uideretur. Unde nam iterum edoctus Plato cognouit tempus cum caelo factum esse: de quo scripserat: Tempus cum caelo factum est: ut quod una facta essent, una soluerentur, si unquam eorum solutio fieret. Nonne & hoc a diuina Mosis historia perdidicit: Nouit enim temporis generationem ex diebus, mensibus, & annis suae principum constitutionis desumpsisse. Quoniam igitur prima dies, quae una cum caelo facta est, omni temporis principum praesitit, quandoquidem promulgauerat: & factus est dies unus. Hinc Plato omne tempus ex parte innuens, diem ipsum tempus appellat, ne ueluti Mosis affectator calumniam pateretur apud Athenienses, si diei uidelicet mentionem fecisse uideretur. Rursus unde nam caeli dissolutionem imaginatus est: nonne hoc ipsum a sacris Prophetis proditum existimauit: Quod si quispiam & de simulachris quoque dogmata scrutari uoluerit, unde nam uidelicet prodierit, ut qui primi deos uestros effinxerunt, eosdem formas hominum habere putauerint: conperiet & hoc ipsum eos ab historia diuina traxisse, testante Mosis scriptura: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ita enim suos deos effingere ceperunt, ueluti diceretur, hominum formam deo similem esse: autumantes de simili creati simile. Sed quamobrem nunc, uiri gentiles, horum mentionem fecit: Ut cognoscatis, fieri non posse, ut religionem ueram ab illis addiscatis, qui ne in hijs quidem rebus quicquam sinceri ex seipsis scribere potuerunt, in quibus a prophanis sui generis hominibus collaudantur, quicquam certa ueluti allegoria suis lucubrationibus deprompserunt ea, quae a Mose & reliquis Prophetis didicerunt. Tempus igitur, gentiles uiri, nunc exoptulat, ut qui ab exoticis historijs didicistis, Mosen & reliquos Prophetas eorum omnium, qui apud uos sapientes existimati sunt, multo fuisse uetustiores: recedatis ab antiquo maiorum errore, & diuinis Prophetarum historijs occurratis: cognituri ab eis uerum dei cultum, non artificiosi eloquii artibus, non persuasionum illecebris enuntiatum: hoc enim illorum proprium, quos obfuscanda ueritatis cupido perurget, sed pure atque simpliciter, nominibus quoque & uerbis, quaecumque se obtulerunt utentur illi, & uobis ea proferent, quae sanctus in eos descendens spiritus afflauerit, in eos refundenda, quibus mens est religionem ueram percipere. Pudorem itaque omnem, uniuersumque errorem hominum, & imaginarium strepitum, & tumorem propellite, quibus eximias putatis inesse delicias, ea quae uobis sunt profutura capeffentes: Nulla enim aut uos ipsos, aut maiores uestros contumelia affeceritis, si nunc in contrariam illorum errori uiam uerti uolueritis, quos decens est nunc in inferno intempestiuam agentem praesentiam lametari. Quod si fieri posset, ut quae illic geruntur uobis exponerent, & quae sibi uita functis contigerunt, agnosceretis e quantis uos malis eriperentur. Nunc autem postquam fieri ad praesens non potest, ut uos aut illinc ab illis, aut hic ab hijs erudiamini, qui iactant se hanc falsi nominis philosophiam colere: reliquum uobis est, ut eliminato progenitorum errore, sacrorum uirorum prophetias amplectamini. A quibus minime uobis postulanda est elocutionis gloria: neque enim in uerbis, uerum in operibus res nostrae religionis uersantur: sed ea quaerenda, quae

Plato a Pro- phetis multa hausit.

**C** da, quæ causæ nobis æternæ uitæ futura sunt. Qui enim frustra nomē philosophiæ perquisuerunt, ut ignari refelluntur, sicut & ipsimet inuiti coguntur fateri, ob id quod non solum seditiones alternas exercuerunt, sed ipsorummet opiniones aliter alias exposuerunt. Quod si philosophiæ terminū in ueritatis inuentione posuerunt, quomodo fiet, ut qui ueritatē ipsam affecuti non sunt, philosophiæ nomine digni censeantur? Quare si is, qui apud uos sapientissimū Socrates, cui & oraculum uestri, ut asseritis, astipulatur dicens: cunctorum hominū Socrates sapientissimus: fatetur se nihil scire, quomodo hij qui inferiores sunt cœlestiū scientiam afferent? Dicitur autē Socrates ob id sapiētia nomine honestatus, quod cæteri hominū, cum ea scire se fingerent quæ ignorarent, ipse non erubuerit nihil se scire fateri. Ita enim ait: Videbar autem uel hac de causa sapiētissimus esse, quoniam quæ nescio eadem me puto nescire. Nemo autem existimet ironice Socratē ignorantiam simulasse: quoniam in disputationibus sapius id agere consueuerit; ultima namq; dictio Apologiæ, quam edidit abiturus in carcerē, extra controuersiam declarat uere illum & exacte ignorantiam profiteri uoluisse. Ad hunc enim modum inquit: Sed iam hora est discedendi, mihi quidem morituro, uobis autem uiuentibus: utri autē nostrum ad optabilius negociū proficiantur, ignotum est omnibus præterq; deo. Hanc nimirū extremam uocem in Areopago fundens Socrates, uelut stigia torfit ad carcerē: rerum apud nos occultarū cognitionē in solum referēs deum. Posteriores uero, qui ne terrestria quidem nosse potuerunt, quæ in cœlo sunt ac si uiderent, scire ne profitebuntur? Aristoteles itaq; perspicacius Platone cœlestia cōtemplatus, non ut ille in ignea substantia deū constituit, sed in æthereo quinto elemento eum esse decreuit; dignum esse arbitratus, ut sibi fides ob probatissimum elocutionis genus haberetur, nihilominus Euripi naturam, dum moraretur in Chalcide, cum percipere non potuisset, uiribus ob uerecundiam pudoremq; destitutus excessit e uita. Nemo igitur sapiens primam sui ipsius salutē hanc eorum putet eloquentiā, sed iuxta ueterē illam historiā auribus ceram obdens, suaue illud & perturbans in cōmodum, ueluti Sirenū cantus effugiat. Illi enim quos memorauimus, eloquentiā ueluti escam præ se ferentes, à uera pietate multos abducere curauerūt, eum imitati qui ausus est deorū pluralitatē primos homines edocere: quibus uos non hære, sed sacrorū uirorum prophetiis accedere dignū censeo. Si qua uero uel desidia, uel maiorū superstitiō hactenus uos prohibuit, ne prophetiis sanctorum uirorū audiretis, quibus facile disceretis unū et solum esse deū, quæ prima est religionis ueræ cognitio: saltē Orpheo credite, qui prius uos deorū pluralitatē edocuit, mox perfectam & oportunam palinodiā cecinit, illa constitutēs quæ paulo ante scripsimus. Credite & reliquis, qui de uno deo eadē chartis retulere: diuinæ siquidē prouidentia, consulentis nobis, opus extitit, ut inuiti homines uera testarentur, quæ de uno deo propheta locuti fuerāt, ut ab omnibus scilicet multideitatis, ut ita loquar, dogma refutatū, occasione uobis ueræ cognitionis præberet. Quibus ut ex parte rectum dei cultum condiscatis, facile præstabitur ex antiqua Sibylla, inspiratione quapiā per oracula uos edocente, quæ nimirum Prophetarū doctrinæ proxima uidentur. Hanc autem ex Babylone profectam, & Berosi illius qui Chaldaicam scripsit historiā, filiam fuisse asseuerant: quæ dum in quandam partē Campaniæ concessisset, ibi in urbe, cui nomen Cumis, oracula cecinit, quæ sex passuum milibus distat à Baijs: quo in loco calidæ balneæ frequentantur. Vidimus ipsi cū in urbe fuisset, locū ubi maxima constructa erat basilica, ex uno lapide perpolitā, opus quidē maximū, & omni dignū admiratione, illic eā oracula fudisse affirmāt, qui hæc à maioribus suis ueluti patria susceperūt. Ostendebāt autē nobis in medio basilicæ uasa tria, ex eodē lapide fabrefacta, quibus aqua repletis lauare, & accepta stolam penitissimā eiusdē basilicæ partē eodē perpolito lapide adificatā, pcederet: cuius

**A** etiū in meditullio tribunal altum, thronumq; conscēderet, & inde redderet oracula. Huius autē Sibyllæ ueluti fatidicæ, cū multi alij, tum Plato meminit in Phædro: qui mihi uidetur cū in huius incidisset oracula, fatidicos diuinos existimasse: Quippe qui ea uiderit opere impleta, quæ ipsa longe antea prædixisset. Quapropter in dialogo, qui Memnon inscribitur, admiratus oraculorū cantores, hisce uerbis eos laudauit. Ita enim scripsit: Recte itaq; eos, quos fatidicos nūc dicimus, diuinos uocauerimus; neq; enim hos frustra diuinos appellamus, & diuinare inspiratos, & deo possessos, cum & magna & multa uere prænuntiant, ignari eorum quæ præferūt: Clare manifesteq; ad Sibyllæ respexit oracula: Neq; enim illa ueluti poetæ faciunt, castigandi & poliendi quæ scripsisset potestatem habuit metricæ diligentia debitā, sed afflationis tempore, quæ ad prædictionem spectabant, edebar, quæ cessante eorum pariter memoria cessabat. Et hoc fuit in causa, ut Sibyllinorū uerbum mensura custodita non fuerit. Ipsi enim dum Cumis essemus, id ipsum didimus ab ijs, qui hæc enarrauerant, qui & ostenderūt ubi oracula cecinisset, & Lenticulā pariter ex ære fabrefactā, ubi reliquæ illius adseruaretur. Inter alia uero plurima hoc retulerūt, quod à maioribus scilicet audierant, eos qui oracula excipiebant, plurimum ineruditos, à metri ratione multis in locis exorbitasse, hancq; assignant causam, cur multi illius uersus mensura debita careant: tum uidelicet quod ipso afflatu destituta non recordaretur Sibylla, quæ prius effuderat, tum quod notarij ob inscitiam, ruditatemq; à metri ratione exciderent. Eapropter Platonem Sibyllæ oracula contemplatum, de fatidicis illud protulisse constat, cum & magna & multa prænuntiat eorum, quæ loquuntur nihil gnari eorū. Enim uero uiri gentiles, quoniā non in poetiis mensuris res ueræ pietatis consistit, neque in ea quæ à uobis probatur eruditione, posthabentes & orationis & metri diligentiam, eis quæ protulit, sine contentione adhaerentes, cognoscite quot uobis causa bonorum exiterit, cum manifeste & lucide Saluatoris nostri Iesu Christi aduentū prædicauerit: Qui cum dei uerbum incircumscriptum esset potestate, assumpsit hominem secundum imaginem dei & similitudinem affirmatum, & antiquorum patrū nobis religionem suggestit, quam cum hij, qui ab illis propagati sunt reliquissent, in insidiosi dæmonis doctrina decepti, ad eorum qui dii non sunt cultum declinauerunt. Si quis uero nos pauor perturbat, ut fidei de hominis affirmatione non auscultetis, hijs assentiāmini, quibus adhuc existimatis adhaerendum esse. Cognoscite tandem quod apud uos est oraculum, dignum cuidam existimatū, quod pro hymno dei omnipotentis haberetur, cuius in medio ita positum est:

Quem primum finxit hominem, uocitauit Adamum.

Et hunc ipsum hymnū apud plerosq; scimus extare, qui nobis cogniti sunt, ad eorum redargutionem, qui ueritati, cui omnes testimonium perhibent, nolunt accedere. Itaq; gentiles uiri, ni mendacem falsorum deorum phantasiā salutē uestræ præponendam putatis, assentiāmini ut dixi, uetustæ isti, antiquissimæq; Sibyllæ, cuius uolumina toto terrarum orbe adseruari contingit, quæ superne afflata oraculis uos erudiet, quod qui dicuntur, dii non sunt. De Saluatoris autem nostri Iesu Christi futuro aduentu, & de hijs omnibus, quæ is facturus est, manifeste prænuntiat, quorū notitia uobis necessaria quædam præexercitatio futura est ad sacrorum prophetias uirorum. Si quis uero putauerit ex antiquissimis illis, qui Philosophi nuncupantur, sese de deo quippiam didicisse, Acmonem & Hermetem audiat, illum quidē in suis lucubrationibus deum omnino absconditum appellantem: Hermetem uero plane ac manifeste pronuntiatem, deum intelligere arduum esse, eloqui uero illi etiam qui intellexerit omnino impossibile. Undecūq; igitur scire uos decet fieri non posse, ut ab hijs, q; à solis Prophetis, qui nos diuinā inspiratione erudiunt, uel deū uel diuinā religionē perdiscamus.



**D**E trinitate.  
De unitate patris & filij.  
De eo quod dicitur: Non à me ipso ueni, sed ille me

misit.  
Vbi dicitur: Dominus creauit me.  
Pater maior me est, quomodo intelligendum sit.  
Vbi dicunt, non esse patri æquale filium.  
Voluntatem patris filium qui negant.  
Non ueni facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui me misit.  
Quando dicunt, dominum & Christum fecisse deum.  
Quæ ego loquor, sicut dicit mihi pater sic loquor.  
Iussione patris quomodo filius fecerit quæ facta sunt.  
Filium esse principium.  
Patrem filio dedisse iudicium.  
Quando dicunt, filium non habuisse potestatem, dare ad dexteram uel ad sinistram sessionem duobus discipulis.  
De eo quod dicitur: Non potest filius à se facere quicquam.  
Vbi dicunt, patrem & filium non esse unum deum.  
Declaratur dictum: Pater clarifica filium tuum.  
Vbi dicunt, proprie filium non uidisse patrem.  
Patrem filio testimonium perhibere quid sit.  
Patrem inuisibilem, filium uero uisibilem quid sit.  
Ego quæ sunt ei placita facio semper quomodo declarerur.  
Solum patrem ab Apostolo affirmari immortalem.  
Psalmista locus declaratur: Dominus regit me, & nihil mihi deerit.  
Minorem patrem filio quemadmodum dicat Ariani, ex eo quod Christus tan-

tum sit à diabolo in deserto tentatus.  
Filium negant Ariani se proprie deum nominasse.  
Vbi dicunt, patrem filium reuelasse.  
Patrem filium tradidisse, quemadmodum intelligatur.  
De eo quod dicit filius patri: Transseat à me calix iste, sed non sicut ego uolo, sed sicut tu uis.  
Vbi filius patrem rogasse dicitur.  
Pater filium exaltasse dicitur, & nomen illi super omne nomen dedisse.  
Quando dicunt, filium à patre à mortuis suscitatum.  
Vbi dicunt, quod non de deo, sed ex deo exierit filius.  
Non esse bonum nisi solum deum.  
Declaratur hoc quod dicitur in Apostolo: Ut cognoscant te solum uerum deum & quem misisti &c.  
Vbi dicit: Pete à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam.  
Vbi dicitur, patrem sanctificasse filium.  
Vbi dicitur: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis.  
Vbi dicunt, filium à Iudæis irrisum, & in cruce suspensum.  
Vbi dicunt, patrem in carnem conuersum, & de uirgine cum filio natum.  
Vbi dicunt, filium non habere præscientiam futurorum.  
Vbi dicunt, filium patri subiectum.  
Vbi dicunt, diem iudicij filium scire non potuisse.  
Vbi dicunt, filium uerbum breuiatum nuncupatum uel factum.  
Vbi dicunt, filium non patris substantia natum.  
Vbi dicunt, minorem esse filium, quia per eum patri gratia referuntur.  
Vbi dicit filius: pater mihi constituit regnum.  
Vbi dicunt, filium, non patrem apparuisse Prophetis.  
Vbi de, & syllaba causant, quia dictum est discipulis: Ite baptizate Gentes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.  
Vbi dicunt, pater prius, & postea filius nominatur. (me.)  
Vbi dicit: Nemo uenit ad patrem, nisi per

Vbi

Vbi dicunt, quia soli patri sacrificium immolatur.  
Vbi dicunt, filium nullam cum patre communem operam habuisse.  
Vbi dicunt, solum patrem altissimum nuncupatum.  
Vbi dicunt, filium seipsum initium appellasse.  
Vbi dicitur, deus, deus meus, quare me dereliquisti?  
Vbi dicunt, Apostolum Christum se secundum carnem nescisse.  
Vbi dicunt, filium in iussu & uoce Archangeli, & in tuba dei de celo descendere.  
Vbi dicunt, solum patrem à fidelibus adorari.  
Vbi dicunt, filium patri gratias retulisse.  
Vbi dicunt, filium in Sion monte à patre Regem constitutum.  
Vbi dicunt, filium inferiorem patre esse & potentia & natura.  
Vbi dicunt, iubentis & facientis potestas una non potest esse.  
Vbi dicunt, filium patri non esse coæternum.  
Vbi dicunt, patrem filium fecisse, filium uero omnia.  
Vbi dicunt, sicut pater habet uitam in semetipso, ita & filio dedit uitam habere in semetipso.  
Vbi dicunt, solum patrem lucem habere inaccessibilem.  
Vbi dicunt, filium ut patrem non esse perfectum.  
Vbi dicitur, sicut me misit uiuus pater, & ego uiuo propter patrem.  
Vbi dicunt, in filio patrem fuisse compositum.  
Vbi dicunt, patrem ex quo omnia, & filium per quem omnia.  
Vbi dicunt, si pater & filius unus deus, ergo prius uerbum, & postea deus.  
Vbi dicunt, si pater & filius unus deus, prius ergo deus & postea pater est dictus.  
Vbi dicunt, filius & pater unus non dicitur deus, quia ante tempora ex patre postea natus est.  
Vbi dicunt, patrem & filium & spiritum sanctum non esse unum deum, quia

proprie nominibus distinguuntur.  
Vbi dicitur, cum abiero, mittam uobis paraclatum.  
Vbi dicitur, ego dominus firmans tonitruum, & creans spiritum.  
Vbi dicunt, spiritum sanctum Prophetis fuisse subiectum.  
Vbi dicunt, spiritum sanctum in perscrutando nescire quæ dei sint.  
Vbi dicitur, ille me glorificauit, quia de meo accipiet.  
Vbi dicunt, spiritum sanctum ante tempora à se non esse locutum.  
Vbi dicunt, spiritum sanctum non à se, sed ex insufflatione filij in discipulos aduenisse.  
Vbi dicitur, spiritum sanctum flatui comparatum.  
Vbi dicitur, filium dei & dominum sancto spiritui comparatum.  
Vbi dicunt, tertio loco spiritum sanctum à patre & filio nominatum.  
Vbi dicunt, spiritum sanctum non esse genitum, neque ingentum.  
Vbi dicunt, spiritum sanctum uitam à patre non accepisse ut filium.  
Vbi dicunt, ostende quod de patre spiritus sanctus possit procedere.  
Vbi dicunt, spiritum sanctum ubique non esse diffusum.  
Vbi dicunt, spiritum sanctum proprie Luciferi comparatum.  
Vbi dicunt, catholicos detestantur, quod à spiritu sancto peccatorum ueniam postulare dicuntur.  
Vbi dicunt, spiritum sanctum non nosse patrem sicut unigenitus filius.  
Vbi dicunt, non baptizasse in nomine spiritus sancti, sicut in nomine filij.  
De communi deitatis uocabulo.  
Vbi omnis trinitas dominus nuncupatur.  
De communi omnipotentia trinitatis.  
De communi potentia trinitatis.  
De communi paternitatis uocabulo.  
Vbi sanctus omnis trinitas appellatur.  
De communi principatu trinitatis.  
Quod regis uocabulo omnis trinitas appellatur.  
Vbi omnis trinitas iudicis uocabulo nuncupatur.

De communi perfectione.  
 De communi ueritate.  
 De iusti comparatione.  
 De communi fortitudine.  
 De communi iudicio.  
 De communi opere trinitatis.  
 Quod nomē excelsi omnis trinitas sortitur.  
 Quod ignis omnis trinitas appelletur.  
 Quod lux omnis trinitas dicatur.  
 De communi bonitate trinitatis.  
 De communi magnitudine trinitatis.  
 De communi uirtute trinitatis.  
 Vbi fons omnis trinitas dicitur.  
 Vbi fluuius omnis trinitas dicitur.  
 Vbi uerbum spiritus sanctus dicitur, sicut filius.  
 Quod charitas omnis trinitas appelleſ.  
 Quod uitam æternam omnis trinitas largiatur.  
 Quod patrem trinitas tribuat.  
 De communi consolatione.  
 De communi iuuamine trinitatis.  
 De communi gloria deitatis.  
 De communi doctrina.  
 De communi sanctificatione.  
 De communi reuelatione.  
 De communi benedictione.  
 De communi gaudio trinitatis.  
 De communi regeneratione.  
 De communi requie.  
 De communi saluatione.  
 De communi dilectione.  
 De communi rectitudine.  
 Vbi benedictio trinitas appelletur.  
 De communi confortatione.  
 De communi resurrectione.  
 De inuisibilitate.  
 De communi uiuificatione.  
 Vbi gratia dei trinitas appelletur.  
 De communi renouatione.  
 De communi signaculo trinitatis.  
 De communi unctione.  
 De communi redargutione.  
 De communi congregatione.  
 Quod omnis trinitas ubiq; consistat.  
 De communi liberatione.  
 De communi increpatione.  
 Vbi aduocati nomē filius & spiritus sanctus sortiti sunt.

Vbi filius & spiritus sanctus pro fidelibus pariter interpellat.  
 De communi ædificatione.  
 Vbi trinitas castitatem tribuat.  
 De communi habitatione.  
 De communi cognitione.  
 De communi dilectione.  
 De communi regno.  
 De communi perſcrutatione.  
 De communi probatione.  
 De communi testificatione.  
 De communi creatione.  
 De communi ducatu.  
 De communi uocatione.  
 De communi misericordia.  
 De communi habitatione templi.  
 De communi constitutione.  
 De communi manifestatione.  
 De communi ostensione.  
 De communi mensura.  
 De communi modestia.  
 De communi missione.  
 De communi protectione.  
 De communi digito trinitatis.  
 De communi fide.  
 De communi prædicatione.  
 De communi documento.  
 De communi imperio.  
 De communi disciplina.  
 De communi insufflatione.  
 De communi repletione.  
 De communi dono.  
 De communi locutione.  
 De communi retributione.  
 De communi respectione.  
 De communi placito.  
 De communi intellectu.  
 De communi mundatione.  
 De communi inluminacione.  
 De communi apparitione.  
 De communi ueritate.  
 De communi mandato.  
 De communi inspiratione.  
 De communi significatione.  
 De communi euangelizatione.  
 De communi inluminacione.

IDACII

IDACII CLARI HISPANI IN  
 LIBRVM ADVERSVS VARIMAM  
 DVM PRAEFATIO.

**D**Vdum, dilectissimi Fratres, in Neapoli urbe Campaniæ constitutus, cuiusdam Varimadi Arianiæ sectæ diaconi, propositionibus à quodam studioso ac religiosissimo uiro mihi oblati, rustico quidem sermone respondens, in uno corpore simul de unitate trinitatis libellos digessi. Sed quia nunc comperimus, eos nihil uelle sibi priuatis uerbis opponi, sed magis propositiones suas desiderent testimoniorum uirtutibus oppugnari, mediocribus & ingenij tardioribus consulentes, ita sancto nos spiritu adiuuante, responsionem nostrā uniuersis eorum obiectionibus testimonialiter conaptauimus, ut is qui legerit, non nudis, ut solēt obijcere, uerbis, sed legalibus ualeat refellere documētis, ut omni ex parte cōuicti, cōfundant, & ad nihilum redigantur. Qui super fundamentum Prophetarū, Apostolorumq; dogmata talia signamenta construere moluntur; quod ædificium, quia nō auro & argento, neq; lapidibus pretiosis, sed ligno scænoq; & stipulæ comparatur, cum iuxta Apostoli dictum in ultimo die fuerit igne consumptum, necesse est ut in suo patiantur opere detrimentum: quia difficilius possunt huiusmodi à prauo dogmatis cursu auerti, & meliora sectari: quoniam tantum sibi de spiritu auxerunt præsumptionis audaciam, ut ad ueritatem fidei nunquam catholice tenere perfectam, si de solius dei potentia, & nō de infidelium Regum sibi gloriarentur superbia. Hijs igitur cum à defensoribus catholicæ fidei ceperint iure constringi, & nullum sibi subterfugendi locū uiderint suffragari, uersutias quasdam inanium uerborum solita temeritate non desinunt callida subtilitate contexere, dicentes: quod ea quæ dominus & Saluator noster in Euangelijs de sua diuinitate locutus est, diuinarum relicto tramite literarum, quibusdam interpretationibus uniuersa ad carnis substantiam referunt, dum ipsi potius in eo ipso quod dixit: Pater maior me est. Et: Ipse me misit. Et: Non ueni facere uoluntatē meam, sed uoluntatem eius qui me misit. Et: Transeat à me calix iste, non sicut ego uolo, sed sicut tu. Non in forma serui, in qua homo est, adstruunt eum patri æquari non posse, sed in natura, qua deus est, inferioris ab eodem iudicant esse substantiæ. Quod utiq; nō dicerent, si eundem filium deum uerum, de deo uero genitū catholice credidissent. Natura igitur dei nec augetur, singularis in unitate manendo, nec minuitur de se filiū generando, & manens iugiter in semetipsa perfecta diuinitas, idēq; erit etiā in perpetuū, quod ab initio erat, anteq; cœlū et terrā, & omnia elementa legimus accepisse principiū. Nunc itaq; omissis superfluis & inconditis uerbis, quæ ab eis in subuersionē fidelium proferunt, ad ea nūc refellēda pergamus, quæ ex illorū infidelitatis industria, in necem innocentium animarum posita esse cognoscimus. Illorū igitur iam dicta ponenda sunt, quæ ipsi aduersus unitatem trinitatis audacter ac temere posuerunt, ut testimonijs testimonia consequenter adhibita, perfidorū tandem superbia cōprimatur. Potens est autem ineffabilis trinitas, ut illa quæ ad sui uenerationis cultū pertinent testimonia, cultoribus suis non solū ueteri, sed etiā de nouo procuret testamento, quibus ueritas catholicæ fidei comprobetur, & Arianorū falsitas destruat. Te quoq; lector admo-neo, ut omnia documenta, quæ aduersum hanc hæresim ex diuinis congesta sunt scripturis, sagaci mente perquiras: illa præcipue, quæ de patre, & filio, & spiritu sancto, trifaria coniunctione in fide huius operis sunt posita, sobrie & uigilanter inspicias, & ex hijs procul dubio patris, & filij, & spiritus sancti, unam eandemq; inseparabilem & perpetuam doceberis esse substantiam.

Libellus hic perijt.

Reges quidam Arianis fauebant.

## IDACII CLARI HI

SPANI CONTRA VARIMADVM ARI

ANVM LIBER, ET DIFFICILIMORVM QVO

RVMQVE LOCORVM DE TRINI

TATE DECLARATIO.



Esai. 6.

**S**I dixerint: quare unitas trinitatis diuinis lectionibus poterit edoceri, cum neque tres unum, neque unus in tribus possit proprie adprobare? **RESP.** Audi itaq; & ex hijs testimonijs unitatem trinitatis agnosce, & desine Arianorum prauitatem sequi, ut ab eadem possis peccatorum indulgentiam promereri, Esai. Propheta dicente: Vidi dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum, & seraphim stabant in circuitu eius, sex alae uni, & sex alae alteri, duabus uelabant faciem, duabus autem uelabant pedes, & duabus uolabant & clamabant alterutrum dicentes: sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. Si trinitas non est, quare tertio sanctus dixerunt? Aut si trinitas non est, quare sub trina repetitione unum deum ac dominum intimarunt? Si trinitas non est, cur in Genes. dicitur: Dixit deus, fecit deus, benedixit deus? Si unitas non est, quare tertio deus dixit, & non deos plurali numero commendauit? Si trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio: Domine, domine deus miserator & misericors? Si unitas non est, quare dum tertio domine diceret, postea misericors singulariter dicit, & non miseratores, ut plures ostenderet **Gen. 18.** intimauit? Si trinitas non est, cur Abraham ad ilicem Mambre aperte sedenti tribus occurrens, uni domine dicit, & non ut uiderat tribus salutationis obsequium reddidit? Si trinitas non est, quare cum Moyse, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob tertio diceretur, unitatem ostendens hoc mihi nomen est, dixit, & **Psal. 66.** non haec sunt nomina designauit. Si trinitas non est, quare Dauid tertio dixit: Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus? Si unitas non est, quare cum tertio deum nominasset, benedicat dixit, & non benedicant adiunxit? Si trinitas non est, cur Esaias denuo dixit: Domine deus sabaoth, deus Israel, qui sedes super cherubim? Si unitas non est, quare qui sedes dixit, & non qui sedetis adstruxit? Si trinitas non est, quare in Regum dicitur: Domine deus omnipotens, deus Israel, sermones tui fideles sunt? Si unitas non est, quare tui dicitur, & non uestri potius intimatur? Si trinitas non est, cur in Psalmo quinquagesimo octauo canitur: Domine deus uirtutum, deus Israel, intende ad uisitandas omnes gentes? Si unitas non est, quare intende posuit, & non intendite, ut precatus est intimauit? Si trinitas non est, quare in Apocalypsi tertio sanctus dominus deus omnipotens, qui est, & qui erat dicit? Si unitas non est, quare non qui sunt, & qui erant pluraliter designant? Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dicitur est: Dns deus tuus misericors est, audi et uoce tua? Si unitas non est, quare audiet posuit, & non audiet intimauit? Si trinitas non est, quare in Iesu Naue dicitur libro: Dns deus deorum est? Si unitas non est, quare est dixit, & non sunt more locutionis indixit? Si trinitas non est, quare Helias orando, Dne domine deus Israel, ostende quia tu es meus, dixit? Si unitas non est, quare ostende, & non ostendite posuit? Si trinitas non est, cur Mardocheus orando: Dne domine deus omnipotens omnia in potestate tua sunt, dixit? Si unitas non est, quare in tua posuit, & non in uestra designauit? Si trinitas non est, cur etiam Iudith orando ait: Domine domine deus omnium uirtutum respice in orationem meam? **Si unitas**

**A** Si unitas non est, quare respice posuit, & non respicite significauit? Si trinitas non est, quare in Hieremia dicitur: Dominus deus uester, deus uerax est? Si unitas non est, quare uerax est dicit, & non ueraces potius intimauit? Si trinitas non est, quare in Apocalypsi scriptum est: Dominus deus & spiritus Prophetarum misit angelum suum ostendere seruis suis, quare oportet fieri cito? Si unitas non est, quare cum patrem & filium & spiritum sanctum nominasset, misit dicit, & non miserunt subtextu trium personarum & numero indixit? Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dicitur: Dominus deus uester, hic est deus? Si unitas non est, quare hic est dixit, non hi sunt plurali numero designauit? Si trinitas non est, quare in eodem libro dicitur: Dominus deus tuus, deus magnus & potens est? Si unitas non est, quare magnus & potens est dicitur, & non magni & potentes pluraliter nominantur. Cur Tobias, cum filium suum in Rages ciuitatem cum Raphael archangelo mitteret, benedicens eum, ita dixisse docetur: Deus Abraham, et deus Iacob, & deus Isaac, ipse impleat benedictionem suam in uobis? Si unitas non est, quare ipse impleat dixit, & non ipsi impleant intimauit? Postremo si trinitas non est, quare dominus discipulos suos, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, uniuersas Gentes docuit baptizare? Si unitas non est, quare in nomine dixit, & non in nominibus percipiendum perdociuit? Si trinitas non est, quare Paulus Apostolus ait: Ex ipso, & per ipsum, et in ipso sunt omnia? Si unitas non est, quare ex ipso posuit, & non ex ipsis adstruxit? Si enim certo certius uolueris unitatem trinitatis agnoscere, a saepe dicto doctore Gentium Apostolo poteris uniuersa condiscere, & sequi catholicam fidem, & Arianorum respuere prauitatem: Gratia domini nostri Iesu Christi, inquit, & charitas dei, & comunicatio sancti spiritus cum omnibus uobis: Si enim gratia, charitas, & comunicatio spiritus sancti ipsa est & patris, & filij, quomodo in trinitate unum non sunt, qui natura atq; substantia ab inuicem separari non possunt?

**B** Si tibi dixerint: quomodo pater & filius unus est deus, cum praeter patrem non sit alius deus, qui dicatur inuisibilis & ingenuus? **RESP.** Quod uero uos patrem & filium unum deum profiteri non uultis, eos etiam nos unum & uerum deum a Prophetis & Apostolis ostendimus praedicatum, a quibus etiam spiritum sanctum credimus non discretum, Esai. Propheta dicente: Ego sum deus, & non est praeter me alius, per memet ipsum iuro, quia exiit ex ore meo ueritas, & sermo meus non auferet, quia mihi inclinabit omne genu, & omnis lingua iurabit per dominum, dicens: Iustitia & gloria ad eum ueniet. Et ut in hoc testimonio patrem & filium simul fuisse cognoscas, Paulum Apostolum audi dicentem, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quoniam dominus Iesus Christus in gloria est dei patris omnipotentis. Quod si secundum te filius minor est patre suo, ergo minorata est & gloria patris in filio, & ubi est quod in Solomone scriptura loquit, dicens: Sicut enim in conspectu eorum, inquit, manifestatus est in nobis, ita & in conspectu nostro manifestaberis in illis, ut cognoscant te sicut cognouimus, quoniam non est alius deus praeter te dominus. Diligenter attende, & cognosce filium esse, qui manifestabit in iudicio, dum uenerit uiuos & mortuos iudicare. Item Esaias: Audite domus Iacob, et residuum Israel, qui egredimini ex utero, et erudimini a puero usque ad senectutem, ab initio ego sum, & quousque senescatis ego sum, ego feci, ego sustineo, ego remitto, ego suscipiam dicit dominus. Et iterum: Ego sum dominus deus, & praeter me non est alius deus, adnuntians nouissima priusquam fiant, & statim consummata sunt. Item ibi: Audi me Iacob, & Isaac, quem ego feci: Ego sum dominus deus tuus, & non est alius praeter me. Item ibi: Ego sum dominus deus primus, et ego nouissimus, et in ea quae uentura sunt in nouissimo ego sum. Item ibi: Ego sum deus, qui te creauit, & adiuui, & comuniui dextera mea. Et unitatem patris & filij Esaias adsignas loquitur dicens: Ego testis uester dicit dominus deus, & puer meus, quem ego elegi, ut sciatis & credatis, quia ego sum: ante me non fuit alius, et

**C** sed & patrem suū dicebat deum, æqualem se faciens deo. Et Paulus apostolus: *Philip. 2.* Hoc sentite de uobis, inquit, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset constitutus, non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exina niuit formam serui accipiēs. Et in Solomone: Qui genuit me, requieuit in tabernaculo meo. Et in Esaia: Sicut est ab initio, ita est usq; in seculum. Neq; adiectū est ei, neque minuetur illi. Ipse est enim dominus creaturæ suæ, qui nihil eguit ab alio quo. Et in Psalmo septuagesimo secundo: Quid enim mihi deest in cœlo, & à te quid uolui super terram: Hæc omnia in filio non inferiorem naturā demonstrant, sed æqualitatem deitatis pronuntiant: quoniam qui utraq; locutus est uerum dixit, quia ueritas mentiri non potuit.

Si tibi dixerint: Non est uoluntas patris filius. **RESP.** Si Prophetas Apostolicasq; scripturas puræ mentis intentione perquires, inuenies sine dubio filium patri & natura coeternū, & substantia sempiternū, & in uoluntate, quæ in utrisq; una est, non discretū, Esaia propheta dicente: Salutare autem meum sicut facula ardebit, & uidebunt omnes gentes iustitiā tuam, & omnes reges terræ honorem tuū, & uocaberis nomine tuo nouo quod dominus nominabit. Illa & infra: Tu enim uocaberis uoluntas mea. Et Apostolus: Hæc est, ait, uoluntas dei in Christo Iesu. Et iterum: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et iterum: In ipso enim placuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare. Et uox patris de nube ad discipulos: Hic est filius meus dilectissimus, in quo mihi complacuit. Si uoluntas dei patris filius non fuisset, quomodo patri in illo potuit complacere? Aut quæadmodum in eo plenitudo diuinitatis eius potuit habitare, in quo secundum te uoluntas dei patris non probatur adesse?

**D** Si tibi dixerint illud quod dominus in Euangelio dixerit: Non ueni facere uoluntatem meā, sed uoluntatem eius qui me misit. **RESP.** Huic propositioni non humanis opus est respondere uerbis, sed diuinis potius propriam filij uoluntatem adstruere documentis: Propheta in trigesimo nono Psalmo canente: Tunc dixi, ait: Ecce uenio ut faciam uoluntatem tuam, deus meus uolui. Et in uigesimo septimo: In ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & refluuit caro mea, & ex uoluntate mea confitebor illi. Et iterū: Voluntarie sacrificabo tibi. Et in Deuteronomio: Diligens te, feci uoluntatem tuam. Et in Apocalypsi: Dignus es domine deus noster accipere gloriā & honorem & potestatem, quia tu creasti omnia, & propter uoluntatem tuam facta sunt. Et in Canonicis: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut simus aliquod initium creaturæ eius. Ex hijs utique quæ superius dicta sunt debes cognoscere, quoniam qui uoluntarie patris uoluntatem fecisse se dicit, inferior illo esse non possit.

Si tibi opposuerint illud quod in Actibus Apostolorum scriptum est: Quoniam dominum & Christum deus fecit. **RESP.** Non secundum deitatis naturam factus dicitur filius, sed secundum adsumpti hominis formam. Hæc de eo diuina eloquia protestantur, Paulo Apostolo comprobante: quod ante promine Dauid secundum carnem. Item ipse ad Galatas: Postquam autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Et ad Philippenses: In similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Et in Psalmo trigesimo: Infirmata est in paupertate uirtus mea, & ossa mea conturbata sunt, & super inimicos meos factus sum opprobrium. Item ibi: Obluioni traditus sum tanquam mortuus à corde, & factus sum tanquam uas perditum. Et in Psalmo: Tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Et in Psalmo septuagesimo secundo: Ut iumentum factus

**A** factus sum apud te, et ego semper tecum. Et in Psalmo octuagesimo sexto: Mater Sion dicit homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Et in octuagesimo septimo: Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Et in centesimo octauo: Et factus sum obproprium illis, uiderunt me, & mouerunt capita sua. Et in centesimo primo: Vigilauit, & factus sum sicut passer singularis in tecto. Et in Euangelio: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Filius igitur secundum carnem dicitur factus: nam secundum diuinitatem à patre nunquam legitur factus, sed genitus.

Si tibi dixerint, quod filius dixerit, quæ ego loquor sicut dixit mihi pater, sic loquor. **RESP.** Dum enim pater loquitur, filius loquitur, & cum filius loquitur, loquitur pater: Patrem in illo loqui documentis cœlestibus comprobatur, Paulo Apostolo attestante: Multis partibus & multis modis olim deus loquens patribus in Prophetis, nouissime autē locutus est nobis in filio. Et ut eundē filium excepto patris præcepto, doceamus fuisse locutum, de Esaia Prophetæ uolumine profertur documentum: Hæc dicit dominus: In die illa sciet populus meus, quoniam ego sum ipse, qui loquebar in seruis meis Prophetis, & euangelizans, auditum audietis, ecce ego sum. Item ibi: Ego sum dominus, qui loquor iustitiā, & adnuntio ueritatem. Item ibi: Cogitauit & locutus sum, & adduxi, & creauit, & feci. Et Apostolus: An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Et in Psalmo centesimo octauo decimo: Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundebar. Et ipse dominus in Euangelio cæco à se inluminato dicit: Et uidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Et Samaritanæ mulieri ait: Ego sum qui loquor tecum. Et ad discipulos: Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Et ad patrem: Ego ad te uenio. Et: Hæc loquor in hoc mundo. Et iterum Iudæis dicit: Loquor uobis & non audistis, si autem uenerit alius, illum audietis. Et iterum: Hæc locutus est Iesus in gazophylacio docēs in templo, et nemo adprehendit eum: quia nondum uenerat hora eius. Ecce in hijs omnibus, quæ superius dicta sunt, non doces filium præcepto patris fuisse locutum, sed magis exercuisse in loquendo imperium.

Si tibi dixerint: quia filius iussione patris fecit, quæ facta sunt. **RESP.** Non ut ipse adstruis filij iussione patris fecisse, quæ facta sunt, sed sui imperio & uoluntate uniuersa creauit, quæ creanda fore prouidentia sua præspexit, Esaia Propheta dicente: Hæc dicit dominus: Ego feci sermone meo terrā, et hominem super eam, ego solidauit cœlum manu, ego omnibus syderibus mandauit, ut luceant in cœlo. Item ibi: Omne consilium meum stabit, & omnia quæcunque cogitauit, ego feci. Item ibi: Sic dicit dominus, qui constituit cœlum & terram, & fecit eam, ipse definiuit eam. Item ibi: Ego sum primus, & ego in æternum, manus mea fundauit terram, & dextera mea solidauit cœlum. Item ibi: Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelso. Et in Hieremia: Dominus qui fecit terram in uirtute sua magna, & crexit orbem in sapientia, & prudentia sua extendit cœlum, & posuit sonum aquæ in cœlo. Item ibi: Domine qui fecisti cœlum & terram in uirtute tua magna, & brachio tuo excelso, qui reddes peccata patrum in sinu filiorum eorum post eos. Et in Solomone: Non enim impossibilis erat manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa. Et in Psalmo cetero trigesimo quarto: Omnia quæcunque uoluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari, & in abyssis. Et in centesimo tertio decimo: Deus autem noster in cœlo. Et rursum: In cœlo & in terra omnia quæcunque uoluit fecit. Et in sexagesimo quarto: Preparans mōtes in fortitudine sua accinctus potētia. Qui em̄ hæc omnia non patris iussione, sed potestate sua fecisse describit, quomō à uobis patre inferior iudicatur. Si autem

**C** Si autem dixerint: Erat tempus antequam de patre filius nasceretur, pro eo quod Iudæis dixerit: Principium quod loquor uobis. **RESPON.**

Cognosce filium non ex tempore, neque post tempora natum, sed ante omnia tempora de paterno utero inenarrabiliter generatum, ipso deo patre in centesimo nono psalmo per Prophetam dicente: In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Quam sententiam & Esaias propheta dubijs atque incredulis euidenter expressit: dum non aliud de filio, quam de patre ineffabiliter natum ostendit. In humilitate, inquit, sublatus est iudicium eius, natiuitatem autem eius quis enarrabit? Et in libro Iob: Sapientiam dei patris unde inuenies? Latet enim ab oculis hominum, & a uolucris cœli absconsa est, Expergiscere paululum, & si lumen scientiæ in te ipsum aliquantum habes, attende & inuenies, quoniam cuius natiuitas à Propheta non potuit enarrari, ex tempore, ut adstruere ipse conaris, non potuit generari. In principio, inquit Ioannes euangelista, erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: Hoc erat in principio apud deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et iterum: Erat lux uera que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In isto igitur uerbo quod dicitur, erat, si tempus querere uolueris, non inuenies: quoniam ex quo pater, ex illo &

Esaiæ 53.

Erat. Eccl. 24.

filius: & quod pater, est etiam filius, Solomone dicente: Ego ex ore altissimi profeci, primogenita ante omnem creaturam: ego feci ut in cœlo oriretur lumen inficiens, & nebula texi omnem terram: Ego in excelsis habitauit, & thronus meus in columna. Girum cœli circuiui sola, & in profundum abyssi penetraui, & in omni terra steti, & in omni gente & populo principatum habui. Item ibi: Cum pararet cœlum aderam illi: & cum segregaret suam sedem, quando super uentos fortes faciebat in summo nubes: & cum certos ponebat fontes sub cœlo: cum fortia faciebat fundamenta terræ, ego eram cum illo componens: & ego eram cui adgaudebat cum lætaretur orbe perfecto. Et in Psalmo centesimo primo: Tu domine in principio fundasti terram, & opera manuum tuarum sunt cœli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnia sicut uestimentum ueterascent, & sicut opertorium mutabis ea, & mutabuntur: tu autem idem ipse es. Non enim erat, ut ais, aliquid temporis antequam de patre filius nasceretur: Quoniam qui tempora uniuersa propria potestate constituit, ex tempore uel post tempora nasci non potuit.

Si uero dixerint: quod pater dederit filio potestatem iudicium faciendi. **RESP.**

Filius igitur dei potestate propria facturum esse iudicium, ex hijs testimonijs prudentes agnoscant, & iustum proferentes in hac causa iudicium, ostendant cuius sententiæ magis cum ratione concordant, & cuius fidei ueritatem impugnant, Esaias propheta dicente: Quis cognouit sensum dñi, aut quis consiliarius eius fuit, aut quæ consuluit & instruxit eum, uel quis ostendit ei iudicium? Item ibi: Hæc dicit dominus: Væ potentibus in Israël, quia non cessauit iracundia mea in eis, & iudicium de inimicis faciam, & cremabo eos igne ad purum. Item ibi: Statuet dominus in iudicio populum suum, & ipse dominus in iudicium ueniet cum senioribus populi & principibus suis. Item ibi: Induit se iustitiam & gloriam, circumposuit galeam salutis capiti suo, & operuit se ueste iudicij, ut retribuatur retributionem aduersarijs suis. Item ibi: Ecce enim dominus ut ignis ueniet, & ut tēpestas cursus eius reddere uindictam in ira, & ultionem in flamma ignis. Et in Psalmo nono: Parauit in iudicio sedem suam, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate. Et in centesimo secundo: Dominus in cœlo parauit thronum suum, & regnum eius omnibus dominabitur. Et in nonagesimo tertio: Deus ultionum dominus, deus ultionum libere egit. Et in epistola Iudæ apostoli: Ecce ueniet dominus in milibus facere iudicium, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem de omnibus operibus impietatis eorum. Et in

Esaiæ 40.

Matth. 25.

Euangelio: Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc

**A** eo, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eas ab inuicem, sicut pastor segregat agnos ab hœdis, & statuet agnos ad dexteram suam, hœdos autem ad sinistram: Filium ergo secundum id quod deus est, nihil à patre legimus accepisse, quem in corde patris inseparabiliter manentem, uniuersa credimus possedisse, sed ille potestatem accepit iudicium faciendi, qui semetipsum exinaniens formam dignatus est adsumere serui.

Si autem dixerint tibi: quod filius duobus discipulis dixerit: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, uel ad sinistram non est meum dare uobis. **RESP.** Propriæ potestatis filium esse, & præcedenti iam disputatione docuimus, & nunc ipso opitulante docebimus, Euangelio protestante: Vocatis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et iterum: Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me in regeneratione, cum filius hominis sederit in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos cum eo super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israël. Et iterum: Ecce dedi uobis potestatem, ut calcetis super serpentes, & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, & si quod uenum biberitis, nihil uos nocebit. Et iterum: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, hijs qui credunt in nomine eius. Et in Apocalypsi: Qui uicerit, dabo illi sedere mecum in sede mea, sicut & ego uici, & sedi cum patre in sede ipsius. Item ibi: Qui uicerit, dabo illi manducare de ligno uitæ, quod est in paradiso dei mei. Qui omnibus discipulis duodecim tribus iudicandi potestatem dedit, & secum sedere permisit, duobus tantum discipulis, ut ad dexteram, uel ad sinistram eius sederent, licentiam dare non habuit.

Si uero opposuerint tibi, quod filius dixerit: Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. **RESP.** Si fidem rectam teneres, & non falsi dogmatis prauitate fidem catholicam impugnares, cognosceres filium propria potestate fecisse, quæ patrem non legimus, nisi per filium perfecisse. Nunquid pater aquæ elementum conuertit in uinum? Nunquid pater nauem conscendit, aut uentis, & flatibus ut quiescerent imperauit? Nunquid pater de quinque panibus, & duobus piscibus, in deserto quinque milia hominum pauit? Nunquid pater super mare pedibus ambulauit? Nunquid pater oculos cæci nati aperuit? Nunquid pater coram principibus Iudæorum paralyticum pristinae sanitati restituit? Nunquid pater hominem aridam manum habentem, cunctis adstantibus in templo curauit? Nunquid pater mulierem fluxu sanguinis laborantem, turbis ignorantibus deitatis suæ uirtute sanauit? Et plura hijs mirabilia, quæ dominum nostrum Iesum fecisse credimus, & credendo cognoscimus, & fatemur, quoniam qui paternum opus exequitur, à paternis operibus alienus esse non creditur.

Si dixerint: non est unus deus, quia dicendo: unum sumus, duos ostendis, non unum. **RESP.** Excepta incarnatione filij, quæ ab ipso pro nostra redemptione adsumpta est, pater, filius, & spiritus sanctus unus dicitur deus, & non diuisus in tribus, ut ipse sacrilega mente adfirmare conaris, sed in tribus personis, & nominibus, una probatur substantia deitatis, Zacharia Propheta dicente: Erunt dominus in regem super uniuersam terram, & in die illa erit dominus unus, & nomen eius unum. Dicit hanc, quæ Propheta designat, futuri esse iudicij nemo est qui nesciat. Requiri itaque à te, ut hanc Prophetæ sententiã, quid sibi ipse uelit, ipse exponas. Quis igitur erit rex, quis dñs unus, aut quis nomen deitatis fortitur ex tribus, si pater est, & ipse solus unus dicitur deus? Ab ipso ergo deitatis uocabulo filius, & spiritus sanctus alieni, quod absit à nobis, fuisse probantur, quia scriptum est: In die illa erit dominus unus, & nomen eius unum: Si uero, ut est, unum nomen est trinitatis: quid me persuades credere, quod Prophetas & Apostolos non uideo prædicasse? Nam

y & Malachias

**C** & Malachias solū filium intimaui, quē humani generis creatorem unum deum prophetica adnuntiatione designauit, ipso dicente: Nonne deus unus creauit uos? nonne pater unus est omnium uestrū? Et in Deuteronomio: Audi Israël, dominus deus tuus, deus unus est. Et Apostolus: Nullus deus nisi unus. Et iterum: Unus dominus, una fides, unū baptisma, unus deus. Vel nūc aduerte, quia unus deus nō est diuisus, in tribus personis, & nominibus unus dicitur deus, Apostolo attestāte: **1. Cor. 12.** Diuisiones autē donationū gratiarū sunt, ait, idē autē spiritus: & diuisiones ministrationum sunt, idem ipse dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem deus, qui operatur omnia in omnibus. Quid igitur est, quod filio derogare minime dubitasti: ut in eo ipso quod dixit: ego & pater unum sumus, duos nihilominus deos natura ab inuicē & deitate diuersos introducere coneris, & adfirmare nō metuis: ignorans, quia cū sumus dicit, personas distinxit, non deitatis substantiam separauit, ut & Sabellium unionem sectantem destrueret, & uos Arianos, qui unum in trinitate abnuitis deum, modis omnibus refutaret.

Si autē dixerint, quia ideo filius minor est, quod pater illū clarificauerit, pro eo quod scriptū est: Pater clarifica filium tuū. **RESP.** Sicut pater filiū suum clarificasse docetur, ita etiam filius patrē clarificasse præscribitur, Euangelista dicente: **Ioan. 8.** Respondit Iesus & dixit: Ego dæmoniū non habeo, sed honorifico patrē meū, & uos inhonorastis me. Et ipse filius ad patrē: Clarifica filium tuū, ut & filius tuus clarificet te. Et iterum: Ego te clarificauī super terrā. Et ad discipulos: Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciā, ut clarificetur pater in filio. Et iterū: Nunc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in illo. Et Esaias: Exaltabitur dominus sabaoth in iudicio, & dominus sanctus clarificabit in illo. Agnosce tandē perfide, quoniā in quibus una est clarificatio uirtutis, nulla interest discretio potestatis.

**D** Si autē dixerint, quod filius non potest proprie uidere patrē, quia scriptum est: Deum nemo uidit unquē. **RESP.** Nunc igitur ad ipsius fontis originem redeamus, ex quo filium patrem semper uidere potuisse, uel posse euidentioribus testimonijs de ueteris & noui instrumenti literis doceamus, Solomone dicente: Et tecū sapientia, quæ nouit opera tua, quæ adfuit tibi cum faceres orbem terrarum, & ipsa nouit quid sit placitum oculis tuis. Et dominus in Euangelio: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et iterum: Deum nemo uidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et iterum Iudæis dicit: Vos non nostis eum, ego autē noui eum: quod si dixerō, quia non noui eum, ero similis uobis mendax. Item ibi: Qui ex deo est, hic nouit eum. Et iterum: Ego noui eum, quia ab ipso sum. Ecce docuimus, quia semper uidet filius patrem, quomodo uos adstruistis eum patrem non posse uidere:

Si enim dixerint, ideo minor est filius patre, quia pater præbet testimonium. **RESP.** Si sereno sensu diuinas recenseas scripturas, inuenies non solum patrem filio testimonium perhibentē, sed totam simul inseparabilem trinitatem, idem domino protestante: Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me pater, qui misit me. Et iterum: Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum uerū est, quia scio unde uenio, & quō uado. Et de spiritu sancto: Cum uenerit paracletus, ille sanctus spiritus ueritatis, ille testimonium perhibebit de me. Intendite quæso, intendite, quoniā in quibus una testificationis uirtus ostenditur, nullus ab alio neque potentior, neque inferior iudicatur.

Si tibi dixerint de eo: pater maior est, quia ipse inuisibilis dicitur, filius uero uisibilis prædicatur. **RESP.** Sæpius ista iam diximus, quia secundū hominis formam filius uisibilis dicitur, secundum deitatis uero substantiam inuisibilis prædicatur, Paulo Apostolo protestante: O altitudo, inquit, sapientiæ & scientiæ dei, quæ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uia eius: Et in Esaiā: Cui similem æstimastis

**A** æstimastis dominum, aut cui similem æstimastis eum, cum sit ipse inuisibilis? Ait Apostolus: Mihi autem in minimo omnium sanctorum data est gratia hæc in genibus euangelizare inuestigabiles diuinitas Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Christo, qui omnia creauit. Item ipse: Qui est, ait, imago dei inuisibilis. Et ad Colossenses: Ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus, & adimpleo ea quæ desunt tribulationum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia, cui factus sum ego minister secundum dispensationem dei, mysterium Christi, quod absconditum fuit à seculis & generationibus. Item ibi: Ut consoletur corda eorum in charitate, in omnes diuinitas adimplerionis intellectus, in agnitionē mysterij dei, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciētiae absconditi. Et in Psalmo septuagesimo sexto: In mari uia tua, & semitæ tuæ in aquis multis, et uestigia tua nō cognoscentur. Et in Solomone: Sapientiā dei præcedentē omnia quis inuestigauit? Item ibi: Ratione dixit sapientiæ cui reuelata est, & astutias illius quis cognouit? Item ibi: Disciplina sapientiæ cui manifestata est, & multiplicationē ingressus illius quis intellexit? Item ibi: Quoniā mirabilia sunt opera domini solius, & gloriosa et abscondita, et opera illius inuisa omnibus. Ecce sicut pater inuisibilis est, ita etiā et filius inuenit. Quomodo à uobis in eo quod pro nobis carnaliter se uideri dignatus est, patre inferior iudicatur?

Si tibi obiecerint, quod filius de patre dixerit: Ego quæ sunt ei placita facio semper. **RESP.** Si hæc ad obsequium filij uolueritis redigere, quo dicatis eum patri esse subiectum, nihilominus & de patre simile profertis iudicium, qui in scripturis sanctis filio etiam hoc modo docetur præbuisse obsequium, Esaiā Propheta dicente: Hæc dicit dominus: Christo meo domino, cui tenui dexteram, & obsequium faciam ante eum omnes gentes. Item ibi: Ego ante eum præibo, & montes planos efficiam, aperiam ante eum portas, & ciuitates non claudentur. Item ibi: Ego uocaui & adduxi eum, & prosperum iter eius feci. Et in Psalmo centesimo tricessimoprimo: Parauī lucernam Christo meo, inimicos eius induam confusione. Et in Euangelio: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparet uiam tuā ante te. Et in Abacuc: Egressus est dominus in salutē populi sui cū Christo suo. In hijs ergo omnibus non tibi uidetur pater filio obsequium præbuisse: pro quibus etiam nefas est dicere, patrem posse filio subiacere: quia paterna diuinitas nec dando filio, quæ sua sunt, aliquando sibi minuit, nec filius accipiendo, quæ patris sunt in melius quàm fuerat, uel infectus naturam mutauit. Filius ergo ideo quæ sunt patri placita facit, quia contraria facere nescit.

Si tibi dixerint: in hoc filius patri non potest coæquari, quia solum patrem Apostolus adferit immortalem. **RESP.** Filium secundum diuinitatem immortalem semper fuisse, uel esse, diuina ubique testantur eloquia, Solomone id ipsum clarius adfirmante: Immortalitas est in cogitatione sapientia, & amicitia illius delectatio bona. Item ibi: In operibus manuum sapientiæ honestas sine defectio, & incertamine sermonum eius immortalitas, & uita æterna, in communicatione uerborum eius claritas perpetua. Et Apostolus: Uiuus est dei sermo & efficax, & acutior omni gladio ancipiti. Et in Actibus Apostolorum: Adnuntiamus uobis, ut ab hijs uanis conuertamini ad deum uiuum, qui fecit cælū & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Et in Deuteronomio: Uiuo ego dicit dominus, quia extollo in cælum manum meam, & iurabo per dexteram meam, & dicam: uiuo ego in æternū, quia exaquo uelut fulgur gladium meum, & detinebit iudicium manus mea, & eis qui oderunt me reddam. Qui uero æternus & immortalis diuinis literis intimatur, minoris à patre substantiæ, non nisi ab Arianorum perfidia iudicatur.

Si tibi dixerint, quia Propheta in persona Christi dixerit: Dominus reget me, & ideo minor est patre. **RESP.** Quod à semetipso regatur filius, & nō ab alio,

**C** Esaiam audi Prophetam, per quem deus pater unicus sui potentiam tali dignatus est promulgare sententia: Et tu Bethleem terra Iuda, inquit, nequaquam minima es in milibus Iuda, ex te enim prodiet rex, qui regat populum meum Israel. Et in Apoc. 7. Apocalypsi: Agnus qui est in medio throni reget eos, & ducatur illis praebebit ad uitae fontes aquarum. Et in libro Machabaeorum: Ipse pater noster, ipse rex noster, ipse reget nos in secula. Flagellauit enim nos propter iniquitates nostras, sed iterum miserebitur nostri. Et in Psalmo quadagesimo septimo: Hic est deus noster in aeternum, & in seculum seculi, & ipse reget nos in secula. Et in uicesimo septimo: Rege eos, & extolle eos usque in seculum. Si enim filius, ut ipsi suspicamini, a semet ipso non regitur, frustra rex dicitur, uel regis filius appellatur: quoniam nomen regis & dignitatis, non nisi a regendo alios comprobatur.

Si tibi dixerint: ideo patri filius non aequatur, quia ipse solus est a diabolo in deserto tentatus. **RESP.** Non enim diuinitas filii diabolicae tentationi subiicitur, sed in sola carne tentatus est, quam de uirginis utero dignanter adsumpsit, Apostolo attestante: In eo enim quod passus est obediens factus tentatus est: nam potens est eis, qui tentantur, auxiliari. Nam cum illi tentator diabolus diceret: mitte te deorsum, ita eum semel & iterum flagello suae responsionis coercuit dicens: Non tentabis dominum deum tuum, & dominum deum tuum adorabis, et illi soli seruias. Hinc non ambigo & Iacobum dixisse Apostolum: Deus autem intentator malorum est. Et in Euangelio: Tunc uenientes ad Iesum Pharisei cum Herodianis dicebant: Magister, scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces; non enim accipis personam, aut cura tibi est de aliquo: licet nobis tributum dare Caesari, aut non? Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut possent accusare eum &c. Cernis ne in credula, quia is tentationi subiicitur, qui a Iudaeis flagellari non abnuuit?

**D** Si autem dixerint: ubi se ipsum filius dei deum proprie nominauerit? **RESP.** Haec propositio uestra quam stulta sit, & quam a ratione ueritatis longius euagetur, etiam tardioris ingenij homines intelligunt ac refellunt, illi scilicet qui dei filium deum uerum, & uerum hominem consentuntur: Non enim quia carnem induit, deus esse desierit, sed in homine uero deus uerus apparuit, Ioanne Apostolo attestante: Hic est uerus deus & uita aeterna. Si uero ubi se ipsum filium deum proprie nominauerit, desideras nosse, Euangelico uerbo condice: Et rogabat eum uir, inquit, a quo daemonia exierant, ut cum eo esset: dimisit autem eum Iesus, dicens: Vade in domum tuam, & narra quanta tibi fecerit deus. Ille autem abiit per uniuersam ciuitatem, praedicans quanta illi fecisset Iesus. Et iterum: Eduxit eum diabolus, & ostendit illi omnia regna terrae in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui uolueris do illa: tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Respondit Iesus, & dixit illi: Scriptum est, dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Et rursum de leprosis mundatis dicit: Unus autem ex illis, ut uidit quia mundatus est, reuersus est cum magna uoce magnificans deum, & cecidit ad pedes eius, gratias agens, & hic erat Samaritanus: Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? nouem ubi sunt? non est inuentus ex illis, qui rediret, & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Ecce ubi se ipsum deum dei filium nominauit, cui deo is qui mundatus est, gratias retulit reuertens. Et iterum: Erat quidam homo in quadam ciuitate, qui deum non timebat, nec hominem reuerbatur: Vidua quaedam erat in illa ciuitate, quae quotidie ueniebat ad eum dicens: Vindica me ab aduersario meo, & nolebat per multum tempus: in se autem reuersus dixit: Etsi deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi ualde haec, uindicabo illam, ne in nouissimo ueniens suggillet me. Respondens autem Iesus, dixit: Audistis quid iudex iniquitatis dicit? Deus autem non faciet uindictam seruatorum suorum clamantium

**A** tium ad se die ac nocte, et patientiam habebit in illis, amen dico uobis, quia faciet uindictam eorum cito. Ideo totum textum parabolae huius posuimus, ut filium ubi se deum proprie nominauit docere possimus: non enim potest patri haec sententia conuenire, quoniam in iudicium filius est uenturus, iniurias seruatorum suorum uindicare. Et iterum Euangelista dicit: Et cum recubisset iterum dixit discipulis suis: Scitis quid fecerim uobis, uos me uocatis magister, & domine, & bene dicitis, sum enim. Et in Marco: Respondens Iesus, & dixit: Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis praecipuum istud Moyses, ab initio autem creaturae masculi & foeminae fecit eos deus. Et iterum: Responderunt Iudaei, & dixerunt ei: Nos de bono opere non te lapidamus, sed de blasphemia, quia cum sis homo, facis te ipsum deum. Cum igitur se ipsum deum, & dominum appellat, quare illum uos minorem adstruitis, et deitatem eius more sacrilego denegatis?

Si tibi dixerint, ideo minor est filius, quia pater illum reuelauit hominibus. **RESP.** In huius reuelationis mysterio pater & filius unum sunt: quia sicut pater filium, ita filius patrem pari diuinitate naturae mutuo se docentur mundo & hominibus reuelasse, ipso domino in Euangelio protestante: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et iterum: Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, et ut se ipsum hominibus reuelasse doceret, per Esaiam haec testatus est, dicens: Palam apparui non quaerentibus me, inuentus sum ab hijs, qui me non interrogabant. Et in Euangelio: Si quis mihi aperuerit ostium intrabo ad illum, et coenabo cum eo, et manifestabo me ipsum ei. Et iterum: Hoc iam tertio manifestauit se Iesus discipulis suis ad mare Tyberiadis, cum resurrexisset a mortuis. Qui enim patrem reuelauit, & se ipsum multis modis manifestasse testatus est, minor dici non potest.

Si tibi dixerint: quod pater tradiderit filium. **RESP.** Filius uoluntarie dispensatione adsumptae carnis adimplens, semetipsum pro nobis tradidisse, clara contentationis uoce fideles suos per Apostolum docere dignatus est, ipso Apostolo protestante: Gratia uobis, inquit, & pax a deo patre, & domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Et iterum: Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit se ipsum pro me. Et ad Ephesios: Estote igitur imitatores dei, sicut filij dilecti, & ambulate in charitate, sicut Christus dilexit nos, & tradidit se ipsum pro nobis. Item ibi: Diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit ecclesiam suam, & semetipsum tradidit pro ea. Et ad Timotheum: Unus enim deus, unus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro multis. Et ad Hebraeos: Si enim sanguis hircorum, & cinis uitulae aspersus sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo. Item ibi: Habentes ergo, Fratres, fiduciam in introitu sanctorum sanguine Iesu, qui dedicauit nobis uiam recentem, & uiam per uelamen, id est carnem suam, offeres se ipsum pro nobis. Et in Ioannis Epistola: In hoc cognouimus charitatem ipsius, quoniam ipse pro nobis animam posuit. Et in Esaias: Sanctificate eum, qui tradidit animam suam pro nobis. Item ibi: Oblatus est, quia ipse uoluit. Et in Hieremia: Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Item Apostolus: Hoc enim semel fecit se ipsum offerens: Et iterum: Scimus quia filius dei uenit, & carnem induit, & passus est. Et Petrus Apostolus: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Et in Solomone: Penetrabo inferiores partes terrae, & inspiciam dormientes, & inluminabo sperantes in eum. Et ipse dominus in Euangelio: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: nemo eam tollet a me, sed ego eam pono ex me. Qui ergo se ipsum tradidit, & animam suam propria potestate posuit & adsumpsit, minor dici non poterit.

Si tibi opposuerint, quod filius dixerit patri: transeat a me calix iste, ueritamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. **RESP.** Ut autem filius doceatur uoluntarie passionis suae calicem ebibisse, hijs testimonijs si non piget addisce, ipso in Psalmis canente:

Quid

**C** Quid retribuā domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicē salutaris accipiam, & nomen dñi inuocabo: Nō em̄ Propheta, aut cuiuslibet alteri hæc sentētia poterit coaptari, q̄ se ipsum in subsequēti uersiculo, & seruū dixit, & ancillā filiū nominauit: O dñe, inquit, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Et in Euangelio discipulis dicit: Desiderio desiderauī hoc Pascha māducare uobiscū. Itē duobus filijs Zebedæi Ioanni & Iacobo dixit: Potestis bibere calicē, quē ego bibiturus sum, & baptizari baptismo, quo ego baptizor: Diligēter attēdite, q̄ bibiturus sum ideo dixit, ne alterius diceret iussione, & nō uoluntate propria id fecisse. Et Petro Apostolo ait: Nō sapis quæ dei sunt, sed quæ hominū, Calicē, quē dedit mihi pater, nō uis ut bibam illū: Hunc igit̄ calicē, si nō uolūtariē dñs ebibisset, ut ueniret utiq; minime desiderasset, sed quia eundem uoluntariē bibit, idcirco nec trepidauit, nec abnuuit.

Si tibi dixerint, idcirco minor est filius, quia patrē rogasse dicis. **RESP.** Si is qui rogat minor est illo quē rogat, ergo deus, qui per Prophetā populū suū rogaf se præscribit, populo inferior cōprobatur. Michæa Propheta dicēte: Populus meus quid feci tibi, aut in quo molestus tibi fui? responde mihi: quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis liberaui te, & misi ante faciē tuā Moysen, Aaron, et Mariam in p̄fectione: Populus meus memēto, rogo, qd cogitauerit aduersum te Balach rex Moabitā, & quid respōderit ei Balaam Propheta filius Beor de Se thim. Ut aut̄ manifestaret dñs pro quibus patrē sapius perorasset, in Euāgelio adprobat dicēs: Pater sancte, nō pro hijs tantum rogo, id est, pro discipulis, sed & pro hijs, q̄ per uerbū corū credituri sunt in me. Et iterū: Pater sancte cōserua eos in noie tuo. Nam cum ei leprosus ille dixisset: Dñe, si uis potes me mūdare, nō expectauit filius rogare patrē, ut sanaret̄ infirmus, sed suā uolūtariē impartiēs medicinā solo tactu curauit eū, in quo tantū ut curaret̄ fidē inuenit, dicēs ei: Volo, mūdare. Itē dū eū cæci pro obscuritate sui luminis perorassent, ut uisum reciperēt, non ad potioris patris autoritatē curā distulit, sed secundū fidei meritū orbes extinctos, et pernicio/

**D** sa olim obscuritate cōtectos, spontanea uolūtate ad lucē suæ cognitionis adduxit, dicēs eis: Secundū fidē uestrā fiat uobis. Dæmoniū etiā, cuius nomē propter cōsortiū multitudinis Legio fuerat, nō rogato patre excludit, sed propria imperās potestate fugauit, & ab eis rogatus in porcos ire permisit. Itē muto & surdo spiritui imperiali uoce denuntiās, ilico ut audiuit discessit, & nō dixit: rogo patrē ut exeas, sed ego tibi præcipio, ut abscedas: Surde, inquit, & mute spiritus, ego tibi præcipio ut exeas ab eo, & amplius non introēas in eum. Audi adhuc eum, qui dixit rogo, quemadmodum tanquam patri imperans dicit alio Euangelij loco: Pater, uolo ut ubi ego sum, & isti sint mecum. Filius deinde qui pro sibi credentibus in homine cōstituto, ut ante iam dictū est, patrē rogauit. Nunqd patrē pro se ipso rogaret: omnino nō habuit, quoniā nō fuit in illo p̄sona debilis uel infirma, quæ per deprecationē mereretur percipere medicinā: nam si filius, ut adstruitis, à patre minor fuisset, talia utiq; non diceret, quoniā qui potiori, uolo, dicit, inferior esse nō potest.

Si aut̄ dixerint: quod pater filiū suū exaltauit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomē. **RESP.** Qui em̄ secundū scripturæ sanctæ seriē semetipsum exaltasse docet, in nullo patri, ut iam sapius diximus, inferior iudicat̄, Propheta in Psalmo ceterimonono canēte: De torrēte, inquit, in uia bibit, p̄pterea exaltabit caput. Et in Psalmo nono de eodē ecclesia dicit: Exurge dñe, exaltetur manus tua. Et in Psalmo quadragesimo quinto, per Prophetā idē dñs concionat̄, & dicit: Exaltabor in Gētibus, & exaltabor in terra. Esaias quoq; paria cōtestans loquit̄, dicens: Et oculi excelsi humiliabunt̄, & cadēt, & exaltabit dñs solus in die illa. Filius igit̄ in natura deitatis à patre nō legit̄ exaltatus, sed is exaltatus est, & nomē sup omne nomen accepit, q̄ de uirginis utero carne adsumpta, deus & homo natus apparuit.

Si aut̄ adposuerint: quod pater filiū suū à mortuis suscitauerit. **RESP.** Quæ ad modū præcedētī disputatione à semetipso filiū docuimus exaltatū, ita etiam nunc

**A** docebimus eū à semetipso à mortuis suscitātū, Dauid in Psalmo tertio cōprobāte: Ego dormiui, et somnū cœpi, quoniā dominus suscipiet me. Diligēter attēde, q̄ ego surrexi dixit, nō aut̄, ait, ego dormiui, & ab alio resuscitatus apparui. Et in Hieremia: Inebriabo animā sitientē, & animā esurientē implebo, propter hoc surrexi, Hier. 31. & somnus meus dulcis mihi factus est. Et in Actib. Apostolorū: In die, qua Apostolos elegit per spiritū sanctū prædicare Euangeliū, quibus etiā exhibuit seipsum uiuum post passionē suā in multis argumētis apparēs eis, & docens de regno dei. Act. 1. Et Amos Propheta ait: Qui cōstituit super cœlos ascensionē suā, & pollicitationē in terra firmauit. Et Apostolus: Christus surgēs à mortuis, iam nō moritur, mors ei ultra nō dominabitur. Itē ipse: Tradidi eum uobis imprimis, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundū scripturas, & quia resurrexit tertia die secundū scripturas. Et ad Timotheū: Memor esto Christū Iesum resurrexisse à mortuis ex femine Dauid: Et Psalmo 138. Surrexi, & adhuc tecū sum. Et in Euāgelio: Surrexit dñs uere, & uisus est ab eis. Et Angeli mulieribus: Nō est hic, resurrexit enim sicut dixit. Et ipse dominus: Ecce ascēdimus Hierosolymā, et filius hominis tradet̄ in manibus hominū peccatorū, & tradet̄ eum Gētibus ad illudendū, & crucifigendū, & tertia die resurget. Et iterū: Ego sum resurrectio, & uita. Qui hominē resuscitauit à mortuis, & resurrectionē uitæ se esse perdocuit, nō caret potentia deitatis.

Si tibi dixerint: quia ideo minor est filius, quia nō de deo, sed ex deo se probauit exisse. **RESP.** Siue enim ex deo, siue de deo filius dicit̄ exisse, detrimentū aliqd̄ ipsius ineffabili deitati nō potest prouenire, ipso in Euāgelio attestante: Ego à deo patre exiui, & ueni. Et in Epistola Ioannis Apostoli: Qui natus est de deo, ait, non peccat. Et in Euāgelio Pharisei interrogantes dicebant: Rabbi, scimus quia à deo uenisti magister, nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum illo. Agnosce, quoniā qui seipsum de deo, et nō ex deo, ut ipse calūniaris, fatetur exisse, nec inferior iudicat̄, neq; ab æquitate paternæ potentia separatur.

**B** Si tibi opposuerint, qd ipse filius dixerit: Quid me dicis bonū: nō est bonus, nisi unus deus. **RESP.** Quis malū iudicet, qui se ipsum pastorē bonū pronūtiat? Aut quis inæqualē patri adfirmet, qui se unū cū patre esse demōstrat? Ego sum, ait, pastor bonus. Et Dauid in persona patris filiū intimentis, in Psalmo quadragesimo quarto dicit: Eructauit cor meū uerbū bonum. Et Hieremias: Bonus est dominus eis, qui sustinet̄ eum, & in die tribulationis agnoscet eos, qui timēt eum. Et ipse dominus: An oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum? Et in Psalmo centesimo octauo decimo: Bonus es domine, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Et Apostolus: Quoniā bonus odor Christi sumus, in hijs qui salui sunt, & in hijs q̄ pereūt: Vides, q̄ nō caret bonitate, q̄ omnē in se diuinitatis cōtinet plenitudinē.

Si dixerint illud, qd idē filius dixerit: ut cognoscāt te solū uerū deū, et quē misisti Iesum Christū. **RESP.** Filiū deū uerū esse, ut pater est, prophetis, euāgelicisq; uocibus cōprobamus, Esaiā dicēte: Seruientibus uero mihi uocabit̄ nomē nouū, qd̄ benedicet̄ super terrā, & benedicet̄ deū uerū, & qui iurāt super terrā, iurabūt in deū uerū. Et in Solomone: Verebunt̄ eos, quos putāt deos, à quibus exterminabunt̄, uidētes illū, quē olim negabāt, deū uerū agnouerūt. Et in Psalmo: Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo p̄spexit. Et dñs in Euāgelio: Ego sum uia, ueritas, & uita. Et ibi ad patrē: Sermo tuus ueritas est. Et in Epistola Ioānis Apostoli: Scimus, ait, qd̄ filius dei uenit, & dedit nobis intellectū, ut sciamus qd̄ est uerū, & simus in uero filio eius Iesu Christo, hic est deus uerus, et uita aeterna. Ex hoc itaq; debes patris, et filij unitatem agnoscere, quoniā sicut patrem, ita etiam filium scriptura diuina deum uerum non desinet prædicare.

Si tibi opposuerint, quod in Psalmo dicit̄: Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. **RESP.** Cum omnia

**C** uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates à filio anteq̃ essent exierunt, quā hæreditatem dicitis postulando filium à patre accepisse monstrate, cum ipse in Euangelio dicat: Omnia mea tua sunt, & tua omnia mea sunt. In libro etiam, quo Hester historia continetur, ita scriptum esse cõperimus: Ego audiui, inquit, in libris meis domine quia tu adsumpsisti tibi Israel ex omnibus gentibus in hæreditatem æternā: Nõnne de ipso dicitur in octuagesimo octauo Psalmo: Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terrarū & plenitudinē eius tu fundasti: Nõnne de ipso in tricesimo secundo dicitur Psalmo: Populū quē elegit dominus in hæreditatem sibi: Nõnne ipse dixit in Psalmo quadragesimo nono: Mæx sunt omnes bestię syluæ, p̃cora in mōtibus & boues, cognoui omnia uolatilia cœli, species agrī mecum est, si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ & plenitudo eius: Nõnne de ipso in septuagesimo primo dicitur Psalmo: Dominabitur à mari usq̃ ad mare, & à flumine usq̃ ad terminos orbis terræ: Ut cum hæc omnia filius sua esse prophetica annuntiatione signauerit, uos nūc ostendite quam aliam hæreditatem à patre potuit filius postulando accipere?

Si tibi obiecerint, quod in Euangelio de se filius dixerit: Quem pater sanctificauit, & misit in hunc mundum. **RESP.** In deitatis sanctificatione pater & filius

**Hebr. 2.** unum sunt, quod etiam Apostoli testimonio comprobatur: qui sanctificat & qui sanctificantur, inquit, ex uno omnes. Ut à semetipso sanctificatū filiū doceamus ipse ex Euangelio testimoniū adhibeamus, ait: Misit eos in hunc mundū, & pro eis sanctificauit meipsum. Et rursus in Psalmo quadragesimo primo, de templo corporis eius sanctificatione canit & dicit: Sanctificauit tabernaculū suum altissimus, deus in medio eius non cõmouebitur. Et ut hanc sanctificationē opus cõmune trinitatis esse perdoceam, Apostoli profero in hanc defensionem sententiā: Sed hæc quidem fuistis, inquit, sed abluti estis, & sanctificati estis, & iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritu dei nostri. Respice tandem qui hæc adstruis, quoniā qui semetipsum sanctificauit, alterius sanctificatione non eguit.

**1. Corint. 6.**

**D**

Si autē tibi obiecerint illud, ubi dictum est: Dixit dominus domino meo sede à dexteris meis. Vel illud Apostoli: Constituens illum ad dexterā suam. **RESP.**

Filiū ad dexterā patris non alterius iussione sedisse, sed propria potestate, ex hijs testimonijs diuina autoritate fundatis ueritatem agnosce, Paulo Apostolo prædicante: Gerens quoq̃ omnia uerbo uirtutis suæ, purgatione peccatorum à se facta, sedit ad dexterā maiestatis in excelsis. Et iterū: Non enim in manufacturæ sancta introijt Iesus, quæ est allegoria uerborū, sed in ipsum cœlū apparuit à dextris dei. Et iterum: Curramus ad propositū nobis præmiū agonis, respicientes ad principē fidei perfectorem dominū, qui proposito gaudio sustinuit crucem, & cõtemnens confusionē crucis in dextera throni sedit. Et in Apocalypsi: Qui uicerit, dabo illi ut sedeat mecum in sede mea, sicut ego uici, & sedi cum patre meo in sede illius. Et in Psalmo nono: Quoniā fecisti iudiciū meū & causam meā, sedisti super thronū qui iudicas æquitatem. Respice diligenter quæ ab Apostolo superius dicta sunt: Purgatione à se facta sedit ad dexteram dei \* finem facit. Rursus \*

*Decrant paucissima litera, quæ tale quid poterant præ se ferre: & sic*

Si tibi dixerint: Ideo minor est, quia ipse filius suspensus à Iudæis irrisus est, **RESP.** \* inseparabilis esset filio, nec iniuriam pertulit, nec passioni subiicit, sed sola adsumpta caro suspensa est cruci, quæ à Iudæis & teneri potuit & ligari. Proinde filius dei, ut homo suspensus, in cruce irrisus est, ut deus autē sedēs in cœlo impios irrisurus est, Psalmita dicēte: Qui habitat in cœlis deridebit eos, & dñs subfannabit eos. Ut homo mortē timuit, ut deus autē mortuos suscitabit, ipso dicente: Sicut pater suscitatur mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Homo cõsputus est, ut deus autē de spūto suo cæcū illuminare dignatus est, Euāgelista dicēte: Expuit in terra & fecit lutū de spūto, & liniuit sup oculos eius, &c. Ut homo spinis coronatus

**A** coronatus est, ut deus autē corona speciei appellatus est, Esaia Propheta dicente: Erit dominus corona speciei, quæ complexa est residua populi sui. Ut homo flagellatus est, ut deus autē nihil eorum perpeffus est, Propheta dicente: Non accedet ad te mala, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Ut homo alapis caesus est, ut deus autem aquas pugillo, & omnem cœli ambitum palmo comprehendit, Esaia dicente: Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Ut homo tristitiam pertulit, ut deus autem mortis, & omni tribulatione confectis cõsolationem adtribuet, Paulo Apostolo dicente: Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Ut homo felle & aceto potatus est, ut deus autem terram influentem lacte & melle populo suo dare dignatus est, libro Deuteronomio protestante: Cum autem induerit te dominus deus tuus in terram fluentē lacte & melle, caue tibi, ne cum manducaueris & faturatus fueris, obliuiscaris nominis domini dei tui. Ut homo à Ioanne in Iordane baptizandus aduenit, ut deus autem in spiritu sancto discipulos baptizauit, ipso dicente: Vos autem in spiritu sancto baptizamini, quem & accepturi estis. Et Ioannes baptista: Veniet fortior me, qui uos baptizet in spiritu sancto, & igne. Ut homo à diabolo in deserto tentatus est, ut deus autem eundem diabolum increpauit, ipso dicente: Vade retro Satanas, non tentabis dominum deum tuum. Ut homo esuriit, ut deus autem de quinque panibus quinque milia hominum saturauit. Ut homo sitiens à Samaritana muliere pauxillum aquæ bibere postulauit, ut deus autē fontem aquæ uiuæ æternæ credentibus propinauit, ipso dicente: Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum, qui autem biberit de aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Ut homo amicum suum Lazarum fleuit, ut deus autem pro se patientium lacrimas misericordiam penicillo absterget, Apocalypsi protestante: Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum. Ut homo uestimēta eius forte diuisa sunt, ut deus autem populo suo in sortem terram repromissionis dare dignatus est, Psalmita dicente: Et eiecit à facie eorum gentes, & forte distribuit illis terram in funiculo hæreditatis. Ut homo dormiuit, ut deus autem nunquam corporali somno subiacuit, Propheta dicente: Ecce non dormitabit neque obdormiet, qui custodit Israël. Postremo ut plurima prætermittam, ut homo mortuus est, & in sepulchro positus requieuit, ut deus autem tertio die resurgens à mortuis, quadragesimo die ad cœlum conscendit, & post decem dierum spatium spiritus sancti promissionem discipulis misit. Agnosce tandem Hæretice, quis ille sit, qui crucis iniuriam pertulit, & quis eam in adsumpto homine positus sentire non potuit?

**B**

Si tibi dixerint: si pater & filius unum sunt, ergo & pater in carne conuersus ad uirginem uenit, & cum filio natus apparuit. **RESP.** Nos uerbum patris dicimus carnē factum, nõ patrem in carnē esse conuersum, aut secundum uos in diuersa mutatum, Euāgelista dicente: Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ipsum uerbum pater misit, & sanauit nos. Ipsum uerbum eructauit ex corde. Ipso uerbo cœli firmati sunt, quorum uirtus ex spiritu oris eius perpetuò fundata manent. Ipse serui formam induit, in qua etiam patri obediens fuit, & Iudæorum opprobria tolerauit: Deus em̃ impassibilis est, quia corporeus nõ est, sed sola caro adsumpta pertulit passionem, quæ angelica adnuntiatione contenta adoleuit in Virgine, Gabriele angelo dicente: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, propterea quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei: Qui enim filius est, pater utique non est: quoniā nemo sui & pater & filius dici potest. Et si in persona patris Propheta dicit: Inuocabit me, & exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, & eripiam eum, dispensationem unitatis ostendit: nam diuinitas patris, & filij, quæ una est, passionis uitio subiaceri non potuit.

Si dixerint:

- C** Si dixerint: Filius dei nō habuit præscientiam futurorū pro eo quod immundo spiritui dixerit: Quod nomen est tibi? & quod tempus est, ex quo ei hoc accidit?
- RESP.** Filium dei præscientiā futurorū ignorare non posse ex diuina autoritate agnosce, Hieremia Propheta dicente: Ego sum dñs scrutans corda & probans renes, ut dem unicuique secundū uias eius, & secundū fructū studioiū eius. Et Esaias: Dominus nouit cogitationes sapientiu, quoniā uanæ sunt. Paulus autē Apostolus eadē dicit ad Hebræos: Viuus est enim sermo dei & efficax, & acutior super omnem gladiū acutum, & penetrans usq; ad diuisionē animæ & spiritus, & cogitationum & medullarum omnium, & iudex cogitationū cordis, & non est in seculo fabrica aliqua abscondita à cōspectu eius. Ait & ipse: Cum uenerit dominus & illuminauerit abscondita tenebrarū, & manifestauerit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique à deo. Et in Solomone: Si autē dixeris: nescio hunc, scito quoniā dominus corda omnium nouit. Et ibi: Oculi dñi multo amplius lucidiores sunt sole, circuminspiciunt omnes uias hominū, & profundum abyssi, & hominū corda intuentur, & absconditas partes. Et in Regnorū: Recedant uetera de ore uestro, quoniam scientiarū dominus est. Et in Machabæorū: Deus mundi creator, formator hominis, qui omnē scrutatur actum & originem, ipse uobis spiritū & uitam iterū cum misericordiā reddet. Et Euangelista: Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, ed quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat ut quis testimoniū petheret de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. Et Hieremias sic dicit: Dominus qui fecit cœlum & terrā nihil occultare potest à me, quia ego facio misericordiā in milia, & reddo peccata patrum in filios eorū post eos. Et ibi: Et factus est sermo domini ad me dicens: Ego dominus deus uniuersæ carnis, nunquid aliquid à me occultatur? Et in Daniele: Deus æternus qui occultorū es cognitor, qui nosti omnia antequā nascantur, tu scis quia falsum testimoniū hij dicunt aduersum me. Et Apostolus ad Romanos: In die qua iudicabit deus occulta hominum secundum Euangeliū meum per Iesum Christū, qui corda & actus hominū perscrutatur, & in lucem adducet, præscientiam futurorū ignorare non potest.
- Si forte obiecerint, quod filius subiectus est patri, quia scriptū est: tunc & ipse subiectus erit ei qui illi omnia subiecit. **RESP.** Vt autem agnoscatis dei filiū uniuersa sibi propria potestate subdidisse, Petrum audite Apostolum de hoc ipso laus prædicantem: Aliquando, inquit, in diebus Noë quibus adhuc expectabat dei patientia cum fabricaretur arca, in quā introierunt pauci, id est, octo animæ tantum saluæ factæ sunt per aquam: Quod & uos nunc simili forma baptismi saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientia bonæ interrogatio in deum, profectus in cœlis subiecit sibi angelos, & potestates, & uirtutes. Et Paulus Apostolus: Cum euacuauerit omnem principatū, & omnē potestatem, & uirtutē, & dominationē, oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Et ad Philippenses: Nostra enim conuersatio in cœlis est: unde & Salutorem expectamus dominum Iesum Christum, qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ, conformans corpori claritatis suæ, secundum suam uoluntatem, ut possit sibi subicere omnia. De hoc ipso & Dauid in Psalmo sexagesimo septimo agnosce dicentem: Ascendit in cœlum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et in epistola Iudæ Apostoli: Angelos quoque, inquit, qui dereliquerunt suum principatum, catenis igneis ligans, & tenebrosis carceribus retrudens, reseruauit futuro iudicio puniendos. Ex hijs igitur agnosce dominum, quoniam subiectio filij non est deitatis, sed carnis, cui dum in fine seculi subiecta fuerint uniuersa humani generis uitia, & absorpta fuerit mors in uictoria, tunc & ipse hominis filius subiciendus dicitur patri, non in deitatis natura, sed in hominis adsumpti substantia.

Si autem

- A** Si autem opposuerint, quod filius in Euangelio dixerit: De die autem, & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, neque filius, nisi pater solus.
- RESP.** Filius itaque non potest diem iudicij ignorare, de qua discipulos suos ante uisus est paterna admonitione instruere: Cum uideritis, inquit, prælia, & opinionēs prælorum, uidete ne turbemini: oportet enim hæc fieri, sed nōdum finis. Item ibi: Sicut enim exijt fulgur ab oriente, & parat usq; ad occidentem, ita aduentus filij hominis. Et Zacharias: Ecce ueniet dominus deus meus, omnesq; sancti cum eo, & in die illa non erit lux, sed frigus & gelu, & dies hæc, quæ nota est domino. Et in Solomone: Quid sapientia locupletius, quæ omnia operatur? Et si sensus operatur, quis horum uidetur esse artifex? Sed si iustitiā quis diligit, labores eius magnas habet uirtutes: sobrietatē em & prudentiā docet, iustitiā & uirtutē dat credentibus sibi, quibus nihil utilius est in uita hominibus. Sed similitudinē scientiæ quis desiderat, notam faciet, scit præterita, & futuris præfaga est, scit uersutias sermonū, & solutiones argumentorū, signa & prodigia scit anteq; fiant, & finem temporum & seculorum non ignorat. Et Lucas Euangelista: Interrogauerunt eum Pharisei, & dixerunt ei: Quando ueniet regnum dei? Respondit eis & dixit: Non ueniet regnum dei cum obseruatione, neq; dicent: ecce hic, aut ecce illic: ecce enim regnum dei intra uos est: Et ait ad discipulos suos: Veniet dies, quando desideretis unum diem uidere filij hominis, & non uidebitis, & dicent uobis, ecce hic, aut ecce illic, nolite ire, neq; sectemini: nam sicut fulgur coruscet de cœlo, & in ea quæ sub cœlo sunt fulget, ita erit aduentus filij hominis in die sua. Si dies hæc ipsius est, quomodo uos eum dicitis scire non potuisse uel posse quod suum est?

- Si autem dixerint, quia filius in eo minor est, quia de eo Propheta dixit: Verbum breuiatum faciet dominus uniuerso orbe. **RESP.** Verbum breuiatū, quod dominus faciet super terram, non imminutionem deitatis in filio dei significat, sed dispensationem susceptæ carnis adnuntiat, in qua dispensatione non solū patri hominis filium, sed etiam angelis legimus minoratum, Paulo Apostolo protestante: Eum autem qui modice & minus quàm angeli minoratus est uidemus Iesum, propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Et infra: Propter quam causam non confunditur fratres eos uocare, dicens: Nuntiabo nomen tuū fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et in Psalmo octauo: Minorasti eū paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum. Et ut uerbū dei patris breuiatum non esse in filio doceamus, ex Esaiæ Prophetæ uolumine sententiā adprobamus: Nunquid adbreuiatus factus est sermo meus, aut paruus, ut non possim redimere? aut non est in me uirtus ad liberandum dicit dominus omnipotens? Et iterum: Hæc dicit dominus deus omnipotens: Nunquid adbreuiata est manus mea, ut saluare non possit? Aut non potest uiuificare cor humilium, & spiritum contritorum. Et ut brachiū, patris quæ manus est, filium esse doceret, intulit dicens: Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & uidebunt omnes fines terræ salutare eius. Nam & in nouissimo tempore hic sensus non inanis poterit coaptari, in quo tempore dominus pro redemptione nostra carnem suscipiendo aduenit, ut & illum, qui habebat mortis imperium, sua morte destrueret, & eos quos in tenebris, & umbra mortis captiuos subegerat, uirtute suæ potentia in ipso paruo & exiguo temporis spatio liberaret. De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat, dum eos in lucem, cum adhuc tempus haberent, incedere proponebat: Pueri, inquit, nouissima hora est, cum lucem habetis, ambulate in luce, ne uos tenebræ comprehendant. Et in Canonicis: Filioli, nouissima hora est. Et unde scimus, quia nouissima hora est? quia multi Pseudoprophetæ exierunt in hunc mundum: Et Paulus Apostolus: Tempus enim breue est. Et iterum: Præterit enim figura huius mundi. Et iterum: Omnia hæc ad correptionem

**C** tionem nostram facta sunt, in quos finis seculorum obuenit. Nam & dominus in ipsa oratione dominica breuiavit nobis sermonem, dum nos a multiloquo prohibens, omnia docuerit, quæ pertineant ad salutem. Cum oratis, inquit, nolite multum loqui. Et *Matth. 6.* infra: Vos autem cum oratis dicite: Pater noster qui es in caelis &c. Non enim Propheeta filium dei in hoc capitulo minoratus designauit in uerbo, quoniam ita in Prophetis retro tempore loquebatur: qui etiam nunc per Apostolos & Apostolicos uiros nouissimo tempore loquitur: Ego sum, inquit, qui loquebar in seruos meos Prophetas: ecce adsum. Et alius Propheeta: Sicuti est ab initio, ita usque in seculum, neque adiectum est ei neque minuetur illi, quoniam ipse est dominus creaturae suae: Ecce quale uerbum breuiatum fecit dominus in orbe terrarum, non qui, ut uos putatis, inferiorem patri intimeret hominibus filium, sed qui nouissimum eius adnuntiaret aduentum.

Si autem dixerint: Filium non de paterna substantia natum, sed de alia substantia generatum. **R E S P.** Nos quoque qui unius substantiae patrem & filium confitemur, de substantia dei patris filium esse diuina autoritate docuimus. Hieremia Propheeta dicente: Super omnes accipite planctum, & super semitas deserti lamentationem, quia defecerunt eod quod non sunt homines, quia audire noluerunt uocem substantiae meae, a uolucris coeli usque ad iumenta mente exciderunt. Item ibi: Quis stetit in substantia domini, & uidebit uerbum dei? quis aurem praeiuit & audiuit? Et ibi: Si stetissent in substantia mea, & si audissent uerba mea, & si docuissent populum meum, auerterem eos a studijs eorum pessimis. Et Apostolus: Cum sit splendor gloriae & figura substantiae eius. Item ipse: Participes enim dei facti sumus, si tamen initium substantiae eius firmum retineamus. Et in Solomone: Substantia mea dulcedo mea est. Ex hoc tandem agnosce, quoniam qui dei patris substantia nuncupatur, ab eadem alienus esse non creditur.

**D** Si tibi dixerint: Ideo minor est filius, quia per ipsum deo patri gratiae referuntur. **R E S P.** Ex hoc quippe Apostolico, unde hoc uideamini ponere testimonium, ex ipso & nos absque filij nomine eundem ipsum saepenumero deo patri gratias retulisse probamus, ipso Romanae ecclesiae scribente: Gratias autem deo, inquit, quia fuistis serui peccati. Et infra: Liberati autem a peccato, serui facti estis iustitiae. Et ad *Rom. 6.* Corinthios: Deo autem gratias, qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Item ibi: Deo autem gratias, qui semper nos triumphare facit in Christo. Et ad Ephesios: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi. Et ad Colossenses: Confortati secundum potentiam gloriae eius in omnem patientiam & longanimitatem, cum gaudio gratias agentes deo & patri. Et ad Timotheum: Gratias ago deo meo, cui seruius a primogenitoribus meis in fide. Agnosce, quoniam sicut in patre & in filio una est credulitas & confessio, quia Christiani uocamur & sumus, ita in eis gratiarum actio una est, dum petimus ut aliquid mereamur, uel cum pro collatis gratiarum actionem rependimus.

Si autem dixerint, quod ipse filius discipulis dixerit: Ego uobis constituo, sicut mihi pater constituit regnum. **R E S P.** Sicut pater filio suo regnum constituisse dicitur, ita filius patri regnum tradidisse docetur, Apostolo confirmante: Vnusquisque autem in suo ordine, ait, initium Christus, deinde qui sunt Christi, qui in aduentum eius resurgent. Deinde finis, cum tradiderit regnum deo patri, cum euacuauerit omnem principatum, & omnem potestatem & uirtutem. Et in Apocalypsi: *Apoc. 5.* Redemisti nos deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & gente: & fecisti nos deo regnum. Quod uero unum atque commune habeant pater & filius, ad Ephesios scribens probat Apostolus, dicens: Hoc enim scitote, intelligentes quod omnis fornicator aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & dei. Cum igitur uideatis unum esse regnum patris, & filij, cur uos impio dogmate talia de illo adseuerare conamini?

Si

**A** Si tibi dixerint: In hoc filius a patre agnoscitur minoris esse uirtutis, quia solus legitur apparuisse Prophetis. **R E S P.** Quemadmodum filius Apostolis ac Prophetis apparuisse diuina autoritate probatur, ita & patrem apparuisse iisdem literis edocetur, Ezechiele Propheeta dicente: Et facta est super me manus domini, & ait ad me: Surge, egredere in campum, & ibi loquar ad te. Et surrexi, & exi: & ecce illic maiestas domini stabat, sicut maiestas eius, quem uidi ad fluuium Chobar. Et in Daniele: Videbam, & ecce quasi sedes posita sunt, & uetustas dierum sedebat, & uestimenta eius candida sicut nix, & capilli capitis eius ut lana munda. Et ut patrem fuisse doceret, quem uiderat, profecutus est dicens: Videbam in uisu noctis, & ecce in nubibus caeli quasi filius hominis ueniebat, & usque ad uetustum dierum peruenit. Et in Actibus Apostolorum, de primo martyre Stephano ita refertur: Ipse autem cum esset plenus spiritu sancto, intendens in caelum, uidit gloriam dei, & Iesum stantem ad dexteram dei. Et dominus in Euangelio Esaiæ Propheetae, quod dei patris gloriam proprijs obtutibus conspexisset, praeiuit testimonium dicens: Haec dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, & locutus est de eo. Et in Genesi ad Iacob idem dominus dixit: Ego sum deus, qui uisus sum tibi in loco dei, ubi unxisti mihi lapidem, & uouisti mihi uotum. Et in libro Iudicum: Cum adhuc esset Gedeon in Copher patris filij Hefdri, locutus est nocte illa dominus, dicens: Vade, & euerte aram Baal, quam edificauit pater tuus, & lucum, qui est super illam excide, & edificabis altare deo tuo, qui uisus est tibi in uertice montis Macoth in ordinatione. Item in Genesi ad Iacob: Dixit autem deus ad Iacob: Ascende in Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare deo, qui uisus est tibi in uia, cum fugeres a facie Esau fratris tui. Vnum tibi quod uolueris elige de duobus, aut patrem dicitio apparuisse pergenti, & filium reuertenti: aut filium fugientem, & patrem nihilominus reuertenti: quocumque enim temetipsum uerteris, euadendi copiam non habebis.

**B** Si autem dixerint: quod, & syllaba, pro eo quod filius discipulis dixerit: baptizantes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, inter utroque diuidit. **R E S P.** Si enim haec syllaba, quae magis pro coniunctione tam uerborum, quam etiam nominum ponitur, a patre filium, & spiritum sanctum, ut dicitis, separat, necesse est ut nomen dei patris, qui in Genesi tertia repetitione sub trium Patriarcharum uocabulo, id est, Abraham, & Isaac, & Iacob positum legimus, in semetipso uideatur esse diuisum, aut in unius dei uocabulo, quod dici nefas est, sit diuersus, absit, quoniam non diuiditur, quod unum in deitatis substantia comprobatur, ipso domino dicente: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Ipse iterum ad Moysen: Si te, inquit, interrogauerint dicentes, quod nomen est illi? dices ad eos: Deus Abraham, et deus Isaac, & deus Iacob misit me ad uos, hoc mihi nomen est in sempiternum. Videt, quoniam per syllabam non diuiditur, quod unum esse cognoscitur, & ideo filius, & spiritus sanctus pro hac syllaba a patre non sunt diuisi, qui sibimet natura, deitate, potentia, docentur esse coniuncti.

Si tibi dixerint: ob hoc filius patri non coaequatur, quia in scripturis diuinis prius pater, & postea filius nominatur. **R E S P.** Paulus Apostolus, Gentium magister & doctor, non quia patrem prius nominauit filio derogauit, uel patri inferiorem ostendit, cum prius filium & spiritum sanctum a patre denuo nominasset, patri utique nec iniuriam fecit, neque filio, & spiritui sancto inferiori fuisse perdocuit, ipso Romanae ecclesiae comprobante: habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum. Et ad Thessalonicenses: Itaque, Fratres, state & tenete traditiones, quas didicistis, siue per uerbum, siue per Epistolam nostram: Ipse autem dominus Iesus Christus, & deus, & pater noster, qui dilexit nos. Et in Apocalypsi: Et uidi, & ecce agnus stabat super montem Sion, & cum illo centum quadraginta quatuor milia, habentes nomen eius, & nomen patris eius. Et in Epistola Ioannis: Qui negat filium, nec

z patrem

**C** patrem habet: Qui confitetur filium, & filium & patrem habet. Item ibi: Quod si  
*Eph. 5.* in uerbo manseritis, & uos in filio & patre manebitis. Item Apostolus: Hoc autem  
 scitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est  
 idolorū seruitus, non habet hereditatē in regno Christi & dei. Ecce filium priori lo-  
 co à patre ostendimus nominatū. Audi etiā spiritū sanctū à patre & filio priori loco  
 taxatū. Idē ad Ephesios: Vnū corpus, & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe  
 uocationis uestræ, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater  
 omnium. Nunquid, quia dixerunt Apostoli: nos testes sumus, & spiritus sanctus,  
 quem dedit deus credentibus sibi, idcirco Apostoli spiritui sancto priores dicendi  
 sunt? Aut quia dominus in Euangelio à spiritu sancto aquam primitus nomina-  
 uit, cum Nicodemo principi Iudæorū intimaret sacramenti baptismatis mysteriū,  
 ob hoc aquam spiritui sancto prætulisse cognoscitur? Si quis, inquit, non renatus  
 fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest intrare in regnum dei. Et utiq; nullus est  
 in rebus humanis, qui aquam sancto spiritui possit præponere, uel coæqualem spi-  
 ritui iudicare, cum non ab aqua spiritus sanctus, sed aquam à spiritu sancto puri-  
 ficari certissime nouerimus.

Si dixerint, quod dominus in Euangelio dixerit: Nemo uenit ad patrem, nisi per

me. **RESP.** In gratia fidei una est patri & filio uocatio, quoniam sicut per filium

ad patrem adducimur, ita per patrem in filij agnitionem adtrahimur, ipso domino

*Ioan. 6.* in Euangelio protestante: Nolite murmurare inuicem, nemo potest uenire ad me,  
 nisi pater, qui me misit, traxerit eum ad me. Et Paulus ad Galatas: Nos autem, in-

quit, debemus gratias agere deo semper pro uobis, Fratres electi à deo, quia uoca-

uit nos ab initio seculi in salutem, in sanctificationem spiritus & fidei ueritatis, in

quo uocauit nos per Euangelium nostrum in adoptionem gloriæ domini nostri Iesu

*2. Thess. 1.* Christi. Et ad Thessalonicenses: Oramus semper pro uobis, ut uos dirigat uocati-

one sua deus, & impleat omnem uoluntatem bonitatis, & opus fidei in uirtute, ut cla-

rificetur nomen domini nostri Iesu Christi in uobis, & uos in illo. Et iterum: Ut am-

buletis digne deo, qui uos uocauit in regnum suum, & gloriam. Et ad Timotheum:

*1. Timo. 2.* Hoc enim bonum & acceptum est coram saluatore nostro deo, qui omnes homines

uult saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Item ibi: Fidelis autem deus, qui

nos uocauit in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ dei. Item ibi:

*Coloss. 1.* Confortati secundum potestatem gloriæ eius, in omni patientia & longanimitate, in

gaudio gratias agentes deo & patri, qui uocauit nos in societatem sortis sanctorum.

Si per patrem in gratia filij sui, & in adoptione filiorum uocamur, ut uere filij esse

possimus, & ad patrem per filium peruenimus, quæ in eis distantia poterit adpro-

bari: dum nos uocat pater, filius suscipit, & quos uocat filius, pari etiam modo pa-

trēm suscipere posse nullus nisi incredulus abnuat, uel refellit.

Si uero dixerint: in hoc pater filio maior esse docetur, quia illi soli sacrificium im-

molatur. **RESP.** Ut uana propositioni uestræ absq; ulla subtilitate, aut cōposi-

tione uerborum à nobis cōpetens & congruum reddatur responsum: Sicut patri, ita et-

tiam filio, non solum Christianis temporibus, uerū etiam à prisci temporis sacerdo-

tibus multis uarijsq; modis probamus sacrificium fuisse oblatum, Daniele Propheta

*Danielis 3.* dicente: Nō est locus, inquit tres pueri, ad sacrificandum nomini tuo, et inuenire mise-

ricordiam, sed in anima & spiritu humilitatis suscipiamur, & sicut in holocaustoma-

te arietū & taurorū, & multitudine agnorum pinguiū, ita fiat sacrificium nostrum in con-

spectu tuo hodie, ut placeat tibi. Et ut filium fuisse agnoscas, cui hii tres pueri sacrifi-

cium se falsi sunt obtulisse, ex ipsius regis ac tyranni, qui eos in fornacem ignis mitti

præceperat, confessione addisce, qui se cum tribus quartum in ipso æstuantis ca-

mini incendio sociatum prodidit conspexisse: Nonne, inquit, tres uiros missimus in

fornacem uinctos? Et dixerunt ei: Vere rex. Et dixit: Ecce ego uideo quatuor uiros so-

**A** lutos, & deambulantes in medio ignis, & corruptio nulla est in eis, & aspectus  
 quarti similis est filio dei. Idem dei filius per Prophetam loquitur dicens: Ab ortu so-  
 lis usq; ad occasum sacrificium offerri nomini meo, et oblatio munda, quia magnū est  
 nomē meū in Gētibus, dicit dominus. Et Dauid in Psalmis ait: In templo tuo Hieru-  
 salē tibi offerunt reges munera. Et ut hæc de filio dei se dixisse doceret, in alio Psal-  
 mo loquitur, dicens: Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, reges Arabum &  
 Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes Gentes seruiēt  
 ei. Et ut hæc omnia superius designata à patre filio dei doceamus fuisse oblata, in  
 natiuitate eiusdē filij dei, quæ secundum carnem facta est, probamus fuisse completa,  
 Euangelio cōprobante: Quod cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, in diebus  
 Herodis regis, ecce Magi ab oriente uenerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui  
 natus est rex Iudæorum? Et infra: Et intrantes in domum, inuenerunt puerum et  
 Mariam matrem eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis,  
 obtulerunt ei munera. Sacrificium itaq; quod à Christianis sacris altaribus admo-  
 uetur, non solum deo patri, sed etiam filio communi deuotione offertur, quoniam  
 nec patri sine filio potest offerri, neq; à filio sine patre sanciri.

Si dixerint, filium nullam cum patre communionis operam habuisse. **RESP.**

Quod autem communem operam habeat pater & filius, hoc modo docetur. Dum

primi hominis plasma deus ad imaginem dei cōmuni operationis uirtute fecisset

fertur, scriptura dicente: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Item

ibi: Faciamus ei adiutorium simile. Item ibi: Descendamus, & confundamus linguas

eorum: Et Pluit dominus de celo ignem, & sulphur super Sodomam. Et in Euan-

gelio: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Item ibi: Pater in me manes

facit opera hæc. Et: Quæcumq; pater facit, eadem & filius facit similiter &c. Quæ

ego facio non sunt mea, sed eius qui me misit patris. Et: Ego & pater ad eum ueni-

emus, & mansionem apud eum faciemus. Quæ omnia non discretam patris & fi-

lij potentiam præstant, sed unam deitatis operationem adnuntiant, & is qui paternum

opus exequitur, paternis operibus alienus esse non creditur.

Si enim illud propheticum de solo patre opposuerint testimonium, quo dictum

est: Sciant Gentes, quoniam nomen tibi dominus, tu solus altissimus super omnem

terram. **RESP.** Si autem ex Euangelio filium dei cognosceres altissimum nuncu-

patum, nunq; filio derogans, hoc de solo patre dictum poneres testimonium, cum scri-

ptum sit: Tu puer Propheta altissimi uocaberis. Sed ut filius cum patre indiscrete

in altissimis habitasse credatur, Solomonis testimonio comprobatur: Ego sapien-

tia, inquit, habitauit in altissimis, & thronus meus in columna nubis. Et in Psalmo

nonagesimo primo: Tu autem altissimus in æternum domine, quoniam ecce inimici

ei tui peribunt. Nam cum diabolus uellet thronum suum contra creatoris sui thro-

num in altissimis collocare, elatus superbia, hæc uisus est nefando ore promere: Po-

nam sedem meam ad aquilonem inquit, ascendam super sydera cœli, sedebo su-

per montes excelsos, & ero similis altissimo. Item in Solomone: Ne dixeris, pecca-

ui, & quid accidit mihi triste: altissimus enim patiens est redditor. Si auditum cordis

tui scripturis non uis accommodare diuinis, quæ filium altissimum docerent nuncu-

patū, uel diabolo crede, qui contra opificis sui thronum sedem sibi uoluerit collocare.

Si uero dixerint: filium ex patre initium habuisse, pro eo quod Iudæis interrogan-

tibus: tu quis es: responderit: initium quod & loquor uobis. **RESP.** Paulus

Apostolus filium dei nec initium dierum, nec finem uitæ habere posse scribens, in

Epistola, quæ Hebræorum nomine titulatur, hoc modo edisserit, dicens: Hic Mel-  
 chisedech sacerdos dei summi, qui obitauerit Abraham regresso à cæde regum, & be-  
 nedixit ei, cui decimas omnium diuisit Abraham. Primum quidem interpretatur  
 rex iustitiæ, deinde rex Salem, sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initium  
 dierum

**C** dierū, nec finem uitæ habens, ad similitudinem filii dei. Et in Esaia: In humilitate iudicium eius sublatum est, quia tollitur de terra uita eius, natiuitatē autem eius quis enarrabit? Et in Euangelio: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. In isto igitur uerbo quod dicitur, erat, ostendit filium semper in patre manentem, cuius nullus mortalium nec initium inuestigare potest, nec finem.

Si tibi dixerint: ideo minor est filius, quia ipse pendens in cruce dixerit: Deus, deus meus quare me dereliquisti. **RESP.** Ut agnoscat filium a patre, ut uos inaniter suspicamini, nō fuisse penitus derelictum, hoc de se ipso in Euangelio po-

*Ioan. 8.* fuit testimoniū: Pater meus, inquit, mecum est, non derelinquet me solum, quoniam am quæ sunt ei placita facio semper. Et iterum: Non sum solus, sed & ego, & qui me misit pater. Et iterum: Non credes quia ego in patre, & pater in me. Et Apo-

*2. Cor. 5.* stolus: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et in Actibus Apostolorum: Hic perambulauit benefaciens & saluans omnes, qui deprimebantur a diabolo, quoniam deus erat in illo. Et Abacuc: Egressus es domine deus in salutem populi tui, cum Christo tuo. Et Propheta: Qui genuit me, requieuit in tabernaculo meo. Ex hoc infelices agnoscite, quoniam qui in carne nostra mortali adhuc commanens nunquam a patre discessit, patri utiq; minor dici non poterit.

Si tibi obiecerint, quod Apostolus de Christo dicit: Si noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. **RESP.** Non respicitis miseri,

*Manicheorū heresis.* ita etiam uos in illo adsumptæ carnis euacuare nitimini sacramentum, ut post resurrectionem a mortuis nullum in eo credatis remansisse humanitatis indicium: non considerantes, eum post suam uenerabilem passionem hac uoce discipulos arguentem: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corde uestro? palpate & uide-

*Luc. 24.* dete, quoniam carnem spiritus & ossa non habent, sicut me uidetis habere. Et iterum: Cum esset ergo sero die illa una sabbatorum, & fores essent clausæ ubi erant discipuli, propter metum Iudeorum, uenit Iesus & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax uobis. Et hoc cum dixisset, ostendit eis manus & latus: gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Et iterum: Post dies octo erant discipuli intus, & Thomas cum eis, uenit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & mitte manum tuam in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Et iterum: Mane autem facto, stetit Iesus in litore, non tamen agnouerunt discipuli, quia Iesus erat: dixit ergo eis Iesus: Pueri nunquid pulmentarium habetis? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauam mellis. Et cum manducaret coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et in Apocalypsi: Et uidebunt eum omnes gentes, qui eum crucifixerunt, & plangent se super eum. Et in Actibus Apostolorum: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est a uobis, sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in cælum. Item ibi: Dedit eum manifestum fieri nobis testibus, qui prædestinati sumus a deo, qui simul manducauimus, & cõuersati sumus per dies quadraginta cum eo postquam resurrexit a mortuis. Respicitis, quoniam qui per quadraginta dies intrans & exiens cum discipulis conuersatus est, comedit, & reliquias sumens, iisdem benedicendo porrexit, cicatrici- cesq; ac uulnera in uero corpore monstrans, discipulum suum ab incredulitatis uitio liberauit. In carne eum ueraciter resurrexisse, non nisi Manicheorum & uestra secta non recipit.

Si tibi obiecerint illud quod Apostolus dixit: Nā ipse dominus in iussu archangelis, & in tuba dei descendet de cælo. **RESP.** Aequumne uobis uideatur, ut cui ante passionem in carne adhuc posito, angeli seruitium reddiderunt, ut de cælis in iudicium

A iudicium ueniens, angelorum imperio compellatur? Absit: quia propria ueniet potestate, ut iustis præmium, & iniustis, cum diabolo quem secuti sunt, tribuat æternum supplicium, ipso in Euangelio protestante: Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, tunc mittet angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui operantur iniquitatem, & mittet eos in camino ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Et iterum: Tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cæli, cum uirtute magna & gloria, tunc mittet angelos suos in tuba magna, & congregabit electos suos a quatuor uentis, a summo terræ usque ad summum cæli. Et iterum: Cum uenerit filius hominis, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & segregabit eas ab inuicem, sicut pastor segregat agnos ab hædis, & statuet agnos ad dexteram suam, hædos autem ad sinistram. Et Apostolus: Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Et Esaia: Ecce ipse dominus in iudicium ueniet cum senioribus & principibus suis reddere uindictam in ira, in flammam ignis. Ex hijs tandem agnoscere debes, quoniam qui aduersus gentes in iudicium congregandas angelos dirigit, utiq; archangelorū iussione uenire nō possit.

Si autem dixerint: in hoc patri filius non coæquatur, quia solus pater a fidelibus adoratur. **RESP.** Si grassante perfidia mentis oculos non amitteres, agnosceres sine dubio, quoniam sicut in patre filius, ita pater in filio adoratur, Esaia Prophe-

ta dicente: Sic dicit dominus deus sabaoth: Laborauit Aegyptus, & mercatus est Aethiops, & Sabaim uiri excelsi ad te transibunt, & tui erunt serui, & post te sequentur adligati uinculis, & adorabunt, & te deprecabuntur. Et in Apocalypsi: Et uiginti quatuor seniores procidentes ante sedem adorauerunt uiuentem in se-

cula seculorum. Item ibi: Et uidi alium angelum uolantem in medio cælo, habentem Euangelium æternum, ut euangelizaret habitantibus super terram, dicens uoce magna: Timete deum, & date illi honorem, quia uenit hora iudicij eius, adorate eum qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarū. Et in Psalmo septuagesimo primo: Et adorabunt eum omnes fines terræ, omnes gentes seruient ei. Et in sexagesimo quinto: Omnis terra adoret te, & psallat tibi. Et in Euangelio: Inueniunt puerum & Mariam matrem eius, & procidentes adorauerunt eum: Et Edras: Tu dominus deus solus, qui fecisti cælum, & cælum cælorum, & omnes uirtutes eorū, & terrā, & quæ in ea, & mare, & quæ in eo sunt, & uiuificasti omnia, & uirtutes cæli te adorant. Qui enim adoratur ut pater, & diuino cumulat honoris, quis eum dicit patri coæquari non posse?

Si autem tibi dixerint, ideo minor est filius, quia ipse patri gratias egisse perhibetur, per quem discipuli gratias retulerunt. **RESP.** Quemadmodum filius in adsumpti hominis forma pro nobis gratias egit, ita pater odorem filij sui, & suæ notitiæ in omni loco per Apostolos innotescere fecit, Paulo dicente: Gratias agimus deo, qui nos triumphare facit in Christo, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia omnibus odor Christi sumus in hijs, qui salui fiunt, & in hijs qui pereunt: Nam quod una eademq; sit gratia patris & filij, per quam nos liberatos esse idem docet Apostolus, hoc modo insinuat, dicens: Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Et iterum: Si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in multis abundauit. Et iterum: Stipendium peccati mors, gratia autem dei uita æterna in Christo Iesu domino nostro. Et iterum: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Nam & patri, excepto nomine filij, discipuli sæpenuero gratias retulerunt. Si prosecutionem nostram, a nobis superius pro hæc prolata, considerare uo-

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

ueris,

C lueris, sine aliqua ambiguitate agnosces.

Si tibi opposuerint, quod per Prophetam filius dixerit: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. **RESP.** Filius in hoc quod uerbum patris est, & deus manens in deo est, naturaliter cum patre regni obtinet dominatum: In eo uero quod uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, & re-

*Psal. 8.* gem illum legimus constitutum, & paulo minus ab angelis minoratum, Psalmi ita dicente: Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam uisitas eum? Minuisti paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Si enim recto intelligentia sensu euangelicas recenscas scripturas, inuenies filium à patre regem non constitutum esse, sed natum, Euangelista dicente: Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iuda, in ciuitate Dauid, ecce Magi ab oriente uenerunt Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudaeorum? Et cum ei Pilatus diceret: Tu es rex Iudaeorum? Respondit illi: In hoc natus sum. Et: Regnum meum si de hoc mundo esset, ministri mei

*Matth. 2.* certarent pro me, ne Iudaeis traderer. Nam si, ut uos conceditis, tunc filius in monte regni adeptus est potestate, ergo antequam rex fuisset à patre filius constitutus, nullam in sinu patris communionem regni habuit dignitatem. Si ita est, quemadmodum Propheta regem illum ante secula fuisse significat, quem saltem in medio terrarum operaturus esse in carne praesaga uaticinatione pronuntiat: Deus autem rex noster, inquit, operatus est salutem in medio terrarum: Hic enim à deo patre rex constitutus est, qui cum deus esset, homo pro nobis de uirgine nasci dignatus est: nam qui cum patre ubique constitit, quibus terrarum partibus potuit in regem constitui, qui caelo, terrarum, abyssi naturaliter noscitur dominari.

*Matth. 27.* Si uero dixerint de filio, quia sicut inferior est natura, ita & inferior est & potentia. **RESP.** Inferior natura à patre filius non est, quia deus de deo, ac perfectus de perfecto, & totus de toto filius natus est, & non inaequalis genitus à gignente processit, sed coaequalis prorsus de paterno utero natus exiuit, ut & paternae aequalitatis plenitudinem possideret, & nihilominus ab omnipotente omnipotentiam obtineret, Apostolo Paulo protestante: Qui cum in forma dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semetipsum exinanituit, formam ser-

*Ioan. 18.* uici accipiens. Nam & omnipotentem cum esse ut pater est, non humanae sapientiae uerbis, sed diuinis adstruimus documentis, Zacharia Propheta dicente: Hæc dicit dominus omnipotens: Post honorem misit me ad Gentes quæ uos praedauerunt, quoniam qui tangit uos, sicut qui tangit pupillam oculi eius: quoniam ecce ego in inicio manum super eos, qui praedauerunt uos, & erunt in praeda qui praedauerunt uos, & scient quia dominus deus omnipotens misit me. Ecce ab omnipotente omnipotens mittitur. Quæ intra mittentem & missum inaequalitas comprobatur? Sed si hæc insipientiae tuae adhuc parua uidentur, omnipotentiam eius qui missus est ex subsequenteribus discere, quæ nunc mihi uideris ignorare, Apocalypsi dicente: Ego sum & & dicit dominus, qui erat, & qui est, & qui uenturus est omnipotens. Et

*Psal. 88.* Dauid in Psalmis: Posui adiutorium super potentem. Et iterum: Potens es domine, & ueritas tua in circuitu tuo. Itaque nunc conuenit, ut tanquam prauus doctor ostendas, quæ in omnipotentia patris & filii possit esse distantia.

Si autem tibi solita uanitate dixerint, patrem & filium unum esse non posse, quia iubentis & facientis potestas una non potest esse. **RESP.** Nunquam plane nos in aliquo diuinæ scripturae loco legimus patrem dixisse filio: Fac quod tibi iubeo uel praecipio, ut iubentis autoritatem ostenderet: uel filium respondisse, facio, ut obtemperantis uel facientis personam in se nihilominus adprobaret. Sed quoniam sapius ista proponendo minus pudorem cognoscimus, quæ nos iam superius de comuni opera patris & filii non pauca dixisse meminimus, ea nunc iterum insulis mentibus

*Philip. 2.* tua

*Zach. 2.*

*Psal. 88.*

*Psal. 88.*

*Psal. 88.*

*Psal. 88.*

*Psal. 88.*

*Psal. 88.*

A tuis cogimur inculcare, quæ quasi sapienti credideramus semel dicta posse sufficere: Ausculta igitur & agnosces, quoniam opus patris opus est filii, quia neque patrem sine filio, neque filium sine patre quicquam legimus operatum, ipso in Euangelio protestante: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Et: pater in me manens facit opera. Et: Si mihi non uultis credere, uel operibus credite, ut agnoscat quia ego in patre, & pater in me est. Et: Ego & pater ad eum uenimus, & mansionem apud eum facimus. Et: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et: Descendamus & confundamus linguas eorum. Cum ex hoc non nescias unum opus esse patris & filii, cur ipse patrem filio iubentem adstruis, & filium facientem uel obedientem ostendis?

Si tibi dixerint, quia æternus non dicitur filius, sicut pater æternus dicitur. **RESP.** Ut autem æternus, ut pater est, filius adprobetur, in Psalmo centesimo octauo decimo manifestius declaratur: In æternum domine, ait, uerbum tuum permanet in caelo. Et in Esaia: Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis sicut flos fœni, aruit fœnum & flos, uerbum autem domini manet in æternum. Item ibi: Ego sum princeps, & ego in æternum, manus mea fundauit terram, & dextera mea solidauit caelum. Filius itaque nec in æternum patri dissimilis inuenitur, nec potentia inferior adprobat: quoniam quæ deitate unumque sunt potentia, æternitate distinguere non possunt, sed neque filius caret æternitate naturæ, quæ omnem in se deitatis plenitudinem docere possideret.

Si dixerint, pater filium fecit, filius uero omnia. **RESP.** In deitatis natura, in qua pater & filius unum sunt, filium nunquam legimus à patre factum fuisse, sed genitum: Nam si in hoc quod uerbum patris est, factum adstruimus filium, nequaquam ergo deus pater perfectionem substantiæ suæ in semetipso habebit, qui uerbum perfectum, & iugiter permanentes ante filii sui natiuitatem in se habere non potuit. Sed nos qui filium de patre ineffabiliter, & sine initio credimus natum, nec perfidiam uestram, unitatem fidei uindictantes, cedimus resistendo, nec uersutiam superamur, ut ueritatem paternæ natiuitatis denegemur in filio, cuius natiuitatem nec ipse pater qui genuit, tacuit, nec ipse filius qui de patre natus est, sua praedicatione reticuit, ipso dicente: Sic enim deus dilexit hunc mundum, ut filium suum unigenitum daret pro eo. Et iterum: Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse narrauit. Et Iudaeis ipse dominus dicit: Indignamini mihi, quia dixi uobis, filius dei sum. Et iterum: Ego de patre exiui, & ueni in hunc mundum. Et Dauid in persona dei patris in Psalmis canit, & dicit: Eructauit cor meum uerbum bonum. Item ipse: In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Itæ ipse de filio: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et in Euangelio, dum idem filius in Iordane baptizaretur, uox patris intonauit dicens: Hic est filius meus dilectissimus, in quo bene complacui. Et in monte tribus discipulis: Hic est filius meus dilectissimus, ipsum audite. Audi patrem de se genuisse propria uoce testatem, audi filium natiuitatis suæ originem, unde uel ex quo inenarrabili ortus sit demonstrasse: Desine facturam dicere caelorum ac mundi, & creaturarum omnium conditorem.

Si tibi opposuerint, quod filius dixerit: Sicut habet pater uitam in semetipso, sic dedit filio uitam habere in semetipso. **RESP.** Si filius ante mundi exordium in patre manens uitam non habuit, quomodo autor uitæ dicit, & uita æterna probat? Postulastis, ait Petrus Apostolus, uirum homicidam donari uobis, autorem uero uitæ interfecistis, suspēdetes in ligno. Et Ioannes Apostolus: Hic est uerus deus, & uita æterna. Et ipse dominus ad Martham: Ego sum resurrectio & uita. Itæ ibi: Ego sum panis uitæ, qui de caelo descendi. Et ad patrem: Sicut dilexisti me, & ego dilexi eos, & uita æternam do eis. Et iterum: Ego ueni ut uita habeat, & abundantius habeat. Sicut enim in huius nominis nuncupatione uita à uita non potest diuidi, ita filius à patre in diuinitatis substantia non potest separari: nam & pater non aliam uitam, quam eam quam in se habet manentem filio dedit, sed quam habet ipsam dedit, et quanta in eo est, tantam dedit, et in hoc ipse, quod uita dedit filio non amisit.

Si tibi opposuerint, quod de patre solum dictum sit, qui solus habet immortalitatem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

et lucem

**C** & lucem habitat inaccessibilem. **RESP.** Non solum pater sine filio lucem inaccessibilem habitat, quia ubi pater est, ibi etiam filium esse indubitabili fide credendum est. Nam si solus pater sine filio, quod dici nefas est, lucem habitat inaccessibilem, necesse est, ut sequestratam pater habeat à filio mansionem: quod si ita est, quoniam modo ipse filius ad dexteram patris adsitans à beato martyre Stephano potuit cōspici, si pater secundū uos alijs dicitur sedibus cōtineri? Absit hoc à sensu fidelium, Christo in unitate fidei adhaerentium: Quoniam sicut non est in filio cum solus pater dicitur lucem inaccessibilem habitare, ita non sufficit patri, cum sapientia, quae est filius, gyrum coeli sola dicitur circuire. Quod itaq; cum sit inuisibilis & ingenuus, in filio uisus Apostoli testimonio comprobatur, & in filio, à se ineffabiliter genito, mansisse ac requieuisse monstraretur, ipso filio in Propheta dicente: **Eccle. 14.** Qui genuit me, requieuit in tabernaculo meo. Et in Euangelio: Pater in me manens facit opera haec. Et: deum nemo uidit unquam, nisi unigenitus filius qui est in sinu patris. In sinu patris erat filius ab initio, & ex corde patris uerbum bonum cruciatum est, quomodo non in corde paterno cum eodem consistens lucem inaccessibilem habitasse credendus est? Nunquid pater absq; ulla luce in filio potuit commanere, aut in tabernaculo filij sine eadem potuit requiescere? Cum idem filius candor sit aeternae lucis, & speculum sine macula deitatis, quae Solomon super salutem suam dilexisset dixit: In cuius specie semper delectari gestiuit: super salutem & speciem, inquit, dilexi eam, & pro luce proposui habere eam, quoniam inextinguibile est lumen eius. Hanc igitur lucem Dauid Propheta desiderans, anxius **Psal. 42.** proclamat haec dicens: Emitte lucem tuam, & ueritatem tuam. Et iterum: In lumine tuo uidebimus lumen. In huius igitur luminis claritate filius seipsum in monte tribus discipulis praestendit, & metu mortis perterriti, prostrati in faciem finem sibi uitae adesse senserunt. Hanc, inquam, lucem in se demonstrans filius proclamabat, dum in eadem incederent suos discipulos praemonebat: Dum lucem **Ioan. 8.** habetis, inquit, ambulate in luce. Et iterum: Ego sum lux huius mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitae aeternae. Et Euangelista: **Ioan. 1.** Erat lux uera, inquit, quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Si haec lux, quae credentibus promittitur, in filio esse probatur, & cum aeterno aeterna esse dicitur, quomodo à uobis ab inaccessibili luce patris filius separatur? Si enim filius deus uerus & uita aeterna, sine dubio in hac luce simul cum patre habitare credendus est, quam nullus modo in hoc mortali corpore constitutus, potest aliquatenus contueri, sed dum apparuerit, tunc uere illam uidebit sicuti est, qui eius conspectibus dignus fuerit coaptari, & non sicut Moyses ceterisq; Prophetis per aenigmata & figuram, sed ipsam ueraciter in filio secundum Apostolum contuebitur deitatis substantiam. Nam si hunc eundemq; Prophetis testimonium sequentem sereno mentis intuitu inuestigare uolueris, inuenies filium non nuncupasse ab hac luce patris penitus separari, quoniam cum solum filium dixerit in terra cum hominibus conuersatum, patrem ab illo non fecerit alienum.

Si dixerint, quod Propheta de filio dicere potuit: Imperfectum meum uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur. **RESP.** Si quemadmodum dixit **Hebr. 5.** Apostolus, lege Christi legitime uteris, agnosceres utiq; filium & principem diuinis literis adstrui, & perfectum, Paulo Apostolo attestante: In diebus carnis suae inquit, orationes & preces ad deum, qui poterat saluare eum à morte, cum clamore forti & lachrimis obtulit, exauditus est propter timorem, manifestus existens filius, ex hijs quae passus est didicit obedientiam, qui perfectus factus est omnibus obedientibus sibi & autor salutis aeternae, & pronuntiatus à deo princeps sacerdotum. Item ibi: Sermo autem iurationis qui post legem est filium in aeternum perfectum. Item ibi: Habentes ergo principem sacerdotum qui penetrauit coelos. Iesum filium dei. Item ibi: Curramus

**A** ibi: Curramus ad propositum nobis praemium agonis, respicientes ad principem & perfectorem Iesum. Et iterum: Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionem filij dei, in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Recense quae, quae superius de perfectione & principatu filij sunt posita, & noli ulterius in tuam perniciem meditari subdole uanitatem.

Si autem dixerint, in hoc minorem esse patri filium, quia ipse dixit: Sicut me misit uiuus pater, & ego uiuo propter patrem. **RESP.** Haec res non inaequalitatem filij indicat, sed plenam in illo diuinitatis substantiam demonstrat, eod quod filius non à semetipso, neq; ex nihilo, sed à patre subsistat, quod est summum & singulare unitatis indicium: Viuere enim patris, quid est aliud nisi esse? & uiuere filij, uiuere patris est esse. Ergo sicut me misit uiuus pater, ait, & ego uiuo propter patrem, posset utiq; dicere, & ego uiuo per patrem, si aliquam in se inferioris potentiae diuersitatem uellet ostendere: quoniam qui per alterum uiuet, per seipsum utiq; uiuere minime possit: qui uero propter alium uiuet, ipse magis uiuentis causa existit. Sicut enim per uiuentis patris missionem mundo innotuit filius, ita per uiuentem filium patris nomen mundo & hominibus innotuit, dum non propter se, sed propter patrem semetipsum uiuere comprobauit, dicendo: Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, & manifestauit **Ioan. 17.** nomen tuum hominibus. Qui enim in reuelando se inuicem pares sunt, potentia utique impares esse non possunt.

Si uobis dixerint: si deus in deo est, id est intra filium pater, alter ergo in altero compositus erat. **RESP.** Nos quoq; ideo credimus in filio, quia pater in ipso est, quia ipse ait: Pater in me, & ego in patre. Item Paulo Apostolo ob hoc credimus praedicanti, quia ipse dixit: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Ideo **Esai.** Propheta christianum ad commodam audire, quia inseparabiliter unitis praedicare orsus est sacramentum, dum in filio patrem semper unum deum fuisse adstruit, praeterquam alterum non esse praedixit: In te est deus, ait, & nesciebamus: tu enim deus seculorum Saluator. Solomonis etiam prophetae idcirco indubitanter credimus, quoniam ita in tabernaculo unigeniti filij deum ingenuum requieuisse eo adnuntiante cognoscimus: Qui genuit me, inquit, requieuit in tabernaculo meo. Deus igitur, qui simplicis naturae est, in altero compositus non est, quia secundum deitatis naturae substantiam, unus in filio deus est, in quibus etiam si duae personae & nomina designantur, una tamen in eis est diuini nominis uirtus, quoniam qui natura unum sunt, diuinitate diuersi esse non possunt.

Si autem dixerint: si pater & filius unum sunt, quomodo pater alter est, ex quo sunt omnia, & alter filius, per quem sunt omnia? **RESP.** Expelle tandem à sensibus tuis ea quae tibi à uia ueritatis erranti haereticis Ariana inculcat, & cognosce, quia sicut de filio, ita etiam de patre dictum scriptura sancta commemorat, quoniam sicut per filium omnia, ita per patrem uniuersa creduntur esse perfecta. Sed si ob hoc minorem patri iudicas filium, quia dixit Apostolus: Unus deus pater, ex quo omnia, & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, diligenter uniuersa, quae ab Apostolo dicta sunt debes aduertere, & inuenies etiam patrem ab huius operis nuncupatione alienum non esse, eodem Apostolo adfirmante: Fratres, deus inquit, per quem uocati estis in una spe uocationis uestrae. Et iterum: Quoniam ex ipso, & per ipsum, et in ipso sunt omnia. De quo hoc dictum opinaris? quae so responde: Si de patre haec dicit Apostolus, respice, quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: Si uero de filio, pari etiam modo debes aduertere, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quocumque argumento unitatem patris & filij uolueris impugnare, sermonum tuorum sententis uideberis subiacere.

Si tibi dixerint: Si pater & filius unum sunt, ergo prius uerbum, & postea deus est dictus

**C** dictus, quia scriptū est: In principio erat uerbum, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbum. **RESP.** Si secundū differentiam cōmunis naturæ pater & filius unus deus non dicitur, duo ergo à uobis dij natura dissimiles, & potentia inæquales, gentiliū more coluntur, contra illud quod dictum est: Audi Israël, dominus deus tuus deus unus est. Nos deinde non uerbū ante deū, non deum ante uerbū, sed utrunq; simul unum deum in nostræ fidei professione fatemur: quia patrem & filium nulla ab inuicem temporis interualla distinguunt: & ubi neq; tempus neq; aliquod momentum temporis inuenitur, ita nec antè postèrū, quod dicere nefas est, inuenitur. Nos quoq; unicum dei filium non solum uerbū, sed & splendorem uirtutemq; patris & sapientiam secundū diuinarum scripturarum eloquia nuncupamus. Et sacrilegium est dicere patrem lucem sine splendore, aut fortem sine uirtute, aut sapientē aliquando sine sapientia sua fuisse: cuius perfecta diuinitas nihil ad perfectionē suam accidentibus rebus adsumpsit, quē in semetipso continere quæ sua sunt, rationalis uniuersitas credendo cognoscit. Quod uero Euan-  
*Patrem filio  
præponi in  
enuntiando.* gelista uerbi appellatione uti primitus uoluit, unitatem diuinitatis euidentius declarauit: Filium ante patrem nominans, non temporis aut honoris relationem ad signans: quoniam ubi uerbum apud deum, & deum uerbum fuisse narratur, nec deum uerbo, nec uerbum deo præponitur.

Si tibi dixerint: Si pater & filius unus est deus, ergo antea deus erat, & postea gignendo pater est dictus. **RESP.** Si ergo secundū uos primo deus singulariter subsistendo, & postea pater est dictus filium generando, ergo ipsum patris nomen nequaquā erit æternum, quod ad suæ appellationis uocabulum ex tempore sumpsit initium. Si secundū te ita est mutabilis & proficiet, erit mutabilis deinde, quia ex dei nomine in patris nuncupationem transiuit. Proficiens ergo, quia cum se in dei nomine positū minus perfectum uideret, ad cumulū suæ perfectionis conficientium modo patris sibi nomen adiecit. Quis autē te nō uideat, quod idcirco hoc loco illo Apostoli usus es testimonio, ut quia dixit: Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, exinde te uoluisse ostendere dignitatē dei antecedere patris affectū: Et licet iam plurima de eo, quæ nūc repetere uoluisti, superius dicta meminimus, superfluum uidetur, ea iterum repetere, quæ semel dicta ad instructionem legentium possint proficere. Sed ne nos imperitiæ arguas proposita declinasse, scire te conuenit eundem

**D** *Eph. 5.* Apostolum Ephesijs conscribentē, filium & patrem primitus nominasse, & postea deitatis eius uocabulū indidisse: Gratias, inquit, agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, patri & deo subiecti inuicem in timore Christi. Cum ergo uideas Apostolū aliquando dei, aliquando patris appellatione primitus uti, apertissime docet, diuini paterniq; nominis uocabulū sempiternū fuisse, & filium sempiterno patri sempiternū esse, & cum eodem iugiter permanere.

Si tibi dixerint: Quomodo qui ante tempora ex patre natus, & ex uirgine postea editus, cum sempiterno & ingenito patre unus erit deus? **RESP.** Alia est uerbi natura, quia impassibilis manens, nullo tristitiæ concutitur metu: & alia nostri generis anima, qua de nobis, id est, de matre, ut perfectum ostenderet hominē, suscipere hominem dignatus est filius. De qua etiā dicebat: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Et ideo gemina, id est, diuina atq; humana natiuitas, diuersum à patre filium non probauit, quoniam in illo ex paternæ naturæ substantia quantus est mansit, & in hac qua de uirgine postea est editus non mutauit, ipso in Euangelio protestante: Ego & pater unū sumus. Et: sint in nobis unū, sicut sumus tu in me & ego in te. Nam illud quod ait: Potestatē habeo ponendi animā meam, & potestatē habeo iterū sumendi eam, diuinitati eius omnimodo congruit, quoniam nullus absq;

*Ingenitus filius  
us quo modo.* ingenitum reperitur locus, ubi ab illo debeat poni, uel unde possit iterum sumi. Ingenitum sicut pater est filium non fatemur, quoniam si sicut pater ingenitus est, ingenitus

**A** ingenitus dicatur & filius, tunc magis unū esse non possint: quia unusquisque in propria natura consistens, communionem substantiæ cum altero non haberet.

Si tibi dixerint: quia pater & filius & spiritus sanctus ob hoc unū sunt, quia proprijs nominibus distinguuntur. **RESP.** Si ob hoc, quod pater deus, & filius Iesus Christus, & spiritus sanctus paracletus nuncupatur, unum esse non possunt: non ergo relinquetur filio, uel spiritui sancto, ut deitatis uocabulo nuncupentur. Si ita est, ubi est illud, quod de filio dixit Apostolus: Quorū patres, ex quibus Christus secundū carnē, qui est super omnia deus benedictus in secula. Aut cur Hieremias tale illi præbuit testimonium, ut eum diceret deū in terra cū hominibus conuersatum: Hic deus noster, inquit, & non applicabitur alter ad eum. Et post paululū dixit: Post hæc in terris uisus est, & cū hominibus conuersatus est. Et iterum Apostolus ait: Expectātes beatam spem, & aduentū gloriæ magni dei saluatoris nostri Iesu Christi. Si ergo pater deus dicitur, & filius eodem est uocabulo nuncupatus, quo modo nō unum nomen est patris & filij, qui ab inuicem in ipsa deitatis nuncupatione nō sunt diuisi? Spiritus enim sanctus ab hoc deitatis uocabulo alienus non esse monstratur, cū ab Apostolo deus & dominus idem spiritus sanctus appellatur: Spiritus deus est, inquit. Filius in Euangelio dixit: Quod natū est de carne, caro est, quia de carne natum est: & quod natum est de spiritu, spiritus est, quia deus spiritus est. Superflue igitur uoluisti communia nomina unicuique personæ specialī quadam distributione partiri, cum inseparabili appellationis genere sacræ trinitatis congrue supernarum quoque uirtutum præconia contestantur.

Si tibi de spiritus sancti persona dixerint, quod ipse dominus dei filius dixerit: Cum abiero mittā uobis paraclatum, spiritū ueritatis, & ipse uos docebit omnem ueritatem. **RESP.** Ipse te diuinus ordo dīctorū debuit edocere, quod perfidiæ errore cæcatus, nō permitteris serena mentis intentione prospicere: quod enim tam piū, tamq; conueniēs generi humano subsidiū diuinitatis potuit procurare, q̄ ut is, qui seipsum ueritatē esse prædixit, spiritū etiā sanctū ueritatē esse sua prædicatione signauerit: In quo si secundū uos ueritas nō fuisset, uel inferiorē à filio substantiam possideret, ueniens utiq; omnem ueritatē discipulos non doceret: Sed quia una est deitas, & potentia in utrisq; idcirco quæ filius docet, ea ipse & spiritus noscitur edocere, & in hoc spiritus sanctus inferior filio nō potest appellari, uel dici: quoniam sicut ipse spiritū discipulis misit, ita se à spiritu sancto missum prophetica adnuntiatione perdocuit, ipso Esaiā loquente: Spiritus domini super me, propter quod unxit me euangelizare pauperibus, misit me prædicare captiuis remissionem, & cæcis uisum &c. Et Euangelista ita de eo adnuntiat: Ipse autem Iesus, ait, regressus est in uirtute spiritus in Galilæa. Qui in spiritu regrediens uirtutum opera exercebat, inferiorē à se spiritum sanctum fuisse adnuntiare non potest.

Si tibi prophetiā obiecerint testimonium, quo dictum est: Ego dominus firmās tonitrum, & creans spiritū. **RESP.** Propheta hæc dicens, nō spiritum sanctū creaturam ostendit esse, sed uentum, qui in cōmotione aëris sapius exuritur, quem etiam fulgura & tonitrua præcedere cōprobantur. Hieremias dicente: Spiritus in omni regione spirat in nubibus, cui cum imperatū fuerit perambulare per totū orbem, perficit quod imperatū est, fulgura etiā desuper missa, ut cōburant mōtes & syluas, faciūt quod præceptū est. Hæc autē neq; in specie, neq; in uirtute illi unī simulant, unde neq; existimandum est, neq; dicendū est illos deos, cum non possint neq; iudicium iudicare, neque hominibus benefacere, quia non sunt dij: Et in Ezechiel: Hæc dicit dominus: Inducam spiritum extollentem cum iracundia mea, in cōsummatione perietis uos, & quem unxistis, & reuelabuntur fundamenta eius & corruent. Et Ionas Propheta: Et dominus suscitauit spiritum in mari, & facta est tempestas magna in mari, ita ut nauis operiretetur fluctibus. Item ibi: Et factum

**C** factum est in crastino oriente sole, præcepit deus spiritui uisionis, & percussit folium super caput Ionæ, & æstuabat. Item in Psalmis: In spiritu uiolento cõterens naues Tharsis. Item ibi: Pluet super peccatores laqueos ignis, & spiritus procellæ pars calicis eorum. Item ibi: Statuit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius. Item ibi: Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellæ, quæ faciunt uerbum eius. Nam quia creator est & non creatura, ut uos dicitis, spiritus sanctus, hoc modo docetur, Dauid Propheta dicente: Auferes spiritum eorũ & deficient, emitte spiritũ tuum & creabuntur. Item ipse: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Et in libro sermonũ Iob: Spiritus diuinus est qui fecit me. Et in Cantico Iudith: Tibi seruiat omnis creatura tua, quoniã tu mandasti & creata sunt, misisti spiritũ tuũ, & ædificata sunt. Et in Solomone: Et uidit, & numerauit, & mensus est omnia, & ipse creauit ea per spiritũ sanctũ, qui creator est & effector operis sui, id est, creaturæ à se factæ non potest comparari, uel etiam similis iudicari.

Si tibi dixerint illud quod scriptũ est: Spiritus Prophetarũ Prophetis subiectus est. **RESP.** Spiritus Prophetarũ spiritui sancto subijcitur, non autem spiritus sanctus, quo inundante Prophetarũ spiritus loquebatur, Dauid in Psalmis canente: Audia quid loquetur in me dominus deus. Nunquid is qui à Propheta uel etiã Apostolo deus & dominus nuncupatur, sublata potestate propriæ dominationis subijcietur Prophetis: absit, quoniã qui dona charismatũ Apostolis uel Prophetis propria contulit potestate, potestati non subijcietur alienæ, Petro Apostolo adfirmante: Nunquã humana uoluntate, inquit, prophetia allata est aliquando, sed à spiritu sancto repleti loquebantur homines. Et in Solomone: Non est in hominis potestate spiritus ut prohiberi possit, sed nec subijcitur illi, quoniã mortalis est. Et in Machabæorũ: Eliodorus autẽ quod statuerat perficiebat eodem loco cum satelitibus suis circa ærarium præfens, sed spiritus omnipotentis, & omnis potestatis magnã fecit ascensionis euidentiam: Si enim mens uestra interiori lumine lustraretur, nunquã à uobis de spiritus sancti potentia talia proferrentur: quoniam qui Prophetas, ut uentura prædicarent, uirtute propria adimpleuit, Prophetis utique subiectus esse non potuit.

**D** Si tibi dixerint: Ideo spiritus sanctus perscrutatur arcana, quia quod certum est nesciat, sed quod minus nouit scrutando nosse desiderat. **RESP.** Spiritus sanctus in perscrutandis quæ dei sunt, patri uel filio inferior non probatur, qui & ipsa diuinitas dum ea quæ sunt spiritus sui scrutatur, à nullo Christianorũ inferior sancto spiritui iudicatur, Propheta dicente: Meditatus sum nocte cum corde meo, exercitabam & perscrutabar spiritum meũ. Et Apostolus: Nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: Ita quæ dei sunt nemo nouit nisi spiritus dei. Audi Hæretice, quoniã quæ dei sunt spiritus sanctus non ignorat, sed magis notitiam dei quam ipse spiritaliter nouit, sibi credentibus manifestat.

Si tibi dixerint, quod de spiritu sancto dixerit filius: Ille me glorificabit, quia de meo accipiet. **RESP.** Spiritus sancti potentia si qualis, uel quanta sit uultis agnoscere, ex Apostoli Pauli doctrina potestis uniuersa condiscere, ipso dicente: Vnicuique datur, inquit, manifestatio spiritus ad utilitatem, alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundũ eundem spiritum, alteri fides in eundem spiritum, alij donatio curationũ in uno spiritu, alij operationes uirtutũ, alij Prophetia, alij dijudicatio spiritus, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonũ. Omnia hæc operatur unus atque idem spiritus, diuidens propria singulis prout uult. Et dominus in Euangelio: Nolite mirari, inquit, quia dixi uobis, oportet uos de nouo nasci, quia spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, & quod uadat. Et Apostolus: Si enim sermo qui per angelos dictus est factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobediẽtia iustam accipit retributionis

mercedem,

**A** mercedem, quomodo nos effugiemus tantam negligentes salutem? Quæ cum initium accepisset ut narraretur per dominum, ab hijs qui audierunt in nobis confirmata est, contestante deo signis & prodigijs, uarijs uirtutibus, & spiritus sancti diuisionibus secundum suam uoluntatem. Cum ergo non nescias spiritum sanctũ dona superius comprehensa propria uoluntate singulis suis separatim, quomodo eum adstruis hæc omnia tanquam nihil habentẽ à filio accepisse, qui & ipsum dominum misit, & Prophetas, atque Apostolos sua uirtute repleuerit?

Si dixerint de spiritu sancto, quod non à semetipso locutus sit, sed quæ audiuit à filio protulit. **RESP.** Nos igitur, qui spiritum sanctum deum & dominum confitemur, non iussione alterius, sed potestate propria ostendimus fuisse locutum, Paulo Apostolo doctore Gentium attestatẽ: Aemulamini, ait, spiritalia 1. Cor. 14. dona, magis autem ut prophetetis: qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed deo: nemo enim audit, spiritus enim loquitur mysteria. Et dominus discipulis dixit: Cum tradiderint uos, nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid dicatis: non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et Marcus Euangelista: Cum duxerint uos tradentes, nolite cogitare quid loquamini, sed quod datum fuerit uobis in illa hora id loquamini: non enim estis uos loquẽtes, sed spiritus sanctus. Ex hoc itaque debet arguere, quia non sunt ab inuicem filius & spiritus sanctus in natura deitatis diuersi, qui in unitate spiritus, & uinculo pacis sibimet uidentur esse coniuncti.

Si autem dixerint, quia spiritus sanctus non sua sponte, sed insufflatione filij in discipulos uenit. **RESP.** Ex hoc inter filium & spiritum sanctum aliquam diuersitatem non potestis constituere, cum uideatis eundẽ dominũ & Saluatorem nostrum discipulorum corda non de alieno repleuisse spiritu, sed de proprio, & non inferiorem, sed coæqualem sui largitus est, ut in se & sibi in fide adherẽtibz unus spiritus flaret: Qui adheret, inquit, Apostolus Paulus, meretrici, unum corpus est, 1. Cor. 6. qui autem adheret domino, unus spiritus est. Nos igitur spiritum sanctum spontanea uoluntate in discipulos aduenisse, & eos sua uirtute repleuisse monstramus, & ex libro qui Apostolorũ acta cõtinet, edocemus: Cũ cõplerentur, inquit, dies Pentecostes, erant omnes simul in unum, & factus est subito de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus uehementis, & repleuit omnem locum, in quo erant sedentes, & uisæ sunt illis diuisæ linguæ tanquam ignis, qui & sedit super unumquemque illorum, & repleti sunt spiritu sancto. Et iterum: Paulus autem repletus spiritu sancto, intendens in illum ait: O plene dolo & cauillatione, filius diaboli, inimice omni iustitiæ, quare uis perdere uias domini cum sint rectæ? Et angelus Zachariæ: Ne timeas Zacharia, quia exaudita est deprecatio tua, ecce uxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannes, uinum & sicerã non bibet, & spiritu sancto implebitur adhuc in utero matris suæ. Item ibi: Et Zachariã pater eius repletus est spiritu sancto, & prophetauit. Item ibi: Elizabeth mater eius repleta spiritu sancto, loquebatur benedicens deum. Ex hijs igitur testimonijs tandem agnosce, quoniam spiritus quem de flatu Saluatoris discipuli acceperunt, inferiorem à filio non probatur habere substantiam, quia nullum nouimus in propria natura manentem, inferiorem sui uel ex alia materia uenientem habere spiritum, quo ad cæterorum utatur supplementa membrorum, sed de proprio spiritu ex quo ipse consistit, alia, ut diximus, membra replere possit, uel regere nullus ambigit.

Si autem dixerint illud, quod scriptum est: Spiritus à me procedit, & omnem flatum ego feci. **RESP.** Flatum quem dominus se fecisse commemorat, nõ spiritum sanctum fuisse nos credimus, sed creaturam spiritum esse fatemur, quem ut possint subsistere acceperunt: nam spiritum sanctum non legimus factum à filio, quem

**C** ho, quem factorem omnium rerum nouimus fuisse cum filio; si enim in faciendo ea quæ facienda fuerant, propria spiritus sanctus sicut filius non usus est potestate, quo modo suo nutu constituit, quæ constituenda fuisse præfaga maiestate conspexit. Hoc ipsum Iob patriarcha in libro sermonum suorum probante: A spiritu domini, inquit, datur glacies super terram, & gubernat aqua qualiter illi placuerit, & frumentum irrigat in nubibus, diffeminat autem nube lucem suam, & ipsa in circuitu uertitur gubernaculis ad operanda omnia quæ mandauerit ei, quia hæc à deo constituta sunt super terram. Et Apostolus: Qui operatur, inquit, omnia in Act. 5. omnibus; Et in Actibus: Placuit, inquit, Apostoli, spiritui sancto & nobis, nihil amplius oneris imponere uobis. Nam quia eisdem Apostolos misit ubi uoluit, Act. 8. & prohibuit unde uoluit, & ex eodem libro docetur: Cum ieiunassent & orassent inquit, imposuerunt eis manus, & dimiserunt eos; ipsi igitur dimissi à spiritu sancto uenerunt Seleuciam, Et iterum: Petro autem cogitante de uisu, dixit ei spiritus sanctus: Surge & uade cum illis, nihil dubitans, quia ego misi eos. Quod autem et prohibuerit, ita docetur: Peruenerunt autem Phrygiam, & Galacia regionem, prohibiti à spiritu sancto loqui uerbum in Asia. Tantæ enim excellentioris potentia esse probatur spiritus sanctus, ut angeli & archangeli, qui quotidie in conspectu dei patris, & unici filij sui uersantur & adsunt, in ipso quoque spiritu secundum apostolicæ prædicationis sententiã, leni nutu & furtiuis, ut ita dicamus, aspectibus, prospicere concupiscant, Petro Apostolo confirmante: De qua salute, inquit, exquisierunt Prophetæ, qui futuram gratiam in nobis prophetauerunt, scrutantes in quibus, uel quali tempore significaret in eis spiritus Iesu Christi. Et infra: In quo concupiscunt, ait, angeli prospicere. Tu igitur habe illi reuerentiã, & honora ut deum, & noli eum flatui hominis uel cuiuslibet generis comparare, cuius adspirationis aduentu nostra corpora credimus in nouissimo de sepulchro resuscitari. Nã si, quod absit, creatura fuisset, utique Paulus Apostolus, dum supernas atque inuisibiles creaturas, id est, sedes, dominationes, principatus, & potestates in ordine recenseret, ipsum quoque principaliter nominasset.

Si tibi dixerint: sicut pater deus & dominus est filio suo, ita filius dominus & deus est spiritui sancto. **RESP.** Plurima iam de spiritus sancti persona, quod deus & dominus nuncupetur, testimonia posuisse meminimus, ut iam nihil addere deberemus. Sed ne ignauia deputetur, aut superfugere nos propositionis uestræ ponderosam sarcinam æstimetis, quanta ipse pro sui defensione donauerit, dubias mentes deitate & dominationem illi naturaliter insitam nõ nostris uerbis, sed diuini ipso largiente docemus oraculis, Esaia Propheta dicente: Nõ audiuit Iacob dñm, q̄ redemit eũ, et suscepit, et exaltauit eũ. Et infra: Sed irritauerunt spiritũ sanctũ, et cõuertit se illis in scandalũ. Et Hieremias: Spiritus faciei nostræ Christus dñs, q̄ cõprehensus est in interitu eorũ, sub cuius umbra uiuimus inter gentes. Et Petrus Apostolus Anania dicit: Nõne manens tibi manebat, et uenditũ in tua erat potestate: quare uoluisti tentare spiritũ sanctũ, ut subtraheres de pretio prædij. Et infra: Non es mentitus hominibus, sed deo. Et Apostolus: Cum autẽ conuersus fuerit ad deũ, auferet uelamẽ, dominus autẽ spiritus est. Ex hoc, perfide, debes agnoscere, quoniam qui deus & dominus dicitur, in ipso deitatis uocabulo patri & filio cõæquatur.

Si tibi dixerint, quia in eo minor est spiritus sanctus, quod tertio loco est à patre & filio nominatus. **RESP.** Spiritus sanctus, non quia tertio nominatus est loco, patri & filio minor erit, quoniam cum aqua, sicut superius diximus, superiori loco à spiritu sancto dominus nominasset, aquam utiq; spiritui sancto, quã præposuit, nõ superiorẽ ostendit. Nam scripturæ diuinæ mos est, quæ sunt nouissima primitus nominare, & quæ prima sunt nouissime recedere, sicut in Genesi scriptũ est: Ego sum deus Isaac, & Abraham patrum tuorum. Nam & Lucas Euangelista originẽ domini & Saluatoris

**A** & Saluatoris nostri, id est, Ioseph & Mariæ matris eius, sursum uersus à Ioseph inchoas usq; ad Adã primũ hominẽ, qui à deo factus est, recedendo cõtexuit; et utiq; nullus est in genere humano Ioseph, qui secundũ carnẽ pater Christi uocabatur, qui Adã primo homini possit præferri, sed nos ut satisfaciamus inconditis propositionibus uestris, etiam spiritũ sanctũ à patre & filio primo loco ostendimus nominatum, Apostolo attestante: Vnũ corpus, ait, & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ, unus deus, una fides, unũ baptisma, unus deus & pater omnium. Spiritus utiq; sanctus patri & filio inferior non est, quia spiritus patris & filij est, & non possunt ob substantiã in se commanentis spiritus sui ex parte dici perfecti, & ex parte ad imperfectionem uocari.

Si tibi dixerint: ostende spiritum sanctũ unde trahat originẽ, quem nec ingenitũ sicut patrem, neq; genitũ sicut filium profiteris. **RESP.** Certa & manifesta origo spiritus sancti, pater & filius, qui nec ingenitus cũ ingenito, neq; genitus cum unigenito à fidelibus creditur, sed spiritus patris esse scripturarũ sacrarũ eloquijs comprobatur, Nabuchodonosor rege in Daniele Propheta dicente: Daniel cui nomen Baldasar, secundũ nomen dei mei, spiritũ sanctũ dei in se habet. Item ipse: Omnes sapientes regni mei nõ potuerunt interpretationẽ somnij mei declarare mihi, tu autem Daniel potes, quia spiritus dei sanctus in te est. Itẽ ibi: Ecce uir in regno tuo, in quo spiritus dei est. Et in Zacharia: Veruntamẽ legitima mea accipite, & uerba mea quæ ego mando in spiritu meo seruis meis Prophetis. Item ibi: Non in fortitudine magna, neq; in uirtute, sed in spiritu meo dicit dominus. Et Apostolus ad Romanos: Vos autẽ non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis. Et ad Galatas: Quoniã estis filij dei, misit deus spiritũ filij sui in corda nostra clamantẽ, abba pater. Et ad Ephesios: Nolite cõtristare spiritũ sanctũ dei. Et ad Philippenses: Scio enim qd hoc mihi proficit in salutẽ per uestras obsecrationes & ministratiões spiritus Iesu Christi. Et Petrus Apostolus: De qua salute exquisierunt atq; scrutati sunt prophetæ, qui uenturã in uobis gratiã prophetauerunt, scrutantes in quibus, uel quali tempore significari haberet in eis spiritũ Iesu Christi. Et in libro Iudicũ: Et uenerunt, et castra posuerunt in ualle Iezraël, et spiritus dñi induit Ge deon. Intẽdite miseri, quoniã qui priori loco à patre & filio nominatus est, & multis scripturæ diuinæ locis patris & filij appellatur, à patre & filio inferior nõ probatur.

Si tibi dixerint: filium à patre uitã legitimus accepisse, ut sic creditibus daret, de spiritu sancto nihil tale legitimus, & in eo eum minorẽ filio iudicamus. **RESP.** Quia patris & filij spiritus nuncupatur, spiritus uitæ sine dubio esse, sicut pater & filius diuinis lectionibus cõprobat, Ezechiele Propheta dicente: Cum autẽ eleuarent se animalia à terra, exiliebant rotæ, et ubicunq; ibant nubes, et iuxta illud spiritus rotæ extollebat cũ eis, quoniã spiritus uitæ erat in rotis. Et Apostolus ad Romanos: Lex enim, ait, spiritus uitæ in Christo Iesu. Item ibi: Prudentia carnis mors est, prudentia uero spiritus uitæ & pax. Item ibi: Corpus quidẽ mortuũ est propter peccatũ, spiritus autẽ uita est ppter iustitiã. Et ad Corinthios: Factus est primus Adam in animã uiuentẽ, nouissimus Adam in spiritũ uiuificantẽ. Itẽ in secũda: Litera occidit, spiritus autẽ uiuificat. Et in Apocalypsi: Et post tertium diẽ & dimidiũ spiritus uitæ intrauit in eis à dño, & steterunt super pedes suos. Ezechiel utiq; iisdem uerbis ac syllabis de aridis ossibus mortuorum paria protestatur. Intendite, quæso intendite, quoniam inaniter spiritus uitæ non dixit, & qui uiuis & mortuis secundum antelata testimonia uitam largitur, inferior à patre & filio nullatenus comprobatur.

Si tibi dixerint, ostẽde quod spiritus sanctus de patre uel filio procedere potuit. **RESP.** Si corda uestra incredulitatis iam uitio obdurata ad molliciem nostræ credulitatis uelletis adducere, facillime agnosceritis, quod spiritus de deo patre possit procedere: Est em̄ pater deus, & procedit de illo spiritus dei: est omnipotẽs, & procedit

1. Cor. 12.  
Act. 5.  
Act. 8.  
1. Petri 1.  
**D**  
1. Cor. 15.  
2. Cor. 3.  
MO S  
S C R I  
P T V R A E.

C cedit de eo omnipotentia spiritus: est lux, & procedit de eo spiritus lucis: est uirtus, et procedit de eo spiritus uirtutis: est sapiens, & procedit de illo sapientia spiritus: est prudentia, & procedit de illo prudentia spiritus: est consiliū, & procedit de eo spiritus consilij: est fortitudo, & procedit de eo spiritus fortitudinis: est pax, & procedit de illo spiritus pacis: est charitas, & procedit de illo spiritus charitatis: est scientia, & procedit de illo spiritus scientia: est uita, & procedit de illo spiritus uita: est iectus, & procedit de illo spiritus rectitudinis: est bonus, & procedit de illo spiritus bonitatis: est pietas, & procedit de illo spiritus pietatis: est mansuetus, & procedit de illo spiritus mansuetudinis: est gladius, & procedit de eo gladius spiritus. Et multa alia quae breuitatis causa omisimus, scientes quod paucis dicta sapientibus multa sunt: insipientibus uero etsi multa dicantur, satis omnino non faciunt. Sed ne consuetis calumnijs & cauillationibus simplices animos perturbetis, ex diuinis scripturis de his quae superius dicta sunt, documēta haec curiosius exigentes, ad omnia cum domini adiutorio diuina testimonia coaptabimus, ut legētes agnoscat, quemadmodum uestra prauitati respondeat. Quod enim spiritus deus est, in Euāgelio filius docuit, dicens: *Ioan. 4.* Spiritus deus est. Quod autē omnipotens est, in Solomone ostendit, dum spiritus omnia potens, & omnia prospiciens intinat. Quod autē lux sit spiritus, Ezechiel testis est, dum spiritum domini sicut lux praefulgēs ab aquilone in nube uenientē adstruxit. Quod uirtus sit, Apostolus docet cum dicit: In ostensione spiritus & uirtutis. Quod uero sapientia dicat, Esaias testis est, cum domini filium spiritu sapientiae fuisse repletū dicit. Quod uero prudentia dicat, in eodē Propheta ostendit. Quod autē spiritus consilij, & fortitudinis dicatur, in eodē uolumine declarat. Quod uero pax sit, Apostolorum Acta testant. Quod autē charitas dicat, apostolica sententia comprobatur. Quod uero spiritus sapientiae appellet, Esaias adnuntiatione docet. Quod autē spiritus uita sit, Apostolus edocet, dum prudentiam spiritus uita, & pacē esse praedixit. Quod autē reclusus dicitur, dauidicis oraculis ostendit, dum in suis uisceribus spiritum reclusum in nouari precatur. Quod autē bonus dicat, idem Propheta ostendit, qui se a spiritu sancto in uia recta deduci desiderans canit. Quod autē spiritus mansuetudinis nuncupet, Apostolus testis est, dum dicit, se non in uirga, sed in charitate spiritus & mansuetudinis aduenire. Quod uero perfectus dicat, idem docet Apostolus, dum illum iudicē omnium, & spiritum iustorum insinuat & perfectum. Quod autē gladius nuncupetur, idem probat Apostolus, dum eum uerbum dei pronuntiat esse. Si enim haec omnia non cecis mentibus legerēt, nec de filio dei ambigerēt, nec de spiritus sancti potentia dubitarent.

Si tibi dixerint: quia non ubique est spiritus sanctus sicut pater & filius, sed localiter sibi iniunctum adimplet officium. *RESP.* Ut autē spiritum sanctum doceamus ubique diffusum, dauidicum inuestigabimus testimonium, ex cuius prophetia spiritus sanctus docet, non locis, ut uos in somno graui detenti, sed potentia sua sicut pater et filius ubique diffundi. Ipse denique in Psalmo cxxxviii. canit, & dicit: Quod ibo a spiritu tuo: & a facie tua quod fugiam. Si ascēdero in caelum tu ibi es, & si descēdero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas in directum, & habitauero in nouissimo maris, eternam illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et in Solomone: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Item ibi: Ne dixeris, a spiritu dei abscondor, & de altissimo quis mei memorabit: in populo enim magno non agnoscor. Quae est enim anima mea in tam magna creatura? Ecce caelum, et caelum caelorum, abyssus, & uniuersa terra, & quae in eis sunt, in conspectu eius sunt: A uultu illius mouebunt montes & colles, & fundamēta terrae, & cum concusserit illa tremore concutient. Et in Apocalypsi: Et uidi septem candelabra aurea, & septem lucernas in capite septem candelabrorum aureorum, & dixi: Quae sunt istae domine? Et dixit mihi: Septem lucernae septem spiritus sunt missi per uniuersum orbem terrarum. Ecce docuimus spiritum sanctum non locis detineri, nec regione aliqua terminari, quomodo tu adstruis eum ubique non esse

A esse diffusum: cuius uocē, secundum domini dictum, quisquis est, audire tamē potest, sed unde ueniat, & quod uadat nulli mortalium scire concessum est.

Si tibi dixerint: spiritus sanctus lucifero comparatus est, ante quem pater filium genuisse se testatus est, dicendo: In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. *Psal. 109.* Vel illud, quod Petrus Apostolus dixit: Donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. *RESP.* Petrus Apostolus, cum pro doctrina credentium haec in sua Epistola posuisset, spiritum sanctum luciferum proprie nominatum, nec dixit, nec docuit, nec docēda mandauit. Sed et nos qui in trinitate unum credimus deum, etiam ipsum dominum & Saluatorem nostrum in figura huius stellae, non solum a Prophetis, uerum etiam ab Apostolis ostendimus praedicatum. In Numeri etiā libro, cum a Balaac impiissimo rege & sacrilego, Balaam quoque Pseudopropheta ad maledicendum dei populum mercedis titulo fuisset adductus, haec docet non sua uoluntate, sed diuino imperio intulisse: Orietur, ait, stella ex Iacob, & ascendet uirga ex Israel, & percutiet omnia regna terrae. Et in alio loco: Columnae caeli contremuerunt dominum, astra autē caeli metuent eum. Quonia haec est pax & uirtus eius, ut splendeat in caelo stella eius, ad illuminandos omnes credentes in eum. Haec in Euāgelio: Vidimus, inquit, stellam eius in oriente, & uenimus adorare eum. Et in Apocalypsi Ioannis Apostoli: Ego sum prima & nouissima, ego sum radix et origo Dauid, ego sum stella splendida matutina. Si enim ob huius stellae uocabulum, & ab eo quod lucifer appellatus est, spiritum sanctum filio minore esse contēdis, nunquid & filium, quem superius in typum stellae ipsius docuimus praedicatum, spiritui sancto inferiore esse ostēdis? Absit, quonia sicut filius in huius stellae imagine nuntiatus spiritui sancto non potest dici inferior, ita spiritus sanctus, si proprie fuisset lucifero comparatus, minor filio non poterat apparere.

Si tibi opposuerint, dicentes: catholicos sacrilego ore blasphemare, quod post patrem & filium a spiritu sancto agnoscant peccatorum ueniam postulare. *RESP.* Spiritum sanctum iudicem, & uniuersum mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio posse arguere, dominus in Euāgelio docuit, dicens: Cum autē uenerit spiritus sanctus, ille arguet mundum de peccato & de iustitia, & de iudicio. Et Esaias: Abluet dominus, ait, fordes filiorum & filiarum Sion spiritu iudicij. Et in Solomone: Spiritus domini contra illos stabit, & tanquam turbo uenti diuidet illos. Item Esaias: Ecce ego in spiritu meo facio iudicium dicit dominus. Cur igitur ipse abnuis, ut unusquisque a iudice suo peccatorum ueniam non postulet, ut mundior a peccatis & purgatior fiat, quam postulando poterit euadere? Si qua forsitan factio, aut incauta uerbi prolatione noxa incurerat culpa, plane & conuenienter a spiritu sancto uenia postulatur, ut peccatis remissionē & indulgentiae tribuat, qui pro nobis patrem gemitibus inenarrabilibus interpellat. Quod autē nos sacrilegos uocas, quod secundum trinitatis confessionem deum ac dominum spiritum sanctum esse adseruimus, uide ne tu magis ipse dignus sis hoc nomine nuncupari, qui dum non uis spiritum sanctum confiteri, quem dominus per Apostolos cum patre & filio indiscretum uoluit uniuersis gentibus intimari: Ite, inquit, baptizate omnes gentes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Si enim spiritus sanctus in deitatis substantia patri & filio non coaequatur, cur in sacramento sacri baptismatis nihil absque illo completur?

Si tibi dixerint: in eo minor est spiritus sanctus, quia filius tantummodo de se dicit patrem nosse, & nullam de spiritu sancto mentionem fecisse. *RESP.* Sicut in Christo habitat plenitudo diuinitatis, ita in spiritu sancto manifestae sunt altitudines deitatis. Cum enim haec Apostolus uberius & fatianter adfirmet, cur perfidia uestra ueritatem maiestatis interpellat: Nemo enim, ait, scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est, sic & quae in deo sunt nemo nouit, nisi spiritus dei. Ecce iam non solus nouit filius, quod nouit etiam spiritus sanctus, non quia duae personae sunt filij & spiritus sancti, in sciendo quae dei sunt aliquam diuersitatem

**C**tem inducit, sed unitatis cōmunionē fideliter credētibus intimauit. In alio etiā loco sequit̄ idē Apost. dicēs: Spiritus est, q̄ scrutat̄ etiā profunda dei. Et iterū: Nos autē nō spiritū mūdi accepimus, sed spiritū qui ex deo est. Et in Euāgelio Iudæis de se ipso filius dicit: Vos autē nō nostis eū, ego autē noui eum, quia ex ipso sum. Si de deo est spiritus sanctus, quēadmodū de deo est filius, quomō minor erit, qui q̄d in patre filius nouit ipse cognoscit. Docuimus deinde spiritū sanctū de deo patre, ut filium inenarrabiliter pcedentē, q̄a cōnexa trinitas inseparabilē in se possidet unitatē.

Si enim dixerint tibi: ideo minor est spiritus sanctus, quia in nomine eius nō baptizauerunt discipuli, sed in nomine filij. **R E S P.** Non enim est in trinitate diuersitas, in qua est non solū potestatis ac uoluntatis indiuidua charitas, sed etiā deitatis & maiestatis æqualitas: quod enim expectat̄ à patre, inuenitur in filio, & quod inuenitur in filio, tribuit̄ et spiritui sancto. Si uero distributiones spiritus sancti curioso uolueris inquirere animo, Apostolū audies prædicantē: Vnicuiq̄ autē nostrum datur inluminatio spiritus ad utilitatē: quibusdā enim per spiritū datur spiritus sapientia, alij sermo scientia secundū eundē spiritū, alij fides in eodē spiritu, alij charismata donationū in uno spiritu, alij operatio uirtutū, alij prophetia, alij discretio spiritus, alij genera linguarū, alij interpretationes linguarū: omnia autē hæc operatur unus atq̄ idem spiritus, distribuēs propria unicuiq̄ pro ut uult. Ut uero in nomine spiritus sancti baptizetur, sicut in nomine patris & filij, & dñs in Euāgelio testis est, & Paulus paria pronuntiat, dicens: Dominus quidē, cum dicit: Baptizate gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Apostolus uero, cū omnes nos spiritu baptizatos insinuat, atq̄ cōfirmat: Etenim nos omnes, ait, in uno spiritu baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi, & omnes in uno spiritu potati sumus. Et iterū: In quo credētes signati estis in spiritu sancto promissionis, qui est pignus hereditatis nostræ in redemptionē adoptionis. Et iterū: Ut det uobis secundū diuitias gloriæ suæ, uirtute cōfortari per spiritū sanctū, in interiorē hominē habitare Christū in cordibus uestris. Et iterū: Nolo uos ignorare, Fratres, quia patres uestri oēs sub nube fuerūt, & oēs in Moyse baptizati sunt in nube et in mari, & oēs eandē escā spiritalē māducauerūt, & oēs eundē potū spiritalem biberunt. In istis igit̄ testimonijs hoc solūmodo diuinitati spiritus sancti deest, q̄d perfidie uestræ minus est. In hijs igit̄ testimonijs unitas trinitatis ostendit̄, dū q̄d pater uocat̄, uel etiam operatur, hoc filius & spiritus sanctus nuncupent̄, uel eadem operent̄.

**1. Cor. 8.** Deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus. De patre in Apostolo: Vnus deus pater, ex quo omnia. Et iterū: Non est deus nisi unus. De filio in Psalmo **xcix.** Scitote, quoniam dominus ipse est deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos. De spiritu sancto in Apostolo: Spiritus est deus. Et in Euāgelio: Quia deus ipse est.

Dñs pater dicit̄, dñs filius, dñs spiritus sanctus: De patre in Leuitico: Ego sum dominus deus uester, qui liberaui uos de terra Aegypti. De filio in Psalmo **xcv.** Dicite in nationibus, dominus regnauit à ligno. De spiritu sancto in Apostolo: Diuisiones ministracionū sunt, idem ipse dñs. Item ibi: Dominus autē spiritus est.

**1. Cor. 12.** Omnipotēs pater, omnipotēs filius, oipotēs spiritus sanctus. De patre in Solom. **Sap. 18.** Omnipotēs sermo tuus, exiliēs à regalib, sedibus uenit. De filio ubi supra: Vnus em̄ altissimus creator omnipotēs, rex potēs & metuendus nimis. De spiritu sancto ubi supra: Est em̄ in sapientia spiritus intelligentia sanctus unicus, & infra oīa potēs.

**2. Corint. 9.** Potēs pater, potēs filius, potēs spiritus sanctus: De patre ad Corinthios: Potens est autē deus omnē gratiā abūdere in uobis. Itē ibi: Ut fides uestra nō sit in sapientia hominū, sed in potētia dei. De filio ubi supra: Cōgregatis uobis, & meo spiritu cū omni potētia dñi nostri Iesu Christi. Itē in secūda: An experimētū quaritis eius qui in me loquit̄ Christus: q̄ in uobis nō infirmat̄, sed potēs est. De spiritu sancto ubi supra: Nō em̄ audeo aliquid horū loqui, quorū nō pfererit spiritus per me in obedientiam Gentium, uerbo & factis, in potestate signorum & prodigiorum, in potentia spiritus sancti. Et iterū: Deus autem spei repleat uos omni gaudio & pace in

**A** credēdo, ut abūdetis in spe & potētia spiritus sancti. Pater deus, pater filius, pater spiritus sanctus. De patre Apost. Vnus deus pater, ex q̄ oīa. Et iterū: Deus & pater dñi nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula. De filio in cātico Deuteronomio: Nōne hic pater tuus possedit te, et fecit & cōstituit te? Et Esaias: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Et infra: Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. De spiritu sancto ad Hebræos: Hoies quidē nostræ carnis habebamus correptores, et uerebamur in eis, quāto magis subijciemur patri spiritus, & obediemus ei ut uiuamus? Illi quidem paucis dieb, pro uoluntate sua sicut ipsi ui debaſ disciplinā dabāt: spiritus autē ad utilitatē accipiendā sanctificationis suæ.

Sanctus pater, sanctus filius, sanctus spiritus sanctus. De patre in Esdra: Quoniam sanctus deus est ueritas. Et in Leuitico: Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum dñs deus uester. De filio in Euāgelio: Scio te quis sis tu sanctus dei. Itē ibi: Quia n̄ nascit̄ ex te sanctū, uocabit̄ filius dei. De spiritu sancto in Solomone: Sanctus em̄ spiritus disciplina effugiet fictū, et auferet se à cogitaciōib, quæ sunt sine intellectu.

Princeps pater, princeps filius, princeps spiritus sanctus. De patre in Iudicū: Dixit ad eos Gedeon: Nō principabor ego uestri, neq̄ filius meus, sed deus princeps est in uobis. Et in Numeris: Nō erit labor in Iacob, neq̄ uidebitur labor in Israël, quoniā dñs deus eius cū eo, et ipse præclarus princeps cū ipso. De filio in Epistola Petrus Apost. Pascite gregē dei, q̄ est in uobis, nō quasi coacti, sed uolūtariē ex animo: ut cū apparuerit princeps pastorū, accipiatis immarcessibilē coronā. De spiritu sancto Psal. **L.** Redde mihi lætitiā salutaris tui, et spiritu principali cōfirma me.

Rex pater, rex filius, rex spiritus sanctus. De patre in Esaiā: Dñs rex magnus, et diues in opibus suis. Et in Psal. Deus autē rex noster ante secula opatus est salutē in medio terræ. De filio in Apocal. Et exercitus celestis sequebat̄ eū in equis albis, induti byssinū mūdū. Et infra: Et habebat in uestimēto et in fœmore suo nomē scriptū: Rex regū, et dñs dominatiū. De spiritu sancto in Esaiā: Vidi dñm regē sabaoth oculis meis, et audiui uocē dicentē mihi: quē mittā, & qs ibit ad populū istū? Et dixi: Ecce ego sum, mitte me. Et dixit ad me: Wade et dic populo huic: Aure audietis et nō intelligetis, et uidētes uidebitis, et nō uidebitis. Ut spiritū sanctū fuisse aduertat, Paulū audi Iudæos in Actib, increpantē: Bene, inq̄, spiritus sanctus locutus est ad patres uestros: Aure audietis, et nō intelligetis, et uidētes uidebitis, et nō uidebitis.

Iudex pater, iudex filius, iudex spiritus sanctus. De patre in Psalmo **xliv.** Et adnūtiabūt cœli iustitiam eius, quoniā deus iudex est. Et in septimo: Deus iudex iustus, fortis et patiens. De filio in Canonicis: Ecce em̄ iudex ante ianuā adistit. De spiritu sancto: Et nūc reuelabit̄ homo peccati filius pditiōis, quē interficiet dñs spiritu oris sui. Et in Esaiā: Ecce ego in spiritu meo facio iudiciū dicit dominus deus.

Perfectus pater, pfectus filius, pfectus spiritus sanctus: De patre in Euāgelio: Estote ergo pfecti, sicut pater uester celestis pfectus est. De filio ad Hebræos: Ex hijs em̄ quæ passus est didicit obediēs fieri, q̄ etiā perfectus factus est omnibus obediētibus sibi. De spiritu sancto ubi supra: Sed accessistis ad montē Sion, & ad ciuitatē uiuentis Hierusalē. Et infra: Et ad spiritum iustorum perfectorum.

Verus pater, uerus filius, uerus spiritus sanctus. De patre in Solom. Deus noster suauis et uerus est, nosse autē te cōsummatio iustitiæ est. De filio in Ioan. Ut simus in uero filio eius Iesu Christo, hic est deus uerus, & uita æterna. De spiritu sancto in Euāgelio: Cū uenerit paracletus ille spiritus ueritatis, docebit uos oēm ueritatē.

Iustus pater, iustus filius, iustus spiritus sanctus. De patre in Exodo: Vocauit autē Pharaon Moyse & Aaron, dixit eis: Peccaui nunc, nam deus iustus est, ego autē & populus meus impij. De filio in Sophonia: Dominus iustus in medio tui, non facies iniuste. Et in Epistola Ioannis: Sicut docuit uos manere in eo. Et infra: Quod si scitis, quia iustus est, scitis quia omnis qui facit iustitiam ex ipso est. De spiritu sancto in Apostolo: Magnum pietatis sacramentum, quod manifesta

- C** tum est in carne, iustificatum est in spiritu.  
 Fortis pater, fortis filius, fortis spiritus sanctus. De patre in Esaia: Deus fortis et potens, magni nominis domine. De filio in Psalmo centesimo septimodecimo: Fortitudo mea & laudatio mea dominus. De spiritu sancto in Solomone: In timore dei spiritus fortitudinis, & in uis eius pax & uita æterna.  
 Iudicat pater, iudicat filius, iudicat spiritus sanctus. De patre in Psalmo quadragesimo secundo: Iudica me deus, & discerne causam meam. De filio in Psalmo nono: Preparauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate. De spiritu sancto in Esaia: Et abluet dominus sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem purgabit de medio eorum spiritu iudicij.  
 Operatur pater, operatur filius, operatur spiritus sanctus. De patre ad Philippenses: Deus est, qui operatur in uobis & uelle. De filio in Euangelio: Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. De spiritu sancto in Apostolo: Operatur autem unus atque idem spiritus, diuidens singulis propria prout uult.  
 Excelsus pater, excelsus filius, excelsus spiritus sanctus. De patre in Daniele: Signa & prodigia quæ fecit mecum deus excelsus. Et in Psalmo septuagesimo septimo: Deus excelsus redemptor eorum est. De filio in Psalmo centesimo duodecimo: Excelsus super omnes gentes dominus, super cælos gloria eius. De spiritu sancto in Esaia: Hæc dicit excelsus in excelsis, habitans in æternum sanctus in sanctis, dominus excelsus nomen ei, in sanctis quiescens.  
 Ignis pater, ignis filius, ignis spiritus sanctus. De patre in Deuteronomio: Obseruate ne faciatis uobis ipsi uel simulachrum omnium de quibus præcepit tibi deus, quoniam dominus deus tuus ignis consumens est. De filio in Psalmo centesimo nonodecimo: Ignitum uerbum tuum nimis, & seruus tuus dilexit illud. De spiritu sancto in Actibus: Et uisæ sunt illis diuisæ linguæ tanquam ignis, sedite super unum quemque eorum, & repleti sunt spiritu sancto.  
 Lux pater, lux filius, lux spiritus sanctus. De patre in Ioannis Epistola: Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. De filio in Euangelio: Ego sum lux huius mundi, qui persequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. De spiritu sancto in Ezechiele: Ecce spiritus domini surgens ueniebat ab aquilone, & in circuitu eius lux refulgens.  
 Bonus pater, bonus filius, bonus spiritus sanctus. De patre in Psalmo septuagesimo secundo: Quam bonus deus Israël rectis corde. De filio: Ego sum pastor bonus. Et: Magister bone, quid boni faciam ut habeam uitam æternam? De spiritu sancto in Esdra: Spiritum tuum bonum dedisti eis. Et in Solomone: Bonus spiritus tuus in omnibus.  
 Magnus pater, magnus filius, magnus spiritus sanctus. De patre in Genesi: Nunc intellexi quoniam magnus est deus. Et in Psalmo octuagesimo quinto: Tu es deus solus magnus. De filio ad Titum: Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. De spiritu sancto in Regnorum, ait dominus ad Heliam: Egredere, et sta in monte coram me, & ecce dominus transit, & spiritus magnus & fortis, subuertens montes, & coterens petram ante dominum.  
 Virtus patris, uirtus filij, uirtus spiritus sancti. De patre ad Romanos: Non enim confundor de Euangelio, uirtus enim dei est in salutem omni credenti. De filio ad Corinthios: Libentissime igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet uirtus Christi in me. Et de spiritu sancto ad Thessalonicenses: Scientes Fratres, electi à deo, dilectionem uestram, quia Euangelium nostrum non fuit apud uos in uerbo tantum, sed in uirtute spiritus sancti.  
 Fons pater, fons filius, fons spiritus sanctus: De patre in Hieremia: Hæc dicit dominus deus Israël: Duo mala fecit populus meus, me reliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt

**A** foderunt sibi lacus detritos, qui aquam non possunt continere: De filio in Solomone: Fons sapientie uerbum dei in excelsis. De spiritu sancto in Esaia: Ecce nomen dei post multum tempus uenit, ardens in ira indignationis uorauit gentes, & spiritus uelut fons aquæ in ualle trahens.

Fluuius pater, fluuius filius, fluuius spiritus sanctus. De patre in Solomone: Benedictio dei tanquam fluuius inundans, & in Psalmo LXIII. Fluuius dei repletus est aqua. De filio in Esaia: Hæc dicit dominus: Ego declinabo in eis ut fluuium pacis, & ut torres inundas gloriam Gentium. Itē ibi: Et apparebit in Sion sicut fluuius decurrēs, & clarus in terra sitiētī. De spiritu sancto in Euangelio: In die festo magno stabat Iesus, et clamabat dicēs: Quisquis credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluēt aquæ uiuæ: Hoc autē dicebat de spiritu, quē accepturi erāt credētes in eū.

Verbum dei patris filius, uerbum dei spiritus sanctus. De filio in Euangelio: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Et in Apocalypsi: Et erat cooptus uestimentum aspersum sanguine, & uocabitur nomen eius, uerbum dei. De spiritu sancto ad Ephesios: In omnibus adsumētes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi candentia extinguere, et galeam salutis, & gladium spiritus, quod est uerbum dei.

Charitas pater, charitas filius, charitas spiritus sanctus. De patre in Ioannis Epistola: Filioli, deus charitas est, & qui manet in charitate in deo manet, et deus in eo. De filio ad Corinthios: Siue enim in mente excessimus deo, siue sobrii sumus uobis, charitas enim Christi urget nos. De spiritu sancto ad Romanos: Obsecro itaque uos Fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem spiritus sancti, Et ad Galatas: In libertate uocati estis, Et infra: Sed per charitatem spiritus seruite in inuicem. Et ad Corinthios inquit: Uultis ueniam ad uos in uirga, an in charitate spiritus.

**B** Vitam æternam dat pater, hanc filius, ipsam spiritus sanctus. De patre in Ioannis Epistola: Qui non credit deo, mendacem facit eum, quia non credit testimonio, quod testatus est de filio suo, & hoc est testimonium, quoniam uitam æternam dedit nobis deus. De filio in Euangelio: Oues meæ uocem meam audiunt, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis. Et in Epistola Ioannis: Qui habet filium, habet uitam æternam. De spiritu sancto ad Galatas: Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam.

Pacem dat pater, pacem dat filius, pacem dat spiritus sanctus. Item ibi: Deus noster pacem da nobis. Et Apostolus: Deus autem pacis det uobis pacem. Et iterum: Deus autem spei adimpleat uos omni gaudio & pace, ut abundetis & glorificetis patrem domini nostri Iesu Christi. De filio in Numeris: Hæc dicit dominus, qui fecit Israël: Ecce ego do illis testamentum pacis, & eritis cum eo, & cum semine eius post ipsum. De spiritu sancto Apostolus: Prudentia enim carnis mors est, prudentia autem spiritus uita & pax est.

Consolatur pater, consolatur filius, consolatur spiritus sanctus. De patre ad Corinthios: Benedictus deus pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis, qui consolatur nos. De filio ubi supra: Quoniam sicut abundant passionibus Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. De spiritu sancto in Euangelio: Cum uenerit consolator quem mittam uobis, spiritum ueritatis, qui à patre meo procedit, ipse uos docebit omnem ueritatem, & uentura adnuntiabit uobis.

Adiuuat pater, adiuuat filius, adiuuat spiritus sanctus. De patre in Psalmo quadragesimo quinto: Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam deus uultu suo. De filio in Euangelio: Cum uenisset Iesus in partes Tyri & Sidonis, ecce mulier Chananæ à sinibus illis egressa clamabat, dicens: Adiuua me domine. De spiritu sancto in Apostolo: Nā quid oremus sicut oportet nescimus, sed

- sed ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram.
- Act. 7.** Deus gloriæ pater, hoc filius, hoc spiritus sanctus. De patre in Actibus: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cum esset in Mesopotamia. De filio in Apostolo: Si enim cognouissent, nunquã dñm gloriæ crucifixissent. De spiritu sancto
- 1. Cor. 2.** ad Corinthios: An nescitis quia corpora uestra templũ est in uobis spiritus sancti, quem habetis à deo? Et infra: Glorificate & portate dominũ in corpore uestro. Doctrina patris, doctrina filij, doctrina spiritus sancti. De patre in Actibus:
- Act. 13.** Tunc uidit Proconsul quod factũ est, & credidit, admirans in doctrina dei. De Tit. 2. filio ad Titum: Serui dominis suis obedientes sint in omnibus. Et infra: Vt doctrina saluatoris nostri Iesu Christi ornatur in omnibus. Et iterum: Qui non manet in doctrina Christi deum non habet. De spiritu sancto ad Corinthios: Quæ loquimur, non in sapientiæ humanæ doctrinæ uerbis, sed in doctrina spiritus sancti. Sanctificat pater, sanctificat filius, sanctificat spiritus sanctus. De patre ad
- 2. Theff. 2.** Thessalonicenses: Debemus gratias agere deo semper pro uobis, fratres dilecti à deo, qui elegit nos ab initio in salutem, in sanctificationem. Et Propheta: Parauit deus sacrificium, & sanctificauit electos suos. De filio in Apostolo: Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, & sanctificati in nomine domini nostri Iesu Christi. De spiritu sancto in Canonicis: Secundum prouidentiam dei patris in sanctificationem spiritus. Et ad Romanos: Vt fiat oblatio Gentium acceptabilis, sanctificata in spiritu sancto.
- Reuelat pater, reuelat filius, reuelat spiritus sanctus. De patre ad Romanos:
- Rom. 1.** Cum autem placuit deo, qui me segregauit de utero matris meæ per gratiã suam, ut reuelaret filium suum in me. De filio ad Galatas: Neque enim ego ab homine accepi illud aut didici, sed per reuelationem Iesu Christi. De spiritu sancto ad
- Eph. 3.** Ephesios: Quod alijs generationibus non fuit notum filijs hominum, nunc autem reuelatum est per spiritum sanctum sanctis Apostolis & Prophetis.
- D** Benedicet te pater, benedicet filius, benedicet spiritus sanctus. De patre ad
- Eph. 1.** Ephesios: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali. De filio in Solomone: Benedictio domini super caput iusti. Et in Psalmo octuagesimo tertio: Benedictio dabit qui legem dedit. De spiritu sancto ad Galatas: Vt in Gentibus benedictio Abraham fieret in Christo Iesu, ut benedictionem spiritus accipiamus.
- Gaudium dat pater, idem filius, idem spiritus sanctus. De patre in Esaiã: Hæc dicit dominus deus Israël: Gaudium sempiternũ do eis, & mundabo eos, & erunt acceptabilia opera eorum coram me. De filio in Euangelio: Videbo uos & gaudebit cor uestrum, & gaudiũ uestrum nemo auferet. De spiritu sancto ad Thessa
- 1. Theff. 1.** Ionicensenses: Excipite uerbum in tribulatione multa, in gaudio spiritus sancti. Et ad
- Rom. 14.** Romanos: Non est enim regnũ dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto.
- Regenerat pater, regenerat filius, regenerat spiritus sanctus. De patre Apostolus dicit: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiã suam regenerauit nos in spem uitæ æternæ. De filio ubi supra:
- Rom. 12.** In charitate fraternitatis diligite inuicem, quasi renati per uerbum dei uiui, & permanentis in æternum. De spiritu sancto in Euangelio: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei.
- Requiem dat pater, requiem filius, requiem spiritus sanctus. De patre in Exodo: Locutus est dñs ad Moysen dicens: Ecce tu apponeris ad patres tuos, & requiem dabo tibi, & scies quia ego sum dominus, qui conseruauit te in uita tua. De filio ad
- 2. Theff. 1.** Thessalonicenses: Vt digni habeamini regno dei, pro quo & patimini. Et infra: Retribuere hijs, qui uos tribulant, retributionẽ, & uobis qui tribulamini requiẽ. De spiritu

- A** spiritu sancto in Apocalypsi: Amodo dicit spiritus, ut requiescat à laboribus suis. Saluat pater, saluat filius, saluat spiritus sanctus. De patre in Psalmo centesimo quinto: Salua nos deus noster, & congrega nos de gentibus. De filio in Psalmo centesimo primo: Quoniam saluam faciet dominus Sion, & uidebitur in maiestate sua. Et in Apostolo: Quoniã sperauimus in deũ uiuũ, qui est saluator omnium, maxime fidelium. De spiritu sancto ad Titum: Cum autẽ benignitas & humanitas Saluatoris nostri dei, saluos nos fecit per uirtutem regenerationis spiritus sancti.
- Dilectio patris, dilectio filij, dilectio spiritus sancti. De patre Ioannes Apostolus: Deus dilectio est. Et iterum: Si deus dilexit nos, & nos debemus inuicem diligere. De filio in Euangelio: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Et iterum: Cum autem dilexisset discipulos suos, usq; in finem dilexit eos. De spiritu sancto in Ioannis Epistola: Et hoc cognoscimus, quia dilectio eius manet in nobis de spiritu sancto, quem dedit nobis.
- Rectus pater, rectus filius, rectus spiritus sanctus. De patre in Psalmo centesimo septimo decimo: Quoniam rectus est dominus deus noster, & non est iniquitas in eo. De filio in Psalmo tricesimo secundo: Quoniam rectus est fermo domini, & omnia opera eius in fide. De spiritu sancto in Psalmo quinquagesimo: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum renoua in uisceribus meis.
- Benedictus pater, benedictus filius, benedictus spiritus sanctus. De patre in Euangelio: Benedictus dñs deus Israël, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ. De filio ad Romanos: Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. De spiritu sancto in Solomone: Benedictus spiritus iustorum à domino, & in respectu illius gloriabuntur.
- Confortat pater, sic filius, ita spiritus sanctus. De patre in Ester: Conforta me rex deorum omnem principatum tenens. De filio Apostolus: Gratias ago deo nostro Iesu Christo, qui confortauit me, & fidelem æstimauit, ponens in ministerio. De spiritu sancto in Euangelio: Puer autẽ crescebat, & confortabatur in spiritu. Resuscitat pater, resuscitat filius, resuscitat spiritus sanctus. De patre in Actibus: Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, & nos resuscitabit per potẽtiã suam. De filio in Euangelio: Multi autem Iudæorum uenerunt ibi, non solum propter Iesum, sed ut Lazarum uiderẽt, quem resuscitauerat à mortuis. De spiritu sancto in Apostolo: Si autẽ spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritũ sanctũ in uobis.
- Inuisibilis pater, inuisibilis filius, hoc spiritus sanctus. De patre ad Corinthios: Qui est imago dei inuisibilis. De filio in libro Iob: Sapiẽtiã dei unde inuenies? Latet enim à conspectu omnium, & uolucris cœli absconsa est. De spiritu sancto ubi supra: Et spiritus occurrit in facie mea, & horruerunt capilli mei, & uultum & speciem non uidi, sed uocem tantum audiebam.
- uiuificat pater, uiuificat filius, hoc spiritus sanctus. De patre ad Romanos: Quia patrẽ multarũ Gentium posui te ante deum, cui credidisti, qui uiuificat. De filio in Solomone: Dominus mortificat, & uiuificat. Et in Euangelio: Sicut pater suscitauit mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. De spiritu sancto in Epistola Petri Apostoli: Mortificatus carne, uiuificatus autem spiritu. Et Paulus Apostolus: Littera occidit, spiritus autem uiuificat.
- Gratia dei patris, gratia filij, gratia spiritus sancti. De patre ad Romanos: Multo magis gratia dei, & donũ in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Itẽ ibi: Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum. De filio ad Corinthios: Nostis em gratiã dñi nostri Iesu Christi, quia propter uos pauper factus est cũ diues esset. De spiritu in Actibus: Cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbũ, & obstupuerunt qui erant ex circũcisione fideles, & simul

**C** Simul cum Petro uenerant, quoniam & Gentibus gratia spiritus sancti diffusa est. Renouat pater, renouat filius, hoc spiritus sanctus. De patre in Hieremia: *Tren. 5.* Conuerte nos deus, & conuertemur ad te: Renoua dies nostros sicut ab initio. *Sap. 8.* De filio in Solomone: Attingit autem usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauius, & cum sit una omnia innouat. De spiritu sancto ad Romanos: Nunc uero euacuati sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ.

*2. Cor. 1.* Signat pater, signat filius, signat spiritus sanctus. De patre ad Corinthios: Qui autem confirmat nos uobiscum in Christo, & Christum in uobis, & qui unxit nos deus & signauit nos. De filio ad Ephesios: Audientes uerbum Euangelij factis uestræ, in quo credentes signati estis. De spiritu sancto ubi supra: Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in diem redemptionis.

Ungit pater, ungit filius, ungit spiritus sanctus. De patre in Psalmo quadragesimo quarto: Propterea unxit te deus, deus tuus oleo latitiæ. Et in octogesimo octauo: Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto unxi eum. De filio in epistola Ioannis: Et nos unctionem quam accepimus a sancto manet in nobis, & non necesse habetis ut aliquis doceat uos. De spiritu sancto in Esaia: Spiritus domini super me, propter quod unxit me euangelizare pauperibus.

Arguit pater, arguit filius, arguit spiritus sanctus. De patre in Deuteronomio: Ne dixeritis, misericors est deus noster, non reddet nobis peccata nostra, ipse enim secundum patientiam in fine redarguet peccatores. De filio in Esaia: Ex Sion enim prodiet lex, & uerbum domini de Hierusalem, & iudicabit in medio gentium, & redarguet populum multum. De spiritu sancto in Euangelio: Cum uenerit spiritus ille sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ipse arguet mundum de peccato.

**D** Congregat pater, congregat filius, congregat spiritus sanctus. De patre in Psalmo centesimo quinto: Salua nos deus noster, & congrega nos de gentibus. De filio in Esaia: Et ambulabunt in ea redempti congregati per dominum. De spiritu sancto in Esaia: Quoniam dominus mandauit illis, & spiritus eius congregauit eos.

*Hier. 32.* Ubique pater, ubique filius, ubique spiritus sanctus. De patre in Hieremia: Hæc dicit dominus uirtutum deus Israël: Cælum & terram ego impleo. Item in *Esa. 66.* Esaia: Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. De filio in *Sap. 8.* Solomone: Sapientiam autem non uincet malitia, attingit autem a fine usque ad finem fortiter. Et in Psalmo centesimo secundo: In omni loco dominationes eius. De spiritu sancto in Psalmo: Quod ibo a spiritu tuo, & a facie tua quod fugiam? Si descendero in abyssum ades, &c.

Liberat pater, liberat filius, liberat spiritus sanctus. De patre in Psalmo septuagesimo septimo: Et rememorati sunt quia deus adiutor eorum est, & deus excelsus liberator eorum est. Et in Psalmo quinquagesimo sexto: Clamabo ad deum altissimum, ad dominum qui benefecit mihi, misit de cælo & liberauit me, &c.

*Ioan. 8.* De filio in Euangelio: Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. De spiritu sancto in Apostolo: Spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Et: Vbi spiritus domini, ibi & libertas.

Increpat pater, increpat filius, increpat spiritus sanctus. De patre in Psalmo centesimo quinto: Ut notam faciat potentiam tuam, increpauit rubro mari & siccatum est. De filio in Euangelio: Et surgens increpauit uento & mari, & facta est tranquillitas magna. De spiritu sancto in cantico Exodi: Et per spiritum iracundiæ tuæ diuisa est aqua, gelauerunt fluctus in medio mari.

Aduocatus

**A** Aduocatus filius, aduocatus spiritus sanctus. De filio in epistola Ioannis Apostoli: Filioli, nolite peccare: Quod si peccauerimus, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. De spiritu sancto in Euangelio: Ego rogabo patrem, & alium paracletum aduocatum dabit uobis, spiritum ueritatis.

Interpellat filius, interpellat spiritus sanctus. De filio ad Romanos: Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, magis autem & resurrexit, qui est in dextera dei, qui etiam interpellat pro nobis. De spiritu sancto ubi supra: Si autem quod non uidemus speramus, & per patientiam expectamus. Similiter autem & spiritus infirmitatem nostram interpellat.

Aedificat pater, aedificat filius, aedificat spiritus sanctus. De patre ad Corinthios: Dei sumus adiutores, dei aedificatio estis. Et iterum: Si aliquid abundantius gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis deus in aedificationem fidelium. De filio in psalmo centesimo quadragesimo sexto: Aedificans Hierusalem dominus, & dispersos Israël congregans. De spiritu sancto in Iudith: Magnus es tu & clarus, & admirabilis in uirtute. Et infra: Tibi seruiat omnis creatura tua, quia tu dixisti & facta sunt, misisti spiritum tuum & aedificata sunt.

Castitatem dat pater, dat filius, dat spiritus sanctus: De patre in Esdra: Tu deus fortis magnus, & ualens, & metuendus, qui custodis testamentum & misericordiam. De filio in Apostolo: Timeo autem, ne sicut serpens astutia sua seduxit Euam, ita corrumpantur sensus nostri a castitate quæ est in Christo Iesu. De spiritu sancto in epistola Petri Apostoli: Animas uestras per spiritum castificate ad obedientiam fidei.

Habitat pater in credentibus, habitat filius, habitat spiritus sanctus. De patre in Esaia: Hæc dicit dominus deus omnipotens: Obseruate diem sabbati, & sanctificate eum, ut habitem in medio uestri. De filio in Apocalypsi: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis in terris. Et in Esaia: Et inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, dicit dominus. De spiritu sancto ad Corinthios: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis?

Cognoscitur pater, cognoscitur filius, cognoscitur spiritus sanctus. De patre ad Galatas: Nunc autem cognoscetes deum, imò cogniti a deo. Et in Epistola Ioannis: Scribo uobis patres, quia cognouistis eum qui ab initio est. De filio & patre in Euangelio: Ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. De spiritu sancto in Euangelio: Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, spiritum ueritatis. Et infra: Vos autem cognouistis eum, quia uobiscum est.

Eligit pater, eligit filius, eligit spiritus sanctus. De patre in Apostolo: Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui elegit nos ante constitutionem mundi. De filio in Euangelio: Non uos me elegistis, sed ego uos elegi de mundo. De spiritu sancto in Actibus: Cum ergo ieiunassent & orassent, dixit eis spiritus sanctus: Segregate mihi Barnaban & Paulum in opere quo elegi eos.

Regnat pater, regnat filius, regnat spiritus sanctus. De patre in Euangelio: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest uidere regnum dei. De filio in psalmo nonagesimo quinto: Dicite in gentibus, dominus regnauit a ligno: De spiritu sancto in Solomone: A spiritu domini data est potestas uobis. Et infra: Et cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis.

Scrutatur pater, scrutatur filius, scrutatur spiritus sanctus. De patre in psalmo centesimo trigesimo octauo: Proba me domine, & scito cor meum, scrutare me, & cognosce semitas meas. De filio in Apocalypsi: Et scient omnes ecclesie, quia ego sum scrutator cordis & renum. De spiritu sancto in Apostolo: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei.

B Probat

**C** Probat pater, probat filius, probat spiritus sanctus. De patre ad Theffalonios: Ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed deo, qui probat corda nostra. De filio in Solomone: Sicut aurum in fornace probauit eos, & inuenit eos dignos se. De spiritu sancto in Solomone: Spiritus domini probat corda, & terminabit autem impios a terra.

Testificatur pater, testificatur filius, testificatur spiritus sanctus. De patre in psalmo octauo decimo: Testimonium dei fidele, sapientiam praestans paruulis. De filio ad Timotheum: Praecipio tibi coram deo, qui confirmat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato. De spiritu sancto in Apostolo: Nam ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro.

Creator dicitur pater, hoc & filius, hoc & spiritus sanctus. De patre ad Ephesios: Illuminare omnes quae sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in deo qui omnia creauit. De filio ad Romanos: Coluerunt, & seruiuerunt creaturae potius quam creatori, qui est super omnia deus benedictus in secula. De spiritu sancto in Solomone: Et uident, & dinumerauit, & mensus est omnia, ipse creauit ea per spiritum sanctum.

Dux dicitur pater, hoc filius, hoc spiritus sanctus. De patre in Deuteronomio: Et dixit Moyses ad omnem synagogam filiorum Israel: Scitote & intelligite, quoniam in manu forti, & brachio excelso eduxit uos deus uester de medio Aegyptiorum. De filio in Esaia: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de fortibus eius, donec ueniat cui repositum est, & in nomine eius Gentes sperabunt. De spiritu sancto in Ezechiele: Eduxit me spiritus domini, & posuit me in medio campo, & erat plenus ossibus mortuorum.

**D** Vocat pater, uocat filius, uocat spiritus sanctus. De patre ad Corinthios: Vnumquemque sicut uocauit deus ita ambulet, sicut etiam in ecclesijs omnibus deo. De filio in Euangelio: Transiente Iesu uidit hominem quendam sedentem ad teloneum, Matthaeum nomine, & uocauit eum & dixit ei: Sequere me. De spiritu sancto in Actibus: Et cum seruirent deo dixit eis spiritus sanctus: Separate mihi Barnaban & Paulum in opere quo uocauit eos.

Misericors pater, hoc filius, hoc spiritus sanctus. De patre in Apostolo: Deus autem qui diues est in misericordia, in magna charitate misertus est nostri. De filio in Euangelio: Misereor huic turbae, quoniam triduum habent, & dimittere eos ieiunios nolo. De spiritu sancto in Zacharia: Ecce ego effundam super domum Dauid, & super eos, qui habitant in Hierusalem, spiritum gratiae & miserationis.

Templum patris, templum filii, templum spiritus sancti. De patre in Apostolo: Templum enim dei sanctum est, quod estis uos: Nemo uos fallat: Si quis templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. De filio in Apocalypsi: Et platea ciuitatis auro mundo, & templum in ea non uidi: dominus autem & agnus templum eius est. De spiritu sancto ad Corinthios: An ignoratis, quoniam corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti, quem habetis a deo?

Constituit pater, idem filius, idem spiritus sanctus. De patre Hieremias: Dixit dominus deus: Ecce ego constitui te hodie super gentes & regna, ut euellas & destruas, & reaedifices, & plantes. De filio in Actibus: In die quo Apostolus elegit per spiritum sanctum, quibus constituit praedicare Euangelium. De spiritu sancto, ubi supra: Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus constituit Episcopos.

Manifestat pater, manifestat filius, manifestat spiritus sanctus. De patre ad Romanos: Quia quod notum est dei, manifestum est in illis: deus enim illis manifestauit. De filio in Euangelio: Hoc primum signorum fecit Iesus in Chana Galilaeae, & manifestauit potentiam suam. De spiritu sancto ad Corinthios: Vnicuique

**A** Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem.

Ostendit pater, ostendit filius, ostendit spiritus sanctus. De patre ad Timotheum: Ut serues mandatum sine macula irreprehensibile, usque ad aduentum domini nostri Iesu Christi, quem in suis temporibus ostendet beatus, & solus potens Rex regum, & dominus dominantium. De filio in Euangelio: Dico uobis amicis meis, ne timeatis eos qui occidunt corpus, & post haec non habent amplius quod faciant: ostendam autem uobis quem timeatis. Et in Euangelio: Multa bona opera ostendi uobis, propter quod horum opus lapidatis me. De spiritu sancto ad Corinthios: Sermo meus, & praedicationis mea non in suauitate sapientiae uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis.

Mensuram dat pater, mensuram dat filius, mensuram dat spiritus sanctus. De patre ad Romanos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, unicuique sicut deus partitus est mensuram fidei. De filio ad Corinthios: Sed & nos ipsi inter nosmetipsos metuentes, & comparantes nosmetipsos nobismetipsis, non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulae, qua mensus est nobis dominus Iesus mensuram pertingendi usque ad uos. De spiritu sancto in Solomone: Spiritus sapientiae replet pacem, & dat salutis fructum, uident, & dinumerauit, & mensus est utraq; in dono dei.

Modestia patris, modestia filii, modestia spiritus sancti. De patre in Hieremia: Deus qui modestia tua sancta constituisti omnia, deprecor ut des seruis tuis gratiam in conspectu regis Babylonis, cui pro peccatis nostris & patrum nostrorum tradisti nos. De filio ad Corinthios: Obsecro autem uos, fratres, per mansuetudinem & modestiam Christi. De spiritu sancto in epistola Petri Apostoli: Non extrinsecus capillorum implicitus, aut auri circundatio, aut habitus uestimentorum cultior, sed qui abscondus est homo in incorruptibili modestia spiritus, qui est ante deum locuples.

Misit pater, misit filius, misit spiritus sanctus. De patre in Apostolo: Misit deus filium suum in similitudine carnis peccati. De filio in Euangelio: Misit uos ubi non seminastis. De spiritu sancto in Actibus, Petro haesitate de uisus: Dixit ei spiritus sanctus: Surge, uade cum illis, quoniam ego misit eos.

Protegit pater, protegit filius, protegit spiritus sanctus. De patre in psalmo octogesimo tertio: Protector nunc aspice deus, & respice in faciem Christi tui. De filio in psalmo sexto decimo: Custodi me domine ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege me. De spiritu sancto in Solomone: Spiritus domini pro tectio est, & firmamentum uirtutis.

Digitus patris, digitus filii, digitus spiritus sancti. De patre in Exodo: Dixerunt Magi Pharaoni regi: Digitus dei est. Item ibi: Et accepit Moyses duas tabulas scriptas digito dei. De filio in Euangelio: Et inclinans se Iesus digito scribebat in terra. De spiritu sancto in Euangelio: Si ego in digito dei eicio daemones, utique appropinquauit in uobis regnum dei. In alio loco: Si ego in spiritu dei eicio daemones, scitote quia peruenit in uos regnum dei.

Fides patris, fides filii, fides spiritus sancti. De patre ad Romanos: Quid enim si quidam illorum non crediderunt, nunquid incredulitas illorum fidem dei euacua bit? De filio in Apostolo: Quod autem uiuo in carne, in fide uiuo filii dei, qui dilexit me. De spiritu sancto ubi supra: Habentes eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum.

Praedixit pater, praedixit filius, praedixit spiritus sanctus. De patre in Actibus: Deus autem, qui praedixit per os sanctorum Prophetarum suorum iuxta Christum suum impleuit. De filio in Euangelio: Et nuntiate fratribus, quia praecedet uos in Galilaea, ibi eum uidebitis, ecce praedixi uobis. De spiritu sancto in Actibus:

**C** Stans uero Petrus cum undecim eleuata uoce dixit: Viri fratres, oportet impleri  
*Act. 1.* scripturam quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum.  
 Docet pater, docet filius, docet spiritus sanctus. De patre in psalmo septuagesimo: Docuisti me deus à iuuentute mea. Et in centesimo quadragesimo tertio: Benedictus dominus deus, qui docet manus meas ad prælum, & digitos meos  
*Mar. 6.* ad bellum. De filio in Euangelio: Et circuibat Iesus ciuitates omnes, & castella,  
*Matth. 5.* docens in synagogis eorum. Et iterum: Cum sedisset aperuit os suum, & docebat eos.  
*Ioan. 16.* De spiritu sancto in Euangelio: Cum autem uenerit paracletus ille spiritus sanctus ueritatis, docebit uos ueritatem.  
 Imperat pater, idem filius, idem spiritus sanctus. De patre in Epistola Petri  
*2. Petri. 1.* secunda: Hæc enim facientes non errabitis, sed ministrabitur uobis introitus in æternum imperium dei. De filio in Euangelio: Surde & mute spiritus, ego tibi  
*Mar. 9.* æternum imperium dei. De spiritu sancto in Iob: De spiritu domini datur glacies super terram. Et infra: Imperio suo fecit niuem, potentia sua girauit  
*Eccl. 43.* cœlum in circuitu gloriæ suæ.  
 Disciplina patris, disciplina filij, disciplina spiritus sancti. De patre in Solo  
*Prover. 3.* mone: Fili ne neglexeris disciplinam dei, neque deficias ab eo correptus. De filio in Psalmo septimo decimo: Dextera tua suscepit me, & disciplina tua ipsa me docebit, & doctrina tua diriget me in finem. De spiritu sancto in Solomonet  
*Prover. 22.* Spiritus enim disciplinæ effugiet fictum, & aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.  
**D** Insufflat pater, insufflat filius, insufflat spiritus sanctus. De patre in Genesi: Et fecit deus hominem ad imaginem suam, & insufflauit in faciem eius spiritum uitæ, & factus est homo in animam uiuentem. De filio in Euangelio: Et insufflauit in faciem discipulorum suorum dicens: Accipite spiritum sanctum. De spiritu sancto in Ezechiele: Hæc dicit dominus: A quatuor uentis ueni spiritus, & insuffla super mortuos istos, & reuiuifcent.  
*Hier. 23.* Implet pater, implet filius, implet spiritus sanctus. De patre in Hieremia: Hæc dicit dominus deus Israël: Cœlum & terram impleo. De filio in Apostolo: Dominus autem impleat corda uestra omni opere & sermone bono. De spiritu  
*Philip. 4.* sancto in Actibus: Factus est subito sonus tanquam spiritus ualidi, & impleuit omnem locum in quo erant sedentes.  
*Act. 1.* Donum dei patris, donum filij, donum & spiritus sancti. De patre in Apostolo: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex uobis, dei donum est. De  
*Rom. 11.* filio in Solomone: Quia nemo esse potest continens, nisi deus det, & hoc ipsum  
*Sap. 8.* sapientiæ erat scire cuius esset hoc donum. De spiritu sancto in Actibus: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque in nomine domini Iesu Christi, & accipietis donum spiritus sancti.  
*Act. 2.* Loquitur pater, loquitur filius, loquitur spiritus sanctus. De patre in Psalmo sexagesimo primo: Semel locutus est deus, duo hæc audiui. Et: Deus locutus est in sancto suo. De filio in Euangelio: Loquente Iesu ad turbas, Ecce mater eius & fratres foris stabant, quærentes loqui cum eo. Item ibi: Loquor  
*Mar. 3.* uobis, & non creditis. De spiritu sancto in Apostolo: Spiritus est qui loquitur mysteria.  
*1. Cor. 14.* Retribuet pater, retribuet filius, retribuet spiritus sanctus. De patre in Apostolo: Si tamen iustum est apud deum retribuere hijs, qui uos tribulant, tribulationem, & uobis qui tribulamini requiem. De filio in Apostolo: Mihi uindictam, ego retribuam dicit dominus. De spiritu sancto in Iudicum: Si enim con-

**A** enim congregauerint se in unum, & uenerint ad terminos Hierusalem, & expugnauerint uos, ego mittam spiritum meum, & retribuet eis quæ ipsi retribuerunt uobis.

Respicit pater, respicit filius, respicit spiritus sanctus. De patre in Genesi: *Gen. 4.* Respexit deus in Abel, & super munera eius: Super Cain autem & munera eius non respexit. De filio in Euangelio: *Matth. 9.* Respicens Iesus Cogitationes eorum dixit: Quid cogitatis mala in cordibus uestris? De spiritu sancto in Apocalypsi: *Apoc. 5.* Hii sunt septem spiritus, qui inspiciunt uniuersam terram.

Placuit patri, placuit filio, placuit spiritui sancto. De patre in Apostolo: *Rom. 1.* Placuit deo, qui me segregauit ex utero matris meæ, ut reuelaret filium suum in me. Et in Psalmo: Placuit deo super uitulum nouellum, cornua producta & ungulas. De filio in Psalmo sexagesimo septimo: Montem in quo placuit deo habitare, in eo etenim dominus habitabit usque in finem, &c. De spiritu sancto in Actibus: Placuit spiritui sancto & nobis, nihil amplius oneris imponere uobis, &c. *Act. 15.*

Intellectum dat pater, hoc filius, hoc spiritus sanctus. De patre in Psalmo quinto decimo: Benedicam dominum qui mihi tribuit intellectum. De filio in Apostolo: *2. Timo. 2.* Intellige quæ dico, dabit enim tibi dominus intellectum. De spiritu sancto ubi supra: Ideo & nos ex qua die audiuiimus, non cessamus pro uobis *Coloss. 1.* orantes & postulantes, ut impleamini agnitione uoluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritali.

Mundat pater, mundat filius, mundat spiritus sanctus. De patre in Ezechiele: Et saluos eos facit de uniuersis sedibus suis, in quibus peccauerunt, mundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis deus, seruus meus Dauid rex super eos, & pastor erit omnium eorum. De filio in Euangelio: *Matth. 3.* Habens uentilabrum in manu sua, & mundabit aream suam, & congregabit fructum in horrea sua, paleas autem comburet igni inextinguibili. Et: Caro & sanguis filij eius mundat nos ab *1. Ioan. 1.* omni peccato. De spiritu sancto in Esaia: Et mundabit dominus sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem emundabit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris.

Illuminat pater, illuminat filius, illuminat spiritus sanctus. De patre in Psalmo septimo decimo: Tu illuminabis lucernam meam, domine deus meus illumina tenebras meas. De filio in Apostolo: *1. Corin. 4.* Cum autem uenerit dominus, & illuminauerit abscondita tenebrarum, & palam faciet cogitationes cordis eorum. Et iterum: Exurge qui dormis, & eleua te à mortuis, & illuminabit te Christus. *Eph. 5.* De spiritu sancto in Apostolo: Ut fulgeat in eis illuminatio spiritus sancti.

Apparuit pater, filius, spiritus sanctus. De patre in Actibus: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham cum esset in Mesopotamia. De filio in Ioannis Epistola: Ipse apparuit filius, ut soluat opera diaboli. De spiritu sancto in Iob: Et spiritus apparuit in oculis meis, & horruerunt capilli mei, & uultum & speciem non uidi, sed tantum uocem audiebam. *Act. 7.*

Veritas pater, ueritas filius, hoc & spiritus sanctus. De patre in Psalmo tricésimo: Redemisti me domine deus ueritatis, in manus tuas commendo spiritum meum. De filio in Euangelio: Ego sum uia, ueritas, & uita. Item ipse ad patrem: Sermo tuus ueritas est. De spiritu sancto in Epistola Ioannis: Spiritus est ueritas.

Mandat pater, mandat filius, hoc & spiritus sanctus. De patre in Psalmo sexagesimo septimo: Manda deus uirtuti tuæ. Et: Mandauit in æternum testamentum suum. De filio in Euangelio: Hæc mando, ut diligatis inuicem. De spiritu sancto in Esaia: Veruntamen legitima mea custodite, quæ ego mando

**C** uobis in spiritu meo, dicit dominus.  
**Iob. 32.** Inspirat pater, inspirat filius, & spiritus sanctus. De patre in libro Iob: Spiritus est qui fecit me, & inspiratio omnipotentis dei qui docet me. De filio in Psalmo septimo decimo: Ab increpatione tua domine, & ab inspiratione spiritus irae tuae. De spiritu sancto in Euangelio: Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, &c.  
 Significat pater, significat filius, hoc & spiritus sanctus. De patre in Psalmo quinquagesimo nono: Deus repulisti nos, & destruxisti nos. Et infra: De disti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus. De filio in Apocalypsi: Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi deus offerere seruis suis, & significauit, mittens per angelum suum seruo suo Ioanni. De spiritu sancto ad Hebraeos: Non sine sanguine, quem offert pro se, & pro populi ignorantia, significante hoc spiritu sancto.  
**Euangelium dei patris, Euangelium filij, Euangelium spiritus sancti.** De patre ad Timotheum: Et si quid aliud sanae doctrinae aduersatur, quae est secundum Euangelium gloriae beati dei. De filio ad Ephesios: Interficiens inimicitiam in semetipso, & ueniens Euangelizauit pacem. Item ibi: Testis enim mihi est deus, cui seruo in spiritu meo in Euangelio filij eius. De spiritu sancto in Epistola Petri: Vobis autem monstraueunt haec, qui uobis Euangelizauerunt in spiritu sancto.  
**Illuxit pater, illuxit filius, illuxit spiritus sanctus.** De patre in Apostolo: Deus autem qui dixit de tenebris lumen splendescere illuxit in cordibus uestris. De filio in Psalmo centesimo septimo decimo: Benedictus qui uenit in nomine domini deus dominus & illuxit nobis. De spiritu sancto in Propheta: Non absconditur ultra facies mea ab eis, pro eo quod illuxit spiritus meus super uniuersam domum Israel, dicit dominus.

IDACII CLARI HISPANI ADVERSUS  
 VARIMADVM ARIANVM  
 LIBRI FINIS.

CYRILLVS

CYRILLVS ALEXAN-

DRINVS EPISCOPVS, ET SYNODVS  
 QVAE CONVENIT APVD ALEXAN  
 DRIAM, NESTORIO DOMI  
 NO SANCTO ET FRATRI.



**V**m Saluator noster aperte pronuntiet: Et qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus: quid nos patiemur, qui deposcimus a tua religione, ut te super Christum saluatorem omnium diligamus? Quis enim nobis in die iudicij subuenire poterit: aut quam satisfactionem reperire poterimus, ita diuturnum silentium prolatis a te contra eum blasphemis continentes? Et si quidem te tantummodo laederes, docens ista uel sentiens, sollicitudo nobis minor existeret. Cum uero totam scandalizaueris ecclesiam, & fermentum insolitae prauitatis, & nouae haeresis miscueris in populis, non tantum ibidem positus, sed ubique existentibus: nam tuarum expositionum libri per cunctum uulgatum sunt orbem, quae super nostro silentio ratio ultra, uel excusationis sermo sufficiat. Aut quomodo non necesse sit meminisse Christi domini, sic dicentis: Non putetis, quod uenerim pacem mittere in terram, sed gladium: ueni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam. Nam cum laeditur fides, parentum reuerentia uelut inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios fratresque uitatur. Ad postremum super ipsam uitam mors potius a pijs uiris eligitur, ut meliorem resurrectionem, sicut scriptum est, consequatur. Ecce itaque te simul cum sancta Synodo, quae apud amplam urbem Romam congregata est, praesidente sanctissimo, & uenerandissimo fratre, & communi sacerdote nostro Celestino Episcopo, hijs scriptis iam tertio conuenimus, consiliu dantes, ut te a tam prauis abstineas, distortisque dogmatibus, quae & sentire dignosceris & docere: recipias uero fidem rectam, ecclesijs per beatissimos Apostolos, & Euangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt, & ministri uerbi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit, iuxta dilectionem literis praesentiam sanctissimi & uenerandissimi consacerdotis nostri Romanae praesulis ecclesiae Celestini, scias te nullam sortem habere nobiscum, nec locum aut colloquium cum dei sacerdotibus & Episcopis obtinere: Non enim fas est contemnere nos ecclesias ita turbatas, & scandalizatos populos, fidemque rectissimam uiolatam, uel dissipatam: quin etiam gregem quem custodire debueras, & iuxta nos amator recti dogmatis, extitisses sanctorum patrum uestigia pia consecrans. Omnes itaque, quos propter fidem tuam religio a communione remouit, aut ab ordine suo deposuit, laicos & clericos, in nostram communionem recipimus. Non enim iustum est eos tuis decretis opprimi, qui nouerunt recta sentire, qui etiam bene facientes tibi prudentissime resisterunt. Hoc idem namque in epistola, quam misisti ad praesulem amplae Romanae sanctum & coepiscopum nostrum Celestinum significare curasti. Non autem sufficit tuae religioni, solummodo fidei symbolum confiteri, quod expositum est per idem tempus sancti spiritus largitate, a uenerando Concilio apud Nicenam congregato: hoc enim nec intellexisti, nec recte interpretatus es: quinimo peruerse, licet sono uocis ea uerba protuleris, sed consequens est, & iure iurando fateri te, quod anathematizes fidem tuam pollutam, & prophana dogmata: sentias & doceas quae nos uniuersi, siue per orientem, seu per occidentem Episcopi, & magistrum, praesulesque populorum credimus & docemus. Epistolis autem ab Alexandria tuae religioni directis ecclesiae, consensum praebuit, tam ea quae apud urbem Romanam conuenit sancta Synodus, quam etiam nos omnes uelut recte irreprehensibiliter conscriptis subdidimus.

Matth. 10

Synodus Romae celebrata

Non satis est Christiano symbolo utcumque subscribere

C subdidimus autē hijs literis nostris quæ sentire oporteat & decere, & à quibus abstinere conueniat. Hæc est enim fides catholice & apostolice ecclesie, cui cuncti consentiunt orthodoxi per orientem, occidentemq; Pontifices.

C R E D I M U S in unum deum, patrem omnipotentem, & cætera. Sequentes itaq; per omnia sanctorum martyrum confessiones, quas loquente in eis sancto spiritu protulerunt, & intentioni quæ est in eorum intellectibus æquis uestigijs inhærentes, atque iter ambulantes regium, profitemur ipsum unigenitum dei uerbum deum, natum ex ipsa patris essentia, de deo uero deus uerus, lumen de lumine, per quæ omnia facta sunt, siue in cælis, siue in terra, salutis nostræ causa descendens, ad exanationem sese dignatus est inclinare. Incarnatus autē, & homo factus, id est, carnem de uirgine sancta suscipiens, eamq; propriam faciens, natiuitatem nostram ex uulua sustinuit; homo de muliere procedens, nec quod erat abiiciens; Nam licet factus sit in assumptione carnis & sanguinis, tamē etiā sic quod erat deus, natura scilicet & ueritate persistens. Nec carnem itaq; dicimus in naturam deitatis esse conuersam, nec in substantiam carnis ineffabilem dei uerbi essentiam commutatam: inconuertibilis etenim est & incommutabilis, idemq; ipse iuxta scripturas iugiter permanens. Visus est autē & paruulus, sed & positus adhuc in cunabulis, & in sinibus genitricis uirginis constitutus, uniuersam creaturam replebat ut deus, genitori suo indiuisus existens: quod diuinum est enim, sine quantitate, & sine mole cognoscitur, nec ullis terminis continetur. Vnitum ergo carni uerbum dei secundum substantiam confitentes, unum adoramus filium, & dominum Iesum Christum; non seorsim ponentes hominem & deum, uelut inuicem sibi dignitatis & autoritatis unitate coniunctos: hoc enim nouitas uocis est, & aliud nihil: nec itē Christum specialiter nominantes, deum uerbum quod ex deo est, nec alterum similiter Christum specialiter, qui de muliere natus est, sed unum solummodo

D Christum, dei patris uerbum cum propria carne cognoscimus: Tunc enim etiā iuxta nos unctus est, quāuis spiritum dignis ipse contulerit, & non ad mensuram, sicut beatus Euangelista Ioannes adseruit. Sed nec illud dicimus, quod dei uerbum uelut in homine comuni, qui de sancta uirgine natus est, habitauerit, ne deum homo Christus habitatorē possidere credatur. Quāuis enim uerbum habitauerit in nobis, & dictum sit, in Christo habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter, attamē intelligimus eum quod caro factus, non sicut in sanctis habitare dicatur, nec talem in ipso habitationem factam definire tentauimus, sed unitus iuxta naturam, nec in carnem penitus commutatus, talem sibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus. Vnus igitur est Christus filius dominus noster, non uelut coniunctionem quamlibet, aut unitatem dignitatis & autoritatis hominis habentis ad deum; non enim potest unire naturas sola dignitatis æqualitas. Deniq; Petrus & Ioannes æqualis sunt alterutrius dignitatis: propter quod & Apostoli, & sancti discipuli esse monstrantur: uerū tamen uterq; non unus est. Collationem uel connexionem coniunctionis animaduertimus: hæc enim ad unitatem non sufficit naturalē, nec secundum participationis affectum: sicut nos etiā adhaerentes domino unus cum eo spiritus sumus, imò potius coniunctionis nomen euitamus, tanq; non existens idoneum, quod si significet unitatis arcanum. Sed neq; deum, aut dominum Christum uerbum dei patris adserimus, ne iterum manifestius in duo diuidamus. Vnum Christum filium & dominum credimus, ne in crimen sacrilegij incidamus, deum illi seipsum facientis & dominum: unum quippe, sicut superius diximus, deum uerbum carni, secundum substantiam deus quidem est omnium, & dominator uniuersitatis: ueruntamen nec seruus est sibi ipse, nec dominus: Quia ineptum est, uel potius impium, hoc sentire uel dicere. Quamuis enim deum suum patrem dixerit, cum deus sit etiam ipse natura, & de illius essentia, tamen nullatenus ignoramus, quod manens deus homo quoq; factus est, qui sub deo iuxta debitam legem naturam humanitatis existeret, ipse uero sibi uel deus poterit esse,

uel dominus.

A uel dominus. Ergo sicut homo, quantum decenter exinanitionis mensuræ congruit, sub deo se nobiscum esse differuit, hoc etiam modo sub lege factus est, quāuis ipse promulgauerit legem, & legislator ut deus extiterit. Cauemus autē de Christo Nestorius pro dicere: Propter adsumptum ueneror adsumptum, & propter inuisibilem adoro uisibilem. Horrendum uero super hoc etiā illud adijcitur: qui susceptus est, cum eo qui susceptus est, quod nuncupatur deus: Qui enim hæc dicit, diuidit iterum in duos Christos eum qui unus est, hominem seorsim in parte, & deum similiter in parte constituens: Euidenter enim diuidit unitatem, qua non alter cum altero coadoratur, aut quod nuncupatur deus: Sed unus intelligitur Christus Iesus filius dei unigenitus, una seruitute cum propria carne uenerandus. Confitemur etiā, quod idem ipse, qui ex deo patre natus est filius unigenitus deus, licet iuxta naturam suam expers passionis extiterit, pro nobis tamen iecundum scripturas carne perpeffus sit, & erat in crucifixo corpore propriae carnis impassibiliter ad se referens passiones; gratia uero dei pro omnibus gustauit mortem, tradens ei proprium corpus, quamuis naturaliter ipse uita sit, & resurrectio mortuorum. Nam ut mortem ineffabili potentia proculcaret, ac primus in sua carne primogenitus ex mortuis fieret primitiæ dormientium, uiaq; faceret humanæ naturæ ad incorruptionis recursum, gratia dei, sicut supra dictum est, pro omnibus gustauit mortem, & tertio die resurgens spoliauit infernum. Idcirco quāuis dicatur, quod per hominem facta sit resurrectio mortuorum, tamē intelligimus hominem factum uerbum quod ex deo est, & per ipsum mortis imperium fuisse destructum. Veniet autē temporibus præfinitis, sicut est unus filius & dominus in gloria patris, ut iudicet orbem terrarum in æquitate, sicut scriptura testatur. Necessarie igitur & hoc adijcimus: adnuntiantes enim secundum carnem mortem unigeniti filij dei, id est, Iesu Christi, & resurrectionem eius, & in cælis ascensionem pariter confiteres, incruentam celebramus in ecclesijs sacrificij ueritatem. Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur, participes sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi, omnium nostrorum redemptoris, effecti, sicut communem carnem percipientes, quod absit: Nec ut uiri sanctificati, & uerbo coniuncti, secundum dignitatis unitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem, sed ut uere uiuificatricem, & ipsius uerbi propriam factam: uita enim naturaliter ut deus existens, quia propriae carni unitus. Et ideo quāuis dicat ad nos: Amen, amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non tamen ut hominis unius ex nobis existimare debemus, quo modo nihil iuxta naturam suam uiuificatrix esse caro hominis poterit, sed uere proprium eius factum, qui propter nos filius hominis & factus est, & uocatur. Eas autē uoces, quas Saluator noster in Euangelio protulit, non in duabus substantijs, aut personis omnino patimur: non enim duplex est unus Christus & solus, quāuis ex duabus diuersisq; rebus ad unitatem cognoscatur indiuiduam conuenisse: sicut homo quoq; ex anima costans & corpore, non duplex potius, sed unus est ex utroq;. Humanas ergo, & diuinas insuper uoces ab uno Christo dictas animaduertentes sentimus: cum enim deo dignissime loquitur de seipso: Qui me uidet, uidet & patrem. Et: Ego & pater unum sumus: diuinam eius ineffabilemque intelligimus naturam, secundum quam unum est cum patre suo, propter unam eandemque substantiam, imago & character, splendorq; gloriæ eius existens. Cum uero humanæ naturæ mensuram nullatenus inhonorans Iudæos alloquitur: Nunc me queritis occidere, hominem qui ueritatem uobis locutus sum, itē non minus eum, qui in similitudine & æqualitate patris est, deum uerbum etiam in mensuris humanitatis eius agnoscimus. Si autē necessario creditur, quod natura deus existens factus sit caro, imò potius homo animatus anima rationali, quæ causa est, ut in eius quilibet uocibus erubescat, si eas homine dignas effatus est: Si sermone homini congruentes abiicit, iuxta nos hominem fieri quod coegit: Cui uero se propter nos ad exinanitionem spontaneam misericorditer inclinari, quam

Diuina omni mole corporis carent.

Ioan. 3.

Coloss. 2.

Dignitatis æqualitas naturas non unit.

psal. 66.

Caro Christi.

Hebr. 1.

**C** quā ob causam dignos exinanitione sermones effugerit: Vni igitur personae cunctas eius in Euangelio uoces adscribimus, uni subsistentiae, uerbi scilicet incarnati: Quia unus est dominus Iesus Christus, ut scriptum est. Appellatum uero Apostolum & Pontificem confessionis nostrae, tanquam sacrificantem deo & patri fidei nostrae confessionem, quae a nobis ipsi, & per ipsum deo & patri incessanter offertur, iterum eum dicimus, qui ex deo est secundum naturam filius unigenitus, nec homini praeter eum alteri sacerdotij nomen & officium deputamus: Factus est enim mediator dei & hominum, & reconciliator ad pacem, semetipsum deo & patri pro nobis offerens in odorem suauitatis. Ideoque sacrificium & oblationem noluisse holo causa & pro peccato non tibi placuerunt, corpus autem perfecisti mihi: tunc dixi: ecce uenio, in capite libri scriptum est de me, ut faciam uoluntatem tuam. Obtulit enim primum corpus, non pro se, sed pro nobis in odorem suauitatis. Nam quae pro se oblatione uel sacrificio indigeret, ab omni peccato liber, ut deus existens?

**Rom. 3.** Quod si omnes peccauerunt, & egent gloria dei, secundum hoc quod sumus ad mutabilitatis excessum proniores effecti, et peccatis aegrotauit humananatura, ipse uero non ita, ideoque nos gloria eius euincimur, cur erit ultra iam dubium, quod agnus uerus propter nos & pro nobis sit immolatus? Qui dicit autem, quia semetipsum tam pro se, quam pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet: cum nihil prorsus iste deliquerit, nec ullum fecerit omnino peccatum. Quae igitur egeret oblatione, nullo suo extante facinore? Pro quo, si esset, satis admodum conuenienter offerret. De spiritu quoque cum dicit: ille me glorificabit: hoc rectissime sentientes, unum Christum & filium, non uelut alterius egentem gloria confitemur a spiritu sancto gloriam consecutum: quia spiritus eius nec melior, nec superior illo est. Sed quia mira opera faciens, ad demonstrationem suae deitatis uirtute proprii spiritus utebatur, ab ipso glorificari dicitur: Quae admodum si quis de hominibus adseueret, quod uirtus sua uel disciplina quemlibet unum clarificet. Quauis enim in sua sit substantia spiritus, & eius intelligatur in persona proprietates, iuxta id quod spiritus est, & non filius, attamen alienus non est ab illo: nam spiritus appellatus est ueritatis, & ueritas Christus est: unde & ab isto similiter sicut ex deo patre procedit. Denique hic ipse spiritus etiam per sanctorum manus Apostolorum miracula gloriosa perficiens, deum glorificauit Iesum Christum, postquam ascendit in caelum. Nam creditus est Christus, natura deus existens, per suum spiritum uirtutes efficiens, ideoque dicebat: de meo accipiet, & adnuntiabit uobis. Nequaquam uero participatione alterius idem spiritus sapiens aut potens dicitur: quia per omnia perfectus est, & nullo prorsus indigens bono. Nam paternae uirtutis & sapientiae, id est filij spiritus creditur: & ideo ipsa re & subsistentia uirtus & sapientia comprobatur. Igitur quia deum carni unitum iuxta subsistentiam sancta uirgo corporaliter peperit, idcirco eam dei genitricem esse confitemur: non quod uerbi natura existendi principium de carne sortita sit: erat enim in principio uerbum, & deus erat uerbum, & uerbum erat apud deum: & ipse est conditor saeculorum, patri coaeternus, & uniuersitatis creator: sed, quod superius diximus, iuxta subsistentiam sibi met uniuersam humanam naturam, natiuitate sustinuerit ex ipsa uulua corporea: Non quod egerit necessario, aut propter suam naturam natiuitate ista, quae est in extremis saeculi facta temporibus, sed ut ipsas benediceret substantiae nostrae primitias. Et dum cum carni unitum mulier edidisset, illa, quae aduersus omne genus humanum maledictio fuerat prolata, desineret, nec iam morti nostra corpora destinaret. Illud quoque quod dictum est:

**Gen. 3.** In tristitia paries filios, ipse dissoluens, uerum esse monstraret, quod Prophetae uoce praedixerat: Absorpta est mors in uictoria. Et iterum: Abstulit deus omnem lachrimam ab omni facie eorum. Propter hanc etenim causam dicimus eum dispensatori, & ipsis benedixisse tunc nuptijs, cum in Chana Galilaeae cum sanctis uocatus

**A** uocatus Apostolis, adesse dignatus est. Haec sapere sumus edocti a sanctis Apostolis, & Euangelistis, & ab omni scriptura diuinitus inspirata, nec non & a beatis patrum confessionibus ueritate subnixis. Hijs omnibus etiam tuam religionem concordare, & praeter aliquem dolum uel fictionem consentire conuenit. Quae uero religioni tuae anathematizare necesse est, huic epistolae nostrae subiecta sunt.

**S I Q V I S** non confitetur deum esse ueraciter Emmanuel, & propter hoc ipsam dei genitricem sanctam uirginem: peperit enim carnaliter uerbum quod ex deo est, secundum quod scriptum est: Et uerbum caro factum est, anathema sit.

Si quis non confitetur carne substantialiter unum esse uerbum patris, unum quoque esse Christum cum propria carne, & eundem ipsum sine dubio deum simul & hominem, anathema sit.

Si quis in uno Christo diuidit substantias post unionem, sola ea societate coniungens ea, quae secundum dignitatem est, uel etiam autoritatem, aut potestatem, & non magis conuenit ad unitatem naturalem, anathema sit.

Si quis duabus personis uel subsistentijs decernat eas uoces, quae tam in euangelicis, quam apostolicis literis continentur: uel etiam eas quae de Christo a sanctis dicuntur, uel ab ipso Christo de seipso: & aliquas quidem ex hijs tanquam homini, praeter dei uerbum, specialiter intelligat, applicandas crediderit, aliquas uero tanquam deo dignas soli uerbo dei patris deputauerit, anathema sit.

Si quis audet dicere Christum hominem *ανθρωποειδος*, id est, hominem deo utentem seu portantem, & non deum esse ueraciter dixerit, tanquam unicum filium per naturam, secundum quod uerbum caro factum est, participauerit nobis similiter carne & sanguine, anathema sit.

**B** Si quis dicit deum uel dominum esse Christi dei patris uerbum, & non magis eundem ipsum confitetur deum & hominem simul, propter quod uerbum caro factum est, secundum scripturas, anathema sit.

Si quis dicit tanquam in hominem Iesum deum uerbum fuisse operatum, & unigeniti dignitatem tanquam alteri praeter ipsum existenti tribuit, anathema sit.

Si quis audet dicere adsumptum hominem coadorari cum deo uerbo oportere, & conuocari deum tanquam alterum cum altero: adiectio enim unius syllabae hoc cogit intelligi: & non magis una reuerentia ueneratur Emmanuelem, unamque ei glorificationem dependit, iuxta quod uerbum caro factum est, anathema sit.

Si quis unum dominum Iesum Christum glorificatum dicit a spiritu sancto, tanquam ab aliena uirtute, qua per eum uteretur, & ab eo acceperit efficaciam contra mundos spiritus, & per eum implese diuina signa, & non magis proprium eius esse spiritum dicat, sicut & patrem, per quem signa operatus est, anathema sit.

Si quis Pontificem & Apostolum confessionis nostrae factum esse Christum diuina scriptura commemorat: obtulit enim semetipsum pro nobis deo patri in odore suauitatis. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum alium dixerit esse factum, praeterquam ipsum deum dei uerbum, quando factum est caro, & secundum nos homo, sed quasi alterum praeter ipsum specialiter hominem ex muliere: & si quis dicit, quia pro se obtulit seipsum in oblationem, & non magis pro nobis solis: non enim indiguit oblatione, qui peccatum nesciuit, anathema sit.

Si quis non confitetur carnem domini uiuificatricem esse, tanquam propriam ipsius dei uerbi, sed quasi alterius cuiuspiam praeter ipsum coniuncti quidem secundum dignitatem, aut secundum quod solam diuinam habitationem habuerit, & non potius, ut diximus, uiuificatrice esse, quia facta est propria uerbo dei, cui omnia uiuificare possibile est, anathema sit.

Si quis non confitetur deum uerbum carne passum esse, & carne crucifixum, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod est & uita, & uiuificator, ut deus, anathema sit.

# NESTORII BLAS-

PHEMIAE, QVIBVS CYRILLVM  
ALEXANDRINVM REFELLIT.



**S**I quis eum, qui est Emmanuel, deum uerum esse dixerit, & non potius, nobiscum deus: hoc est, inhabitasse eam quae secundum nos est naturam, per id quod unicus est nostrae, quam de Maria uirgine suscepit, matrem etiam dei uerbi, & non potius eius qui Emmanuel est nuncupauerit, ipsumque dei uerbum in carne uersum esse, quam accepit ad ostentationem deitatis suae, ut habitu inueniretur ut homo, anathema sit.

Si quis in uerbi dei coniunctione, quae ad carnem facta est, de loco in locum mutatione diuina sententia esse dixerit factam, eiusque diuinae naturae carnem capacem dixerit, ac partialiter unitam carni, aut iterum in infinitum in circumscriptione naturae cum extenderit carnem accipiendum deum, eundemque ipsum natura & deum dicat & hominem, anathema sit.

Si quis non secundum coniunctionem unum dixerit Christum, qui est etiam Emmanuel secundum naturam, ex utraque etiam substantia, tam dei uerbi quam etiam ab eo hominis suscepti, in una filii connexionione, quam etiam nunc inconfuse seruamus, minime confiteatur, anathema sit.

Si quis eas uoces, quae tam in euangelicis, quam in epistolis apostolicis de Christo, qui est ex utraque, scripta sunt, accipiat tanquam de una natura, ipsaque dei uerbo tentat passiones tribuere tam secundum carnem, quam etiam deitatem, anathema sit.

**D** Si quis unum esse post assumptionem hominis naturaliter dei filium audet dicere, cum sit Emmanuel, anathema sit.

Si quis post incarnationem deum uerbum alterum quempiam praeter Christum nominauerit, serui sane formam initium non habere cum deo uerbo, & increatum, ut ipse est, ipse dicere tentauerit, & non magis ab ipso creatam confiteatur, quam naturam dominum & creatorum & deum, quam & suscitare propria uirtute promissit: soluite, dicens, templum hoc, & in triduo suscitabo illud, anathema sit.

Si quis hominem, qui in uirgine creatus est, hunc esse unigenitum dixerit, qui ex utero patris ante luciferum natus est, & non magis propter unitatem, eum qui est naturaliter unigenitus, patris ingeni appellatione confiteatur eum participem factum, Iesum quoque alterum quempiam praeter Emmanuel dicat, anathema sit.

Si quis serui formam pro seipso, hoc est, secundum propriae naturae rationem, colendam esse dixerit, & non omnium dominam, & non potius per societatem, quam beata, & ex se naturaliter domini unigeniti naturae coniuncta est, ueneratur, anathema sit.

Si quis formam serui consubstantialiter esse dixerit spiritui sancto, & non potius per illius meditationem, quae est ad deum uerbum, & ex ipsa conceptione habuisse dixerit coniunctionem, per quas communes nonnunquam in homines miranda curatione exercuit, & ex hoc curandorum spiritu eueniebat esse potestatem, anathema sit.

Si quis illum in principio uerbum, pontificem & Apostolum confessionis nostrae factum esse, seque ipsum obtulisse pro nobis dicat, & non Emmanuelis esse Apostolum dixerit, oblationemque secundum eandem diuidat rationem ei qui uniuersum, & qui unicus ad unam communitatem filii, hoc est, deo quae dei, & homini quae sunt hominis deputans, anathema sit.

Si quis unitam carnem, ex naturae propriae possibilitate uiuificatricem esse dixerit, ipso domino & deo pronuntiantem: Spiritus est qui uiuificat, caro nihil prodest,

**A** dest, anathema sit. Spiritus est deus, at non pronuntiatum est. Si quis ergo deum uerbum carnaliter secundum substantiam carnem factum esse dicat, hoc autem modo & specialiter custodit, & maxime in domino Christo post resurrectionem suam discipulis suis dicentem: Palpate & uidete, quia spiritus ossa & carnem non habet sicut me uidetis, anathema sit.

Si quis confitens passiones carnis, eas quoque tanquam uerbo dei tribuerit, quas etiam carni in qua factus est, aut adhibuerit, non discernens dignitatem naturarum, anathema sit.

## EXEMPLAR SACRILEGAE EXPOSITIONIS NESTORII.



**N**os qui nunc in primis imbuuntur ecclesiastici dogmatis diligentia, aut ex aliquo uolunt Haretico errore ad ueritatem conuerti, doceri & confiteri oportet, quia credimus in unum deum patrem aeternum, neque postea incipientem ut esset, sed qui est de sursum aeternus deus: neque enim post ea factum patrem, quoniam utique semper deus erat, & pater. Credimus uero & unum dei filium unigenitum de substantia esse patris, sicut uere est filius, & eiusdem substantiae constitutum, cuius est & creditur filius. Et in spiritum sanctum, qui ex dei est substantia, non filium, deum uero esse substantiam, sicut eiusdem constitutus substantiae, cuius est deus & pater, ex quo secundum essentiam est. Nos enim, inquit, non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. A creatura quidem eius uniuersa separatus, deo uero unitus, ex quo essentialiter est specialiter modo praeter omnem creaturam. Quam non secundum substantiam, sed secundum causam creationis ex deo esse arbitramur. Sed neque filium aestimantes, neque per filium sumpsisse substantiam. Confitemur uero patris perfectam personam, & filii similiter, & sancti spiritus identidem, salua nobis pietatis ratione, id est, patrem & filium & spiritum sanctum non per aliquas diuersas substantias aestimantes, sed unam proprietatem deitatis cognoscentes. Oportet uero & de dispensatione, quam pro nostra salute, quam in domini Christi dispensatione dominus deus perfecit; scire, quoniam deus uerbum hominem perfectum assumpsit ex femine Abrahae & Dauid, secundum pronuntiationem diuinarum scripturarum. Hoc constitutum natura quod erat illi ex quorum erat & femine, hominem perfectum natura, ex anima intellectuali, & carne humana constantem, per quem hominem constitutum secundum nos per naturam, spiritus sancti uirtute in uirginis uulua firmatum, factum ex muliere, & factum sub lege, ut omnes nos a seruitutis lege redimeret: ante iam praedestinatum adoptionem accipientes inenarrabiliter sibi met uniens, mori quidem eum secundum legem humanam faciens, suscitans uero ex mortuis, & perducens in caelum, & considerare faciens ad dexteram dei. Unde super omnes constitutus principatus, & potestates, & dominationes, & uirtutes, & omne quod nominatur nomen, non solum in hoc seculo, uerum etiam & in futuro ab omni creatura accipit adorationem, sicut inseparabilem a diuina natura habens copulationem, relatione dei & intelligentia omni creatura adorationem exhibente. Et neque duos filios dicimus, neque duos dominos, quoniam unus filius patris secundum substantiam deus uerbum unigenitus filius patris, sicut iste coniunctus, & particeps constitutus filii communicat nomine & honore, dominus secundum essentiam, deus, uerbum, cui iste coniunctus honore communicat. Et ideo neque duos filios hos dicimus, neque duos dominos, quia manifesto constituto secundum substantiam domino & filio,

*Nestorij fides.*

*Gal. 1.*

**C** insepara-

inseparabilem tenet ad eum copulationē, qui causa nostrae salutis assumptus, confertur nomine & honore filio & domino. Non sicut unusquisque nostrum secundum seipsum constitutus est filius, unde & multi secum dū beatum Paulum dicimur filij, sed solus praecipuum habens hoc quod ad dei uerbi copulationem adoptione et dominatione participans. Aufer siquidem omnem suspicionem dualitatis filiorum & dominorum, praestat uero nobis in copulatione ad deum uerbum omnem haberet ipsius fidem & intelligentiam & theoriam, pro quibus & adorationem pro relatione dei ab omni suscipit creatura. Vnum igitur filium dicimus, & dominum Iesum Christum, per quem omnia facta sunt; Principaliter quidem deum uerbum intelligentes, substantialiter filium dei & dominum. Conspicantes autem assumptum a Nazaret, quem unxit deus spiritu & uirtute, sicut uerbi dei copulatione adoptionis participante & dominationis, qui & secundus Adam secundum beatum dicitur Paulum, sicut eiusdem quidem naturae constitutus cuiusdam. Demonstrans uero nobis futurum statum, & tantam habens ab illo differentiam, quanta si facta fuerit inter enarrabilia administrante in futuro seculo bona, & inter eum qui praesentium tribulationum dedit initium. Simili uero modo & secundus Adam uocatur, sicut secundum statum demonstrans: Quoniam primi quidem exordij factus est Adam mortalis, & passibilis, & multis plenus doloribus, cuius & nos suscepimus similitudinem. Secundi uero ostendit dominus Christus qui de caelo in futuro apparens, omnes nos ad suam perducit communionem. Primus enim, inquit, homo ex terra terrenus: secundus homo de caelo, id est, exinde appariturus, ut omnes ad imitationem perducatur suam. Unde subiunxit: qualis terrenus, tales & terreni: qualis coelestis, tales & coelestes: & sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem coelestis. In eo uero apparente, & ab omni uiso qui in futuro iudicandi sunt, inuisibiliter constituta faciet iudicium diuina natura. Tempore enim ignorantiae nostrae praetermissa faciet iudicium diuina natura. Tempore enim ignorantiae nostrae praetermissa faciet iudicium diuina natura. Tempore enim ignorantiae nostrae praetermissa faciet iudicium diuina natura. Tempore enim ignorantiae nostrae praetermissa faciet iudicium diuina natura.

Christus alter  
Adam dicitur

Omnis qui non salutarem poenitentiam suscepit, anathema sit.

Omnis qui non celebrat secundum diem Paschae  
secundum sanctae catholicae ecclesiae regulam, anathema sit.

CYRILLI

## CYRILLVS ALEXAN-

DRINVS EVOPTIO FRATRI  
ET CONSACERDOTI.

Egi quae a tua sanctitate nuper scripta sunt, admiratusque sum nimis affectus & charitatis, quae est in Christo, germanitate. Oportere autem existimo & nunc dicere, quod est uere in libro Pro uerbiorum scriptum: Frater a fratre adiutus, sicut ciuitas munita. Et mihi uidetur charitatis causam omni fieri ratione dignam apud scripturam diuinitus inspiratam, & recte satis: Nam plenitudinem legis habet, & alijs uirtutibus praestat hijs quae multo miraculo apud animas sanctorum complentur. Siquidem dicimus eam non in solis & puris uerborum prolationibus, sed rebus ipsis testimonium proferentibus. Sicut enim preciosissimi lapides, quos etiam Indicos esse aiunt, non ex eo quod quispiam de eis aliquid narrat, sed in eo quod uidentur, in admiratione sunt. Eodem arbitror modo clara pulchritudo charitatis ostenditur, cum ipsarum rerum perfectiones in omnibus existens causis testimonio comprobantur. Hanc itaque tua sanctitas uehementer exalrat, sanctorum prudenter sequendo uestigia, bonae gloriae uitae in semetipsa complectentia. Suscepi etiam nunc ad satisfactionem affectus qui in est tuae beatitudinis, directum Tomum quem coposuisse dicitur contra anathemata Theodoretus Cyri: Sic enim aiunt ciuitatulam nuncupari. Legens autem quae ibi sunt posita, retuli deo gratificos hymnos, nec destiti etiam illud dicens: Domine libera animam meam a labijs iniquis, & lingua dolosa. Inuenio enim meipsum ubique calumnijs impetiti, & hoc in uno quoque Capitulo patientem. Considerans autem quia, sicut aiunt quidam noti, dum non sit extra exercitium quia ad literas adinet uir ille, puto autem quoniam comprehenderit literarum sacrarum scientiam non medio crem, in tantum recessit a Capitulorum intelligenda uirtute, ut mihi iam de eo sit tale iudicium, quia ut quorundam desiderijs praestet, ignorantiam fingit, ne inordinata & superflua, sed potius congruenter aduersum nos derogationibus uti putetur. Quamuis difficile aut elatum nihil, sicut aestimo, sit penitus in hijs quae ei a nobis dicta noscuntur, neque obiectam habeant intelligentiam. Quia uero necessarium fuit, licet scriptum iam de istis a nobis sit, pauca dicere & ad ipsum, ne quis existimet taciturnitatem nos habuisse reprehensos, faciam satisfactionem, utens quantum est possibile breuitate. Oportebat equidem eum scripturis diuinitus inspiratis exercitatum, si fuit omnino eius intentio de diuinis sacramentis nobis proferre sermonem, sacrarum literarum solummodo facere mentionem, & ita contexere sancto decore narrationem, & non nobis ueteres fabulas, & iracundiam ad medium reportare: comparare namque dignatur meos sermones melo discordiae, ex hoc puto sapientiae suae uolens facere documentum. Unde & nos in multo magno miraculo dicta eius habuimus: Videtur enim ex multa nimis eloquentia, atque doctrina, melum non ignorare discordiae, sed neque Priami filium. Veruntamen haec nunc relinquentes, instantem potius exequamur intentionem.

Charitatis  
laus.

Indici lapides

Theodoretus  
Cyri Episcopus.

Eloquentia  
Theodoret.

C 2 CYRILLI

# CYRILLI ALEXAN-

DRINI EPISCOPI IN INTERPRETA-  
TIONEM XII. CAPITVLORVM QVAE CONTI-  
NEBANTVR IN EPISTOLA AD NESTO-  
RIVM PRAEFATIO.




Perta sunt omnia intellectum habentibus, & rectam scientiam inuenientibus, sicut scriptum est. Qui etenim ueloci puroq; mentis oculo sacra diuinæ scripturæ uerba legunt, ex eis utilitatem ueluti diuinum quendam & coelestem thesaurum animabus proprijs introducunt. Qui uero animum habent mendacis inclinatum, & quorundam effrenato ore uincuntur, & scientiæ profanz sunt amatores, illorum cõmunicatores erunt, de quibus beatus scribit Paulus, in quibus deus seculi huius excæcauit mentes infidelium. Et sicut ipse do-  
*2. Corint. 4.* minus alicubi dicit: Cæcus cæco si ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt. Ob-  
*Matth. 15.* loquuntur igitur quidam ueritatis dogmatibus, & diabolica peruersitate suam replentes mentem, adulterari conantur mysterium pietatis, cum carne dispensatione unigeniti non mediocrem faciunt plausum, non intelligentes neque quæ dicunt, neque de quibus adfirmant, sicut scriptum est. Inuentores autem huius impietatis fuerunt multi quidem, & alij priscis præteritisq; temporibus, nunc autem nihil illorum scelere discrepantes NESTORIVS, & qui cum eo secundum antiquos illos Phariseos insurgunt aduersus Christum, & impudenter exclamant:  
**D** Quare tu cum homo sis, facis teipsum deum? Fuit ergo necessarium & nos illorum exui uerbis, & anathematizare scelestam atque profana eorum dogmata, memoriam habentes dei dicentis per Prophetæ uocem: Sacerdotes audite, & con-  
*Amos 3.* testamini domui Iacob, dicit dominus omnipotens. Et rursus: Ite per portas meas, & lapides qui in uia sunt seponite. Oportet ergo nos pro ueritatis dogmatibus decertantes, e medio tollere scandala, ut nullo modo in eis offerrentes populi, per planam quodammodo ueniant semitam ad atria sacra atque diuina, ad  
*Psalm. 117.* singula quæq; dicentes: Hæc porta domini, iusti introibunt in ea. Nestorio itaque peregrinarum sacrilegarumq; blasphemiarum tumultum in suis ponente libris, necessario pro salute eos legentium cogitantes composuimus Anathemata, non quod fortuito uenissent in sensum inferentes in Epistola exhortatoria ad eum con-  
scripta, sed sicut nuper diximus, peregrina & aliena dogmatibus pietatis esse monstrantes eius inuenta uersanz. Offenduntur itaque meis sermonibus aliqui, aut non intelligentes horum quæ sunt scripta uirtutem, aut effecti scelestæ Nestorij Hereseos proectores, participijs impietate & eadem quæ ille sapientes, latent quidem nullum recte sapere solitorum, obumbrantes utique ueritatem. Verisimile est illorum inuentionibus seductos aliquos, non intelligere quo modo, & quem admodum facti sint, æstimauimus oportere unum quodque breuiter interpretari, Capitulum, uirtutemq; eorum ut bene se habere uideretur exponere: Erit enim, ut æstimo, res non inefficaci utilitate legentibus.

ANATHEA

## CYRILLI ALEXANDRINI ANATHE- MATISMVS PRIMVS.

**S**I quis non confitetur deum esse secundum ueritatem Emmanuel, & pro-  
pterea dei genitricem sanctam uirginem: genuit enim carnaliter carne factum ex deo uerbum: anathema sit.



## THEODORETI EPI-

SCOPI CYRI REPREHENSIO DVODE-  
CIM CAPITVLORVM AD IOAN-  
NEM ANTIOCHENVM.

**B** Alde dolui dum Anathemata legissem quæ direxisti, destruere ea à nobis ex scripto præcipiens, & hæreticorum sensum nudum omnibus intimare. Dolui autem, quia uir pascendi sortitus officium, cui grex tantus est creditus, & oues infirmas curare præceptus, languet quidem ipse, & uehementer implere, implere autem oues nititur ægritudine, & agrestibus bestijs sauius ea quæ sunt pascenda discepit. Illi. nanque ea quæ sunt dispersa, & à grege diuisa capientes dilacionem introducit obedientibus. Quod enim aperte rebellat, & custodi, latentem la-  
*Apertum ho-* quod uero sub amicitiarum figura insidias parat, inuenit id contra quod pugnat  
*stem facile uis-* incautum, eiq; infert facile læsionem. Vnde ab obsidentibus hostibus interiores  
*tamus.* sauiiores sunt proditores. Hoc ergo magis contristat, quod sub pietatis nomine atque figura, & sub pastoris dignitate consistens, in hæreticas & blasphemias uoces erumpit, & dudum extinctam A POLLINARIS inanem simul impiamq;  
*Apollinaris.* doctrinam renouat. Super hæc autem non solum talia allegare, sed & non consentientem suis blasphemias anathematizare præsumpsit. Si tamen ipsis ista sunt germina, & non inimicorum quispiam ueritatis, tanquam ex illo hæc componens, proiecit in medium, secundum illam fabulam, melum discordiæ in altum flammam exaltans. Nos autem quicumq; doctrinas euangelicas sequimur, non carnem naturaliter factam, neq; in carnem conuersum deum uerbum dicimus; inconuertibilis enim est immutabilisq; diuinitas. Vnde & Dauid propheta dicit: Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Quod Paulus maximus ueritatis præco de filio dictum in epistola ad Hebræos edocuit. Et alibi per Prophetam ait deus: Ego sum, & non mutabor. Si igitur inconuertibilis est immutabilisq; diuinitas, mutabilitatis est & conuersionis insusceptibilis. Si autem impossibile est mutari immutabilem, non factus est caro deus uerbum conuersus, sed adsumpsit carnem, & inha-  
bitauit

**C** habitauit in nobis, secundum euangelicam uocem; & hoc explanans sacratissimus Paulus in epistola ad Philippenses ait: Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis deo, sed semetipsum exinanuit formam serui suscipiens. Palam igitur ex hijs quæ dicta sunt, quia dei forma mutata non est in serui formam, sed manens quod fuit adsumpsit formam serui. Si igitur non est caro factum deus uerbum, sed carnem ut suam & rationalem animam adsumpsit, non ipse naturaliter ex uirgine natus est, conceptus, & factus, atq; formatus, & principium exinde ut esset adsumens, qui ante secula est, & deus est, & apud deum est, & cum patre est, & cum patre cognoscitur & adoratur. Sed templum sibi in utero uirginali fingens, erat cum concepto, & ficto, & formato, & nato. Qua gratia & sanctam illam uirginem dei genitricem appellamus: non tanquam deum naturaliter generarit, sed tanquam hominem unicum deo qui finxit eum. Si autem non est homo qui in utero uirginis fictus est, sed deus uerbum quod ante secula est, factura igitur spiritus, deus, uerbum: **Quod enim in ea nascitur, inquit Gabriel, ex spiritu sancto est. Si autem increatum est unigenitum dei uerbum, patriq; consubstantiale & coeternum, non est figmentum aut creatura spiritus. Si uero non deum uerbum in utero uirginis spiritus sanctus finxit, restat intelligi serui formam & fictam & formatam, & conceptam & natam naturaliter. Quia uero non nuda est à dei forma, sed templum erat inhabitantem habens, secundum Pauli uocem: In ipso enim, inquit, complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter: non hominis genitricem, sed & dei genitricem uirginem appellamus. Hanc quidem figmento, & formationi, & conceptui, hanc autem unitati ponentes appellationem. Propterea & natus infans Emmanuel appellatur: neq; deus humana natura separatus, neq; homo diuinitate nudus: Emmanuel enim nobiscum interpretatur esse deum, secundum euangelicam uocem: Nobiscum autem deus ex nobis pro nobis adsumptum significat, & adsumptum deum prædicat uerbum. Ergo infans Emmanuel propter assumptum deum, & dei genitrix uirgo propter unitatem dei formæ ad conceptam dei formam: non enim in carnem deus conuersus est, sed dei forma adsumpsit serui formam.**

## CYRILLI INTERPRETATIO.

**B** eati patres, qui per tempora in Nicænam ciuitatem conuenerunt, & recte atq; inderogabilis fidei terminum exposuerunt, credi dixerunt in unum deum patrem omnipotentem, omnium uisibilem inuisibilemq; factorem, & in unum dominum Iesum Christum filium eius, & in spiritum sanctum: ipsum dicentes ex deo patre natum uerbum, per quem omnia, lumen ex lumine, deum uerum ex deo uero, incarnatum, & hominem factum, passum, & resurrexisse: Deus enim existens secundum naturam unigenitum patris uerbum, semen Abraham apprehendit, sicut ait beatus Paulus, & proxime nobis participatus est sanguine & carne ex sancta uirgine, & homo apparuit secundum nos, non desinens esse deus, absit, sed existens quod erat, & permanens in diuinitatis natura atque gloria. Dicimus ergo ipsum hominem factum, non conuersionem passum in id quod non fuit, non immutationem: Semper enim est idem, & conuersionis obumbrationem pati non tolerat: Sed neque mixturam aut confusionem, aut temperamentum substantiæ eius ad carnem factam desinimus. Dicimus autem carni animam habentem rationalem unicum uerbum, sed ultra mentem, & ineffabiliter, & sicut solus ipse nouit. Ergo permansit deus & in adsumptione carnis, & est unus filius dei & patris dominus noster Iesus Christus. Idem ipse & ante omnne seculum & tempus, secundum quod intelligitur uerbum, & splendor substantiæ eius, & in nouissimis temporibus dispensatiue homo propter nos. Quia uero

**A** uero perimunt quidam secundum carnem natiuitatem eius, ex sancta uirgine factam pro salute cunctorum, non ut esset deus ei dantes principium, sed ut nos morte priuaret, absque corruptione factus est secundum nos. Pro hac causa primus noster anathematismus clamat contra illorum malam fidem, recte autem habere confitetur deum esse dicens uere Emmanuel, & ideo dei genitricem sanctam uirginem.

## CYRILLI OPPOSITIO.

**M** uim ualde declamauimus aduersus eos, qui confiteri non patiuntur deum carnem dei uerbum, quando factum est caro. Accusator uero horum sic recte dicitur, si non deum nouit uere existentem Emmanuel, si non natum secundum carnem ex sancta uirgine, carnem factum dei uerbum, secundum quod scriptum est, cur non potius clare dicit: Quid agis, o fortis, terribilis, & contrarias euomens uoces: cur extolleris aduersus dogmata ueritatis: Non est secundum ueritatem deus Emmanuel: neque dei genitrix sancta uirgo. At nos ita clamanti atq; dicenti, ex scriptura diuina resistentes, prudenter & apostolice atq; euangelice fidei traditionem, patrumq; confessionem, qui per tempora in Nicæa collecti sunt, proferentes satisfacimus: quia neq; recte, neq; honeste nostris dictis conatur insurgere, magis autem cum omnibus diuinis scripturis litigat impudenter. Sed sapiens & astutus expositor, quæ quidem dicebat, rite dici & necessarid prætermittens, & omnino cogitans de talibus nihil, ad aliam semitam pergit, quasi compelleretur oportere monstrare, quia conuersione superior est deus uerbum, & non in naturam transformatus est carnis, tanquam hoc obtinente, & uere declarare uolente nunc anathemate. Audiatur itaque qui obuiare hijs quibus contradicit nullo modo nouit, superflue loqueris homo, & sensu litigas odiofo, & hoc apud nos nouimus enim quia conuersionem & obumbrationem sustinere diuina & excellentissima natura non patitur, sed neque dei uerbum, esse non desinens hoc quod est, in naturam transit carnis. Quia uero ait à dei forma adsumptam serui formam, doceat transiens, si absque subsistentiis solæ secundum unitatem formæ conuenerunt alterutris. Sed existimo certabit ex hoc & ipse: Non enim similitudines simpliciter, non subsistentes & formæ conuenerunt alterutris, secundum unitatem dispensatiuam, sed rerum ipsarum siue subsistentiarum conuentus est factus, ut & inhumanationis ratio uere facta credatur. Ergo si dicimus carnem factum uerbum, non confusionem, non mixturam, non conuersionem, aut immutationem contigisse dicimus circa eum, sed unicum potius ineffabiliter & inenarrabiliter sancto corpori animam habenti intelligibilem. Quod autem uniri dicitur, non omnino confunditur, sed fit in adsumptione magis alterius. Adfirmamus igitur ex deo patre uerbum in adsumptione factum, sanctæ & animatæ carnis, unicumq; secundum ueritatem inconfuse, ex uulua ipsa processisse hominem, permansisse autem etiam sic deum uerbum: ideoq; & dei genitrix est sancta uirgo. Superfluum autem arbitror, oportere existimandum & hominis genitricem eam dici: si quidem essent aliqui ex multis uersania, qui dicerent dei uerbi naturam fontem ueluti quædam, & propriam essentiam principium habuisse carnem, forte fuisset aliquando non absurda & commendanda ratio, uolentibus eam etiam hominis nominari oportere genitricem. Quia uero abominabilis, & odiosa quidem apud omnes est huiusmodi sententia, intelligiturq; non aliter dei genitrix sancta uirgo, nisi primo susceperit quam fidem, hoc est, quia factus est caro, hoc est homo, uerbum ex deo patre: Non enim quodammodo diuinitatem nudam, sicuti dixi, peperit uirgo, quæ huius instantiæ uidetur utilitas, dicentium oportere nominari eam & hominis genitricem, sed sicut apparet, inuenta quædam ab eis est contra Christum hæc machinatio: Non enim patiuntur sapere, uel dicere ipsum qui ex deo & pa-

**C**tre est ante secula filium, in nouissimis seculi temporibus, inconfuse, in conuertibiliter ex uulua unitum carni, animam habentem rationalem, sicq; factum secundum nos hominem, sed tanquam unum sanctorum inhabitantem habentem deum predicare conantur, & suadent hæc sapienda, non considerantes, quia & in nobis est per spiritum, sicut & in sanctis templis omnium deus: Scriptum est enim: Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis: Si quis ergo templum dei corruerit, corrumpat illum deus: Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Sed licet nominemur templa deum habentia inhabitantem per spiritum, attamen alterum nouimus modum sacramenti secundum Christum: unam enim deo uerbo secundum ueritatem carnem adserimus, cum anima utiq; rationali. Libenter autem eum percunctar, utrum unitatem uerbi ad humanitatem, siue ad sanctum corpus animatum, intelligibiliter factam dicat secundum ueritatem, an potius cum alijs simul, & ipse secundum copulationem, quæ per habitudinem est sermo decibilis & inexistentis formæ, ad inexistentem & diuinam formam, aut etiam secundum alium modum, secundum solam filiationis homonymiam, id est uniuocationem, & secundum solam æqualitatem meritorum: si tamen aliquis modus iste copulationis intelligitur. Sed enim, sicut apparet, insunt nanijs inaniter, & interrogationes superflue faciunt, habente eius uoce aperta quoq; confessione.

**In** primo namq; Capitulo ipsis uerbis sic ait: Propterea natus in factis Emmanuel appellatur, neque deus humana natura separatus, neque homo diuinitate nudus. Oportebat igitur eum subtilem politamq; explanationem de istis efficere: Verum tamen illud interim designare conuenit: Ecce enim hic & satis clare interpretatus ipse unitatem humanæ naturæ, non separatam dicit deum, simul etiam confitetur, quia & unum secundum unitatem nouit existentem Christum, eundem utiq; & deum simul & hominem. Quomodo ergo non erubescet à nobis factos obiurgare sermones?

## CYRILLI ANATHEMATISMVS SECVNDVS.

**S**I quis non confitetur carni secundum substantiam unitum ex deo patre uerbum, unumq; esse Christum cum propria carne, eundem utiq; deum simul & hominem, anathema sit.

## THEODORETI REPREHENSIO.

**V**Num quidem Christum confitemur, sanctis Apostolorum obediens doctrinis, eundemq; propter unitatem & deum & hominem nominamus. Secundum substantiam uero unitatem modis omnibus ignoramus, tanquam peregrinam, & alienigenam à diuinis scripturis, & patribus qui eas interpretati sunt. Si autem hoc uult dicere per unitatem secundum substantiam, qui hæc genuit, quod temperamentum carnis & diuinitatis sit factum, contradicimus omni uirtute, & redarguimus blasphemiam: Necessè enim est temperamentum sequi confusionem, ingressaq; confusio auferit uniuscuiusq; proprietatem: Quæ enim temperantur, non permanent ut primo fuerunt. Hoc autem deo uerbo, & qui ex semine Dauid est dicere, absurdissimum est: oportet autem obedire domino, ostendenti duas naturas atq; dicenti Iudæis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud: Si autem temperatio facta est, neque deus permaneret deus, neque templum cognoscetur templum. Sed & templum deus, & deus templum hoc enim exigit ratio temperamenti. Et superflue dominus ait Iudæis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud: Oportebat enim dicere: Soluite me, & in tribus diebus suscitabor, si uere aliquod temperamentum factum fuisset, atque confusio.

Nunc

Temperamentum non esse in Christo.

**A** Nunc autem ostendit soluendum templum, & suscitantem deum. Superflua itaq; secundum substantiam unitas, quam pro temperamento nobis, sicuti puto, proponit. Sufficit autem dicere unitatem, quæ & naturarum proprietates ostendit, & unum edocet adorari Christum.

## CYRILLI INTERPRETATIO.

**S**anctus scribit Paulus, sacramentorum diuinorum sacerdos indubitanter: Magnum est pietatis mysterium, quod apparuit in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, predicatum est in Gentibus, creditum est in mundo, adsumptum est in gloria. Qui ergo manifestatus est in carne, hoc est, factus est caro, ex deo patre uerbum, non per transitionem, aut conuersionem suæ naturæ, sicuti dudum prædiximus, sed propriam faciens carnem, ex sancta uirgine sumptam, unusq; & idem appellatus filius, ante humanationem quidem sine carne adhuc uerbum, post inhumanationem uero idem incorporatus. Ideoq; dicimus eundem esse deum, quem simul & hominem proprie & particulariter positum in contemplatione, & in deum uerbum proprie, ut non duos intelligamus filios, sed unum eundemq; confiteres esse Christum, & filium, & dominum. Eos autem qui non se habere sic æstimant, aut credere nolunt, determinant uero in filios duos unum, & discernunt ab alterutris, quæ uere unita sunt, dicentesq; secundum solam dignitatem, siue autoritatem hominis factam copulationem ad deum, rectæ & immaculæ fidei esse dicimus alienos. Quocirca uel si Apostolus nominatur, uel si unctus dicitur, & filius prædestinatus dei, nequaquam in dispensatione confundimur: Ipsum autem dicimus ex deo patre uerbum, quando secundum nos factus est homo, nominatum tunc & Apostolum: unctum uero nobiscum secundum humanitatem: Qui enim factus est, ex nobis est, licet permansit quod fuit, nos tamen non respuit, sed suscepit potius simul humana mensuris humanitatis, propter dispensationem, nec ex hoc propriam nocens naturam uel gloriam: Est enim, est etiã sic deus, & omnium dominus.

## CYRILLI OPPOSITIO.

**E**Cce rursus iste fortis occasionem contra nos oris effrenati fortuitam facere studens, detrahit sermoni, id est secundum substantiam dicto: Determinat autem quod insolitum est ei, & peregrine eam prolatam adfirmat: non considerans, quia pro scelestorum Hæreticorum adinventionibus harum dictionum uirtus, ueritatem ediuerso examinans, destruere nititur, quod ab eis uidetur oppositum. Nestorio igitur ubiq; perimente dei uerbi secundum carnem natiuitatem, & solarum nobis dignitatum unitatem introducente, hominemq; deo copulatum dicente, filiationis homonymia, hoc est, uniuocatione honoratum, necessariò nos dictis illius repugnantes, secundum substantiam unitatem dicimus factam: hoc secundum substantiam nihil aliud declarantes, nisi quia solam uerbi naturam, siue substantiam, quod est ipsum uerbum, humanæ naturæ secundum ueritatem unitum, sine ulla conuersione atque confusione, sicuti sæpe diximus, unus intelligitur & est Christus, idem deus & homo. Hoc autem, sicut æstimo, & ipsi Theodoro uidetur, dicenti naturam humanam non separatim deum, neq; sine diuinitate humanitatem intelligi. Ergo neq; sine substantijs serui et dei formam unitam dicimus, neq; communem hominem æqualitate sola dignitatum honoratum, per habitudinem copulatum uerbo determinamus, sed eundem, sicuti dixi, filium dei unigenitum factum, uere in adsumptione unitæ ei carnis, animam habentis rationalem, hominem factum, cum etiã maneret deus. Sed astutus in uerbis, & callidus in contemplationibus, temperamenti esse significatiuam dictionem determinat, & dicere præsumit, & noxietates ex naturarum temperamento profert, quasi nobis ignoratibus, aut certe quodam modo

Unitas secundum substantiam.

**C** modo explanat, & uerbis ornat, æstimat forsitan alium nullum longa posse uti oratione, & quod ab alio dictum non est, quasi uerum se dicere, ut aliquis esse uideatur apud eos, qui ignorant recte discernere, qui sit qui inaniter fabuletur atq; mentiatur, & qui in directione ueritatis incedat, sapientiaq; & necessaria uerba contingat. Existimabam, fateor, eum in principio Capitulorum uirtutem non equidem ignorare, sed fingere, sicuti dixi, quasi uideretur ignorare, & hoc aliquibus impendere, ignorantem uero eum iam uere compèri.

## CYRILLI ANATHEMATISMVS TERTIVS.

**S**iquis in uno Christo diuidit subsistentias post unitatem, sola eas copulatione connectens, quæ secundum meritum, uel auctoritatem, uel potestatem est, & non potius conuentu secundum unitatem naturalem, anathema sit.

## THEODORETI REPREHENSIO.

**T**enebrosus quidem sensus, caliginosusq; dictorum, sed certa est horum ineptia pijs. Cui nanq; incertum est, quia copulatio & conuentus in nullo differant: nam & conuentus separatorum conuētus est, & copulatio diuisorum est copulatio. Sapientissimus autem horum uerborum pater quasi contraria posuit, ea quæ consonant: Non enim, inquit, oportet subsistentias copulatione connectere, sed conuentu, & conuentu naturali. Aut nesciens forte quod dicit, aut cognitione blasphemans. Natura enim quædam causa necessitatis est, & res sine uoluntate, ueluti quod dicam naturaliter esurimus, nō uoluntate hoc patimur, sed necessitate: alioqui hijs qui cum paupertate uiuunt mendicatione, sunt liberi non esuriendi, potestatem possidentes uoluntate: Naturaliter sitimus, naturaliter soporamus, naturaliter respiramus in aere. Omnia uero omnium sunt sine uoluntate, sicuti dixi: Qui enim nihil horum recipit, necessariō uitæ suscipit finem. Si ergo naturalis factus est dei formæ, & serui formæ conuentus, ab aliqua necessitate coactus, sed non clementia usus deus uerbum connexus est serui formæ, & inuenietur omnium legislator necessitatis leges secutus. Sed non hæc nos beatus docuit Paulus. Ediuerso autē quia semetipsum exinaniuit, formam serui suscipiens; semetipsum exinaniuit dicens, spontaneam indicat uoluntatem. Si igitur consilio & uoluntate ex nobis adsumptæ unitus naturæ est, superflua uidetur naturalis sermonis adiectio: sufficit enim confiteri unitatem: Unitas enim super diuisis accipitur; diuisione uero non exstante unitas, nunq; intelligitur. Qui igitur accipit unitatem, simul adsumit diuisionem. Quomodo igitur ait, non oportere diuidere subsistentias siue naturas: Et hæc sciens, quia perfecta quidē dei uerbi subsistentia erat ante secula; perfecta uero ad eam adsumpta est serui forma, unde & subsistentias dixit, & non subsistentiam: Si igitur utraq; natura quod perfectum est habet, in id autem conuenerunt ambæ, dei forma utiq; adsumente formam serui, unam quidem personam, & unum filium, & Christum similiter confiteri pijs est: duas autē unitas subsistentias siue naturas dicere non absurdum, sed secundum causam consequens: Nam si in uno homine naturas diuidimus, & uocamus mortale quidem corpus, immortalem uero animam, utriusq; uero hominem, multo potius adsumptis dei, & adsumpti hominis naturarum proprietatem cognoscere rationis est. Inuenimus autē & beatum Paulum unum hominem in duos diuidentem, & aliquando quidem dicentem: quantum exterior homo corrumpitur, tantum interior renouabitur: Quando autē condelector legi dei, secundum interiore hominem. Et rursus in interiore homine habitare Christum. Si autem naturalem connexionem similem creatarum naturarum Apostolus diuidit, quomodo de impietate prescribit eis, qui diuidunt propriam naturam ante secula dei & hominis, in nouissimis diebus adsumpti, qui temperamentum nos per alia nomina docet?

CYRILLI

## CYRILLI INTERPRETATIO.

**C**um carne dispensationis unigeniti sacramentum perscrutantes, inopinabiliter & ineffabiliter unum dicimus sancto corpori animam habenti rationalem, ex deo patre uerbum unum. Et sic intelligimus filium, sicuti deniq; & in nobis ipsis uidere licet: alterius quidem naturæ quam corpus est animam esse constat, atamen in unum animal sunt ambo composita. Sed non ita habere æstimant aliqui, cum hominem distinguunt, nobis particulariter & proprie copulatum eum aiunt, nato ex deo patre uerbo secundum solam dignitatem, siue auctoritatem, non secundum unitatem naturalem, hoc est ueram, sicuti nos credimus: sic enim & alicubi dicit scriptura diuina: Et eramus natura filij iræ, sicut & ceteri: naturam pro ueritate percipiens. Quid igitur diuidunt subsistentias post unitatem: & particulariter ponunt utranq; hoc est hominem & deum, subintelligentes copulationem in eis, quæ secundum solam dignitatem est, duos modis omnibus statuunt filios: cum scriptura diuinitus inspirata unum dicat filium, atque dominum. Quocirca, post ineffabilem unitatem si deum nomines Emmanuel, incarnatum & hominem factum intelligimus nos ex deo patre uerbum. Siue hominem dicas, nihilominus illum ipsum in mensuris humanitatis participatum dispensatiue cognoscimus. Factum uero dicimus palpabilem, qui impalpabilis est: uisibilem, qui inuisibilis est: nō enim fuit extraneum ei unitum ipsi corpus, quod etiam dicimus esse palpabile & uisibile. Qui autem ita non credunt, distinguunt autem, sicuti dixi, subsistentias post unitatem, & puram eis copulationem subintelligunt secundum solam dignitatem, siue auctoritatem, alienat eos ab hijs, qui recte sapere consueuerunt, præsens anathematismus.

Natura pro ueritate accipitur.

## CYRILLI CONTRADICTIONE.

**I**ntende, quemadmodum sapiens iste primum quidem aduersus ea quæ dicta sunt occulte mentitur, obscurumq; sensum & tenebrosum ipse habet, obscurum esse dicit ita clarum, & bene sapere studentibus notissimam rationem. Aestimauit autem, quia conuentum dici, & non potius copulationem nominari oportere à nobis factus sermo confirmet. Deinde bonæ artis, quæ inest ei, faciens ostensionem, unam nobis explanat ex significationibus uirtutem, siue copulationem, siue conuentum factum quis dixerit. Ego uero & in hoc admiratus habeo eum ita subtiliter cogitantem: Agnouit enim, ut apparet, solus, quod à nullo quodammodo existentium ignoratur, conculcatumq; ita est, ut etiam illis sit clarum, qui expertes omnino sunt & mundana sapientia, & exercitationis sermonum, & auditorij mediocris, & nō subtilissimæ disciplinæ. Admiratus igitur doctrinam eius, illud aio, paululum euigilans, uelut ex somno & ebrietate, qui os latum contra nos acuisi, intende subtiliter sacramentum. Dictam in Christo unitatem calumniantur quidam, conuertentes eam in sceditatem, & in id quod uidetur eis, citra sacrarum intentionem literarum. Aiunt enim diuidi quidem in toto ab inuicem, & omnimodis recedere naturas, & seorsim, atque particulariter utranque. Hominem uero ita copulatum deo per habitudinem adserunt, secundum solam dignitatem, seu auctoritatem, & secundum filiationis uniuocationem. Hanc perimit sententiam anathematismus, & ita abominabilibus nouitatibus contradicit, adfirmans ea, quæ unita sunt secundum naturam, hoc est, non per habitudinem, sed secundum ueritatem: sanctæ carni uerbum animam habenti rationalem, nullo modo secari posse, ut non duos intelligamus filios, partientes impartibilem: Iste autē non intelligens, quid est unitas naturalis, hoc est uera, non confundens naturas, neque contemperans, & ut oporteat utranque aliter habere, quam quod est, ineffabile quoddam, & frigidum suscepit documentum, quod bene se suspicatus est

**C** tus est habuisse. Et ait: si naturalis unitas facta est, non spontanea exinanitio uerbi, sed uelut ex necessitate & uolentia: natura est enim faciens necessitate. Ad hac dicitei quilibet, esuries, & sitis, & cetera, sicut ipse dixisti, carnis sunt ægritudines naturales, & in nobis ipsis motus habent, quia subiectam naturam passionibus possidemus. Diuina uero & ineffabilis uerbi natura, cum passionis & necessitatis non sit omnino capax, à quoquam uim non patitur, neque à semetipsa, ut oporteret inuita fieri caro, siue humanitatis mensuram facere propriam, & apprehendere semen Abraham. Quia uero inconsideratus ualde factus est ei sermo, difficile nihil est inueniri uolentibus: Ait enim, quia modis omnibus, quod secundum naturam est, legibus subiicietur necessitatis, & protulit hoc documentum: quia sine uoluntate esuriam atque sitim percipiamus, ad hoc uocante natura, licet aliquis nolit. Sed uiri fuerat docti, & acutam ad talia mentem habentis, & alias res inspicere, quæ etiam ratione maiori rite tractantur. Si enim non est uerum, quia rationalis est secundum naturam homo, igitur sine uoluntate, & sub necessitate rationalis est. Quid ergo, dic mihi, & omnium deus, non secundum naturam deus? non secundum naturam sanctus? iustus? bonus? uita? lux? sapientia? uirtus? Igitur & ipse sine uoluntate, & quasi ex necessitate est ea quæ est. Sed æstimo sic uelle sapere, nouissimæ fulminationis sit indicium manifestum. Cur igitur nobis uelut inexpugnabilem quandam & inuincibilem murum opponit mendacium? & ita fragiles propositiones attingit, ut naturalem factam audiens unitatem, hoc est, ueram & conuersione liberam, & inconfusum substantiarum omnino conuentum, destruere nitatur uirtutem doctorum: ut non recte facta uideantur, & secundum similitudinem, quæ ad nos est, non ex parte audax, inuincibilibus necessitatibus naturam uerbi subicere. Exinanituit semetipsum, non sine uoluntate, sed sponte unigenitus factus est homo, & non sicut ait tu, adsumpsit hominem per habitudinem, ei copulationem donans, & filiationis gratia coronas, sicuti nos. Quocirca uel si intelligimus unitas subsistentias, inhumanatum & incarnatum uerbum, & uidetur quodammodo secundum hoc naturalis à nobis unitas dici, ea quæ non uera est, & per habitudinem profertur, excludit quæ nos habuimus per fidem & sanctificationem: Quia & diuinæ naturæ sumus facti participes, & sicut ait beatus Paulus: qui coheret domino unus spiritus est. Sed non subdit necessitatibus, & adpetitionibus naturalibus impassibile & liberum dei uerbum. Non autem uelle post unitatem diuidere in duo quæ unita sunt, & ab inuicem ea rescindere, erit, ut mihi uidetur, penitus inculpabile, et procul à macula: maxime quia & utilis iste Theodoretus, unum, & secundum nos intelligendum hominem in exemplum sumens, non sinit in duos secari: licet contemplatio in eo facta non irreceptibilem habeat secationem atque diuisionem, quantum ad sciendum dico: quia aliud quidem est quiddam secundum naturam, animam dico: aliud uero secundum naturam propriam, caro. Ergo secundum æquam rationem perscrutantes unitatem, quæ in Christo intelligitur facta, contemplatione quidem diuinitatis & humanitatis conuentum uerum secundum unitatem dicimus factum: non ignorantes, quia aliud quidem citra carnem secundum naturam est ex deo uerbum: alia uero secundum naturam propriam præter eum caro. Unita uero semel diuidere non est cautum, neque in filios partiri duos unum Christum & filium, & dominum permittit aliqua ratio rectitudinis, erudiente nos ad hoc sancta & diuina scriptura. Sed enim in ueritatis quidem dogmatibus parua ei omnino est ratio: nosse uero quid necessariorum cum sit utile non mediocriter destruitur, sicuti quidam eorum, quæ habent nocendi naturam ualde festinat. Gloriatu autem reuera mendacio, & nos se calumniari bene satis edoctus est. Sed audiat à nobis: quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate: tota die iniustitiam cogitauit lingua tua.

Non subiacere  
necessitati  
quod secundum  
naturam est.

Naturalis  
unitas.

Psalm. 51.

CYRILLI

## A CYRILLI ANATHEMATISMVS QVARTVS.

**S** I quis personis duabus seu substantijs, eas quæ in euangelicis & apostolicis conscriptionibus sunt, diuidit uoces, aut in Christo à sanctis dictas, aut ab ipso de semetipso, & alias quidem tanquam homini, citra quod ex deo est uerbum seorsim intelligendo coaptat, alias uero tanquam deo decibiles soli ex deo patre uerbo, anathema sit.

## THEODORETI REPREHENSIO.

**C**ognita sunt & hæc dudum dictis: uult enim tanquam temperatione facta nullam differentiam esse sermonum, qui in sacris Euangelijs, aut apostolicis conscriptionibus dicti sunt, & hæc cum repugnare se forte ARI O & EVNOMIO, & reliquis hæresiarchis gloriatur, dicat igitur sacrorum dogmatum integer doctor, quomodo redarguat hæreticorum blasphemiam: humiliter & conuenienter à serui forma dicta deo adplicemus uerbo: Illi enim hoc facientes, minorem & creaturam & facturam, & seruum, & ex non extantibus esse dei filium dogmatizant: Cui igitur nos, qui illis contraria sapimus, & consubstantialem esse, & coæternum deo & patri filium confitemur, creatoremque omnium, & factorem & ornatorum, & gubernatorem, & prouisorum, & omnium sapientem, & omnipotentem: magis autem ex se potentia, ex se uita, ex se sapientia, cui adponamus illud: Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti? Et: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Et: Pater saluum me fac ab hora hac. Et illud: Horam illam nullus nouit, neque filius hominis. Et alia, quæ humiliter ab eo, & à sanctis Apostolis de eo dicta sunt, atque conscripta. Cui esuriam, & sitim adplicabimus: cui laborem & somnum: cui ignorantiam & formidinem: qui angelico eguit adiutorio: Si hæc dei uerbi sunt, quomodo sapientiam ignorauit? Quomodo uocetur sapientia, quæ passionis habet ignorantiam? Quomodo uerax erit, dicens habere se omnia patris, scientiam non habes patris? Solus enim, inquit, pater nouit diem illum: Quomodo imago incommutabilis erit genitoris, non habens omnia genitoris? Si quidem uerax est, dicens ignorare se hæc, quid de ipso quispiam suspicetur? Si uero nouit diem, calare uero uolens, ignorare se dicit. Vide in quam blasphemiam, quod ex hoc colligitur, transit: Si enim ueritas mentitur, non recte ueritas uocabitur, habens aliquid contrariorum. Si uero neque mentitur ueritas, neque deus uerbum ignorat diem, quem ipse fecit, quem ipse prædestinauit, in quo orbem terrarum iudicare futurus est, sed habet scientiam patris tanquam imago impermutabilis, non igitur dei uerbi ignorantia est, sed serui formæ, quæ illo tempore tanta cognouit, quanta inhabitans diuinitas reuelauit. Hæc & de alijs similibus sunt dicenda: Quomodo enim habeat rationem deum uerbum dicere ad patrem: Pater si possibile est, transeat à me calix iste, ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu: Multa enim incongrua rursus hinc accedunt: Et primum quidem discordet pater ac filius, ut alia quidem uelit pater, alia filius: Ait enim, ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Deinde magnam rursus ignorantiam in filio contemplabimur: inuenietur enim ignorare, si possibile sit aut non transire calicem, hoc autem de deo uerbo dicere impium est & blasphemiam plenum: Sciebat enim subtiliter, qui propter hoc uenit, qui sponte nostram naturam adsumpsit, qui semetipsum exinanituit, dispensationis mysterij finem: Unde & sanctis prædicabat Apostolis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur in manus Gentium, & inludent ei, & flagellabunt, & crucifigent, & tertia die resurget. Qui igitur hæc prædicauit, & increpauit Petro optanti ne fieret, quomodo optat ne fiat, qui palam nouit omne futurum? Quomodo autem non absurdum est, Abraham quidem ante plurimas generationes nosse diem eius, &

Matth. 26.  
Ioh. 12.

Luc. 18.

D gaudium

**C** gauisum esse. Et Esaiam similiter præfagisse salutares ipsius passiones, & Hieremiam, & Daniel, & Zachariã, & omnem Prophetarum chorum. Ipsum uero & ignorasse, & liberationem petere, & non fieri optare, quid ad salutem orbis terrarum profuturum erat? Ergo non dei uerbi sermones isti, sed formæ serui, quæ timuit mortem, eò quod nõ fuerat mors destructa, cui deus uerbum hæc loqui permisit, dans locum timori, ut natura adpareret adsumpti, & non putatio uel phantasia crederetur, quod ex Abraham susceptum est, & Dauid, quæ impiorum hæreticorum cohors diligens hæc genuit blasphemiam. Ergo quæ quidem deo decibilibiter dicta sunt, atque gesta, deo uerbo adplicemus: quæ uero humiliter dicta sunt, siue gesta, serui formæ iungamus, ut non Arii ægrotemus & Eunomij blasphemij.

## CYRILLI RESPONSIO.

**I**N forma & æqualitate dei & patris existens ex eo uerbum, non rapinam arbitratum est esse æqualis deo, sicut scriptum est: Exinanitum autem semetipsum in spontaneam exinanitionem, & aduenit uolens ad ea quæ nostra sunt, non desinens esse quod est, manensque & ita deus, & à mensura humanitatis nõ exonerans: omnia igitur eius sunt & deo decibilia, & humana. Quo em̄ adhuc exinanitum semetipsum, si humanitatis mensuras erubesceret? Et si respuebat humana, quis eum impulit tanquam ex necessitate & uolentia, ut fieret secundum nos? Omnes igitur uoces quæ in Euangelijs sunt, & homini & deo decibiles adplicabimus uniuersorie: Quoniam & unum credimus esse filium dei, Christum Iesum, hoc est inhumanatum, & incarnatum dei uerbum. Quo circa, si aliquid dicit humanorum, humanitatis eius reputabimus hoc mensuris: ipsius enim et humana, licet sicut deus loquatur, deum esse credentes inhumanatum. Rursus tanquam uni Christo & filio uoces quæ ultra naturam sunt hominis adtribuimus. Qui uero disiungunt in duas personas, omnino filios duos intelligunt. Sicut enim secundum nos hominem non in duas personas diuidere fas est, licet ex anima constet & corpore, sed unus est & idem homo, sicut etiam in Emmanuel, quoniam unus est filius & dominus, incarnatum & inhumanatum dei uerbum, una eius est omnino persona, ipsique tribuimus & humana propter dispensationem cum carne, & diuina propter natiuitatem ineffabilem ex deo & patre. Qui autem separant in hominem seorsim tanquam alio existente filio citra uerbum ex deo, et in deum seorsim tanquam alium filium existentem, duos dicentes filios, præsentis anathematis subiiciuntur uirtuti.

## CYRILLI OPPOSITIO.

**E**T quomodo non est melius, o prudens, dictorum examinare uirtutem odio & defensione habentem liberum sensum? Sed minus quidem hoc dignatur efficere, redigit autem rursus ad id quod ei uidetur, & ait cognata, & hæc dudum dictis: Vult enim tanquam temperamento facto, nonnullam differentiam esse uerborum, quæ in sacris Euangelijs, uel apostolicis conscriptionibus dicta sunt. Et hoc dum se repugnare forsan Ario, & Eunomio, & hæresiarcho reliquis gloriatur. Sed ille quidem sic: Ego uero tantum absisto dicere naturas alterutris temperatas, mixturamque & confusionem passas, atque conuersionem, quantum & ipse recta sectari. Sed neque uerborum perimimus differentiam, nouimus enim, quia alia quidem eorum deo decibilibiter facta sunt, alia uero homini: & alia quidem sublimissimam gloriam condecantiam, alia uero sunt, quæ exinanitionis competentia sint à mensuris. Oportere autem dicimus ea non personis duabus abinuicem in totum diuisis distribui: Si enim unus est dominus noster Iesus Christus, unaque fides

**A** fides in eo, & baptisma unum, una erit omnino quoque eius persona, tanquam unius, & sic est idem deus simul & homo, conuenit ei & sine omni macula deo decibilibiter simul et humane proferre sermones. Neque diuina eius ineffabilisque natura imminuta secundum aliquid omnino à paterna sublimitate, eò quod sit humane locutus, neque incredibili existente dispensatione cum carne, quando dum sit deus, etiam homo secundum nos factus esse prædicatur: Omnia itaque sunt unius Christi, & deo decibilia & humana: Si etenim non esset factum homo quod ex deo patre est uerbum, non loqueretur secundum nos humane: Si autem uerum est, quia proxime nobis participatus est sanguine & carne, & similis factus est per omnia fratribus, nobis utique, cur dispensationis disciplinæ stultissimi detrahunt: humanam uocem non ferentes, & in uerbis imminutionem propter dispensationem, uelut alteri seorsim filio, serui formæ sicut aiunt, ipsi adplicare studentes. In sensatum uero omnino est, incumbere quidem metuere hæreticorum nequitij, rectæ uero fidei traditioni eos extra competentem detrahere rationem. Melius autem esse dico, & multo ualde doctius, humanas uoces à patre, non alteri personæ, hoc est intelligendo seorsim atque particulariter filio serui formæ, sicut eis dicere moris est, adtribuere potius humanitatis eius mensuris: Oportebat enim existente deum simul & hominem, ambos gustare sermones. Miror autem quo modo simul et ipse confiteri, quoniam unus est Christus, idem utique deus simul & homo, in obliuionem uero quodammodo redactus, quæ bene se æstimauit habere, disiumxit rursus in duos unum. Proponit itaque Saluatoris uocem, dicens: De die autem & hora illa nullus nouit, neque angeli caelorum, neque filius, nisi pater. Deinde sapientiam esse confirmans, natum ex deo patre uerbum, omniniamque nosse futura, in seipso ait: Non igitur ignorantia dei uerbi est, sed serui formæ, tanta illo tempore cognoscentis, quanta inhabitans diuinitas reuelauit. Hæc & de ea & similibus sunt dicenda. Ergo si non mentiris, dicendo unum Christum & dominum Iesum, eundem utique deum simul & hominem diuidis, quando & duos dici filios non erubescis? An non duo omnino erunt: si non est idem ad eum qui mensuratum habet scientiam is qui nouit uniuersa ad particularem suscipientem reuelationem, is qui perfectus est sapientia, & tantum nouit, quantum etiam pater. Et si est unus & idem propter ueram unitatis causam, & non alter & alter diuise & particulariter, ipsius omnino non erit, & nosse, & tamen nescire putari: Ergo nouit quidem diuine sicut sapientia patris, quia uero ignorantis humanitatis subiit mensuram, dispensatiue proprium facit & hoc cum alijs. Licet sicut nuper dixi, ignorans nihil, sed sciens uniuersa cum patre: Nam ob quam causam esurire dicitur, & ex itinere fatigari, cum uita & uiuificans existat ut deus, & ipse sit panis uiuus, qui de caelo descendit, & uitam præbuit mundo, & ipse sit similiter uirtutum dominus: Sed ut credatur secundum ueritatem factus homo, propria facit humana, bonis naturæ suæ non desinens, & stabiliter habens ea in quibus semper fuit & est, & erit in perpetuum. Qui uero reuelationem datam dicit serui formæ ab inhabitante deo, & hoc mensuratum, propheta nobis ostendat in Emmanuel & deiserum hominem, & aliud nihil. Sed æstimat aliquis sapiens, & inde certabile dicere: Si enim dei uerbum est, quod clamauit: Pater si possibile est, transeat à me calix iste, primum quidem discordat à patre, repudiatque non recte bibere calicem, licet, inquit, non ignorans, quia mundo erat salutare futurum, quod ipse pateretur: Ergo non erunt, inquit, huiusmodi uoces uerbi. Ediuerso igitur audiat & à nobis, qui sic adulterinis cogitationibus inhiat: Ergo quoniam tibi uidetur à deo quidem uerbo huiusmodi uoces amouendas esse, soli autem serui formæ eas adplicare putas, non in duos iterum filios diuidis unum, & cui hoc bene sapientium est occultum? Dicit enim quispiam, tuos sermones se-

**C**uens: quia & incredibile, & ultra decentem est rationem, refutare passionem formæ serui, & discordantem uideri ad patrem, nec non & ad ipsum inhabitans uerbum: Sciebat enim existimo passionem fore salutiferam omnibus sub cælo, & uitæ causam morte deuicta. Decebat ergo, inquit, considerari & formidinem superiorum, & diuinos nutus sequi paratam, putas ergo non sentis obloqui te uane quæ est huiusmodi sensuum imperitia: Ego autem quia quidem parua sunt uerbo ex deo nato hæc quæ humana sunt, dicam sine omni mora. Quæro uero exinanitionem cuius eam factam intelligat: & quis est hoc passus sponte? Si itaque, sicut aiunt ipsi, serui forma, siue quod ex semine Dauid est, quomodo, aut quemadmodum exinanitum est, si adsumptum à deo est? Si autem ipsum quod in forma & æqualitate dei & patris existit uerbum semetipsum exinanisse dicitur, quomodo rursus & quæ admodum exinanitum est si refutat exinanitionem? Exinanitio autem deo uerbo pati nescienti conuersionem hæc est, agere aliquid, & dicere horum quæ humana sunt, propter dispensationem ad carnem conuentum. Sed etsi factus est homo, nullo modo eum sacramenti ratio in sua natura læsit: permanet enim quod fuit, etiam in humanitate descendens propter mundi salutem, & uitam. Ergo non personis duabus, sed tanquam uni Christo, & filio, & deo, euangelicas & sanctorum Apostolorum uoces adponimus, neque diuinam eius imminuentes naturam & gloriam, propter ea quæ sunt humana, neque dispensationem negantes, sed ipsius uerbi propter nos inhumanationem factam esse credentes.

## CYRILLI ANATHEMATISMVS QVINTVS.

**D** **S**iquis præsumit dicere deiferum hominem Christum, & non potius deum esse uere, sicut filium unum, & naturam secundum quod factum est caro uerbum, & communicauit proxime nobis sanguine & carne, anathematizet.

## THEODORETI REPREHENSIO.

**C**ommunicasse quidem nobis proxime sanguine, carne, & anima immortalis, deum uerbum propter unitatem ad hæc factum dicimus, carnem uero deum uerbum conuersione quadam factum, non solum non dicimus, uerum etiam dicentes impietati inscribimus. Contrarium autem hoc ipsis dictis uideri potest, nam si uerbum in carnem conuersum est, non communicauit nobis carne & sanguine: Si autem carnem & sanguinem communicauit, tanquam alter præter hæc communicauit: si autem aliud quid est præter eum caro, non ipse uersus in carnem est: Ergo nomine communionis utentes, tanquam unum quidem filium adoramus adsumptum, & quod adsumptum est: Naturarum uero cognoscimus differentiam. Sed & deiferum hominem, tanquam à multis sanctis patribus dictum, non refutamus, quorum unus **MAGNVS BASILIVS** in sermone ad **AMPHILOCIUM** de sancto spiritu, hoc usus est nomine, & in interpretatione quinquagesimo noni Psalmi. Vocamus autem deiferum hominem, non uelut particularem quandam diuinam suscipientem gratiam, sed tanquam omnem unitam habentem filij diuinitatem. Hoc enim explanas beatus dicebat Paulus: Videte, ne quis sit qui decipiat uos per philosophiam & inanem seductionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

*Christum deiferum hominem esse.*

CYRILLI

## CYRILLI RESPONSIO.

**A** **C**arnem factum ait sacratissimus Euangelista Ioannes dei uerbum, non pertransitum, uel conuersionem propriæ naturæ in carnem transformatum, sicuti dudum prædiximus, non est mutabilis tanquam deus, sed quia communicauit proxime nobis sanguine & carne, & factus est homo: Consuetudo enim scripturæ diuinæ est, carnem hominem nominare. Scriptum namque est: Quia uidebit omnis caro salutare dei. Sed sceleratorum dogmatum inuectores **NESTORS**, & qui cum eo quoque sapient quæ ille, simulant quidem se confiteri incarnationis uocem, sed non etiam incarnatum aiunt secundum ueritatem dei uerbum, hoc est hominem factum secundum nos, cum sit quod fuit. Sed enim uelut hominem unum sanctorum in eo qui ex sancta uirgine natus est, inhabitare confirmant unigenitum dei uerbum, ut nequaquam unus in confessione sit Christus, & filius, & dominus adorandus, sed sicut homo propriè & singulariter intelligendus, sola copulatione, quæ secundum unitatem est dignitatis, honoratus coadoretur & conglorificetur. Inhabitat in nobis omnibus deus per sanctum spiritum. Denique & antiquus quidem dicebat per unum sanctorum Prophetarum: Quia inhabitabo in eis, & ambulabo, & ero eorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Scribit autem & beatus Paulus: Nescitis, quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Ait enim & ipse Christus de sanctis Prophetis, seu de sanctis qui prius fuerant, si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, quem pater sanctificauit, & misit in mundum, uos dicitis quia blasphemias, quia dixi filius dei sum. Sed non sicut in nobis inhabitat deus, sic & in Christo: deus enim erat naturaliter apparens secundum nos, unusque & solus filius quando factus est caro. Qui igitur præsumunt dicere deiferum hominem esse eum, & non potius inhumanatum deum, necessariò succumbunt anathematismo proposito.

*Caro pro homine dicitur.*

## CYRILLI OPPOSITIO.

**E**t hic rursus inaniter fabulantem monstrare non est difficile: Dicimus enim nos, non oportere ab aliquo deiferum hominem nominari Christum, ne secundum unum sanctorum intelligatur: sed deum potius uerum, inhumanatum & incarnatum dei uerbum. Calumniator autem iste rursus, hijs quæ recte sunt dicta, & uarie monstruoseque, falseque contionatur, ait enim nos in carnis naturam conuersum dicere dei uerbum, & cogitationes effundit, per quas studuit demonstrare, quia non sit conuertibile dei uerbum. Quod autem sæpe dixi, hoc etiam nunc necessarie dico, cum nullus in carnem terrenam transformatam dicat diuinam, excelsamque uerbi naturam, inconuertibilemque omnibus consentibus eam, quiescitate inanes fatigationes expendere. Ut autem oporteat satis fieri eis, qui nequaquam decepti sunt: quia & inconuertibiliter, naturaliter, & immutabiliter est ex deo uerbum. Quis enim sic stupidus & imprudens est, ut ita turpiter, & ipsis puto stultis respuenda sapere, ac dicere moliat? Miror autem, quia cum adfirmet ubique deum esse Emmanuel, prophetiam ei mensuram in hijs adtribuere comperitur: hominem namque eum dicit esse deiferum, ut uideatur secundum nos, qui inhabitantem habemus per sanctum spiritum omnium deum: inhabitat enim in cordibus nostris, & sumus templa dei uiui. Est autem non idem hominem dicere factum uerbum, & deum in homine habitare reputare, si etiam uera est uox beati Pauli: Quia in ipso complacuit inhabitare omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter. Sed itaque unum esse inquit deum patrem, & unum dominum Iesum Christum, per quem omnia, dicit autem quilibet & in homine inhabitare spiritum eius. Denique scriptum est de quibusdam: Eos autem qui inhabitant domos

D 3 luteas,

**C** luteas, ex quibus & ipsi de ipso luto sumus. Attamē unus intelligitur, & est secundum compositionem homo, ex carne & anima inhabitante in eo rationali. Cur igitur non quiescit conturbare rectam & insubuertibilem fidei rationem? Aliquando quidem unum dicit Christum, & filium & dominum, eundem deum simul & hominem; aliquando uero Prophetarum mensuris inducit, deiferum hominem nominans eum: Ignorauit autem, ut puto, quia & nobis ipsis æqualem posuit eum, si est non uere deus, sed templum potius, tanquam inhabitante ei uerbo, sicut etiam in nobis. Sed non ita hic. Ait habere scripturam diuinitus inspiratam: uerbum enim caro factum est, & inhabitauit in nobis, ne quis putaret per conuersionem & transitum in carnem eius transformata esse naturam: qui autem factus est caro, seu homo, non homo deifer est, sed potius deus, in exinanitione spontanea semetipsum deponens, & propriam faciens carnem ex muliere, carnem uero non sine anima, nec sine mente, sed animatum proprium corpus, uerum tamen non per habitudinem fecit inhabitationem, sicut & in nobis per spiritum, sed unus secundum unitatem intelligitur Christus & filius.

## CYRILLI ANATHEMATISMVS SEXTVS.

**S**iquis dicit deum aut dominum esse Christi ex deo patre uerbum, ac non potius eundem confitetur deum simul & hominem, tanquam factum carne uerbo secundum scripturas, anathema sit.

D

## THEODORETI REPREHENSIO.

**B**eatissimus quidem Paulus quod adsumptum est à deo uerbo formam appellat serui. Quia uero ante unitatem adsumptio, de adsumptione autem beatus disputat Paulus, formam serui eam naturam quam adsumpta est appellauit. Nequaquam locum habet unitate facta seruitij nomen: Si enim hijs, qui in eo credunt, scribens dicebat Apostolus: Quapropter iam non est seruus, sed filius. Et dominus discipulis: Iam non uos uoco seruos, sed amicos, multo potius primitiæ nostræ naturæ, per quas & nos adoptionis filiorum gratiam promeruimus, serui appellati non liberati sunt. Deum igitur confitemur, & serui formam propter unitatem dei formam æque credimus. Prophetæ & Emmanuel partum appellant, & natum puerum, magni consilij angelum, & admirabilem, & consiliarium, & deum fortem, & potestatem habentem, & principem pacis, & patrem futuri seculi. Et tamen idem Propheta & post unitatem prædicans, adsumpti naturam seruum appellat, qui ex semine Abraham, ita dicens: Seruus meus es tu Israël, & in te glorificabor. Et iterum sic dicit: Dominus finxit me ex uulua seruum sibi. Et post pauca: Ecce dedit in testamentum generis, in lumen Gentium, ut sis salus usque ad ultimum terræ. Quod autem fictum in uentre est, non deus uerbum, sed serui forma: non enim deus uerbum uersum factum est caro, sed adsumpsit carnem animam habentem intelligibilem.

## CYRILLI INTERPRETATIO.

**D**ominus noster Iesus Christus unus & solus, uere filius existens dei & patris, caro factus est, & principatur omnium simul cum proprio genitore, flectiturque

**A** flectiturque ei omne genu, celestium, terrestrium, & inferiorum, & confitetur omnino lingua, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Est igitur ipse dominus quidem omnium, secundum quod intelligitur & est deus, licet non sine carne: post inhumanationem ipse uero rursus nec deus, nec dominus: est enim absurdissimum, maius autem omni impietate uere completum ita sapere uel dicere. Recte ergo in hoc ipso factus est præpositus anathematismus.

## CYRILLI OPPOSITIO.

**D**ispensationis unigeniti cum carne sacramentum, à nobis iam factis nunc nihilominus copulare sermonibus dignum est, & eos non sine decenti ratione monstrare: qui enim est in forma dei patris unigenitus filius, per omnia æquæ cum genitore mensuræ, paræ gloriæ, atque liber formam serui suscipiens, appellatus est eorum frater, id est noster, qui sub iugo seruitutis obstringebamur, & tanquam unus ex nobis censum exigentibus tributa persoluit, & sicut homo sub lege factus est, legislator ut deus, docebatque suos discipulos, quia & filius sit uere, & forma serui propter carnem: licet secundum propriam naturam liber existens, tanquam ex deo deus, ueruntamen sicut propriam habens serui formam, propter euacuationis mensuram tributorum exactoribus subditus erat. Quo circa, si quis dicat seruum eum nominari, sanctorum uocem Prophetarum nullo modo scandalizari conueniet: sciebant enim, sancto eis spiritu reuelante, quia factus homo ex deo patre uerbum: Erat quidem etiam sic liber, ut filius, non autem abiectam etiam sic mensuram exinanitionis habebat: nobis, qui sub iugo seruitutis eramus, conformatus, sic & deum suum patrem ait, licet natura deus existens, & ex ipso, nulloque modo genitoris sublimitate sit minor. Cum NESTORIUS igitur ita scripserit de Christo: Ergo qui passus est Pontifex misericors, non uiuificator eius qui passus est deus. Et deum Christi deum uerbum nominauerit, adieceritque hijs: Erat autem ipse & infans, & infantis dominus: Nos adfirmamus, quia non decenti ornatu, magis autem impie nimis eius uerba prolata sint. Si enim deus est Christi, ex deo patre uerbum, duo modis omnibus erunt & indubitanter, quomodo autem intelligitur & infans ipse, & dominus infantis: Non ergo dicitur & deus suimet ipsius, et dominus Emmanuel, si est idem deus simul & homo, tanquam inhumanatum & incarnatum dei uerbum. Quod quidem diuinitas aliud quiddam sit per naturam suam, aliud uero rursus per naturam propriam humanitas, quomodo quisquam poterit dubitare? Attamē ex ambobus Christus, diuinitate & humanitate, secundum unitatem dispensatiam.

## CYRILLI ANATHEMATISMVS SEPTIMVS.

**S**iquis dicit tanquam in hominem operatum deum, uerbum in Iesum, & unigeniti gloriam circumfulsisse tanquam alium existentem absque illo, anathema sit.

## THEODORETI REPREHENSIO.

**S**imortalis humana natura est, uita uero deus uerbum & uiuificans, suscitauit autem à Iudæis solum templum, & in celos euexit, quomodo glorificata non est serui forma per dei formam? Si enim mortalis existens naturaliter, immortalis est

D. 4

talis est

**C** talis est facta propter unitatem ad deum uerbum, adsumpsit quod non habuit a sumens, & glorificata ab eo qui dedit glorificata est. Vnde & Apostolus clamat: *Eph. 1.* Secundum operationem potentiae fortitudinis eius, quam operatus est in Christo suscitans eum a mortuis.

## CYRILLI INTERPRETATIO.

**D** Vm secundum carnem natiuitatem unigeniti filij dei euangelizaret sanctae uirgini beatus Gabriel: Paries, inquit, filium, & uocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Nominatus autem est & Christus, eo quod unctus sit humane nobiscum, secundum psallentis uocem: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis, praeparatibus tuis. Cum existat ipse sancti spiritus dispensator, & non ex mensura det eis, qui eo sunt digni: plenitudo enim est, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, sicut scriptum est, dispensatiue sicut homo unctus dicitur, intelligibiliter uolante super eo sancto spiritu, ut & in nobis permaneat, licet propter transgressionem Adam abscefferit in principijs. Ipsum ergo unigenitum dei uerbum factum caro uocatum est Christus, & deo decibilem potestatem propriam habens operabatur inopinabilia. Qui igitur dicunt Christi potestati unigeniti gloriam circumfulsisse, tanquam existente altero unigenito citra Christum, duos sapiunt filios, & alium quidem operantem, alium uero in quo operatum est, ut hominem unum ex nobis. Propterea etiam summittuntur uirtuti istius anathematismi.

## CYRILLI OPPOSITIO.

**Q** Vi Christum Iesum nominant aliquem secundum nos communem hominem, sed inhumanatum & incarnatum, ex deo uerbum significant audientibus, quo circa uel si quid decibilem dicatur operatus per proprium corpus, quod instrumenti ei ministerium adimplebat, nihilominus ipse est uirtutum dominus, qui operatus est, non qui operari alij posse dedit, sicuti denique & beatis Apostolis potestatem dabat contra spiritus immundos: ut eijcerent eos, & curarent languorem, & omnem infirmitatem in populo. Vnde & sanctus Paulus: *Rom. 15.* Non enim audeo, inquit, aliquid dicere, quod non operatus est per me Christus, uerbo & opere in uirtute signorum, & prodigiorum, in uirtute spiritus sancti. Gaudentes autem & beati discipuli accedebant aliquando dicentes Christo: *Luc. 10.* Domine, etiam daemonia nobis subiiciunt in nomine tuo. Operari equidem Christum in spiritu in sanctis dicimus, tanquam alium existentem praeter eum, non tamen ita & pari modo & in ipso Iesu operatum uerbum intelligimus in spiritu, tanquam alterum existentem filium, citra unigenitum ex deo. Vnum nanque unitas demonstrauit, & in duos diuidere refutamur: nam licet factus est caro uerbum secundum scripturas, attamen est etiam sic filius unigenitus, secundum unitatem ueram, quae ultra mentem & rationem est. Ipse igitur unus & uerus Christus Iesus, tanquam per instrumentum proprii corporis operatus est signa diuina, & non operatum in eo dicimus secundum similitudinem sanctorum: scelestum nanque est hoc, & absurdum. Si autem excitauit & suum a mortuis corpus, secundum quod & uita, & uiuificans est, ipse semetipsum glorificat, uiuificatricem ostendens suam naturam, & non alij cuiquam praeter se in hoc condonat gloriam. Dicebat etiam ad patrem in caelis & deum: Pater, glorifica me gloria, quam habui antequam esset mundus iste. Vtique et deus est, & ex deo secundum naturam, & gloriae dominus: proinde quomodo tanquam gloriae egens gloriae suam, quae est ante secula, petit? Quia

**A** Quia enim factus est homo, & per suam carnem gratia dei pro omnibus gustauit mortem, sicut ait beatus Paulus: Ex hoc adiectionis opprobrium respuens, praeclamat resurrectionem, per quam quia & uita est, & uiuificans sicut deus, bene satis agnoscitur, & sic a nobis creditur. Glorificauit igitur non alium quempiam, sed potius semetipsum morte superius templum demonstrans unitum secundum ueritatem sibi met, templum: quia uero unitum sibi corpus non sine anima, nec sine mente esse credimus, sed & cum anima, & cum mente, hoc sapientius diximus.

## CYRILLI ANATHEMATISMVS OCTAVVS.

**S** I quis dicere praesumit adsumptum hominem coadorari oportere deo uerbo, & conglorificari deo, tanquam alterum in altero: syllaba enim quae semper adiecta hoc intelligi cogit, & non potius una adoratione honorat Emmanuel, & unam ei glorificationem appellat secundum quod caro factus est, anathematisit.

## THEODORETI REPREHENSIO.

**V** Nam quidem, sicuti saepe dixi, glorificationem offerimus domino Christo, & eundem deum simul & hominem confitemur: hoc enim nos ratio docuit unitatis: Naturarum uero proprietates dicere non refutamur, neque enim deus uerbum conuersionem suscepit in carnem, neque rursus homo perdidit quidem quod fuit, in naturam uero transmutatus est dei. Ergo utriusque naturae propria dicentes dominum adoramus Christum.

## CYRILLI INTERPRETATIO.

**I** N unum deum patrem omnipotentem, & in unum filium, nec non & in unum sanctum spiritum baptizati sumus, proinde beatus inquit Paulus: Nescitis, quoniam quotquot in Christo Iesu baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus, consepulti, idcirco ei per baptismum in mortem, ut sicut suscitatus est Christus a mortuis per gloriam patris, sic & nos in nouitate uitae ambulemus. Credimus igitur, & baptizati sumus in unum, sicut dixi filium dominum nostrum Iesum Christum, hoc est incarnatum, & inhumanatum, ex deo patre uerbum, unumque existentem, & deum uere adorare didicimus, & nobiscum supernae uirtutis: Scriptum namque est: Cum autem introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorant eum omnes angeli dei. Factus autem est primogenitus, qui est unigenitus, quando & homo secundum nos apparuit, tunc enim & frater appellatus est diligentium eum. Si quis igitur coadorari dicit ut hominem seorsim alterum, praeter eum existentem ex deo uerbo, & non secundum unitatem ueram coadunans in unum Christum, & filium, & dominum una adoratione glorificat, uirtuti anathematis iuste subditur.

## CYRILLI OPPOSITIO.

**N** Os autem, o prudens, quae meliora & ueriora sunt sapere consueti, & superiores contingentes intellectus, ad explanationem sacramenti, scientiamque perfectam, & secundum sacrarum placitum literarum, & mansuetudines sanctorum patrum, non hominem adsumptum dicimus a deo uerbo, & copulatum ei secundum habitum extrinsecus adinuentum, sed potius hominem eum factum esse decernimus. Hac itaque gratia a pietate dogmatum dicimus excessisse eos, qui praesumunt dicere adsumptum hominem, & adfirmant oportere eum sicut alterum alteri coadorari filio dei: Si enim est idem deus simul & homo, adoratur potius tanquam unus

**C** unus adoratione una, & non coadoratur & coappellatur deus, ut non homo simpliciter communis, & secundum nos Emmanuel esse credatur, diuina gloria participatus per gratiam, confitemur autem magis deum in carne propter nos, seu uere hominem factum, non transitu naturæ permutatione & conuersione, sed unitatis dispensatione.

## CYRILLI ANATHEMATISMVS NONVS.

**S**iquis unum inquit dominum Iesum Christum glorificatum à spiritu, tanquam aliena uirtute per eum utentē, & ab eo sumentem, ut operari poterit contra spiritus immundos, & implere in homines signa diuina, & non potius proprium eius spiritum dicit, per quem operatus est signa diuina, anathema sit.

## THEODORETI REPREHENSIO.

**H**ic aperte, non modo pie agentes solum, sed etiam antiquos ueritatis prædicatores, & ipsos diuinorum Euangeliorum conscriptores, & sacrorum Apostolorum chorum, & super hos Gabrielem archangelum anathematizare præsumpsit. Secundum carnem nanque Christum & ex sancto spiritu nasci primus ille & ante conceptum prædicauit, & post conceptum Ioseph edocuit: Ad Mariam quidem, dum interrogaret: quomodo erit mihi hoc, quoniam uirum non cognosco? dicens: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, ideòque quod nascetur sanctum, uocabitur filius dei. Ad Ioseph autem: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim nascetur, ex spiritu sancto est. Et Euangelista: Cum esset, inquit, desponsata mater eius Maria Ioseph, inuenta est in utero habens ex spiritu sancto. Et ipse quoque dominus, ingressus in synagogam Iudæorum, & sumens Prophetam Esaiam, & legens locum, in quo dicit: Spiritus domini super me, quapropter unxit me, & de cætero intulit: Hodie completa est scriptura hæc in auribus uestris. Hoc autem & beatus Petrus ad Iudæos loquens, ait: Iesum à Nazareth, quem unxit deus spiritu sancto. Sed & Esaias ante multas generationes talia præfanciuit: Egredietur uirga ex radice Iesse, & germen ex radice oriatur, & requiescet super eum spiritus dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & uirtutis, spiritus scientiæ & pietatis, spiritus timoris dei implebit eum. Et iterum: Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ, ponam spiritum meum super eum, iudicium Gentibus profert. Hoc autem testimonium & Euangelista in suis conscriptionibus protulit. Sed etiam ipse dominus in Euangelij ad Iudæos ait: Si autem in spiritu dei ergo eicio dæmonia, appropinquauit super uos utique regnum dei. Et Ioannes: Qui misit me, inquit, baptizare in aqua, ipse mihi dixit: super quem uideris spiritum descendentem, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Non itaque Prophetas solos & Apostolos, neque Gabrielem archangelum sacrorum dogmatum subtilem examinatore, sed in ipsum Saluatorem omnium blasphemias extendit. Ostendimus enim & ipsum dominum, nunc quidem Iudæis post lectionem, qua ait: spiritus domini super me, propter quod unxit me, dicentē: Hodie scriptura hæc completa est in auribus uestris. Nunc autem ad eos qui dicebant in Beelzebub eum eicere dæmonia, dicentem se in spiritu dei eicere dæmones. Fictum autem à spiritu sancto & unctum non uerbum dei dicimus, spiritui consubstantiali, & coæternum, sed in nouissimo dierum humanam ab eo adsumptam naturam: Proprium autem spiritum filij: siquidem eiusdem cum eo naturæ, & ex patre procedentem, ac simul confitebimur, & tanquam piam suscipietes uocem: Si uero tanquam ex filio, aut per filium essentiam habentem, blasphemum

**A** phemum, hoc est, tanquam impium aspernabimur. Credimus enim domino dicenti: Spiritus qui ex patre procedit. Sed & sacratissimo Paulo, dicenti similiter: Nos autem non spiritum mundi suscepimus, sed spiritum qui ex deo est.

## CYRILLI INTERPRETATIO.

**H**omo factus unigenitum dei uerbum, permanit & ita deus, omnia existēs quæcunq; etiam pater, citra hoc solum ut sic pater secum operabatur signa diuina. Quo circa & homo factus permanit, & ita deus tanquam propria uirtute per spiritum complebat miracula. Qui uero dicunt, sicut hominem unum secundum nos, seu sanctorum glorificatum, ipsumq; operatione per spiritum habitata, non tanquam propria magis, sed tanquam extranea, & deo decibili utentem, & quasi pro gratiæ parte accepisse à spiritu in cælos ascensionem, anathematis uirtuti iuste subijcientur.

## CYRILLI OPPOSITIO.

**D** Vdum dixi, quia Nestorij superfluitatibus seu blasphemijs, & multū negligentius dictis uirtus repugnat capitulorum: illo nanq; dicente de spiritu sancto hoc. Itaq; tantam Christo gloriam conferente, & dæmonibus eam operante terribilem, donantemq; ei ad cælos ascensionem, tanquam de aliquo secundum nos homine communi. Hæc colloquenti factus est necessarius anathematismus, non aduersus eos, qui dicunt glorificatum à spiritu sancto Iesum, hoc est, inhumanatum dei uerbum, sed potius contra illos, qui & impudenter eum, sicut aliena uirtute, per spiritum unctum dicunt. Meminimus enim dicentem Paulum de sancto spiritu: Ille me glorificabit. Nouimus ad hæc sancti spiritus operationem contentem nequissimas immundasq; uirtutes. Sed non ita dicimus eum, sicuti denique unum quencq; sanctorum, tanquam aliena per spiritum sanctum utentem uirtute: Fuit enim & est eius spiritus sicuti deniq; & patris, & hoc nobis bene satis explanat scribens sacratissimus Paulus: Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis: Si quis autem spiritum Christi nō habet, hic nō est eius. Procedit enim ex deo & patre spiritus sanctus, secundum Saluatoris uocem. Sed non est alienus filij: omnia enim habet cum patre, & hoc ipse edocuit, dicens de spiritu sancto: Omnia quæcunq; habet pater mea sunt, propterea dixi uobis, quia ex meo accipiet, & annuntiabit uobis. Ergo glorificauit quidē Iesum spiritus sanctus inopinabilia operantem, ueruntamen sicut spiritus eius, & non aliena uirtus, & eo superior, secundum quod intelligitur deus. Ne blasphememus igitur in sanctos angelos, nec in Prophetas, sicut dicere præsumpsit, qui solummodo accusare nouit. Quia uero eius intentio est, & qui secundum eos sunt, diuidere in duos Christos unum, & alium quidem glorificatum, & inoperatum à spiritu sancto: alium uero glorificantem & operantem dicere, detrahūt insensate omni rationi pietatis, & in huiusmodi se mala secta constituunt: Itaq; de sancto Gabriele sermonem faciens, hic accusationis amator, ait: Secundum carnem enim Christum ex spiritu sancto nasci primus ille & anteq; fingere, predicauit. Alter ergo est Christus, qui secundū carnē, & alter proprie Christus, rursus ex deo patre uerbū. Vbi igitur est unitas? & quæ hinc utilitas, si duo Christi, & proprie secundum patrem uterq; intelligitur atque dicitur? Ergo licet pietatis uultum sibi met fingant, unū dicentes Christum, duos sapientes, sed uere audiant à nobis: Usquequo claudicatis in ambobus poplitibus uestris: Recte enim melius ambulare fidem habentes non profanam, sed firmam, non fatuis cogitationibus debachari.

Rom. 8.

Nestorius unū Christum dicit, duos tamē sentit.

## C ANATHEMATISMVS DECIMVS.

**P**ontificem & Apostolum confessionis nostræ factum Christum diuina scriptura testatur: Obtulit autem pro nobis seipsum, in odorem suauitatis deo & patri. Si quis igitur pontificem & Apostolum nostrum dicit factum, non ipsum ex deo uerbum, quando caro factus est secundum nos homo, sed tanquam alterum præter eum seorsim hominem ex muliere, aut si quis dicit, & pro se obtulisse eum oblationem, & non potius pro nobis solis: non enim eguit oblatione, qui nescit peccatum, anathema sit.

## THEODORETI REPREHENSIO.

**N**on in carnis naturam inconuertibilis natura mutata est, sed naturam adsumpsit humanam, & hanc ultra cōmunes constituit Pontifices, sicut beatus *Heb. 4.* edocuit Paulus, dicens: Omnis enim pontifex ex hominibus sumptus, pro hominibus constituitur, eaq; quæ ad deum sunt ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Qui potest compati nescientibus & errantibus, quoniam & ipse necessitate circumamictus est, & propterea debet sicuti pro populo, ita & pro seipso offerre pro peccatis. Et post pauca, hoc interpretatus ait: Sicut Aaron, ita & Christus. De inde ostendens infirmitatem adsumptæ naturæ ait: Qui in diebus carnis suæ supplicationes & preces ad eum, qui poterat saluum facere eum à morte, cum uoce ualida & lachrimis offerēs, & exauditus est ex reuerētia, licet esset filius dei didicit ex quibus passus est obedientiā, & consummatus factus est omnibus obedientibus ei causa salutis æternæ. Appellatus à deo summus sacerdos, secundum ordinem Melchisedech. Quis igitur laboribus est uirtutis consumptus, & non existens natura perfectus? Quis experimento discens obedientiā, & hanc ante experimentum ignorans? Quis cum reuerentiā uixit, & cum uoce ualida & lachrimis supplicationes obtulit, & saluare se non ualuit, sed qui poterat eum saluum facere rogauit, & mortis absolutionē poposcit: Non deus uerbum, quod immortale est, impassibile, incorporeum, cuius memoria secundum Prophetam, exultatio et lachrimarum securitas: ipse enim abstulit omnem lachrimā ab omni uultu. Et rursus Prophetam: Memor factus sum, inquit, dei, & satiatus sum. Qui coronat cum reuerentiā uiuentes, qui cognoscit uniuersa ante natiuitatem suam, qui habet omnia quæ patris sunt, & imago existit impermutabilis genitoris, qui in semetipso demonstrat patrem. Sed quod ex semine Dauid adsumptum est ab eo, quod mortale, quod passibile, quod timuit mortem, licet hoc ipsum postea mortis destruxerit potestatem, propter unitatem ad assumptam deum, quod per omnem ambulauit iustitiam, & ad Ioannem locutum est: Sine modo, inquit, sic enim decet compleri omnem iustitiam, hoc Pontificis appellationem accepit, secundum ordinem Melchisedech: hoc enim indutum est naturæ necessitate, & non omnipotens dei uerbum. Vnde & ante pauca beatus ait Paulus: Non enim habemus pontificem, qui non potest compati infirmitatibus nostris, expertum uero per omnia secundum similitudinem absq; peccato: in experimento autem nostrarum factus est passivum, sine peccato ex nobis pro nobis adsumpta natura: Non qui hanc adsumpsit nostræ causa salutis, sed & in principio capituli huius talia rursus docet. Cōsiderate Apostolū, & Pontificem confessionis nostræ fidelē existētem ei qui fecit eum, sicut & Moyses in tota domo eius. Facturam uero nullus dixerit, rectam habens fidem, increatū & non factum, & patri coæternum deū uerbum, sed qui ex semine Dauid, qui omni peccato liber existit, Pontifex noster, & sacrificium factus est: ipse semetipsum pro nobis offerens, habens in semetipso, uidelicet ex deo uerbum unitum sibi, & inseparabiliter connexum.

CYRILLI

## CYRILLI INTERPRETATIO.

**A**rua quidem indubitanter nato ex deo uerbo ea quæ sunt humana, tamen non aspernanda propter dispensationem: Cum sit enim dominus omnium per naturam, deposuit semetipsum, in hijs quæ nostra sunt formam serui suscipiens, & appellatus est Pontifex noster & Apostolus mensuris humanitatis, & in hoc uocantibus eum obtulit ante semetipsum pro nobis, in odorem suauitatis deo & patri: Vna enim oblatione consummauit in perpetuum sanctificatos, sicut scriptum est. Sed nescio quomodo extranea sapientes, non eundem ex deo uerbum hominem factum adfirmant, appellatumq; Apostolum & Pontificem confessionis nostræ, sed tanquam alterum quendam præter eum hominem seorsim ex sancta uirgine natum, & aiunt appellatum Apostolum atque Pontificem, & secundum profectum in hoc uenisse, & non pro nobis solum, sed etiam pro se obtulisse semetipsum in sacrificium deo & patri. Quod est à recta & immaculata fide penitus alienum: non enim fecit peccatum. Qui autem delinquendi extraneus, & peccati omnino participium non habet, sacrificio pro semetipso non eguit. Quia uero, quippe compulsi, duos rursus filios intelligunt, extranea sapientes, necessarid factus est Anathematismus, palam faciens impietates eorum.

## CYRILLI OPPOSITIO.

**P**ropheta Hieremias offendenti Israël, & exacuenti ad iracundiam omnium deum, dicebat tristis: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem *Hierem. 8.* lachrimarum? & defleam populum istum die ac nocte. Arbitror autem ego huiusmodi uoces non illis potius conuenire, & eos decere, sed hijs qui sine deo, & incontinentes in Christo os habent: quiq; obloquuntur aduersus gloriam ineffabilem audaces & præsumptores, sicut scriptum est. Lamentatione quippe & gemitu digni pro ueritate, qui ex multa nimis subsannatione, & inderogabilem pietatis Christi relinquentes uiam, cursus sibi faciunt monstruosos, & corruptibilibus sensuum adinventionibus pulchritudinem ueritatis adulterantur. Ergo audiant hijs, qui sapere elegerunt, quæ omnibus respuenda sunt. Erratis, nescientes scripturas, atque uenerandum, & magnum inhumanationis sacramentum. Scripturæ namque diuinitus inspiratæ deum nobis inhumanatum prædicant Emmanuel, participatumq; carne & sanguine proxime nobis, dei & patris adfirmant uerbum carnem factum, hoc est, hominem: non per conuersionem, seu mutationem, sed uirtute ineffabilis unitatis. Ideoq; & unum dicimus Iesum Christum dominum, unamq; fidem, & unum sanctum baptisma. Qui autem à dogmatibus sic rectis recedunt, & contra sacras literas durum atque superbum obijciunt sensum, & hoc solum, quod bene se habere arbitrantur, inspiciunt, hominem uero adsumptum à deo uerbo dicunt, secundum illud puto, quod per unum sanctorum dictum est Prophetarum: Non eram Propheta, neque filius Prophetæ, sed caupo eram *Amos. 7.* fricans sycumina, & adsumpsit me ex ouibus. Et sicut ait beatus Dauid: *Psal. 146.* Suscipiens mansuetos dominus. Per habitum quippe & familiaritatem spiritalem, tanquam in uoluntate, & gratia & sanctificatione, sicut & nos ipsi adhaerentes domino, unus spiritus sumus, secundum quod scriptum est. Sed non est hoc humanari deum, sed neq; proxime nobis sanguine & carne participari, sed magis proprium facere hominem, & non secundum alium modum, quem dici poterit Prophetas & Apostolos, & alios sanctos omnes. Putas ne sanctus Paulus seducebat sanctificatos per fidem? Apertissime dicens de unigenito: quia cum esset diues, pauper est factus propter nos? Absit: Vere namq; dicit omnino ueritaris præco quis sit diues, & quomodo pauper factus est. Etiam nunc sermo hic à nobis examinetur: si quidem sicut

**C** dem sicut & sapere & dicere ipsi praesumunt, homo adsumptus a deo est, quomodo pauper est factus qui adsumptus est, & ultra naturam dignitatibus declaratus: glorificatus enim est: aut si non est hoc uerum, derogabitur ab eis assumptioni, tanquam deportanti ad minore partem, & inhonestiorem mensuram humanitatis. Sed ita sapere dissonum est. Ergo non est pauper factus, quia adsumptus est, restat igitur dicere quia factus est in paupertate nostra, qui diues est tanquam deus. Proinde quomodo pauper est factus, age nunc, age consideremus, ut necessarium est: Inconuertibilis etenim per naturam est, confitenter non transiit in naturam carnis propriam deserens: Mansit enim quod fuit, hoc est deus. Vbi itaque uidebimus paupertatis abiectioem? Putas in eo quod aliquem secundum nos adsumpsit, sicuti dicere praesumpserunt impietatis Nestorij parasiti? Et qui fiet paupertatis eius, & euacuationis modus? tanquam in solo quod noluit forte honorare aliquem secundum nos hominem: laeditur etenim nullo modo bene operatus omnium deus. Quomodo ergo pauper est factus? Quia cum deus natura sit, & filius dei patris, factus est homo, & ex semine Dauid natus est secundum carnem, & seruilem mensuram subiit, hoc est, humanitatem, qui in forma dei & patris, per quem omnia, & in quo omnia, & omnium creator: homo autem factus, humanitatis mensuram non erubescit. Qui enim hoc ipsum fieri secundum nos non aspernatus est, quomodo respiceret ea per quae liceret eum uidere factum uere propter nos secundum nos. Si ergo humanis eum remoueremus & rebus & uerbis, nullo modo discerneremur ab eis, qui dicunt quasi aliquid possibilem fuerit solum, nec non ab eis, qui carne exuunt eum, & scripturae diuinae non credunt, destruuntque in omnibus humanationis sacramentum, mundi salutem, fidem, resurrectionem. Sed forsitan dicit quispiam: Parum esse deo uerbo, & dissimile in totum flere, metuere mortem, calicem refutare, Pontificem esse. Vtique sic dixerim & ego ipse, quia diuinae excellentiae naturae & gloriae haec parua sunt, sed in ipsis contemplabimur paupertatem, quam propter nos sponte perpeffus est, quando tibi uisum fuerit onerosum, quod ex euacuatione ingloriosum est potius admirari circa nos filij charitatem. Quod enim tu parum esse dixisti, hoc pro-

**D** mptissime fecit propter te: Fleuit humane, ut tuam constringeret lachrymam: Formidatus est, dispensatiue permisit carni pati interdum quae propria sunt, ut nos praeparatos ostenderet: Refutauit calicem, ut impietatem Iudaorum crux accusaret: Infirmari dicitur secundum humanitatem, ut tuam cessare pararet infirmitatem: Preces offert supplicationis, ut & deprecationibus tuis accessibilem monstret patris aurem, & ut tu discas in tentationibus non dormire, sed adoratione magis adurgere. Vnde culpabat dormitantes sanctos Apostolos, & dicebat: Sic non potuistis una hora uigilare mecum? Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. In informationem etenim tuam, qua sanctae conuersationis seipsum pandens profuit uniuersis, humanitatis infirmitates proprias fecit, ob quam causam: ut & secundum ueritatem homo factus crederetur: licet permanendo quod fuit, hoc est deus. Sed nescio quomodo qui Christum unum se dicere fingunt & filium & dominum, eundem deum & hominem non ex deo natum uerbum appellari dicunt Pontificem & Apostolum confessionis nostrae, quando factus est homo, sed uelut alterum quendam singulariter hominem ex semine Dauid uocatum ad hoc adfirmant, metuentes ut aestimo, ne a mala secta Nestorij deficientes, recta sapere capiantur: Ait enim sic ille: Iste fidelis deo factus Pontifex: Factus est enim hic non sempiternus, praefuit hic qui paulatim ad Pontificis prouectus est haereticae dignitatem. Deinde, sicut aestimauit confirmans in ueritate suas uoces, intulit dicens: de quo & Lucas clamabat in Euangelijs: Iesus autem proficiebat aetate, & sapientia, & gratia. Et rursus cum sit nobis hic solus Pontifex compassibili & cognata

*Paupertas  
Christi unde  
aestimanda sit.*

*Christi passio  
contra calami-  
tates nos ob-  
armat.*

**A** cognata & firma in eo fide nolite deficere: ipse enim nobis pro benedictione promissa ex semine Abraham missus est tanquam pro se, & genere corporis sacrificium collaturus: Illius autem odij optimus imitator magnus iste Theodoretus non erubescit, dicens: Humanam naturam adsumpsit, & hanc ultra communes statuit Pontifices, sicut & Paulus ait: Omnis enim Pontifex ex hominibus sumptus pro hominibus statuit quae ad deum sunt, compati ualens ignorantibus & errantibus: Nam & ipse circumdatur infirmitate, & propterea debet, sicut pro populo, ita & pro se offerre pro peccatis. Putas non hominem nobis communem, quantum ad suum placitum explicauit Emmanuel, non cognata sensa hijs quae nuper a nobis nominata sunt, & parem generantia blasphemiam? Dic mihi, metuis Pontificij modum omnium nostrum saluatoris Christi? Incongruum esse dicis deo uerbo humane sacrificium ministrare propter dispensationem. Ergo aufer personam, nega non dispensationem factam incarnationem uerbi, propter quam nominatus est etiam Pontifex, putas sacrificantem uides tanquam alteri deo, & potiori deo patri bouem immolantem secundum illos qui ex hominibus sunt accepti, & compati possunt ignorantibus & errantibus, eo quod & ipsi sint in nostris infirmitatibus: non considerasti, quia ab omnibus fidem, siue fidei confessionem sibi met uestiget, & per omnia sancto patri. Dic mihi, putas ne modum esse humani sacrificij, fidem petere eos, qui in odorem suauitatis offerunt in spiritu? Contemplantur etiam aliter existentem deum, licet dicatur humane sacerdotium perhibere, propter dispensationem: Assidet enim deo & patri, & in sublimis sedibus decoratus apparet: Conturbat te humanitas, quod est deo decibile, terroribus non absoluit. Non pateris ipsis uidere rebus deum simul & hominem existentem Emmanuel, sed sic impudenter & dure ultra omnem impietatem currens, consummatum dicis secundum uirtutem in laboribus, & profecisse paulatim ad Pontificis dignitatem. Si profecit, ubi exinanitus est & pauper factus? Si consummatus est per uirtutem, ex imperfecto utique & in tempore factus est integer: Omne uero quod imperfectum est ad uirtutem, sub uitio est, & quod sub uitio, sub peccato, quomodo ergo scriptum est de eo, quia peccatum non fecit? Praesumpsisti etiam dicere quae subiecta sunt: Quis igitur sacerdotio functus est, qui laboribus uirtutis consumptus, & non naturaliter perfectus existens? Quis experimento discens obedientiam, & hanc ante experimentum ignorans? Quis cum reuerentia uiuens, & cum clamore ualido, & lachrymis supplicationes offerens, & saluum facere non ualens semetipsum, sed deum qui poterat saluum facere rogans? O audax uox, atque scelesti. Quae sufficient lachrymae ad diluendum peccatum talia sapere proponentium? Si suscipis unitatem, quomodo ignorasti, quia tibi sermo fuit de deo homine facto? Humiliauit se propter te: & tu imprudenter exclamas: Propitius esto tibi domine, Non erit tibi. Hoc ergo audies dicentem: Vade post me Satanas, scan-

**B** dalumes mihi. Sed enim in fine suorum uerborum ait: Ergo qui ex semine Dauid Pontifex, habens utique in semetipso ex deo uerbum unitum, inseparabile terque connexum. Quomodo ergo unitum dicis, qui ex semine Dauid est ex deo uerbum, si soli qui ex semine Dauid pontificatum attribuis? Si enim uera est unitas, non duo omnino sunt, sed unus & solus ex ambobus intelligitur Christus. Palam itaque est, quia fingunt quidem se confiteri unitatem, simplicium uota surripientes, copulationem uero sapiunt, quae est extrinsecus, & per habitum, quam & nos habuimus, participes diuinae eius effecti naturae per spiritum. Respicienda itaque sunt non illorum multiloquia, sed recta & immaculata fides, & euangelicae, atque apostolicae sanctiones: Deus est in carne, & in sanguine, humanitatisque mensuram per ea quae sunt humana cognoscimus: Milia milium enim angelorum sanctorum ministrant ei, & sacrae eius sedem circumstant Seraphin, Quia

*Matth. 16.*

*Psal. 90.*

**C** uero factus est homo, appellatus quoque summus sacerdos, non tanquam maiori deo offerens sacrificium, sed sibi et patri, fidei nostrae negociatus confessione, confunderis audiens quia sacerdos est appellatus propter humanitatem. Proinde quomodo non admiratus es, quia non secundum sacerdotum solennitatem alteri celebrat immolationis modum, sed magis sibi, sicut dixi, et patri. Quando dicis, non esse dignum deo ut sacrificet, simul et ego dico: Sed si solum esset et citra carnem uerbum, diceres recte: quia uero factus est homo, intyere et immolantem propter humanitatem, et in dignitatibus quae ultra creaturam sunt sicut deum: assidet enim deo et patri. Intyere siquidem eum immolantem quidem secundum humanitatem, assidentem uero sicut deum. Quid enim ait beatus Paulus: Talem habemus Pontificem, qui sedet in dextera sedis maiestatis in excelsis. Scientes igitur, quia cum deus esset, factus est homo. Est autem unus atque idem filius, ipsi omnia tribuimus tanquam uni: et dispensationis non ignorauimus modum, sensuum uirtutem artificiose atque prudenter in eius semper conuertentes obedientiam.

## CYRILLI ANATHEMATISMVS XI.

**S**iquis non confitetur deum carnem uiuificatricem esse, et propriam ipsius ex deo patre uerbi, sed quasi alterius cuiuspiam praeter eum, connexi quidem ei secundum dignitatem, seu solam diuinam inhabitationem habentis, et non potius uiuificatricem, sicut diximus, quia facta est propria uerbi omnia uiuificare ualentis, anathema sit.

## THEODORETI REPREHENSIO.

**P**ropriam factam dominicam carnem uerbi per unitatem confiteri bonum est, intelligentes tamen eam ex nobis adsumptam: Superfluum autem est inferre, et non alterius cuiuspiam praeter eum, nisi forte excepit eam ex nobis adsumptam. Dum enim saepe dicit propriam, excipientis est dominicam carnem nostrae esse naturae: Et ubi gloriatio nostra est, per quem dicit Paulus consuscitauit, et sedere fecit nos: Cuius enim hominum caro alterius est quam uniuscuiusque? Nonne unusquisque nostrum communem quidem habet carnem, cum uno quoque consubstantiali ratione et propria, eod quod quae est uniuscuiusque, non sit alterius, nisi solius cuius est caro? Quid ergo sibi uult cum dicit propriam, tanquam aliud quid dicens? Si enim intelligit dominicam carnem ex nostra assumptam, et intelligit quia uniuscuiusque caro illius est propria cuius est caro, et non alterius uelut extranei: dicit propriam eam esse. At certum est, quia per uelamen non dicit eam ex nostra sumptam esse naturam, sicuti clarius dicit in primo suo Tomo. Et infans, inquit, erat non secundum nos, hoc est, non in pura et sola apud nos similitudine, sed in humanitate quidem propter carnem, diuinus autem tanquam ultra nos, et de caelo. Et iterum in secundo Tomo, sic ait: Corpus enim erat non alterius alicuius qui secundum nos est, sed proprium magis ipsius existentis ex patre uerbi, quod natum ex eo est: Quis autem aliquando dixit, quia alterius alicuius a seculo hominum facta est caro dominica, uelut Abel, aut Noe, aut Helix, aut cuiuslibet a seculo hominum? Non solum autem de dominica carne definimus, quia facta non est cuiuslibet alterius a seculo hominum, sed ipsius domini propria et sola, quae inconfuse inseparabiliter unita est deo uerbo. Sed neque uniuscuiusque nostrorum caro facta est aliquando, sicuti diximus, alterius alicuius, nisi illius cuius est caro. Hoc itaque omnibus ecclesijs consentientibus, quid sibi uult quod saepe propriam eam dicit: nisi forte excepit eam a nostra natura. Quomodo autem etiam interdicit, ne dici oporteat, connexa quidem ei secundum dignitatem et autoritatem: cum ipse dicat in primo Tomo: Sic enim et nos illius paupertate ditati sumus, ut eleuata

**A** uata in eo humana natura in dignitatem deo decibilem. Sed nos dicimus ei, aduersanti etiam sibi: Si igitur naturae inconfusae manent, manet autem et unitas, dicimus uero ea, quae adorationis, et uirtutis, et dignitatis, et autoritatis sunt, tanquam uni filio offerri digna, manentibus naturis in unitate inconfusis, quid restat aliud, quod subtiliorem figuret unitatem? et cedimus, et consentimus, extra confusionem uidelicet naturarum. Sed certum est, quia nihil ei sufficet ad summam unitatis, naturas non confundenti. Sed nos naturas quidem existentes inconfusas seruamus, unitatemque summam et diuinam, et nobis incomprehensibilem confitemur: Omnia ad glorificationem tanquam deo et uni filio offerentes, et dicentes ei beati Petri uocem: Tu es Christus filius dei uiui.

## CYRILLI INTERPRETATIO.

**S**anctam et uiuificatricem, et sine sanguine immolationem in ecclesijs celebramus, non unius secundum nos hominisque communis corpus, quod offeratur, esse credentes. Similiter autem et pretiosum sanguinem, suscipientes autem potius tanquam proprium corpus factum, nec non et sanguinem omnia uiuificantis uerbi: Communis enim caro uiuificare non potest, et in hoc testis est ipse Saluator, dicens: Caro non prodest quicquam, spiritus est qui uiuificat. Quia enim uerbi propria facta est, idcirco intelligitur, et est uiuificatrix, sicut ait ipse Saluator: Et sicut misit me uiuens pater, et ego uiuo propter patrem. Et: Qui comedit me, et ille uiuet propter me. Quia uero NESTORIVS, et qui eius sapiunt sectas indocte uirtutem destruunt sacramenti, idcirco et satis recte Anathematismus est factus.

## CYRILLI OPPOSITIO.

**E**xacuebantur aliquando ad iracundias scelestas infelices Iudaei inuidiae iaculis mente percussi. Quia uero super haec etiam prophanas inferebant manus omnium nostrum saluatori Christo, talium praesumptionum causas uolebat edicere: Multa, inquit, bona opera ostendi uobis patris mei, propter quod horum opus me lapidatis? At illi ad tantam inconsiderationem et fatuitatem cogitationum uenerunt, ut etiam criminibus blasphemiae eum molirentur obstringere: dicebant enim: Pro bono opere non te lapidamus, sed pro blasphemijs, et quia tu cum sis homo, facis te ipsum deum. Ait autem alicubi ad eos Saluator: Non est scriptum in lege uestra: Ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, et non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit, et misit in hunc mundum, uos dicitis quia blasphemas? quia dixi, filius dei sum. Perscrutantes autem nos apostolatus modum qui in hoc dicitur, ex scripturis diuinis hunc sensum colligimus. Ait igitur ipse per Esaiam uocem: Spiritus domini super me, propter quod unxit me euangelizare pauperibus, misit me praedicare captiuis remissionem, et caecis illuminationem. Missum utique dicimus Christum a deo et patre factum hominem: decet enim, et satis recte exinanitionis mensuris apostulatus, id est, missionis et nomen et res. Missum autem est, sicut dixi, non nudum et sine carne ex deo patre uerbum, sed magis natiuitatem perferens secundum carnem, seu corpus sumens ex sancta uirgine, et hoc ineffabiliter, et inconfuse sibi et uni, sicuti frequenter diximus, illuxit nobis deus dominus secundum scripturas. Proprium ergo corpus dicimus factum, dicimus uerbi et non hominis alicuius seorsim et separatim alterius, citra eum qui intelligatur Christus et filius. Sicut autem proprium nostrum uniuscuiusque dicitur corpus seorsim eius cuius est, ita et in uno Christo intelligendum utique existens nostris corporibus cognatum, siue consubstantiale: Factum est enim ex muliere, proprium eius, sicuti dixi,

Cuti dixi, intelligitur & dicitur: Quoniam uero uita secundum naturam est ex deo patre uerbum, uiuificatricem ostendit suam carnem, idcirco facta est nobis benedictio uiuificans. Denique dicebat Christus: Amen dico uobis, ego sum panis uiuus, qui de caelo descendi, & uitam dedi mundo. Et rursus: Panis autem quem ego dederam, caro mea est pro mundi uita. Et iterum: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Considera itaque quem admodum ubique suum corpus quod ex muliere est nominat, propter summam unitatem hanc habente mysterio rationem. In expositione rursus ait Nestorius:

33 Audite itaque uerba respicientes, qui manducat meam carnem. Memoramini quia de carne sermo est: & quia non a me adiectum est carnis nomen, ne uidear apud eos male interpretatus: Qui comedit, inquit, meam carnem, & qui bibit meum sanguinem: Nunquid dixit: qui comedit meam diuinitatem, & bibit meam diuinitatem? Qui comedit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Memoramini, quia de carne est quod dicitur. Sed forsitan male interpretor. Audiamus ex reliquis: Sicut misit me uiuens pater. Ille dicit diuinitatem, ego humanitatem: Videamus qui male interpretetur. Sicut misit me uiuens pater, dicit Haereticus hic diuinitatem: dicit misit me deum uerbum uiuens pater. Secundum illos & ego deus uerbum uiuo propter patrem. Deinde post hoc: Et qui manducat me, & ille uiuit. Quem comedimus: Diuinitatem, an carnem? De his itaque quae sic absurde & negligenter ab eo effusa sunt, longus iam a nobis sermo productus est. Quid autem uult intelligere? Non deum uerbum missum dicens incarnatum, & hominem factum? Ponens autem rursus seorsim & particulariter, sicut ipse dicit, quod uidetur non ab eo dicere, magis autem etiam manifesta iam probatio est: unitatis enim destruit modum, ut commune Christi corpus inueniatur, nequaquam proprium eius uere qui omnia uiuificare ualet. Parua quidem indubitanter deo uerbo omnia sunt humana. Quia uero dignatus est propter nos mundo salutarem euacuationem pati, licet missus dicatur praedicaturus captiuis remissionem, & caecis illuminationem, glorificatur magis tanquam passus cum carne dispensationis humilitatem, & nullus, ut aestimo, culpabit bene sapere solitarii: quia deposuit se in nostra propter nos. Putas ergo tanquam alterum quendam filium & Christum, absque uerbo ex deo, eum qui uidebatur esse confirmans, cui etiam soli causam apostolatus attribuit, non humanam commixtionem mysterium nostrum esse pronuntiat, scelesti protrahens ad sensus caliginosos credentium mentem, & cogitationibus humanis subijcere contendens, quae sola & in exquisita fide percipiuntur: Non enim quia diuinitatis non comeditur natura, propterea sanctum corpus Christi commune esse cuiuslibet adfirmat. Scire autem necessarium est, quia sicuti praediximus, proprium est corpus omnia uiuificantis uerbi: Quoniam uero est corpus uita, uiuificans est: Per ipsum namque mortalibus nostris corporibus uitam largitur, ut etiam destruat mortis imperium. Viuificat quoque nos a quo modo sanctus spiritus Christi: Spiritus enim est qui uiuificat, secundum ipsum Saluatoris uocem. Nihil uero contristat, uti ne uidear ego solus uerbi corpus proprium nominare, etiam sanctorum patrum ponere testimonia, ut sciant aduersarij nostri, quia inuoluntate nos inclamant, sequentes ubique illorum uoces. Ait itaque famosissimus noster pater & Episcopus ATHANASIVS, in libro de sancta trinitate: Et apparebat quia non erat phantasia, sed uere habebat corpus: Decebat enim Christum induentem humanam carnem, hanc cum proprijs passionibus eius indui totam: ut sicut proprium eius dicimus esse corpus, ita & corporis passiones propriae solum eius dicantur: licet non contingerent secundum diuinitatem eius. Et iterum: Haec necessarium praexaminauimus, ut si uiderimus eum tanquam per instrumentum proprii corporis diuine agentem aut dicentem, cognoscamus quia cum deo proprii corporis

*uiuificat spiritus  
uius perinde ut  
filius.*

A corporis diuine agente sit haec operatus. Et haec quidem beatus pater noster ATHANASIVS. Veruntamen licet proprium dicatur uerbi corpus, est tamen ex muliere, nostrisque cognatum, secundum quod intelligitur caro. Et beatus quidem Paulus: primus, inquit, homo terrenus, secundus uero de caelo. Ipse uero Christus: Et nullus, inquit, ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis. Dicamus autem, quia non de caelo corpus unitum sibi deponens uerbum haec ait: quia uero desursum existens ipse, & de caelo, proprium fecit unitum sibi corpus ineffabiliter, inintelligibiliter, inconuertibiliter, inconfuse: Ideoque & de caelo dicit semetipsum etiam quando filius hominis factus est. Cum igitur recte & intemerate se habeat sermo noster, quae reprehensionis amatoribus contra nos inuenitur occasio, si aliquorum blasphemis Anathematismus repugnat, opponens mendaciam ueritatem: Arbitror enim ego, quia nullo modo ab eo quod decet abscesserim, si Christum dixi ultra nos: Nam licet homo factus sit dei uerbum, attamen est etiam sic non ultra nos solos, sed etiam ultra creaturam uniuersam: Non enim solum homo intelligitur secundum nos, sed idem deus desursum, & de caelo.

## CYRILLI ANATHEMATISMVS XII.

**S**iquis non confitetur dei uerbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem gustasse carne, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod uita est, & uiuificans sicut deus, anathema sit.

## THEODORETI REPREHENSIO.

**P**assiones eius qui est passibilis propriae sunt: impassibilis enim ultra passiones est. Passa est itaque serui forma, cohaerente sibi utique dei forma, & permittente quidem pati propter salutem quae ex passionibus nascebatur: proprias uero faciente propter unitatem passiones. Ergo non deus passus est, sed ex nobis homo sumptus a deo. Unde & beatus Esaias praefagies clamabat: Homo cum in plaga esset, & sciret ferre laborum. Sed & ipse dominus Christus ad Iudaeos dicebat: Quid me queritis occidere hominem qui ueritatem uobis locutus sum? Occidit autem non ipsa uita, sed habens mortalem naturam. Et hoc docens alibi dominus ad Iudaeos ait: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Ergo solutus est qui ex Dauid, suscitauit autem hunc solutum, qui ex patre impassibiliter natus est ante secula unigenitum dei uerbum.

*Graecus codex  
qui est penes  
nos ex Spanheimensi  
Coes nobis aliquando  
plura hic  
habet.*

## CYRILLI INTERPRETATIO.

**I**mpassibile quidem & immortale est ex deo patre uerbum: Nam ultra passionem diuina ineffabilisque natura est, & ipse uniuersa uiuificat, & corruptione superior est, & omni quod contristare solet. Sed licet ita substantialiter existat ex deo patre uerbum, tamen propria adiecit carnem, morti capabilem, ut per id quod pati solet pro nobis & propter nos in semetipso passiones assumens, omnes nos & corruptione liberaret, & morte uiuificans sicut deus, proprium corpus & primitiam dormientium, factus & primogenitus ex mortuis. Non enim homo communis erat seorsim & particulariter intelligendus citra ex deo patre uerbum, qui propter nos pretiosam sustinuit crucem, & gustauit mortem, sed ipse gloriae dominus carne passus est, sicut scriptum est. Quia uero hi qui uana & impia dogmata rectae & immaculatae fidei comparare uolent, hominem aiunt communem passum pro nobis crucem, necessario factus est Anathematismus, inhaerentes illis magnitudinem impietatis ostendens.

## CYRILLI OPPOSITIO.

**M**iranda uere uirtus est ueritatis, & testimonij praebet experimentum: Nec enim mihi pro satisfactione longa oratio necessaria est, qua suadere possum hijs qui iam sunt decepti, putantes quia passibilem esse dicamus diuinam uerbi naturam, semel aduersarijs destructis, hoc ipso & contentibus satis aperte, quia

**C** extranei, & omnino huiusmodi criminibus sumus alieni. Quia uero inanē adsumptionē secundū suum placitū adijcētes, inerudite callidis sensuū adinuetionibus utentes, nituntur ostendere astutiam inhaerentis sibi prudentiæ, & adstruunt ualde celeriter declarantes impassibile secundum propriam naturam dei uerbum: Audiānt à nobis quia pugilant uane, & uerberant aërem, nullo eis in hoc resistente, neque contraria sapiente. Cur igitur sudant frustra, & superflue se protendant: quis ita fulminandus, ut excellentissimæ omnium substantiæ distribuatur passionem, & ad infirmitatem passionum commouere præsumat, quod ultra omnem creaturam & incorporeum est: Quia uero ratio sacramenti hominem nouit factum dispensatiue, ex deo per naturam filium unigenitum, proprium autem eius esse firmamus ex Maria uirgine sanctum corpus assumptum. Propterea nimis recte, secundum familiaritatem dispensatiuam, eius dici corporis asserimus passiones, custodientes ubique eius naturæ impassibilitatem: Deus enim est ex deo. Quando igitur carne dicitur pati, non ipse in natura propria passus intelligitur, secundum quod deus est: sed propriam magis faciens passionem: Ipsi enim factum est unicum ei corpus, sicuti nuper dixi. Idcirco et sanctus Paulus ipsum, per quē omnia, & in quo omnia fecit, esse inquit pater primogenitū ex mortuis: sic enim scribit: Gratias agētes patri, qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorū in lumine. Qui eruit nos de potestate tenebrarū, & transposuit in regnū filij charitatis suæ: in quo habemus redemptionem peccatorū, qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quia in ipso creata sunt uniuersa, quæ in cœlis, & quæ in terra, uisibilia, & inuisibilia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso facta sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso facta sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso consistunt, & ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principū, primogenitus ex mortuis, ut fiat in omnibus ipse princeps: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per ipsum reconciliare uniuersa, in ipso pacificans per sanguinē crucis eius, siue quæ in terra, siue quæ in cœlis sunt. Considera itaque, quomodo per ipsum omnia facta dicēs, uisibilia & inuisibilia, sedes & potestates, ipsum tamen datū dicit ecclesiæ caput, & primogenitū ex mortuis factum adfirmat, & reconciliata uniuersa per ipsum, in eum pacificare per sanguinem crucis eius, siue quæ in cœlis siue quæ in terra. Proinde quis dubitet post hæc adhuc & uane formidet, ne forte passibilem filij naturam declaret ratio sacramenti, quando dicitur carne passus: proprias namque facit, sicuti dixi, proprii corporis passiones: Hoc enim sapere uidebatur & sancto Petro dicenti: Christo itaque passo pro nobis carne. Aliud autē est carne dicere passum, & aliud similiter passum dicere natura diuinitatis: quia enim est idem deus simul & homo, impassibilis quidem quantū ad naturam diuinitatis, passibilis uero secundum humanitatem, quid absurdum est, si in natura, quæ pati potest, dicitur passus, passionē nesciente permanens impassibilis: Quia uero in huiusmodi fide & sanctorū patrum chorus emicuit, sciemus ex ipsis quæ conscripserunt, ipsi Saluatoris mandata seruantes: memoriam enim habebant eius qui dixit: Gratis accepistis, gratis date. Amen.

D. GREGORII EPISCOPI IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.



Moc sap iatur, inquit, in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est esse æqualē deo: sed semetipsum exinanuit, formam serui suscipiens. Quid pauperis in deo quā forma serui: Quid humilioris in Rege cunctorum, quā ad communem onem pauperis nostræ naturæ sponte uenire: Rex regum & dominus dominantium induitur forma serui: iudex omnium fit subditus potestatibus creaturæ: Dominus

**A** Dominus in spelunca deponitur, qui omnia continet: in diuersorio non inuenit locum, sed in præsepe proijcitur iumentorum: mundus & immaculatus sordes suscepit humanæ naturæ, & per omnem paupertatem nostram transiens, usque ad mortem uenit experimentum. Considerate paupertatis spontaneæ mensuram: uita mortem gustat, iudex deducitur ad iudicium, uitæ omnium existentium dominus subditur sententiæ iudicantis: rex omnium uirtutū quæ ultra mundum sunt, Spiculatorum non respuit manus.

BASILII MAGNI EPISCOPI  
CAESARIENSIS.

**N**on enim totum cœlum & terra, & magnitudines pelagorum, & quæ in aquis habitant, & terrena animalia, & plantationes, & stellæ, & aër, & tempora, & uariis mundi totius decor sublimitatem fortitudinis demonstrauit, quantum ut potuisset deus, quem uniuersa non capiunt, impassibiliter per carnem morte complecti, ut nobis propria passione impassibilitatē donaret.

D. ATHANASII EPISCOPI  
ALEXANDRINI.

**U**idebatur quia non phantasia, sed uere uehemens erat corpus: Decēbat enim dominum induentem humanam carnem, ut cum proprijs eius passionibus totum indueret, sicut proprium eius dicimus esse corpus, ita & corporis passionis propriæ eius solummodo dicerentur, licet non applicarentur secundum diuinitatem eius. Nam si alterius esset corpus, illius etiam dicerentur & passiones. Si autem uerbi caro: uerbum enim caro factum est: necessarium est & carnis passiones dici eius, cuius & caro est: Cuius enim dicuntur passiones, quale est maxime damnari, flagellari, sitis, & crux, & mors, & aliæ corporis infirmitates, huius & correctio & gratia est. Propterea igitur consequenter & decenter non alterius, sed ipsius domini dicuntur huiusmodi passiones. Ut & gratia ab eo sit, idololatræ non efficiamur, sed uere colentes deum: quia nullum horū quæ facta sunt, neque communem quemlibet hominem, sed ex deo naturaliter & uerum filium, eundem etiam hominem factum, nihilominus dominum eundem & deum, saluatorem inuocamus. Sufficiunt itaque ad satisfactionem, ut puto, sapientibus dicta proposita, diuina lege palam dicente: In ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum. Si quis autem uoluerit & post hæc adhuc contendere, audiat à nobis ipsum contra seipsum existere: Nos autē diuinas literas, & sanctorum patrum sequimur fidem: Sic enim lucramur supernæ uocationis palmam in Christo: Per quē & cum quo deo & patri honor & gloria cum sancto spiritu in secula. Amen.

IOAN. 8.

SYNODI

**SYNODI ORIENTA-**  
**LIVM DECRETA, ATQVE EORVM CON-**  
**FESSIO, QUI CVM IOAN. ANTIO-**  
**CHENO SENSERVNT.**



Ancta Synodus dioceſeos Orientis, & hij qui cum iſdem ex di-  
 uerſis dioceſibus & prouincijs conuenerunt, Bythinia, Piſidia,  
 Cappadocia ſecunda, Paphlagonia, Europa, Meſia ſecunda,  
 Rhodopa, Dacia, Theſſalia, interlocuti ſunt ea quae in ſubiectis  
 habentur. Nuper obortis eccleſiaſticis quaſtionibus, in Ephe-  
 ſinam ciuitate conuocati ab hijs quibus & regnare a deo proba-  
 ti ſunt, & orbis indepti ſunt gubernacula, qui & ſapienter & pie obtemperantes  
 ſibi dirigunt, ſine ulla protelatione ad praefatam conuenimus ciuitatem. Tempo-  
 re uero comorantes in ea non modico, propter obortam a Cyrillo & MEMNO-  
 NE turbelam, bis & ter ſcriptis manantibus piſſimorum Principum, quibus ſuade-  
 bant, ut in uinculo pacis & unitatis uniuerſae dei Eccleſiae conuenirent, & conten-  
 ti eſſemus in ea fide, qua beati patres noſtri apud Nicam expoſuerunt. Abiectis  
 niſiſominus nuper obortis ſcandalis, tentauimus quidem eos Episcopos, qui con-  
 ſerant Aegyptio, & capitulis haereticis ab eo expoſitis ſubſcriperant, ſuadere  
 adimere quidem illa, quae orthodoxae fidei euidenter adferunt corruptelam, con-  
 tentos uero eſſe expoſitione quae apud Nicam fuerat dudum facta ſecundu de-  
 cretum piſſimorum Principum noſtrorum. Sed cum non ualuſſemus iſdem ſua-  
 dere propter praſumptionem quae ab hijs fuerat effecta, compulſi ſumus nos, qui  
 in fide ſane parumper manemus, & niſi ei extraneum inferre contendimus, ſcri-  
 pturaliter eam exponere, & proprijs ſubſcriptionibus noſtram confeſſione firmare.  
 Sufficit enim paucorum horum ſermonum expoſitio, & pietatis docere caute-  
 lam, et ueritatis oſtendere ſemitam, et haereticae arguere prauitatis errorem.

Theodoſium  
 & Valentinianum dicit.

D

Orientalium  
 profeſſio.

Credimus in unum deum, patrem omnipotentem, omnium uiſibiliu & inuiſibiliu  
 factorum: Et in unum dominum Ieſum Chriſtum, filium dei, natum ex patre, unigenitum,  
 hoc eſt, ex eſſentia patris, deum ex deo, lumen ex lumine, deum uerum ex deo uero,  
 natum, non factum, *ἰσοουσιον* patri, per quem omnia facta ſunt, quae in caelo ſunt, &  
 quae ſuper terram: Qui propter nos homines, & noſtra ſalutem descendit, & incarna-  
 tus eſt, & in homine effectus eſt: quod Graeci dicunt *ἰν ἀνθρώπου κωλιος*. Paſſus, & re-  
 ſurrexit tertia die, aſcendit in caelos, ſedet in dextera patris, inde uenturus iudicare  
 uiuos & mortuos in ſpiritu ſancto. Eos autem qui dicunt: erat aliquando quando non erat:  
 et qui ex nullis extantibus factus eſt, aut ex altera ſubſtantia aut eſſentia dicentes eſſe con-  
 uertibile aut mutabile filium dei, anathematizat catholica & apoſtolica eccleſia.

Hac eſt fides qua expoſuerunt Patres primu aduerſus ARIVM blaſpheman-  
 tem, & dicentem creaturam filium dei, & aduerſus omnes haereſes SABELLI  
 & PHOTINI, & PAULI SAMOSATENI, & MANICHAEI, & VALEN-  
 TINI, & MARCIONIS, & aduerſus omnes haereſes, quae inſurrexerunt aduer-  
 ſus catholicam eccleſiam, quas condemnauerunt CCCXVIII. Episcopos qui apud Ni-  
 cam conuenerunt. Huic expoſitioni fidei omnes permanere confeſtemur nos qui  
 in Ephelinam conuenimus ciuitatem, & hij qui in noſtris prouincijs habentur

In ueſtiſti-  
 mo exemplari  
 legebatur  
 Ruyij.

\* Episcopos, qui & nobis ſpoponderunt permanere in omnibus quae a nobis  
 fuerint geſta. Suadebimus enim ſapienter dicenti: Noli transferre terminos quos  
 poſuerunt patres tui: Nam haeretica Capitula, quae nuper a Cyrillo Alexandri-  
 no ſunt expoſita, quibus & Anathematifimos ſuperfluos & uanos coniunxit, &  
 tentauit firmare decretum & ſubſcriptionem Episcoporum, abiecit & repulit ab  
 orthodoxa

A orthodoxa fide ſancta Synodus, quae in Ephelinam conuenit ciuitatem.

Si quis non confeſtetur deum eſſe ſecundum ueritate Emmanuel, & propter  
 hoc *ὁμιλιον* ſanctam uirginem: genuit enim carnaliter carne factum eum qui ex  
 deo eſt uerbum, anathema ſit.

In hoc Capitulo Emmanuel dicens, & diuinam & humanam ſignificat natu-  
 ram: quia Emmanuel interpretatum eſt in Euangelijs, nobiſcum deus. Sed pra-  
 termiſſa humana natura, per quam nobis omnis ſalus donatur, ſolummodo  
*ὁμιλιον* nominauit: incarnationis uero rationem, & humanae naturae ſuſceptionem a  
 patribus uindicatam, qui dixerunt: incarnatus, & in homine habitauit, modis  
 omnibus abolere tentauit, ut illud impleretur quod in catholicis ſcriptum eſt:  
 Omnis ſpiritus, qui non confeſtetur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe, ex deo  
 non eſt, & hic eſt Antichriſtus. Deinde dicit: Genuit enim carnaliter carne fa-  
 ctum, non conſiderans, quod Apoſtolus de Iſmael & Iſaac diſputans, carna-  
 liter quidem natum Iſmaelem dicat, Iſaac uero per repromiſſionem. Quod ergo  
 Apoſtolus in perſonam uindicauit Iſaac, hoc impius Chriſto adimere attentauit.  
 Nam carnaliter naſcitur, qui coniugij iure ex ordine naſcitur humano. Hic autem  
 inexplicabiliter ſuperueniente ſpiritu ſancto, & obumbrante uirtute altiffimi, de  
 uirginali utero uerum corpus, perfectumque hominem ex anima rationali & ex  
 ipſis primordijs conceptionis unitum ſibi accepit, ut mortalitatem humanae natu-  
 rae, quae ex prauaricatione primi hominis Adae irreperat, ipſe ad immortalitatis  
 praemium reuocaret.

Carnaliter na-  
 ſci quid ſit.

Si quis non confeſtetur carnem ſecundum ſubſtantiam unitam ei qui ex deo pa-  
 tre eſt uerbo, unum eſſe Chriſtum cum propria carne, eundem uidelicet deum  
 quoque & hominem, anathema ſit.

In hoc Capitulo dum carnem ſecundum ſubſtantiam unitam ei qui ex deo eſt uer-  
 bo adferit, aut unam negat naturam, aut conuſionem facit naturarum, utrunque  
 non conſiderans, quoniam & diuina natura inconuertibilis & indemutabilis ſe-  
 cundum patrum ſententiam manſit, qui dixerunt inconuertibilem & indemutabilem:  
 & humana natura, quam acceptam ſibi uniuuit, a proprietate naturali non eſt alia  
 enata: Nam poſt ſacramenta diſpenſationum, poſt beatam reſurrectionem uolens Apo-  
 ſtolus noſtrae naturae plenitudinem immortalitate & impaſſibilitate per eum repa-  
 rata oſtendere, diſcipulis ſuis ait: Palpate me, & uidete, quia ſpiritus carnem & oſſa  
 non habet, ſicut me uidetis habere. Si igitur poſt reſurrectionem redintegrata no-  
 ſtra natura, & immortalis effecta diſcipulis oſtenditur, quemadmodum ſecundu  
 ſubſtantiam dicat, ipſa ſubſtantia quae eſt diuina remanſit, an humana? Nam nos  
 unum Chriſtum, unum filium Ieſum, unum dominum eſſe confeſtemur: non natu-  
 rarum conuſionem, neque temperamentum, ſed manentibus utriſque naturis in ſua pro-  
 prietate inconuſis. Ita unitum accepimus, ut nec deus uerus a ſua deſerit natura,  
 nec accepta hominis natura ſuam proprietatem amiſerit, ſed ſint utraque natura uni-  
 ta: nam unum ſibi non unitur, ſed altera alteri unitur naturae: Nam quia dicit eum  
 dem deum & hominem, fraudulenter tegere impietatem ſuam contendit: Secun-  
 dum enim Apollinarem & Arium ita hominem confeſtetur, ut pro anima ſecundu  
 Arium, deum uerbum: pro ſenſu uero humano ſecundum Apollinarem, itidem  
 deum uerbum fateatur, quod catholicae fidei per omnia eſt contrarium.

Luc. 24.

Arius.

Apollinaris.

Si quis in uno Chriſto diuidit ſubſtantias, poſt unitionem coniungens eas copu-  
 latione illa quae ſecundum dignitatem eſt & autoritatem, aut poteſtatem, & non  
 magis conuſu naturali unitate, anathema ſit.

Conuſu naturali unitum edicens, in ultimam impietatis profunditatem irruiſſe  
 uidetur. Dicat enim nobis qui naturaliter adferit unitum, quam naturam cui uult  
 ceſſiſſe, diuinam in humanam fuiſſe uerſam, an humanam in diuinam fuiſſe transfuſam?

Et ſiquidem

**C** & si quidem diuina in humana uersa est, desijt dei uerbum esse quod erat: Si autem humana in diuinam uersa est, ubi erit illud quod scriptum est in Actibus Apосто-  
*Act. 1.* lorum: Hunc Iesum quemadmodum uidistis receptum in caelum, ita ueniet: Et per Prophetam Hieremiam: Et uidebunt, inquit, in quem compunxerunt. Et iterum ipse: Tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum maiesta-  
*Luc. 21.* te sua. Et: cum uenerit filius hominis, idemq; pastor & rex, separabit oues ab hircis: & oues quidem statuet ad dexteram, hircos autem ad sinistram. Nam catho-  
*Matth. 25.* licafides unitiorem ita adserit esse, ut & deus uerbum in sua maneat beatitudine, & accepta humana natura, semel ei unita, quae separari aut diuelli nunquam poterit, in sua itidem maneat proprietate, uno duntaxat extante domino Iesu Christo filio dei. Nam si post unitiorem non sunt naturarum substantiae, diuina scilicet & humana in sua proprietate, omnis fidei corruisse uidetur professio.

Si quis personis duabus ac substantijs, eas quae in Euangelicis & apostolicis scripturis uoces sunt diuidet, aut in Christo à sanctis dictas, aut ab illo ipso, & alias quidem sicut homini, praeter eum qui ex deo est uerbum, specialiter uel intelligit, uel aptat, alias uero dicentes deo soli ei qui ex deo patre est uerbum, anathema sit.

In hoc Capitulo Arii & Eunomij, Apollinaris & Macedonij impietatem iustificauit, sua professione in deterius serpens. Si enim non sunt Euangeliorum & Apostolorum uerba alia diuinitati, alia humanitati aptanda, secundum Christi adsertionem: Soluite templum hoc, & ego in triduo suscitabo illud. Et Euangelista mox interpretans ait: Haec autem dicebat de templo corporis sui: Erit secundum eum econtrario solubile uerbum, & resuscitato templo, & deus dormiens in nauis, & homo imperans fluctibus, & deus per aetates crescens, & humana natura perfectionem uindicans sempiternam. Sed absint haec à catholico sensu: Nam unum Christum Iesum, unum filium dei dominum profitentes catholici, scimus quia & templum suum suscitauit deus uerbum, hoc est, corpus quod sibi unierat, & corpus suscitatum ab unitiione uerbi non separatur, & crescit per aetates quasi homo, & perfectus permanet quasi deus: Sed & lachrimas fudit quasi homo, & mortuum suscitauit quasi deus. Sed nec in effusione lachrimarum defuit deus, manens impassibilis, nec in resurrectione mortui defuit homo, sed ex utraque natura unus Christus, unus filius, unus dominus Iesus utrunque operatus est: quasi homo deflens, quasi deus suscitans: quasi homo somnium capiens, quasi deus fluctibus & mari imperans. Sed neque dormienti defuit unita dei uerbi maiestas, nec imperanti defuit adsumpti hominis natura.

Si quis usurpat dicere Christum hominem fuisse deum habentem, & non magis eundem deum esse secundum ueritatem, sicut filium unum, & naturam, secundum quod factum est caro uerbum, & communicauit aequaliter nobis sanguine & carne, anathema sit.

In hoc Capitulo euidenter contra sententiam nititur apostolicam, qui dixit:  
*2. Cor. 5.* Quoniam deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et alibi: Et non secundum Christum, in quo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Et idem in  
*Mar. 8.* Euangelio: Quem me dicunt esse homines filium hominis: Et: Ecce ascendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Sed & in hoc capitulo uincere cupiens impietatem Apollinaris & Arii, confusionem naturarum, commixtionem, & uertibilitatem inferre cupiens, catholicum dogma expugnare pertentat. Verum catholici scimus, quod perfectus deus uerbum perfectum hominem suscepit, eumq; sibi ab exordio conceptionis ita unierit, ut nunquam diuelli aut separari possit, manentibus scilicet in sua proprietate naturis, alias uoces diuinitati, alias humanitati aptamus. Nam quod dixit secundum quod factum est caro uerbum, uertibilitatem induxit, dum ea quae in sequentibus sunt occultat: Nam qui dixit

**A** qui dixit quia uerbum caro factum est, mox ambiguitate de medio auferens, adiecit: Et habitabit in nobis. Quam habitatione iste negans, homini deum inhabitasse negauit: Nam unitus humanae naturae deus uerbum, in nobis ita habitabit, ut primitiae, secundum Apostolum, nostrae existens naturae, non aliud aliquid esse poterunt, quam est ipsa nostra natura.

Si quis dicit deum, aut dominum esse Christum, eum qui ex deo patre est uerbum, & non magis eundem confitetur deum simul & hominem, quasi factum carnem secundum scripturas, anathema sit.

Item in hoc loco uertibilitate adserit esse naturam, dum dicit quasi factum carnem uerbum. Nam ita uerbum dei caro factum est, non definendo quod erat, sed nostram naturam subuniendo, & in ea inhabitando. Et cum sit unus Christus, unus filius, unus dominus, unus Iesus, duas tamen in se excipiat rationes. Denique arguens Iudaeorum uanitatem, interrogationem proponit: Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est. Aiuunt: Dauid. Reinterrogat: Et quomodo Dauid in spiritu loquens dicit eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo filius est, quomodo dominus? Quod catholici & filium secundum carnem Dauid esse fatemur, Apostolo clamante de filio suo: Qui factus est ei ex femine Dauid secundum carnem. Et ad Timotheum: Memor esto Christum Iesum ex mortuis resurrexisse ex femine Dauid, secundum Euangelium meum. Et: Liber generationis Iesu, filij Dauid, filij Abraham. Ex quibus liquet, quia humanam naturam sibi uniens ipsa diuina maiestas, in sua permanens beatitudine & uerus deus, & certus homo in uno Christo Iesu, filio & domino per unitiorem ostensum est.

**B** Si quis dicit uelut in hominem operatum a deo uerbum fuisse Iesum, & unigeniti gloriam circumposita ei fuisse, quasi alteri praeter eum extanti, anathema sit.

In hoc Capitulo pro compendio satius est non nos, sed Apostolum respondere: scribens enim Ephesijs hoc modo adserit: Vt sciatis quae sit spes uocationis uestrae, & quae sint diuitiae gloriae hereditatis eius in sanctis, & quae sit supereminens magnitudo potentiae eius in nos, qui credidimus secundum operationem potentiae uirtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans eum a mortuis, & sedere faciens in dextera sua in caelestibus, super omnem principatum & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quod est corpus eius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Et: Soluite templum hoc, & ego suscitabo illud. Ergo cum aperte contra sententiam apostolicam & dominicam anathema impresserit, euidenter profanus est: quia & Apostolum, & ipsum Dominum anathematizans, se potius sub anathemate conclusit, quam aut Christum, aut Apostolum, in quo Christus loquebatur, anathematizauit.

Si quis usurpat dicere adsumptum hominem coadorari debere deo uerbo, & glorificari, & cognominari deum, quasi alterum alteri: Nam, cum non semper hoc intelligere compellit, & non magis una adoratione adorat Emmanuelem, & unam ei gloriam exhibet, secundum quod factum est caro uerbum, anathema sit.

Tandem impietas sui oblita, adsumptum hominem fuisse professus est, quem coadorari deo uerbo, & conglorificari quasi alterum alteri prohibet, adserens una adoratione & gloria debere Emmanuelem adorari, secundum quod factum est uerbum caro. Quid nobis iterum hebraeum nomen proponit, Emmanuelem dicendum, & non nobis rationem publicat: Si itaque Emmanuel secundum tuam adsertionem significat adsumptum hominem a deo uerbo, & mansit uerbum in sua proprietate, utique alter & alter est: altera etenim natura est uerbi dei, altera adsumpti hominis.

F Sed cum

**C** Sed cum altera & altera natura sit, non alter & alter filius, aut alter & alter Iesus Christus, aut alter est & alter dominus, sed unus filius dominus Iesus Christus, iure adoratur, quasi omnium opifex secundum diuinam naturam, quasi omnium reparator per suscepti hominis proprietatem. Iure ergo idem & coadoratur, & adoratur; coadoratur enim quasi sumptus homo. Adoratur uero una adoratione, quasi idem ipse unicus deo uerbo.

Si quis dicit unum dominum Iesum Christum glorificatum fuisse à spiritu, sicut aliena uirtute per eum ab usum, & ab eo accipientem ut in operari possit aduersus spiritus immundos, & quod expleret in homines diuina signa, & non magis proprium eius spiritum dicit, per quem in operatus est diuina signa, anathema sit.

Nudam Apollinaris adsertionem, plenamque expressit sententiam: Nam ille ita proprium spiritum sanctum filij esse impie proficitur, ut secundum Arium ex patre spiritum per eundem factum esse fateatur. Nos autem porro ab ipso Christo edocti, scimus alterum patrem, alterum filium, alterum spiritum sanctum: in personis, in subsistentijs, non in natura & in essentia haberi. Nam secundum catholicos uirorum, patris, & filij, & sancti spiritus una deitas, una natura, una essentia, una potestas, unaque uirtus habetur. Nam si idem Christus ad Apostolos dicit: Si diligitis me,

*Ioan. 14.* mandata mea seruate. Et: Ego rogabo patrem, & alterum paraclitum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum: spiritum ueritatis. De quo idem Christus in templo

*Luc. 4.* acceptum librum euoluens legit: Spiritus domini super me, propter quod unxit me.

*Act. 10.* Et Apostolus Petrus de Christo adserens: Quem unxit deus spiritu sancto & uirtute. Et ne quispiam hanc unctionem audiens, in deo uerbo, & non adsumpto homine impletam fuisse existimaret, Euangelista ex die conceptionis id gestum signauit, dicens: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: Scilicet ostendens, quod non homo purus natus sit, & postea per unctionem sit Christus effectus. Sed in ipsa conceptione, spiritu sancto superueniente, & uirtute altissimi obumbrante Christus sit natus, qui & ut à diabolo tentaretur in spiritu sancto ductus est ad desertum. Ad hoc autem ductus est, ut admissa tentatione & uictor & glorificator ostenderetur, quem isti à spiritu sancto minime adserunt glorificatum: Nam ad Iudæos quando loquitur: Si ego in spiritu dei eicio daemones, filij uestri in quo eiciuntur? Ergo non quod profanus impie adserit tenendum est, sed quod dominus & Saluator Euangeliorum exprimit autoritate seruandum est, profanis uidelicet uocum nouitatibus abiectis.

**D** Si quis Sacerdotem & Apostolum confessionis nostræ factum fuisse Christum: diuina proloquitur scriptura: Obtulit autem pro nobis seipsum in odorem bonæ suauitatis deo & patri. Si quis igitur sacerdotem & Apostolum nostrum fuisse factum adserit, non illum ipsum qui ex deo est uerbum, quando factum est caro & secundum nos homo, sed quasi alterum præter eum specialiter hominem ex muliere: Et si quis dicit pro se obtulisse eum oblationem, & non magis pro nobis solis: nec enim indignum oblationis, qui nescit peccatum, anathema sit.

Omnia simul diuina & humana impius disputator confundit: Nam Iesus, & Christus, & dominus, & filius, utriusque naturæ habet significantiam, diuinæ scilicet & humanæ. Et alia nomina ab acceptance humanitatis principia sumpserunt: alia uero nomina omnia carent principio: Iesus enim & Christus nomina à tempore dispensationis manifesta esse uidentur, adserente Euangelista quod angelus dixit ad Ioseph: Noli timere fili David accipere Mariam mulierem tuam: quod enim in ea natum est ex spiritu sancto est: pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum. Et quæ sit uirtus interpretationis Iesu, publicat: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Et iterum idem angelus pastoribus uigilantibus super gregem suum: Ecce adnuntio uobis gaudium magnum, quod factum est omni populo: quia hodie natus est

*Christi nomina eterna que dam, alia temporalia sunt.*

*Iesus.*

tus est nobis Saluator, qui est Christus dominus. Igitur hunc ipsum Iesum Christum non modo sacerdotem, sed & agnum, docente Ioanne, agnoscimus: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Hunc ipsum & sacerdotem: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Hunc ipsum & deum, docente Paulo: Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus deus in secula. Ergo si sacerdos secundum ordinem Melchisedech deus uerbum est, dicat cui sacerdotium exhibet? Si Apostolus, id est, missus deus uerbum est: dicat, unde? ubi missus est? Quia omnis qui mittitur, illud mittitur ubi non est: qui autem ubique est, mitti non potest, quia est ubique. Ergo tandem frena sibi imponat iniqua impietas, atque in Christum filium dei deum uerbum simul & hominem, per unitionem unum extantem: per naturarum uero proprietatem & deum uerum, & certum hominem modis omnibus indiuisa manente unitione cognoscat. Diuidat enim rationes, & alias humanitati, alias uero aptet diuinitati. Nam quando dicit, non secundum ordinem Aaron esse sacerdotem Christum, sed secundum ordinem Melchisedech, nec Aaron, nec Melchisedech humana caruerunt natura, sed utriusque homines fuerunt: Ut dum illos ad medium deuocat, accepti hominis qualitas demonstratur. Et ne impius disputator diuisione rationum duos filios nos profiteri calumniatur, intelligat nos aliam rationem animæ: aliam adstruere corporis, & non unum hominem in duos homines diuidere, sed duas rationes de uno suscipere homine: Ita & de filio dei duas rationes, diuinæ scilicet & humanæ accipimus naturæ, sed unum filium Christum Iesum dominum nostrum esse fateamur.

**A** Si quis non confitetur domini carnem uiuificatricem esse, & propriam eius qui ex deo patre est uerbi, sed quasi alterius alicuius præter eum, coniunctam quidem ei secundum diuinitatem, aut solam diuinam in habitationem, & non magis uiuificatricem, sicut habemus, quando facta est propria uerbi, quod omnia uiuificare præuallet, anathema sit.

Callidus disputator non contentus APOLLINARIS, & ARII, & EVNONOMII impietatem restaurare, insuper nobis & MANICHÆI, & MARCIONIS, & VALENTINI, & DIOCAESARIANORVM hæreses in hoc Capitulo conferre contendit, dum dicit propriam domini carnem. Nam alij eorundem hæreticorum, quorum superius mentionem fecimus, adserunt, non ex Maria eundem nostræ naturæ primitias cepisse, sed de cælo secum carnem, qui erat in essentia æterna duxisse, ac per Mariam tanquam per tubam quadam transitum fecisse. Alij etiam in ea ipsa substantia filij, quæ ante secula est, carnem hanc fuisse permixtam: qui etiam testimonijs hijs quæ non intelligunt scripturarum impie nituntur: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo. Et apostolicam proferentes sententiam: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo dominus. Nos autem & huius, & illorum impias professiones longe propellentes, adserimus carnem domini uiuificatricem, propter inhabitantem deum uerbum: Ego sum uita, ueritas, & uita: incõfusus scilicet & manentibus rationibus in uno filio Christo, domino nostro, utriusque naturæ, diuinæ & humanæ, quæ per unitionem in uno filio Christo Iesu aptata, omnibus nobis per fidem accurrentibus uiuificationis præbeat uirtutem.

Si quis non confitetur dei uerbum passum carne & crucifixum carne, mortem gustasse carne, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod uita est, & uiuificator tanquam deus, anathema sit.

Libenter impius disputator interrogare, utrum possit rationabiliter dici de homine: mortua est anima carne. Sed porro cum hæc interrogatus quispiam fuerit, si pudori suo renuntiat, si rationem humanitatis non excedit, adseret non animam mortuam carne, sed anima recedente carne esse mortuam, scilicet ut anima in immortalitate persistat, caro uero morti succumbat. Sed iste ut exaggeret impietatem, non dicit Christum passum carne, quæ accepit deus uerbum, sed ipsum uerbum dei crucifixum carne: &

C nō uero aperuit in subsequētibz suā impietate à deo, factūq; primogenitū ex mortuis, id est deū uerbū. Quod quā praeceptis, quā impiū sit, non indiget probatione: qui ut animā suā immortalē uindictet, deū uerbum opificē uniuersitatis, & redemptorē nostrū mortalem impie fatetur: deteriorē se etiā hac professione Gen

*Dij immor-* tibus paganis ostendens, qui cum elemēta & homines mortuos colant, eos tamen  
*tales.* immortales esse conclamāt: iuramentūq; per deos proferunt immortales. Hic uero impius disceptator carnis uelamine proposito, deū mortalē esse fatetur, qui in superiore unde hoc capitulo carnē & uitā, & uiuificatricē esse adseruit. De beata uero natura scriptū legimus: qui solus habet immortalitatē, & lucē habitans inaccessibiliem. Nam uniuersae scripturae quotiescūq; de dominica passione loquuntur, nō deū uerbū, sed aut Iesum, aut Christū, aut filium, aut dominū nuncupant: quae nomina unitionē utriusq; sciunt signare naturā, scilicet ut et diuina maiestas immortalis, et susceptae humanae naturae uera mortalitas pro nostra salute celebrata esse credatur.

2. Corint. 5. Ideo Paulus Corinthiis: Etenim pascha nostrū pro nobis immolatus est Christus. Et alibi: tradidit nobis in primis, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris.

1. Corint. 15. Et paulo post: Quia per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuorū. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificabuntur. Et alibi:

1. Corint. 2. Si cognouissent, nunq; dominū maiestatis crucifixissent. Et tēpore crucis: Et incli

*As. 2.* nans Iesus caput emisit spiritū. Et Petrus in Actibus Apostolorū: Quia anima eius nō est derelicta in inferno, neq; caro eius uidit corruptionē. Sed ita haec adserimus, ut non purū hominē Christū adstruamus, sed ab ipso concepto deum uerbum.

## DIONYSIUS EXIGV-

VS ROMANVS IOANNI ET LEON-  
TIO CHARISSIMIS FRATRIBVS

*Scythia frigo-* **N**ouum forsitan uideatur ignaris, si Scythia, quae frigoribus simul &  
*ribus horrens* barbaris probatur esse terribilis, uiros semper eduxerit calore feruen-  
*claros tamen* tes, & morum placiditate mirabiles: nobis hoc ita esse non solum na-  
*uiros aliquot* tūa quadam notitia, uerum etiā experientia magistra compertū est,  
*cādit.* quos ibidem per dei gratiā constat exposita terrena congregatione sa-  
cramento renatos esse baptismatis: qui beatissimorū quoq; patrū, quibus illa regio spiritali quodāmodo fertilitate gloriae, coelestē conuersionē in carne fragili meruimus intueri: Quorū fides operis cōnexionē resplendēs, praebat omnibus uitae pariter & credulitatis exēpla. Hī nullis prorsus mūdānae sollicitudinē nexibus inuoluti, cū Apostolo dicere poterāt: Nostra autē cōuersatio in caelis est. Penes quos etiā catholicae fidei dogmata semper intemerata uiguerunt: Nam etsi sermone fuerūt simplices, sed imperiti sciētia nō fuerūt. Horū studia uestra sanctitas amulata, pro integritate fidei summis uiribus laborat, inertia quorundā uarietateq; despiciēs, q̄ utilitatē praesentium rebus coelestibus anteponūt: quorū nos fluxa fides, & erga diuinum cultū foeda mobilitas ualde moestificat, q̄ pro uoluptatibus Principū suas sententias plerūq; cōmutant, quasi diuina religio humanis nunq; possit altercationibus immutari, cum dominicae promissionis ex apostolica traditione fixa maneat & inconcussa soliditas. Quapropter de uniuersali ecclesiae firmitate securus, paruicq; pendens audaciā, aut furorē Nestorianae perfidiae, quae non solū conatibus manifestis, uerum etiā clandestinis semper insidijs stabilitatē catholicae ueritatis oppugnare molitur, pro facultate, quam diuina gratia suggerit, armis eius feralibus saltare nitor munimen opponere. Et ideo beatissimi Cyrilli Alexandrinæ urbis Archiepis

**A** episcopi duas epistolas ad Successum directas, Isauria Diocæsariensis Antistite, uobis potissimū cōmentibus de Graeca nuper locutione transfudi. Et quoniam singulari studio praefati Doctoris nosse desideratis opuscula, tribuente Christo deo nostro, quacūq; ex hijs potuero transferre curabo, hanc a uobis specialiter uicissitudinē poscens, ut mihi precū uestrarū subsidia sedulae mentis intentione praestetis.

## CYRILLI ALEXAN

DRINI EPISCOPI AD SVCCESVVM

EPISCOPVM ISAVRIAE DIOCAESARIEN-

SEM EPISTOLA PRIOR.



Erlegi Commonitoriū, quod à tua Sanctitate directum est, & nimum gratulatus sum, quod dum ualeas ex multa doctrina, uel nobis prodesse, uel alijs, tamen admonere digneris, ut quae mente retinemus, & recta esse perspiciamus, distribuamus. Sentimus igitur de Saluatoris nostri dispensatione, ea quae & ante nos sancti patres nostri pia mente senserunt. Quorū studiosis laboribus nostram intelligentiā coaptantes, ita eos per omnia sequimur, ut nihil nouū rectis dogmatibus inferamus. Quia uero tua perfectio sciscitatur, utrū dicere in Christo duas naturas aliquando, uel non dicere debeamus, ad hoc tibi respondere necessariū credidi. **D**IODORVS quidā cum primo tēpore *αὐτομάτως*, id est, spiritui sancto aduersarius existeret, ut aiūt orthodoxa cōmunicauit ecclesiae. Hic ut putauit Macedoniana deponens maculā perfidiae, in alterā recidit aegritudinis qualitatē. Sensit enim, & scripsit, quod alter sit filius seorsim qui de semine Dauid, & sancta uirgine natus est: Et alter iterum proprie filius dei patris existat. Qui ouina pelle lupū contegens, simulat quidem unū se Christū dicere, hoc nomen tantūmodo dei patris uerbo filio unigenito tribuens: gratiā uero & huic deputās, sicut ipse dicit, qui est ex semine Dauid, quem & filiū uocat, tanq; unū, inquit, ei qui secundum ueritatem est filius. Unū autē non sicut nos adserimus, sed iuxta solam dignitatē et autoritatē, & honoris aequalitatē. Huius discipulus Nestorius fuit, & ex librorum eius eloquijs obscuratus, simulat quidē se unū Christum, & filiū, & dominū confiteri: ueruntamen & ipse in duos unū indiuiduūq; partitur, hominē dicens deo uerbo aequiuoca nuncupatione, & honoris, & aequalitate atq; dignitate coniunctum. Nam & uoces in Euangelicis & Apostolicis de Christo positas, definit ac dicit eas quidē tanq; hominē cōuenire perfecto, quas humanitus protulit: illas uero deo uerbo cōgruere, quas deitati dignas indubitanter exprompsit. Ipsum uero multipliciter diuidit, ac sequestrat, hominē adserens, propterea & sanctā uirginē nō dicit dei esse genitricē, sed potius hominis matrē. Nos autē haec non ita esse cognoscimus, sed per scripturas diuinas, quibus sanctis patribus sumus edocti, unū filiū & Christum, & dominū confitemur, hoc est, dei patris uerbū, natū quidem de deo ante secula diuinitus atq; ineffabiliter: in nouissimis autē mundi temporibus propter nos secundū carnē de sancta & beata uirgine genitū. Quā etiā, quia deū factū hominē & incarnatū ex se protulit, ideo dei genitricē ueraciter appellamus. Unus ergo est filius, unus dominus Iesus Christus, & ante incarnationē, & post incarnationem: Non enim alter est filius uerbū dei patris, & alter iterū qui de sancta uirgine natus est, sed idem ipse qui est ante secula deus, etiā secundū carnē ex muliere creditur editus, non quod ex ea initiū deitas eius acceperit ut sit, aut subsistendi principium de sancta uirgine sumpserit, sed potius, ut dixi, quod uerbū subsistens ante secula

**C** secundum carnem quod dicitur ex ea progenitū: propria enim facta est eius caro, sicut & singulis nobis est propriū corpus. Quia uero nonnulli calumniantur nos, quod Apollinaris dogma sectemur, & aiunt: quia si unum dicitis iuxta unitatē uerissimam filium uerbum dei patris factum hominem & incarnatū, utiq; phantasiā per hoc inducitis, & separare probamini. Quod autem confusio, aut contemperatio, aut permixtio facta sit uerbi in carnem, uel corporis conuersio in deitatis essentiam, hanc nos calumniā nimis prudēter abominamur, dicētes, quia dei patris uerbum inestimabiliter atq; ineffabiliter unierit sibi corpus animatū anima rationali, & processerit homo ex muliere, non conuersione naturæ factus ut nos, sed dispensatoria potius uoluntate: Voluit enim fieri homo, quod non erat: secundum naturam autem quod erat deus nequaquā profus abijciens: Nam quamuis in nostram mensurā descendens formā serui suscepit, in suā tamen deitatis celsitudine, & naturali dominatione permansit. Vnientes igitur nos sanctæ carni, habentē animam intelligibilē ineffabiliter, & super humanam intelligentiā dei patris uerbum inconuertibiliter unum Christum filium & dominū confitemur, eundem deum simul & hominē non alterum & alterū, sed unum eundēq; hoc et illud singulariter existentem. Idcirco aliquando quidem ut homo iuxta dispensationē humanitatis effatur, aliquando uero tanq; deus cum potestate quæ deo digna est, sermones eloquitur. Illud etiam confitemur, scrutantes studiosissime modum dispensationis in carne, & contemplantēs subtiliter tantū sacramenti mysteriū, peruidemus quod uerbum dei patris caro sit factum, quā sacratissimā carnem non ex diuinitatis suæ natura formauit, sed potius eam ex uirgine sancta suscepit: alio qui quomodo factus est homo, si non humanū corpus adiumpserit. Aduertentes, ut dixi, modū incarnationis, inspicimus quod duæ naturæ secundum unitatē indiuiduam inconfuse atq; indemutabiliter sibi conuenerint: Caro caro est, & non deitas, licet dei facta sit caro. Similiter etiam uerbum dei est, & non caro, quamuis dispensatorie propriā fecerit carnem. Cum hoc ergo consideramus, nihil laudimus conuentū, quem ad unitatē diximus ex naturis duabus effectum: propter unitatē uero non sequestramus naturas ab inuicem, nec in duos filios unū indiuiduūq; partimur: sed confitemur unum filiū, & sicut patres asseruerunt, unā uerbi naturā dicimus incarnatā. Quantum ergo pertinet ad intelligendū, solummodo id contēplandū oculis animæ quomodo sit incarnatus unigenitus: duas naturas adunatas esse perspicimus, sed unū Christum filium & dominū dei uerbum factum hominē, incarnatūq; profitemur. Et si placet, huius cōpositionis etiā ex nobis ipsis, iuxta quod sumus homines, accipiamus exēplum. Compositi enim ex anima constamus & corpore, duasq; intuemur naturas: Altera quidem corporis, altera uero animæ: sed unus homo secundū unitatē ex natura utraq; subsistens compositus duarū naturarū, duos homines eū qui unus est quomodo facis? Sed, ut dixi, secundū cōpositionē unus homo est, qui ex anima constat & corpore. Nam si negamus quod ex duabus diuersisq; naturis unus & solus Christus sit, post unitatē indiuisam existētibus dicāt qui rectæ fidei contradicunt, si una natura totus est Christus, quomodo factus est homo, aut quam carnē facere dignatus est propriā? Quia uero in ipso Cōmonitorio tuo uim quamdam sermonis huiuscemodi reperi, quod post resurrectionē sancta caro Christi saluatoris omnium nostrū in deitatis sit conuersa naturā, ita ut iam tota diuinitas sola esse uideatur, oportere, credidimus etiā ad hoc dare responsum: Beatissimus Paulus causas incarnationis unigeniti filij dei nobis exponēs aliquādo quidē scripsit: Quoniā quod impossibile erat legi, in quo lex infirmabat in carne, deus filiū suū mittens in similitudine carnis peccati: & de peccato damnauit peccatū in carne, ut iustitia legis impleret in nobis, qui nō secundū carnē ambulamus, sed secundū spiritū. Aliquando uero: quoniā pueri, inquit, cōmunicauerunt sanguini & carni, & ipse similiter participauit idem, ut per mortē destrueret eū qui habebat

mortis

**A** mortis imperiū, hoc est diabolū, & liberaret eos, qui timori mortis per totā uitam erant obnoxij: Non enim angelos apprehēdit, sed semen Abrahæ apprehendit, unde debuit per omnia fratribus similari. Fatemur ergo per Adæ prauaricationē humanā fuisse corruptā substantiā, & intelligentiā nostrā uoluptatibus carnis, & inuisitibus motibus accidētibus nostræ naturæ uelut tyrannica dominatione cōpressam. Vnde necessariū fuit ut pro salute nostra, qui moramur in terra, dei uerbum homo fieret, & humanā carnē corruptioni deditā, & uoluptatū illecebris ægrotantē, propriam faceret: Et quia est uita cunctōrū, corruptionē quidem eius destrueret, cōpesceret autē insitos motus, eos uidelicet, qui nos ad uitia uoluptatesq; præcipitabāt: Sic enim oportebat mortificari in nostra carne delicta. Meminimus autē & beatissimū Paulum legē peccati appellatē insitos nobis uoluptarios motus. Quapropter quia humana caro facta est uerbi propria, desinit iam corruptioni succubere. Et quia peccatū non nouit, tanq; deus qui eū subuniuit, & ut dixi, propriā fecit, desinit iam uitij ac uoluptatibus ægrotare. Nec hoc sibi perfecit unigenitus filius dei: uerbum est enim quod est semper, sed pcul dubio nobis: nam similes sumus ex Adæ prauaricatione subiecti, ueniēt utiq; nobis etiā bona quæ in Christo sunt, hoc est incorruptio, & abolitio peccatorū. Factus est igitur homo, nō adsumpsit hominē, sicut Nestorio placet. Et ut crederet quia factus est homo, manens quod erat, uidelicet deus iuxta naturā, idcirco & esurire dicit, & exitineris labore lassescere, perferre etiā somnū, pturbationes, atq; tristitiā, cæterasq; humanas absq; uitij passionēs. Itēq; ut satisfaceret uidētibus eū: quia cū homo sit etiā deus uerus permanet, operabat diuina miracula, increpās mare, suscitās moriuos, & cætera miranda pficiēs. Sustinuit autē etiā crucē, carne sua mortē, nō natura deitatis excipitēs, ut primogenitus ex mortuis fieret, & iter humanæ naturæ faceret ad immortalitatis excursū. Infernus quoque idē tenebat obstruse: post resurrectionē uero erat quidē corpus ipsum quod passum fuerat, uerū tamen iā non habēs in se infirmitates humanas: nō em̄ illā patientē famis, laboris, uel similis alicuius adserimus: sed iā incorruptibile confitemur, nec hoc solū, sed & uiuificū: uita enim corpus est, id est unigeniti filij dei, glorificatū est claritate deo dignissima: & intelligit dei corpus. Idcirco si quis illud diuinū dicat, sicut & hominis humanū, a decentissima ratione nō deuiat. Vnde puto beatissimū quoq; Paulū dicere: Et si cognouimus secundū carnē Christū, sed nunc iam nō nouimus: dei em̄, ut dixi, propriū corpus existēs omnia humana transcendit. Conuersionē autē in deitatis naturā corpus ē terra nō potuit sustinere: hoc enim impossibile est: alio qui deitati derogamus tanq; factæ, & uelut adsumpto aliquid in se, quod eius iuxta naturā propriū nō sit. Dehinc æqualis pbatur ineptiæ, dicere cōuersum esse corpus in deitatis naturā: & illud, quod uerbum sit in carnis substantiā cōmutatū: Sicut em̄ hoc impossibile est, quia incōuertibile & incōmutabile cōprobatur, ita etiam illud nō est possibile, in deitatis essentiā uel naturā aliquid creaturarū posse cōuertī. Est autē creata etiā caro. Ideoq; diuinū quidē dicimus corpus Christi, quia corpus est dei, & ineffabili gloria illustratū, incorruptibile, et iā sanctum atq; uiuificū cōfitemur. Quod autē in naturā deitatis sit immutatū, neq; sanctorū patrū quisq; sensit aut docuit, neq; nos ita sentimus. Sed nec illud tua Sāctitas ignoret, quod beatæ memoriæ patris nostri Athanasij, Alexandrinæ urbis Episcopus, dum per idē tēpus quæstiones aliquæ mouerētur, epistolā scripserit ad Episcopū Corinthiorū Episcopū, per omnia rectæ fidei adsertione annexā. Et quia ex ea Nestorius arguebat, cū legētes eā defensores rectæ fidei cohiberēt etiā eos qui probant similia sentire Nestorio, correptionē suæ cōfutationis ex ea impij formidātes, machinati sunt acerbissimū quiddā, & hæretica prauitate digissimū: Præfatā namq; adulterāt epistolā, sublati ex ea quibusdā, alijs suppositis ediderunt, ita ut putaretur ille similia Nestorio sapuisse. Fuit ergo necessarium, ne forsitan et ibi apud uos ab aliquibus corrupta inferatur, ex nostris

F 4 exemplari

Confusionem  
non esse factā  
naturarum.Carnem non  
esse mutatā in  
deitatem post  
resurrectionē.Adæ prauari-  
catio corruptio  
nostram sub-  
stantiam.Lex peccati in  
Paulo.Athanasij epi-  
stola ad Epi-  
scopum.

**C** exēplaribus tuæ Reuerentiæ paria destinare. Nam & uir religiosus, Emisenæ ciuitatis Episcopus, Paulus Alexandria ueniēs, mouit de hac causa sermonē, & inuenit habere ipsius exēplar epistolæ, sed corruptū ab hæreticis, atq; deprauatū, unde poposcit ex nostris scriptis Antiochenis similia dirigi, quam etiā destinare curauimus. Sequentes quoq; per omnia sanctorū patrū rectæ fidei prædicationē, librum contra Nestorij dogma conscripsimus: necnō & alterū contra nonnullos, qui uim Capitulorū eorū reprehendere tentauerūt, quod tuæ Reuerentiæ destinauit, ut si forsitan aliquibus unius eiusdemq; fidei fratribus nostris quorundā garrulitate surreptū est, extimantibus q; nos poeniteat super hijs quæ contra Nestoriū gessimus, ex hijs lectionibus corrigantur, & discant, q; optime dudū, atq; rectissime corripuerimus eum, tanq; deceptū: Et nunc nihilominus insistamus blasphemijs eius ob nefariū repugnantes. Tua uero Perfectio cum possit aut maiora sentire, prodesse nobis scribendo, hortandoq; dignetur.

## CYRILLI ALEXAN-

DRINI EPISCOPI AD SVCCESVVM

EPISCOPIVM ISAVRIÆ DIOCAESARI-

ENSEM EPISTOLA POSTERIOR.



D

**D** eclaratur quidem ueritas hijs qui diligunt eā: oculit autē se, quantum arbitror, & latet iniquorū mentes, fugitq; intelligentiā callidorum: Non enim se dignos exhibent, qui syncerissimis eam intueantur obtutibus, & amatores quidē immaculatæ fidei in simplicitate cordis deum, sicut scriptū est, deprecantur. Qui autē distortos calles ambulant, & quibus prauū, iuxta quod in psalmis dictū est, cor adhæsit, peruersorū sensuū sibi multiples occasiones accumulāt, ut peruertant uias domini rectas, & simpliciū trahant animas illicita quoq; sentire. Hac autē dico lectis cōmonitorijs à tua Sanctimonია destinatis: in quibus reperi quædam nimis incaute proposita ab hijs, qui nescio quo modo falsam eruditionē affectant. Erant autē ista proposita: Si ex duabus, inquit, naturis factus est Emmanuel, post unitā uero una uerbi natura intelligitur incarnata, hoc proculdubio confituit, ut eū necessariō fateamur in sua natura fuisse perpeffum. Beatissimi patres nostri, q; sacrū nobis rectæ fidei symbolū formauerūt, ipsum dixerūt dei patris uerbū de substantiā eius unigenitū, per qd facta sunt omnia, incarnatū & hominē factū, nec ullo modo sanctos illos dicimus ignorasse, q; unitū uerbo corpus animatū fuerit anima rationali, ita ut si quis incarnatū adferat uerbū, nō sine anima intelligibili unitā & carnē necesse est adseueret: Sic enim arbitror, imō potius ut tutū cōfideat adfirmo, etiā beatissimū Ioannē Euangelistā dixisse: uerbum caro factū est, & habitauit in nobis: non tanq; carnī sine anima, quod absit, uerbū fuerit adunatū, aut quod mutationē, conuersionemq; pertulerit, id est, id quod erat, hoc est natura dei sine dubitatione permansit. Dignatus est autē esse homo, et fieri secundū carnē sicut nos ex muliere, unus idem filius perseverat, non incorporeus, ut olim ante tempora incarnationis extiterat. Et licet non sit unius substantiæ uerbū quod ex patre est genitum, & corpus, & unitā habens animam rationabilem, tamen animas intellectu solo discernit unitarum differentia naturarum, unumq; & filium, & Christum & dominum, iuxta quod uerbum caro factum est confitetur: Carnem autem factam dicentes, hominē factum profecto testamur. Quæ igitur necessitas eum pati in suæ deitatis essentia, si post unionē dicatur una natura uerbi incarnata?

Psal. 100.

Obiectio aduersarij.

**A** nata: Si enim nō esset in sermonibus dispensationis quod passionē possit excipere, recte ista fortassis adferent: quia cum non existeret quod pati posset, omnis esset necessitas uerbi substantiæ contingere passionē. In eo autē quod incarnatus dei filius dicitur, omnis ratio cum dispensatione carnis infertur. Incarnatus est autē non aliter, sed semen Abraham apprehendens, & per omnia similis fratribus factus forma serui suscipiens. Quapropter garrulitatē suam inaniter perdiderunt, qui dicunt cōsequens esse eum pati oportere in propria natura, dum caro subiaceat, erga quē proculdubio credatur passionē prouenisse, uerbo impassibili perdurante. Sed idcirco illud propter iniuriā passionis adserimus: Sicut enim propriū eius effectū est corpus, sic & uniuersa corporis, absq; peccato, proprietate dispensatoria eius esse dicuntur. Sed aiunt: Si una natura uerbi est incarnata, omnis manet profecto necessitas, confusionem permixtionemq; fieri, imminuta ueluti atq; subtracta in eodē humana substantia. Ignorauerunt itē qui recta peruertunt, quod iuxta ueritatē una uerbi natura sit incarnata: sic enim unus est filius, natura & ueritate uerbū, quod ineffabiliter ex patre est editū. Si idē quoq; per adsumptionē carnis non exanimis, sed potius anima rationali processit homo de muliere, nō in duas diuiditur idcirco personas, sed filius unus idemq; permansit: ueruntamen non incorporeus, nec extra carnē, quā sibi fecit propriā iuxta indiuiduā unitatē. Qui uero hoc adstruit, nō commixtionē, aut confusionē, nec aliquid hijs simile profus adfirmat, nec id unquam uelut ex ratione necessaria consequitur. Nam si unus dicitur unigenitus filius dei, incarnatus, & homo factus, nō ideo, iuxta quod illis uidetur, permixtus à nobis adserit: Nec enim substantia uerbi in naturā carnis ulla ratione trās fusa est, nec carnis in uerbum, sed in sua proprietate utraq; manente natura, atq; intelligēda iuxta rationē, quā nuper edidimus, incōprehensibiliter atq; ineffabiliter unita creditur, unaq; filij natura, ut diximus, à nobis incarnata memoratur: nō enim de solis tantū simplicibus per naturā unum specialiter dicitur: sed etiā de hijs quæ iuxta cōpositionē aliquā conuenerunt, ut est, uerbi gratia, homo, qui ex anima constat & corpore: Nam hæc alterutrū sibi specie differunt, nec unius essentia cōprobantur, ueruntamen unitā unam naturā hominis perfecerunt, quāuis adsit cōpositionis ratione differentia, secundum quā indiuisam unitationē natura utraq; cōcurrit. Superfluis igitur sermonibus immorantur, qui dicunt: Si una uerbi natura est incarnata, hoc sequitur omnimodis, ut permixtio cōfusioq; generetur, uelut imminuta suppressaq; humana substantia: Non enim minuitur, ut aestimāt, neq; supprimitur: sufficit autē ad significantiā facti hominis fateri q; incarnatus est: hoc em si taceretur à nobis, haberent aliquē colorē eorū calumniæ. Quia uero necessarie subiunctū est, quod incarnatus sit, ubi nunc imminutionis modus, atq; suppressionis superesse iam poterit. Sed aiunt: Si perfectus deus perfectus homo, idem ipse intelligetur & *quod uerbo* patri esse secundum deitatem, qui nobis *quod uerbo* est secundum humanitatem, ubi erit perfectio, si nō extitit humana substantia: Quomodo etiā nobis *quod uerbo* est, si non permanet essentia, quæ est nostra natura? Sufficiat & hijs explanatio illa, uel satisfactio, quæ in Capitulo superiori prolata est: Si enim unam dicentes naturam uerbi, taceremus non inferentes incarnatum, si negaremus dispensationis arcanum, forsitan eorū sermones aliquid persuasionis adferrent, simulantes interrogare, ubi perfectio in natura humana, aut quomodo subsistat nostra substantia. Quia uero perfectionis, quæ cōstat in humilitate essentia nostræ, declaratio proferatur, per hoc quod dicitur incarnata, desinant arundineū sibi supponere baculum, abijciant dispensationem, atq; incarnationem negantes. Oportebat iuste redargui, quos perfectionē filij constabat in humanitate supprimitur. Si autem, ut dixi, in eo quod incarnatus adseritur, certa & indubitata cōfessione quod homo factus sit indicat, nihil ultra uetat intelligi, quod unus & solus existēs filius Christus, ipse sit deus.

C sit deus simul & homo, sicut in deitate, ita etiā in humanitate perfectus. Rectissime sanē, nimisq; sapiēter tua perfectio rationē salutiferæ passionis exposuit, unigenitū dei filiū non iuxta quod est & intelligitur deus, in sua natura sustinuisse contumeliam passionis adfirmans, sed passum potius terrena substantia, oportebat necessariō utraq; uni filio secundum ueritatē salua subsistere, id est, ut & non pateretur iuxta deitatem, & iuxta humanitatem idem ipse pateretur: ipsius enim caro perpeffa est. Sed arbitrantur iterum isti, illam quā uocant theopathiam, id est dei passionem per hoc à nobis induci, nō cogitantes huius dispensationis arcanū. Et idcirco malignitate solita nituntur in hominē transferre specialiter passionē, damnosam impietate insipienter affectantes, atq; improuide, ne dei uerbum credatur esse saluificās, propriū sanguinē pro nobis effundēs, sed ut magis homo specialiter & seorsim intelligatur Iesus, qui hoc impleffe uidatur. Sic autē qui nō sapiūt omnē dispensationē incarnationis euacuāt, & diuinū salutis nostræ mysteriū ad humanū cultum pertrahere latenter insistant, nō aduertentes, quod eum qui ex Iudæis est iuxta carnem, id est, ex semine Iesse, atq; Dauid, non solum dominū gloriæ, sed & deum super omnia benedictum in secula beatissimus Paulus adfirmet: propriū uerbi corpus adfixū ligno pronuntians, eiq; crucem per hoc euidenter adsignans. Comperi uero etiā aliud quiddā super hoc esse quod quaeretur: Qui enim dicit dominū nuda carne perpeffum, irrationabilem & non spontaneā eius adserit passionē. Si quis autē dixerit eum animatū, anima rationali passum, ut sit eius uoluntaria passio, nihil aliud probatur adstruere, quā in natura eū humana perpeffum. Quod si hoc uerum est, quomodo duas naturas post passionē subsistere dabimus indiuisas: ita ut si quis dicat Christum igitur passum pro nobis in carne, nihil aliud adserat, nisi quia Christus pro nobis in nostra natura perpeffus est. Aduersatur autē nihilominus hæc eorū propositio hijs, qui naturā filij adserunt incarnatā, atq; hoc uel inemptum uolentes ostendere, contendunt ubiq; duas subsistentes adprobare naturas, ignorantes quia quæcunq; mentis intuitu diuidunt, hæc prorsus in alternatione, quæ in parte est, omnimodā ac specialem ab inuicē secernere fugiūt. Sit autē nobis iterū in exemplū homo, qui iuxta nos est: Duas nanq; in eo cognoscimus esse naturas: animæ unam, corporis alterā, easq; sola discernētes intelligentia, & differentias earū contemplatione subtilissima, uelut etiā imaginatione animi contuētes, nō sequestramus ab inuicē, nec eas reciproca uirtute partimur, sed unius esse prorsus aduertimus, ita ut iam duæ nullatenus duæ sint: ut scilicet una quæq; secundum se subsistat, quinimo utraq; unum animal faciat. Quapropter licet fateantur Emmanuel ex humanitatis natura, diuinitatisq; subsistere, tanquā humanitas propria uerbi facta est, unus cum ea filius esse cognoscitur: diuina uero scriptura dicente, quod carne perpeffum sit: melius ut & nos quoq; ita fateamur. Quod autē in natura humana passiones exceperit, si non peruerso more ab aliquibus hoc profertur, nihil ratio mysterij læditur: Quid enim est aliud humanitatis natura, nisi caro animata rationabiliter, & passum carne dominū confitemur? Superuacua igitur curiositate cōmemorant eum in natura humanitatis esse perpeffum, uel secernētes eam à uerbo, ex utraq; constituētes specialiter, ut intelligant esse iam duo, nec unus qui in carne natus, & homo factus est dei patris filius æstimetur. Quod autē dicitur indiuisse, quæ sit recti dogmatis significatio uidetur existere. Sed ipsi nō ita recipiunt: nam indiuisum apud eos iuxta Nestorij nouitatē secundū alium modū fraudulēter accipitur: aiunt enim secundū æqualitatē honoris, secundū eandem uoluntatē atq; autoritatē. Indiuisus à uerbo est homo iste, in quo uerbū deus inhabitat. Hic qui uerba nō simpliciter proferūt, sed cum aliqua ueluti ratione, atq; uerfusia: Christum denique uocatum specialiter adserunt dei uerbum, quod item coniunctionem cum Christo continuam habere confirmant. Nōne igitur duos. Christos qui hoc

Indiuisum  
esse hominē  
à deo.

A qui hoc dicit manifeste pronuntiat: nōne hominem deo coadorandū, nescio qua ratione se colere profitetur. Hæc itaq; frater, quæ ab illis perlata cernuntur, collata uicissim parem intelligentiæ nequeunt habere uirtutem: Nestorius enim duos filios euidenter adsignat, Antiocheni uero unum Christum & filiū, & dominū, eundemq; se adorare profitentur, illum ex patre credentes secundum deitatem, eundemq; ipsum secundū humanitatem ex sancta uirgine memorantes. Duarū nanque naturarum unitionē factam prorsus adserimus: ueruntamen unum Christum, unū filium, unū deum rectissime confitemur: Verbum nanq; caro factum est, secundū scripturas: ineffabilis etiā, ac dispensatorij conuētus dissimiliū rerum indiuiduā ueraciter adserimus unitatē, ne iuxta quosdam antiquos Hæreticos eum ex propria, hoc est deitatis suæ natura sibi opinemur corpus aptasse. Sequentes autem scripturam diuinitus inspiratā, de sancta uirgine corpus eū accepisse firmamus. Hæc igitur, ex quibus est unus & solus filius dominus Iesus Christus, intellectu percipientes, duas quidem naturas unitas adserimus: Post unitionē uero tanq; ademptam iam in duo diuisione, unam credimus filij esse naturam, iam unius. Veruntamen facti hominis & incarnati. Cum uero dicitur uerbum dei incarnatum & homo factum, cōuersionis suspicio procul absistat: quia quod erat omnino permāsit: unitatis etiā ratio inconfusa prorsus adseratur à nobis. Sed qui ex aduerso est, hoc tibi fortassis opponit: Ecce manifeste qui rectæ fidei cōfessionē depromit, duas quidem naturas appellat, uoces autem diuinorū eloquiorū iuxta earum differentias diuidendas adfirmat, quomodo igitur ista non tuis adseritionibus aduersantia comprobentur? Non enim duabus personis uel subsistentijs uoces, & has quidē tanq; homini præter dei uerbum specialiter intellectas coaptat, illas autē tanquā deo dignas, soli dei patris uerbo deputat, iste damnatus existat. Vocum uero differentiam nulla ratione sustollimus: quamuis improbaremus, qui eas diuidentes adsignat, tanquam filio singulariter dei patris uerbo, itemq; tanquā homini specialiter intellecto filio, qui ex muliere natus est: una est enim manifeste uerbi natura. Scimus autem quod incarnata, & in humanitate perfecta sit, ut ante præfatus sum: Quo autem modo incarnata & humanitate perfecta sit, si quisquā curiosus uelit inquirere, contemplabitur dei uerbum formam suscepisse seruilem, & in similitudine hominū factum, sicut scriptura testatur. Et secundum hoc solummodo naturarum uel substantiarum differentia debet intelligi: Non enim idipsum est, quantum ad naturalem spectat qualitatē diuinitas, alioqui quomodo deus uerbum deus existens, ad infirmā, hoc est ad nostram se misericordiā inclinabit? Cum igitur incarnationis modus curiose perquiritur, duo quædam inuicē ineffabiliter & inconfuse iuxta unitionem conuenisse mens humana proculdubio contuetur. Sed unū ex utrisq; dei filium Christum dominū credit, & firmissime recipit. Præter hanc autem fidem alia prorsus Nestorij probatur esse perfidia, simulat quidem se confiteri, quod incarnatus & homo factus sit deus uerbum, sed uirtutem incarnationis ignorans, duas quidem naturas appellat, diuidit autem eas ab inuicem, deum se iunctum constituens, & hominem seorsim similiter ponens, quem etiam deo cōiunctum secundum affectionē & secundum æqualitatē honoris & autoritatis adfirmat, sic enim dicit: Huius uisibili deus inseparabilis est, idcirco inseparabilis, honore non diuido, separo naturas, sed unam facio uenerationē. Fratres autē Antiocheni ea quidem, ex quibus intelligitur Christus, uelut in nudis ac solis suscipientes adferunt differentiam naturarū, quod nō idipsum, ut memini, uelut in æqualitate naturali diuinitas & humanitas: ueruntamen unum filium, & Christū dominū sunt professi, & sicut est uere unus, unā eius etiā personā esse dixerunt, nullocq; modo quæ unita sunt diuidunt, nec separationē naturalem prorsus admittūt, sicut auctori & infelicū inuentorum separare placuit. De domino autē uoces iuxta solam differentiam

Nestorius duas  
os filios credit

Antiocheni.

Vocum Christi  
sibi differentia  
qualis.

**C** differentiam diuidendas esse contendunt, decere firmantes, nō quidem alias aptari tanquam filio dei patris uerbo singulariter, alias autem uelut alteri, id est, filio qui de muliere natus est. Sed has quidem deitati eius, illas uero eiusdem humanitati cōgrueret; deus nancq; est idem ipse simul & homo. Dicunt & alias uoces quodammodo communes effectas, & ad utriusq; respicientes ad deitatem scilicet atq; humanitatē eius. Est autem tale quod dico: Sunt quaedam uoces maxime deo dignissimae: Item uero aliae congruentes humanitati: aliae autem medium quendam ordinem retinent, declarantes filium dei eundem ipsum deum simul & hominē: Cum enim dicit Philippo: tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me, Philippe, non credis quia ego in patre, & pater in me: qui me uidet, uidet & patrem: Ego & pater unum sumus: Deo dignissimas adseueramus has uoces. Cum uero Iudaeorum arguitur perfidia, dicens: Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Nunc autē queritis me occidere hominē qui ueritatē uobis locutus sum, Hoc Abraham non fecit. Hæc dicit iuxta mensuram humanitatis: Aduertimus ueruntamen unius Christi tam dignas deo uoces, quam etiam humanitati cōgruas esse profiteamur. Cū enim deus esset, & homo factus est, nō id quod erat abiiciens, sed potius substantiam carnis & sanguinis dignanter adsumens. Quod uero unus est filius, & dominus, & deus, unam eius personam & nos & illi cognoscimus.

*Christi uoces cuiusmodi.* Medias autē uoces has esse firmamus, ut puta, cum beatus scribit Apostolus: Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Et iterum: Nam et si sunt dii multi, & domini multi, siue in cœlo, siue in terra, sed nobis unus deus pater, ex quo omnia, & nos ex ipso: & unus dñs Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Et iterum: Optabā, inquit, ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israëlitarum, quorū est adoptio filiorum, & legislatio, & testamentū, & gloria, quorum patres, & ex quibus Christus secundū carnē, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. Ecce enim Christū Iesum nominans heri & hodie, eundem dixit esse & in secula, & per eum facta omnia, ipsumq; qui ex Iudæis est secundum carnē deum uocat super omnia, nec nō & benedictum dicit in secula. Non igitur diuidas uoces quæ de domino proferruntur: habent enim simul & quod deum deceat, & quod eius humanitati conueniat: sed eas magis tanquā unī filio, hoc est dei uerbo competenter adsigna. Aliud est itaq; naturas diuidere, & hoc post unionem, & iuxta solam honoris æqualitatem dicere hominē deo esse coniunctum: Et aliud est iterum, uocum differentiam nosse. In quo igitur Nestorij uocum nouitatibus illorū dicta cōcordant: Nam & si quibusdam uidetur locutionum compositione, probationeq; uerborum à subtilissima scrupulositate procul absistere, nihil mirum: difficulter enim hæc omnimodis adseruntur. Idcirco & beatissimus Paulus postulat à deo uerbum in apertionem oris sui. Quod autē nō diuidant in duos filios unum dominū Iesum Christum, dum dicunt oportere uoces aptari diuinitati quidem eius deo dignissimas, humanitati uero itē quas humanitas protulit. Quomodo non omnibus probatur esse nouissimū? Adfirmant enim, ut supra meminī, quod ipsum dei patris uerbū ante secula genitū, in nouissimis quoq; temporibus secundum carnē de sancta uirgine natum sit. Adiciunt etiā, quod propter ineffabile, & inconfusam prorsus unitatem, id est, dei genitricē sanctam uirginē credant, unumq; filium & dominum euidenter adnuntiant. Incredibile est autē omnimodis & unū fateri, & arbitrari eos unum in duos diuidere. Non enim in hanc amentiam proruperūt, ut transgressores semetipsos efficiant, & quæ rectissime destruxerunt imprudenter reedificent. Postremo, si Nestorij sententijs concinunt, quomodo eos anathematizando uelut profanas execrabilesq; condemnant. Sed arbitror oportere causas ipsas exponere, propter quas ad hæc arcta nimis eloquia processerūt, Nam defensores

Arianæ

**A** Arianæ perfidiæ uim ueritatis impie deprauantes, fatentur quod dei uerbum factū homo est: Veruntamen exanime corpus adfirmant. Faciunt autē hoc studio prauitatis, ut humanas uoces eidem coaprantes, eum tanquā minorē paterna magnitudine à se deceptis insinuent, & naturæ alterius esse confirmant. Idcirco hoc Orientales nimis formidantes, ne forsitan uerbi dei gloria atq; substantia, pro hijs quæ humanitus dicta sunt imminuta uideatur propter terminationem quæ in carne facta est, determinant uoces in duas, ut dixi, personas, unum filium & dominū diuidentes: Sed has quoq; modo deitati, illas autem humanitati eius adsignant, uniuersas unius esse firmantes. Comperi uero, quod aliquibus necessarijs suis scripsit religiosus ac uenerabilis IOANNES Antiochenus Episcopus, quod ego certissime doceam, & clara uoce pronuntiem differentiam naturarum, uocesq; diuidam iuxta naturas altrinfecus. Et super hoc nonnulli scandalum fortasse patiuntur. Ideo necessarium duxi ad hoc quoq; respondere: Non ignorat tua Perfectio, quod Apollinaris perfidiæ notam meis Epistolis inuentes, arbitrati sunt impij quod exanime sanctum Christi corpus adfirmem, aut quod temperatio & cōfusio, uel permixtio, immutatioq; facta sit dei uerbi in carne, aut etiam conuersio carnis in naturā deitatis, ut nihil ultra seruetur integrū, nec quod est esse credatur. Extimauerunt etiam præter hæc & Arii blasphemis me præbere consensum, & ideo nolle uocum differentias profiteri, & has quodammodo deo dignas adserere, illas autē humanitati ac dispensationibus, quæ in carne factæ sunt, congruas approbati. Ego uero quod ab hijs alienus sim testificabitur forsitan tua perfectio. Veruntamen oportebat eos qui scandalum passi fuerant, Idcirco scripsi Venerationi eius, quod nunquam ea senserim quæ Arius, uel Apollinaris. Sed nec immutatū dei uerbum in carnē dixerim, nec carnē conuersam in deitatis essentiam: Quia inconuertibile est atq; immutabile dei uerbum. Sed nec uocum differentias unquam prorsus ademerim, sciens unum dominū Iesum diuinitus pariter & humanitus differentē, quod simul idem deus & homo est. Hoc igitur ille significare cupiens, indicauit qd adstruā fatendam differentiam naturarum, diuidendasq; uoces iuxta naturas altrinfecus adseuerem. Hæc autē uerba non sunt mea, sed ab illo prolata sunt. Hoc quoq; necessariū iudicauī superius memoratis apponere: Nā ueniēs ad nos uir uenerabilis Paulus Emesenæ ciuitatis Episcopus, cum sermo de uera & immaculata fide fuisset agitur, sciscitatus est, & ualde studiosissime, si consentire scriptis beate recordationis Athanasij patris nostri, quas ad Epictetum Corinthiorū direxit Episcopi. Ego uero respondi: Si hæc apud uos scripta non sunt adulterata, si integra permanent: nam plura ex hijs ab hostibus ecclesiæ deprehenduntur esse deprauata: me modis omnibus eis præbere cōsensum. Ille autē ad hæc intulit, habere se præfatā epistolam, sed uelle sibi de nostris exemplaribus satisfieri, utrū deprauata sit, an non. Tunc sumens exemplaria nimis antiqua, cum illis contuli quæ ferebat, atq; adulterata omnino deprehēdi. Vnde nos hortatus est, ut ex nostris codicibus ueracissima describētes Antiochenæ destinare ecclesiæ, quod etiā factum est. qd de me scripsit idē religiosus ac uenerabilis Ioannes Episcopus CARENO Pontifici, quē exposuit nobis de incarnatione domini, subtexens paternā quoq; traditionē, quæ penē periclitata est ab humanis rebus auferri. Si autē quidā circumferūt epistolā à uenerabili presbytero Romanæ ecclesiæ PHILIPPO destinata, quod quasi sanctissimus Romanæ Præsul ecclesiæ XYS TV S super Nestorij fuerit damnatione cōmotus, eaq; irritā duxerit: hoc tua Sanctitas omnino nō credat: cōsentanea nāq; sanctæ synodo idē Papa rescripsit, & quæ ab ipsa gesta sunt uniuersa firmavit, nobiscū modis oibus sentiens. Qd si etiā tanq; à me scripta pferit à nonnullis epistola, quasi nos super hijs quæ in concilio gessimus Ephesino pœniteat, & hoc quoq; inter ridicula, deputati sumus em p gratiā saluatoris nec à cōcilio salubritate recedimus. Saluta fraternitatē quæ tecū est: Te qui nobiscū sunt in dño salutant.

G DIONYSIVS

Athanasij epi  
stola deprauata.

Carenus.

Philippus  
presbyter.  
Xystus.



Enerationis uestræ iussione cōmonitus, beati Procli Constantinopoli-  
tanae urbis Episcopi literas ad Armenios destinatas, latino eloquio  
uestris auribus exhibere curauit non parū praesentibus aestimās profu-  
turas, quādo eandē nunc ecclesijs moueat quaestione tunc repulsa te-  
meritas, quæ sub colore religionē molit̄ euertere. Tēporibus Antistiti

Theodorus  
Episcopus.

tis memorati, THEODO SIO Imperatore regēte Remp. per Syriā atq; Armeniā,  
discipuli Theodori Mousuestenae ciuitatis Episcopi, prauā fidē corrupto symbolo  
rudibus populis exorsi sunt int̄mare, calliditate subtilissima beatā trinitatē sic uni-  
us essentiae praedicātes, ut Christum dñm nostrū conditorē uniuersitatis, unū ex tri-  
nitate nullatenus faterēt: unde sequebat̄ hęc inepta suæ temeritatis absurditas, ut  
quē Christū constat uerū esse deū ac dñm, quatuor psonas in tribus adstruerēt, di-  
osq; dei filios proculdubio praedicarēt. Sed huic impietati mire Pōtifex antefatus  
obstans, docuit Christū dñm nostrū & in principio uerbū apud deū, deum uerbū  
unū de trinitate esse: per quē omnia facta sint, beato Paulo testate: Vnus dñs Iesus  
Christus, per quē omnia, & pro salute nostra eundē uerū hominē factū, unū man-  
sisse filiū, nec quartā in trinitate creuisse personā. Et quia nunc aliquibus iniectū scri-  
pulū de uera fide trepidare, ut unūquemlibet ex beata trinitate p̄nūtiare diffugiūt,  
ne diuisionē trinitati uideāt inferre, post autoritatē apostolicā idipsum exequentē,  
multipliciter uenerabilū q̄q; patrū testimonijs approbatū est, ob distinctionē p̄so-  
narū, cū ratio poposcerit, unū ex tribus fideliter posse praedicari: Maxime cōtra Sa-  
belliū, q̄ sanctā trinitatē unius credit esse psonae, eāq; nominibus tantū fateē esse nō

Sabellius.

**D** tribus, quē nos unius uenerātes essentiae, psonarū solūmodo cognitione discerni-  
mus. Nestorij q̄q; sectatoribus hac fide salutifera nihilominus obuiamus, q̄ Chri-  
stū dñm unū de trinitate minime cōfitemē, dum negāt dei uerbū ex beata uirgine fe-  
cundū carnē genitū, ceteraq; pro redēptione humani generis esse p̄pessum. Nō unū  
lorū etiā opinionē autoritate paterna redarguit, q̄ unū ex tribus adserētes, unū ex tri-  
nitate dicere nulla ratione cōfitemē, dum negāt dei uerbū ex beata uirgine fe-  
cundū, sed substantiā suspiciāt. Quib. licet ad informationē ueri debuerit appellatio ip-  
sa sufficere: quæ uim pluralis numeri resonās, nō essentia, sed psonas indubiātē ex-  
p̄mat. Ne tamē ulterius inter catholicos contētio uitāda coalescat, beati Augustini  
unū de multis testimoniū huic praefationi, amore sanctae religionis adnexui, q̄ in un-  
decimo de Ciuitate dei libro ita de hac re paucis eloquitur: Credimus & tenemus, &  
fideliter praedicamus, q̄ pater genuerit uerbū, hoc est sapientiā, per quē facta sunt  
omnia, unigenitū filiū, unus unū, coaeternus coaeternū, summe bonus aequaliter bo-  
nū. Et q̄ spiritus sanctus simul & patris & filij sit spiritus, & ipse cōsubstantialis & co-  
aeternus ambobus: atq; hoc totū trinitas sit, p̄pter proprietatē psonarū: & unus de-  
us p̄pter inseparabilē diuinitatē. Ecce Doctor excellentissimus atq; ueridicus rem-  
de qua agit̄ aperte distinguēs, trinitatē dicit nō p̄pter substantiā, sed p̄pter psonas  
cōfidenter exposuit. Hęc autē cōfessio nos ab haereticis Iudaeis gētilibusq; discernit,  
q̄ trinitatē unius essentiae praedicamus, cū omnes illi, aut penē omnes, unū deū se co-  
lere fateant̄, sed mysteriū trinitatis aut nō recte p̄nūtiāt, aut prorsus ignorāt. Si er-  
go trinitas nō psonas exponit sed substantiā: est autē una substantia trinitatis, erit er-  
go secundū istos substantia unius substantiae, q̄ nimis p̄batur absurdum. Idcirco  
colligitur, ut appellatio trinitatis unius essentiae tres personas unius omnipotentiae  
atq; diuinitatis insinuet. Sed iam beatus Proclus in mediū prodeat, laturus & ipse  
testimoniū ueritati, quem benignis, precor, animis audiat̄. Oratiōnū uestrarū  
suffragia pro hoc opere mihi rependere iubeat̄.

ΠΡΟΚΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟ

ΡΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΠΡΟΣ ΑΡΜΕ-  
ΝΙΟΥΣ ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ΤΟΙΣ ΘΕΟΦΙΛΑΤΟΙΣ ΚΑΙ ΘΕΟΣΕΒΑΤΟΙΣ ΕΠΙΣΚΟ-  
ΤΟΙΣ, καὶ πρὸς ὑμῶν, καὶ ἀρχιεπισκόποις, τοῖς οὖσι κατὰ πάσαν τὴν Ἀρμενίαν τῆς ὀρθο-  
δόξης ἀγίας ἐκκλησίας, Γρόκιος ἐν κυρίῳ χαίρειν.




**Χ**ριστός, ἀδελφοί, σωτήριον ἡμῶν τὸν ψυχῶν, καὶ τὸν λογισμόν τῆς τυράνης λύσιν καὶ  
πρωτοῦ, ἢ φήμη τῶν νεαρῶν τῆς ἀπάτης ζιζανίων, ἀπερ' ἕναχος τῆς ὑμετέρας πανούργου  
ἐπάσσειρε χόρα ὁ νοῦδος τῆς φύσεως ἐχθρότος. ὡλήθημεν δὲ ἀφορητῶς ἢ τῶν ἀπειτῶν εἰς  
δὲν ἀνοή, τὴν μὴ πῶς προημενεύσαμεν ἐν τῇ τοιαύτῃ μελίτῃ ψυχῶν, καὶ τσοῦται πῶς  
καλιώτερον τοξάει κατὰ βιάτους ἐσωθούσα τὰ βέλη, ἔσω τὸν κίνδυνον οὐ περι τῆν τοῦ  
σώματος ἰσησι πάντητα. ἀλλὰ τὸ αὐτοῦ ποιομένη τῆς φήμας, τὸ ἔντιμον τῆς πίστεως δια-  
τριβοῦσα, ἢ ἐλευθέρως διήρρηχθεῖν, ἢ παντελῶς σκευλιθῶσαι ἱμάτιον. πάσα μὲν γὰρ ἀρετὴ, περὶ σπουδασοῦ ἑσάρ-  
χει τοῖς τὸ λογισμὸν μὴ ἀμαρτωλοῦσιν ἑσὸ τῆς ὕλης. πάσα δὲ κακία, ἢ δὲ λυτὴ οὐκ ἀπεινώτως τοῖς εἰς φρονέουσιν κρινί-  
ται. οἳ αὖ κατ' ἐναντιότητά πολεμοῦσα τῇ φύσει, τῷ παρὰ φύσιν. ὡσπερ γὰρ τὸ συμφέρον τοῖς αἰρουμένοις ἀναγκαι-  
ως περιμάχεται, οὕτως ἢ τὸ τοιοῦτον ἀλλ' ἀντικείμενον. ἢ παρὸν ἀποβολῆς ἄξιον, ἢ προσδοκώμενον. ἔθ' μὴ συμ-  
μῆται, φροντίδος οὐκ ἀλλότριον. ἀρετῆς μὲν οὐκ ἐστὶν πολλὰ, διαφόρους δὲ ὄρισαντο περὶ ταύτης. οἷτε ἑσὸ πῶς  
καὶ ἀρχαῖοι ἄλλωθεν, καὶ τὸ ἀριβίος τῆς διακρίσεως ἑσὸ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγνοίας ἐπιστομῶν κινῶν, καὶ οἱ ἑσὸ πίστεως  
τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς διανοίας π̄φωτισμένοι χριστιανοί, καὶ περὶ τὸν τὸ δικαιωσύνης ἡλίον τρανῶς ἑσὸ τὸ ὁμολογίας ἀτε-  
νίσαν ὁμιλῶντες. οἱ μὲν γὰρ τοῖς οἰκίοις λογισμοῖς ὡσπερ ἐν σκότη προσπαίοντες, καὶ ἀνη ἐμόνατον ἕχοντες ἑσὸ πρὸ  
λίφης τὸν νοῦν, ἐπιφαλλῶς ὁδύουσι τοῖς λογισμοῖς. μόνον ἐν οἷς δογματίουσι φηλαφῶντες τὴν εἴσοσαν καὶ ἄσα-  
τον τῶν ὁρῶμενων φύσιν. τὸ δὲ τῆς ἀληθοῦς θεωρίας ὄμμα. ἢ ἀμβλυώθητες ἑσὸ χρόνος, ἢ κερῶν τῆς ἑσὸ πῶς ἀπώ-  
λισαν. καὶ φασίμ. ἀρετῆς τῆς ἑσὸ εἶναι, δικαιοσύνην φημί καὶ φρόνησιν. σωφροσύνην τε καὶ ἀνδρείαν. ἑσὸ  
εἶ καὶ κατὰ θεοῦ τυχεῖν, χαρμαλάτῃ ἑσὸ καὶ περὶ γῆν κίχεται. καὶ κατώτερα τῆς ἑσὸ οὐρανοῦ τυχεῖν ἀφ' ἑσὸ ἀν-  
θεῖαν γὰρ φηλαίως τὴν περὶ τὴν ὕλην πάλιν. καὶ σωφροσύνην τὸ κατὰ τῶν πατέρων κράτος. καὶ φρόνησιν τὴν ἐν ταῖς  
πολιτείαις ἀριστοκρατίαν. καὶ δικαιοσύνην τὴν ἀρίστην τοῦ ἰσοῦ μερίσαν, ἔθ' βίῳ ὡς ἐκ νόμου τὰ εἰς ἐνομιεῖται  
καλιώσατες ἔθ' ἑσὸ πῶς ἐσὸ ἑσὸ ἑσὸ τῶν ἀμετρίων. ὑψηλὸν δὲ καὶ τῆς παρούσης λέξεως κερῶν τῆς, οὐδὲ νοῦσαι  
οὐδὲ ἐκείνη τὴν ἑσὸ ἑσὸ. ἀλλὰ ἔθ' ἀσώτῃ τῶν παρωρῶμενων καρδίας. βιασάμενοι τότε ἑσὸ αὐτῆς τὴν ἀρετῶν,  
τοῖς ὁρῶμενοι αὐτῶν περιεπέλασαν μόνον. μηδὲν συγχωρῆσαι ἑσὸ ἑσὸ ἑσὸ καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν κτισμοῖς ἑσὸ  
μῆλον. οἱ δὲ τῆς π̄φωτισμένοι ἑσὸ πίστεως τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς καρδίας. ὡν κατηχητῆς καὶ διδάσκαλος ὁ μακάριος  
ἑσὸ φηλαίως, ἀρετῶν ὄρισαντο. τὴν περὶ τὸν δὲ ἀναπαύουσαν. καὶ τὰ περὶ γῆν ἐντάξει πηλαλιχούσαν. τοι-  
χεραῖον αὐτὸ οὗτος ὁ ἐν πάσιν ἀοιδιμοῖς, πολλὰ μὲν ἀπερίδημον ἀρετῆς εἶδη. τρία δὲ ταῦτα ἀξίαιτα ἀνβόησε, π̄-  
σιμ, ἐλπίδα, καὶ ἀγάπην. ὡν ἢ μὲν π̄σιμ χερῶν τῶν ἀνδρῶν τὰ ἑσὸ φύσιν. τοῖς νοητοῖς ἢ δὲ καλαμηνῶν τῆν  
ἑσὸ φροσύνη τὸ πολυπαθῆς τῆς ὕλης ἱμάτιον. ἢ γὰρ ἢ τῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν λοιπῶν ἀσέριων ὁρῶμενων ἡγόνου ἑσὸ  
μῆλτος φύσις, τοῦτον τοῖς χαμαὶ βασιλεύουσι. καὶ ἐπὶ γῆς κυλιουμένοις ἀνδρῶν τῶν κατενήμην χερῶν τῶν ἢ πί-  
στες. προσαγοῦσα ἑσὸ βασιλιῶν καὶ ἀχηματίων δ̄ τῶν. καὶ ἀριβίῃ τὴν ἑσὸ ἑσὸ ἐνίστα καὶ ἀντίσω  
φύσεως, τῆς οἰκίας ἀρετῆς, τὴν ἀχλὺν τῶν αἰσθητῶν ἀπεικάνουσα. καὶ ἐπιπαι, καὶ νεφῶδες τῶν τῆς. ἑσὸ ἀποση-  
σασα, ποιῶ τῶν ἑσὸ ὄρεν, ἢ τῶν μὴ φθάνει ὄρεται, καὶ τὸ ἀποσίτω καταλαμβάνεται. ἢ δὲ ἐλπίς, οὐκ ἀνεροσο-  
λιμ ἀξίως ὡς ἀπὸ εἰσοῖ. ἀλλὰ γινώσκων κερῶν ἐν τοῖς παρούσι παρῶμενων τῶν μῆλτων, τῆς ἀγαπιεῖσθαι τῶν ἑσὸ  
φροσύς, τὸ μῆτος παρὸν ἑσὸ χρόνος ἐναντῶς ἢ δὲ ἑσὸ λογισμῶν ἐκχερῶσιν. καὶ χερῶν τὰ παρῶμενων ἑσὸ ἑσὸ  
ἀγούσης. ἑσὸ βίβουσα γὰρ ἢ ἐλπίς τὰ ἐν τῶν κωλύματα, σωπάτῃ τὰ ποδῶν περὶ τὸ ἐρώμενον. τὸ παρῶμενων ἑσὸ χερῶ  
νου, τῆ τῶν μῆλτων ἑσὸ ἐκχερῶσιν. ἢ δὲ ἀγάπην, τοῦ κατ' ἡμῶν μυστηρίου αὐτὴ τὸ κεφάλαιον. αὐτὴ γὰρ τὸν δὲ λόγον  
ἐπὶ γῆς αὐτὴ παρόντα, ἐλπίμ ἑσὸ σαρκὸς ἐσὸ ἑσὸ. ἑσὸ ἑσὸ τῶν ἀλλήλων συμβαίνει. ἢ μὲν γὰρ π̄σις, ἑσὸ  
βίβουσα ἑσὸ. ἢ δὲ ἀγάπην, βεβαίως ἑσὸ ἑσὸ. πίστευομεν ὅτι ὁ θεὸς λόγος ἀπαθῶς ἐσαρκώθη, καὶ ἐσὸ  
βίβουσα ἑσὸ. αὐτὴ γὰρ τῆς ἑσὸ ἑσὸ ἑσὸ. ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶμεν τὸν δὲ ἡμῶν τὴν τοῦ δούλου μορφῆν κα-  
βήτα. καὶ μῆτε φύσεως ἑσὸ ἑσὸ, μῆτε προσθήμην τῆς τῶν ἑσὸ ἑσὸ. π̄σις τῶν χερῶν χριστιανῶν, ὁ μὴ  
πρὸς τῶν π̄σις καὶ ἐλπίδα, οὐκ ἐστὶν ὁ λήγεται. ἀλλ' ἐπὶ καὶ θεοῦ πῶς ἀλλήλων. δοναχῶν τῶν τῶν, καὶ τῶν  
τῆς ψυχῆς παρὸν ἑσὸ ἑσὸ, τὴν ἢ θεοῦ μὲν ἀρετῶν κατωδῶσας, τῶν τῆς ἡμῶν ἑσὸ ἑσὸ. οἳ αὖ καὶ



**C** του μνηρίου προλαμπύσης, και πάσης άπάτης χολαζούσης. ει δὲ μὴ ἔτι κε διδόν η̄ παρδίνος, οὐδὲ πολλοὺ ἑαυμάτῳ  
 ἔξια ἡ ἄφορος. πάλαι γὰρ καὶ ἄλλαι γυναικες ἡκαρποφόρησαν ὅθι βίω δινάτους. ει δὲ προφῆτῶν ἔβωσα, τὸ ἀρρη-  
 τομ προσαλλέξουσαι μνηρίον, βοῶσιμ. ἰδοὺ ἡ παρδίνος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται ἦν, ὅ καλῶσους τὸ ὄνομα αὐ-  
 τοῦ Ἐμμωνυλ, ὁ ἱρμώων ὁ Γαβριήλ, φάσκει μὲ ἡμῶν ὁ θεός, του χάρμη σὺ πῶ του τεχένηςτος συγκατάβασιμ.  
 πῶ δόξαι τῆς τικουσης περι κόπῆσιμ; ἀλλ' ἀντιθέτασι πάντως τουτο. πῶ τὸ τικτόμνον φισίμ, ὁμόφυλον παρ  
 χε τῆ τικτοῦσι. ει ταίνω ἀνδρωσος ἡ τικουσα, ἀνθρωπος ἀναγκάως καὶ ὁ τεχνίτης. ἀλόγως φατὶ ὁ οὗτος, ἀλλὰ τὸ  
 ὁμόφυλον τικτεῖ ἡ ὁδίνουσα, ὅταν κατὰ φύσιν προβαίη ὁ τόκος. φυσικοῦ δὲ τόκου προοίμιον, φθόρα. ἔπειδὴ καὶ  
 μίξιμ προηγῆται τῆς φθορᾶς. ἰνδὰδὲ δὲ τῆς ὕβρειος ταύτης οὐδὲ ἔννοια. ἀλλ' ἰχελιάδην ἑτέρ λόγον τὸ θαυμά. ὅσα  
 ἑπὶ φύσιν ὁ τόκος, ἰκὲ ὁ τεχνίτης θός. ὁμολογούμεν τοίνω τὸν αὐτὸν, καὶ τὸν ἕσμον παρακατόντα. καὶ ὅτ  
 νόμον διδωκότα, καὶ ἐν προφήταις ἐμπνύσαντα, καὶ ἐπ' ἑξάτων σαρκωδίντα, καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐν σωτη-  
 ρίαιμ ἐνάντ τὴ καὶ ἑσῶν ἀλιόσατα. φῶνιμ τὸν θεολερὸς καὶ βερβώδεις τῆς ἀπάτης βύσας, τὰς θεομάχους ἡ-  
 ῶν αἰρίσεις. τῆρ Αριμ μανίμ, διαραῦσαμ πῶ ἀμῆριση τριάδα. πῶ Ἐυνομίον τόλιμα, περιελίξουσαμ τῆ γνῶ-  
 σει πῶ ἀκατάλητῶν φύσιμ. πῶ Μακιδονίς λίσαιμ, χωρίζουσαμ τῆς θείητος τὸ ἀχωρίσιος ἐκπορευόμενον πνευμα-  
 τὸ πῶ κόντικῆμ τούτημ καὶ ἑνὴν βλασφημίαιμ, πῶ τὸν ἰσολογισμὸν κατὰ πολλὸ εἰς βλασφημίαιμ νικῶσαμ. οἱ μὲρ  
 γὰρ τὸν ὄντα ἦν ἀνεγούσι, ζημιούντες πῶ ρίξαιμ τοῦ κλάδα. οἱ δὲ, ὅθ ὄντι καὶ ἕτερον ἔπεισάγουσι. σιλιτύον-  
 τας ὡς πάλγομ τῆρ ἀπῆρατον φύσιμ. ἔπω μὲρ ἐν μὲτα Παύλου. Χριστὸς ἔβη ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσαι τὰ ἀμ-  
 φότερα ἔμ. ἰσάειον γὰρ καὶ ἑλλωα δὲ τοῦ βασιτισμοῖος, εἰς ἕνα καινὸν ἔκτισεμ ἀνδρωσων. ἰνώσα; τῆ δυνάμει  
 τὰ τῆ πολιτικῆ δυνάτα. φριτίτωσαμ πῶ κατάμρισημ, οἱ κωτεροπειοὶ εἰς ἀσέβειαν. ἔρα τὰ μὲρ δυνάτα, εἰτ  
 συμφωνίαμ ἡ νύδη. ὁ δὲ ἰνώσαι, εἰς δυνάδα τόγα ἐπ' αὐτοῖς διηρέθη. ἀλλὰ λοιπὸν τὸ μῆκος τὸν λόγων παρῆς,  
 ἐπὶ πῶ σιωτήαιμ ἐλύσομαι τοῦ ὁρῶν δόγματος. εἴτις θίλει γῶναι κατὰ ἀλήθειαν, ἐτι αὐτὸς ἔμει οἷς καὶ μέ-  
 νος ἦος ὁ περιμ ἡ τὸν Αβραάμ γινέθη, ὡρ. καὶ ἐπ' ἑξάτων προνοίως σοφία καὶ ἡλικία κατὰ σάρκα. ἔχει γὰρ  
 αἰ ἡ δυνάτης αὐτοῦ τὸ θίλειον, ἰρωτάτω Παύλου, καὶ αὐτὸς βροντήσαι πῶ ἀσέβειαν. Δεικνὺς ἐτι καὶ ἑξ ἰσάειων  
 προσελθῶν τὸ κατὰ σάρκα, θός ἑπάρχει αἰώνιος. φάσκωμ ἑπὶ περι τὸν ἰσάειων, καὶ σιμίνων τὸ ἀχάρισημ καὶ  
 θεομάχων ἔνδος ἑξ πῶ ρίξαιμ τὸν Αβραάμ, καὶ τὸ σέριμα τὸν ἑσάειον χριστὸν, οὕτως λέγει. ὅμ φισίμ ἡ ἦοθα  
 σία. ἑβὼα γὰρ διός ἐν προφήταις. ἦος πτωτοκόμου Ἰσραήλ, καὶ ἡ δόξα μου. ἀμειτρομ γὰρ προσώδιον δόξαι τοῖς  
**D** ἡροσφορομίνους τὰ ἑσάλληλα δυνάματα. καὶ αἱ διαδύκαι αἱ πρὸς τὸν Αβραάμ. τὸ πῶθος καὶ πῶ ἑσάειον πα-  
 ραγγῶσαι. καὶ ἡ νομοθεσία ἡ ἐν ὅρει Σακτύλω διού γραφίσα. καὶ αἱ ἑσάγγηλια, ἦτε γῆ τῆς παλαισίνης. καὶ τὸ  
 ἑξ σέριματος τοῦ Αβραάμ ἐλογηθῆκα πῶν τὰ ἑσά. ὅρ οἱ πατῆρας, οἱ ἐν τῆ νυκτὶ τῆς πῶνης ἀνατίλαται, ὡς  
 πῶσιως φασῆρας. καὶ ἑξ ὅρ ὁ Χριστὸς. καὶ οὐκ ἔσιν μίχρη τούτων Παύλος. οὐδὲ γὰρ ἀφ' οὗ ὁ ἱμ Μαρίας τόκος, ἔ-  
 τος τὸ ἀνάρχον λόγον ἡ ὕπαρξις. ἀλλὰ ἐνθὺς ἑσάγγη τὸ κατὰ σάρκα. ἰνα ἑσασμῆν ὁ πῶ κατὰ σάρκα φαίρω  
 σίμ. ἀλλ' οὐ πῶ κατὰ θείητη γίνησιμ. τίς μὲν οὖν ἔσιν. οὗτος ὁ Χριστὸς, ὁ ἐκ παρδίνου γινηθείς, ὁ ἐν σωτηρίῳ χωρη  
 διός ὡς οὐδὲμ, ὁ ἐν φάτην ἀνακηθίς, ὁ ὅθ χρόνῳ κατὰ σάρκα αἰφύσαι, ὁ μίχρη τὸν κατοπάτω τῆς γῆς κια-  
 βῶς, ὁ πῶν τὰ τῆς σαρκὸς ἑσασμῆν. ἰνα πῶσιωσται ἐτι κατὰ ἀλήθειαν γέγονεμ ἀνδρωπος. ὁ οὐκ ἄλλος ὡρ κα-  
 ρὰ τὸν λαταβάντα, ἀλλ' αὐτὸς ὡν καὶ ὁ λαταβας, καὶ ὁ ἀναβάς. οὐ ἑσ ἀνέβη πρότερον, ἀλλὰ κατέβη. οἷα δὴ οὐκ  
 ἐκ προησῆς διός μὴ γίνοιτο. ἑλλὰ δὲ ἀσπλαγχίαιμ ἑσασμῆν. τούτου γὰρ ἐσάμειδα, μὴ παρ ἑμ. ὡ μᾶθης, ἡ παρ ἑλλ-  
 λου τινὸς. ἀλλὰ παρὰ Παύλου. τοῦ παρὰ πατρὸς ἐν ἀποκαλύφει μαδίνους τὸν ἦον, καὶ φάσκουτος. ὅτε δὲ ἐσάει-  
 σαρ ὁ διός, ὁ ἀφορίσας μὲ ἐν κοιλίῳ μητρός μου, καὶ καλῶσας ἑξ τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἀποκαλύφει τὸν ἦον αὐτ. ὅ  
 ἐν ἑμοί. οὗτος γὰρ ἐκ δισάξει ἀληθῶς, τίς ἐσιν ὁ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς βοῶμ. ἑξ ὅρ ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὡρ  
 ἐπὶ πῶτων διός ἐλογητὸς ἐτ τοὺς αἰδων. ποίαιμ παρὰ φύσιν συνοφαντίας οὐκ ἀποτειχίξαι τὰ Παύλου ἑσάειον  
 τοῖς φιλολοιδόροις; εἰπὸν αὐτὸν Χριστὸν, ἰνα δέξῃ ἐτι κατὰ ἀλήθειαν γέγονεμ ἀνδρωπος. εἰπὸν αὐτὸν ἑξ ἰσάειων  
 κατὰ σάρκα, ἰνὸ δέξῃ ἐτι οὐκ ἀφῶ ἑσασμῆν, ἐπιοτε μόνον ἑπάρχει. εἰπὸν αὐτὸν ὄντα, ἰνα ἀνάρχον βροντή-  
 σιν. εἰπὸν αὐτὸν ἐπὶ πάντων, ἰνα τῆς ἡῆσιως δισάειον κηρύξῃ, εἰπὸν αὐτὸν διόν, ἰνα μὴ πρὸς τὰ πάθη καὶ τὸ ἑπ-  
 μα δελιαθίνης, πῶ ἀνολιθρον αὐτοῦ ἀρνησάμειδα φύσιμ. εἰπὸν αὐτὸν ἐλογητὸν, ἰνα ὡς παντοκράτωρα πρῶσικωσ  
 σάμειμ. ἀλλ' οὐκ ὡς σύνθουλον συνοφαιτῶμειμ. εἰπὸν αὐτὸν εἰς τοὺς αἰώνας, ἰνα δέξῃ ἑπιπῆρ ὁ λόγῳ τούτους δι-  
 μιουρησίως αἰδίως ἐν αὐτοῖς θεολογίται. ἑχοντες οὖν τὸν Χριστὸν, καὶ ὄντα θεῶν, καὶ ἐλογητὸν, αὐτῶ πρῶσικωσ  
 σάμειμ. λίγοντες πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους. εἴτις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔσιν αὐτοῦ. ἡμῆς δὲ νοῦν Χρι-  
 στοῦ ἔχομειμ. δὲ καὶ ἑσάειον πῶ δόξαμ τοῦ μεγάλου θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς ἀποσώσασ  
 τὸς μὲρ ἀσέβοῦσι, τὰ τῆς δόξης ἑσάειον. τοῖς δὲ ἀνεγούσι, τὰ τῆς τόλιμς ἐπὶ χερα. ταῦτα δὲ πρὸς πῶ ἑσάειον  
 ἑσάειον ἀγάσῃμ, ἐκ τῶν ἑσάειον προσησῆν ἡ βίβλων. ὅμ πρὸς ἡμᾶς δισάειον φάσκουτες. λυκῶνας  
 τινὸς καὶ τερατολόγους ἀνδρωσους. ἑαντοὺς ἐσάειον τῆ ἡμῆς ἑσάειον, βουλομίνος ἑξ πρῶσῆμ γραμματάμ. καὶ  
 τῶν ἀντιδῆσιμ τῆς φινδονίμου γνῶσιως, διακρίθειμ τὸ ἀπῶν καὶ ἀμαργάτωρ τῆς ὁρῶν δόξαι πίσιως ἑσάειον.  
 ἑλλὰ

**A** ἀλλὰ τὰ τοῦ μακαρίου Παύλου, καὶ πάλιν φημί πρὸς ὑμᾶς. βλέπειτε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν ἑξ τῆς φιλοσοφίας  
 καὶ ξηνῆς ἀπάτης, κατὰ πῶ παρὰ φύσιν τῶν ἑσάειον ἀνδρωσων, ὅ οὐκ κατὰ Χριστὸν. ἡσάμειον γὰρ ἑλλω  
 αὐδὲς δύνεται διείναι ἑσάειον πῶσιως παρὰ τὸν ἑσάειον, ὅς ἐκ Χριστοῦ Ἰησοῦς. σῆνεται τοίνω ἐν ἐπὶ πνεύματι, μὲ  
 ψυχῆ σωθλοῦντες τῆ πῶσι τὸ ἑσάειον. ὅ μὴ πτωρόμνοι ἐν μηδὲν ἑσάειον τῶν ἀντιειμίνων. ἀλλὰ φυλάττοντες τὰς  
 παρὰ φύσιν ἑσάειον παρὰ βίβλη τῶν ἑσάειον καὶ μακαρίων πατρῶν, τῶν ἐν Νικαίᾳ πῶ ὁρῶν δόξαι πῶσιμ ἑσάειον. καὶ  
 τῶν περι τὸν ἑσάειον καὶ μακαρίων Βασίλειου καὶ Γρηγόριου, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν αὐτοῖς ὁμοφρόνων. ὅν τὰ ὄνοματᾶ ἐν  
 βιβλοζώῳ. πῶσαμ πῶ σὺν ἑμῖν ἐν Χριστῷ ἀλιλότητα, ἑσάειον τῆ καὶ οἱ σὺν ἑμοί πρῶσασμῶμειμ.



PROCLVS CONSTAN-  
 TINOPOLITANVS EPISCOVVS VE-  
 NERABILIBVS ET SANCTIS EPISCO-  
 PIS, PRESBYTERIS, ARCHIMANDRI-  
 TIS PER ARMENIAM, DIONYSIO  
 EX IGVO INTERPRETE.

**B** On mediocriter, Fratres, confudit animum nostrum, & mor-  
 rore ualidissimo fauciauit fallax rumor nouellorum, zizanio-  
 rum, quæ nuper uestræ regionî callidissimus naturæ communis  
 inimicus insecuit. Intolerabiliter enim tristis auditus cõfureuit ani-  
 mum uulnerare, quæ huiusmodi meditationibus exercitata nõ  
 fuerit, tantòque perniciosius iaculatur in altum tela defigens,  
 quanto discrimen non corpus appetit, sed statum mentis expugnare contendit;  
 opinione disseminans, uenerandum fidei uestimentum aut difficillimam lacrima-  
 biliter, aut furto penitus esse sublatum. Omnis quidem uirtus expetèda hijs, qui-  
 bus ratio non est rebus metiri aliquibus obscurata, omniscq; malitia à bene fen-  
 tientibus non immerito fugienda iudicatur: utpote quæ è regione aduersetur es-  
 sentia, ipsa contra naturam sine dubitatione subsistens, non sicut id quod utilif-  
 simum est necessarie custodit, ita quod non expedit, sed probatur aduersum, aut  
 cum præsto est repellendum est, aut si metuitur ne accidat, sollicitè præcauendū.  
 Virtutis itaque species plurimæ. Hanc autẽ uarie definiuerunt siue Gentiles, quos  
 error exagitat, lumenq; discretionis eorum ignoratio diuinitatis obscurat; Seu  
 Christiani, qui fide rectæ mentis oculos illuminatos habentes, solem iustitiæ  
 per confessionem clarius intuentur; Illi nanque in suis consilijs, uelut in tenebris  
 oberrantes, habentèsque sensum sine rectore præcipitem, cogitationibus nitun-  
 tur incertis, nihil in hijs quæ decernunt præter fluxum & instabilem naturam  
 rerum uisibilem perferutantes, ueræ autem contemplationis intuitum, aut  
 causis temporalibus habentes implicitum, aut erroribus obæcatum. *Aiunt*  
 G 4 enim

*virtutes.*

**C** enim quatuor species esse uirtutis, id est iustitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, quæ liceat bonæ sint, humi tamen repunt, & erga terrena proiectæ sunt, dum inferiora cœlesti fastigio comprobentur: Fortitudinem nanque dixerunt, quæ rebus oblectatur aduersis: Temperantiam, quæ de uitiorum sumit subjugatione uictoriam: Prudentiam, quæ in conuersatione ciuili optima continet instituta: Iustitiã, quæ sua cuique distribuit. Hunc autem, ut putabantur, uitæ ordinem lege sanxerunt, immoderatum atque illicitum reprimentes huiusmodi definitionibus adpetitum. Altum uero & præsentis uitæ sublimius, neque cogitare neque depromere uoluerunt, sed insipienti & obscurato corde nixi sunt uirtutem, quantum ad se, uisibilibus tantummodo rebus includere, nihil ei tribuentes eximium, & cœlesti habitatione condignum. Qui uero per fidem illuminatos habent oculos cordis, quorum præsul atque magister est beatissimus Paulus, eam definiunt esse uirtutem, quæ nos ad deum semper eleuans ordinatè regit in terris. Hic igitur per omnia uenerabilis Apostolus multas quidem species uirtutis enumerat, sed præcipue fidem, spem, charitatem commendat: quarum fides supra naturam merita hominibus bona largitur, inuisibilibus eos admiscens, qui adhuc multiplicibus obnoxia passionibus indumenta circumferunt: Qui enim angelorum reliquarumque incorporearum uirtutum naturam propositi sublimitate nesciunt, horum disciplinam hominibus qui gradiuntur humi, & uoluntantur in puluere, fides attribuit: regali throno & inuisibili, qui caret omni forma, nos exhibens, certamque illustrationem naturæ increatæ, semper sine initio manentis insinuans. Quæ etiã fulgore suo sensum materiale discutens, crassumque ac nebulosum intuitum nostræ mentis expurgans ergo illa clare conspiceret, quæ tunc ex parte possunt uideri, cum censentur inuisibilia, & cõprehendi cum inaccessibilia esse creduntur. Spes autem non dignata somnijs, ut dicitur, inharere, sed credita fortiter retinens, in præsentibus sibi futura iam propagat, & ad excludendam dubietatē, quod nec adest tanquam præsens cogitatione complectitur, sub aspectu penè quæ præstolantur adducens aduersa. De quibus spes impedimenta transgrediens, propemodum uisibilibus rebus ea quæ desiderantur adnectit, fluxam temporis inanitatem futurorum dilectione profus exuperans. Charitas uero sanctæ religionis nostræ culmen & caput est: Per hanc enim deus cum præsens iugiter esset in terris, ad nos per carnem uenire dignatus est: Vtraque igitur merito sibi consentiunt: Fides enim charitatis est speculum, & charitas fidei probatur existere firmamentum. Credimus autem quod deus uerbum impassibiliter incarnatus est, & pie credimus: hæc enim credulitas salutis nostræ fundamentum esse cognoscitur. Idcirco eum qui propter nos suscepit formam serui, diligimus, qui nec naturæ suæ ullam mutabilitatem sustinuit, nec augmentum trinitati accessit. Omnis itaque Christianus, qui non est diues fide, spe, & charitate, id quod dicitur non est: sed & si uidetur suum castigare corpusculum, & animæ passionibus liber esse, in mortalem tantummodo uirtutem iste proficiens, nequaquam coronam uictoriæ consequitur: utpote qui non ad illam semper agnitionem diuinitatis extenderit, quæ coronas tribuit hijs qui fortiter per uirtutem luctantur. Ideoque fides, quæ omnium, sicut prædicti, bonorum caput est, seruetur intacta: nihil humanis adinventionibus dissoluum præferens, in nullis prophanis uocum nouitatibus insolescens: quæ manens infra Euangelicos atque Apostolicos terminos, nullius per uicaci furore uioletur: Propter hanc enim saluati sumus, & huic in baptisate lingua subscripsimus. Altitudo siquidem fidei cunctam insurgentis audaciam temeritatēque prosternt, nec humanam tantum: sed & illorum, qui natura incorporea sublimantur, beato Paulo dicente: Aut si nos, aut Angelus de cœlis euangelizauerit

**A** zauerit uobis præter id quod accepistis, anathema sit: Ministrare nanque præceptum est Angelo, non dogma componere. Et periculosum nimis est singulis non in hijs in quibus ordinati sunt permanere, sed appetere uelle supra mensuram quæ minime naturæ concessa sunt. Ideoque et si substantia præferat quod fide dignum esse uideatur, non erit receptibilis innouatus prædicationis respondit. Quod accepimus igitur indormitabili cura seruemus, ad thesaurum fidei mentis oculos iugiter eleuantes. Quid autem de scripturis accepimus, nisi quod deus uerbo suo mundum condidit, & creaturam quæ non erat, produxit ex nihilo: Et quia naturali legerationale animal honorauit, datur ei mandatum, ut quod erat optimū non lateret eius arbitrium, sed meliori proposito noxia declinaret. Et quod ille spontanea uoluntate in deteriora prolapsus extorris Paradisi per inobedientiam factus est: quod denique per patres, patriarchas, legem, iudices & Prophetas, naturam qui formauit instruxit, ut peccata quidem cauere, ad faciendâ uero quæ recta sunt sollicitudinem gereret, sicut delicta imperium quoque nobis uolentibus obtinerent, & horum causa diabolus in naturæ defæuere exitium: utpote cum lex naturalis obsoleta sordesceret, & scripta præuaticatio retorperet: prophetæ quoque sicut homines monerent, quæ oportere fieri, sed ab imminente pernicie liberare non possent. Deus forma carens, sine initio, incircumscriptus, & omnipotens uerbum, in carne ueniens: adest enim illi posse quod uult, sumpsit formam serui, caro factus ex uirgine, uolens ubique monstrare, quia secundum ueritatem fieri homo dignatus est: Naturam siquidem corpoream, & exordia, & habitus, passionesque necessariò subsequuntur: Non enim dicit Euangelista, quod in hominem perfectum deus ingressus est, sed quia factus est caro, naturæ nostræ primordia ipsa contingens. Sicut enim homo naturaliter editus non statim procedit operatione perfectus, sed primum ipsa depositio seminis efficitur caro, deinde processu temporis uim sumit, quæ consummationē sensuum operationumque contineat: ita deus uerbum ipsa initia, & radicem humanæ institutionis attingens, primum factus est caro, non conuersus, quod absit, in carnem: manens enim diuinitas omni mutabilitate superior, quæ mutatio naturæ fluentis est passio: illius autem perennis sempiternæque ita se habentis essentia proprium est, ut incommutabilis perseueret. Vtrisque igitur diuinæ scripturæ uterque uocibus, dicimus quia & caro factus est, & formam serui accepit. Ex utraque pie intellecta semina nobis salutis existunt: Per id enim quod uerbum caro factum est, indiuiduum summæ ipsius adunationis Euangelista declarat: Sicut enim singularitas in duas singularitates dirimi non potest, alioqui in has diuisa, iam non erit singularitas, sed dualitas, ita quod unum est iuxta summam adunationem nequaquam in duo poterit ulla ratione partiri. Per id autem quod formam serui adsumpsit, naturæ diuinæ incommutabilitas intimitur: Quia omne quod fit, ad quod existeret factum est, ut cœlum quod ante non erat, aut ex eo quod est in aliud conuertitur, ut fluenta Nili fluminis in sanguinem commutata. Sed uterque modus diuinæ substantiæ probatur incongruus: Nam nec ex nullis exstantibus processit, semper sine initio permanens, nec ex aliqua materia conuersus est deus uerbum in sua incommutabilitate persistens. Idcirco per hæc & deitatis incommutabilitatem, & indiuiduum sacramenti diuina scriptura testatur, quod factum est demonstrans, & quod adsumpsit insinuans: ut per primum personæ singularitatem naturæ utriusque commēdet, per alterum uero incommutabilitatem substantiæ diuinæ pronuntiet. Deus igitur uerbum factus est homo perfectus, non imminuta natura deitatis, ad stipulante miraculo quod intelligentiam nostræ mentis excedit: id ipsum percipimus fide, non inquisitione colligimus. Et factus homo cognatus secundum carnem, generi salutem tribuit per similitudinem passionum: peccati quidem debitum soluens, dum

quæ

**C** Quæ sunt hominis perpeffus pro omnibus moritur, destruens autem eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum, sicut æquissimus deus: legis etiã, quod erat impossibile fecit esse possibile, omnem implendo iustitiam, & substantiæ nostræ pristinam nobilitatem, claritatemque restituit, per hoc quod homo factus est, honorauit eum quem ipse de terra formauerat. Unus igitur est filius, unus est dominus: trinitatem namque unius essentiæ confitemur, quartam nullatenus admittentes in trinitate personam. Sed, ut diximus, unus est filius, sine initio de patre natus, per quem facta credimus secula: Ramus ex radice cõsempiternus de patre ortus ineffabili modo, uerbum mentis inseparabiliter procedens, & intimus permanens: Nam etsi in terris uisus est, sed non est à genitore diuisus: Hic uoluit saluare quem condidit, quinimo saluauit: uulnam communem naturæ ianuam dignanter inhabitans, quem & sua sanctificauit præsentia, & natiuitate signauit partum, qui supra naturam est incõprehensibiliter factum hominẽ se demonstras. Non igitur alter est Christus, & alter deus uerbum, quod absit: duos enim filios natura diuina non nouit: unus unigenitũ genuit: ubi enim non est generantium copula, illic dualitatem non poteris inuenire nascentium. In nomine Iesu Christi omne genu flectitur cœlestiũ, terrestriũ, & inferorum. Si aliter est Christus præter deum uerbum, necesse est ut purus homo sit Christus, & quomodo eum ultra naturæ meritum cœlestia uenerantur, ei qui minor est genu flectent: Quomodo etiam prophetis attendemus oraculis, clamantibus, quoniã deus noster in terris uisus, & cum hominibus conuersatus est: Visionẽ namque dicit Propheta manifestationem quæ in carne facta est: conuersationem, qua temporaliter cum hominibus cõmoratus est, cuius sine inuidia bonitas pietatis suæ declarauit aduentũ: Quia sicut omnipotens & quod erat mansit propter se, & quod uoluit factus est propter nos. Quod si forte unquã scandalũ causam commouent infantia rudimenta, & in præsepi recti natio, atque in tempore secundũ carnẽ profectus, nec nõ & quod dormierit in nauĩ, quod ex itinere fatigatus sit, quod post ieiunia esurierit, illaque omnia quæ secundũ ueritatẽ facto homini contigerũt: nouerint qui ista reprehendunt, quod humanam negent in Christo naturam: negãtes autem naturam dispensationis minime credunt: non credentes uero dispensationi salutis damna persentient: & si quod à constitutione mundi, qua in hanc uitã constat hominem esse proiectum, aliud iter quisquam præter hoc carnis ingressus est, ostendant contentiosi, & tunc demũ sua deliramenta contexant. Si uero ista sunt communis naturæ primordia: deus autem uerbum secundum ueritatem factus est homo: confitentes naturam cur uiruperant passionem. Alterum igitur eligant è duobus, aut erubescentes de contumelijs, abiurent naturam in Manichæorum morbis adfecti cum impijs deputentur, aut si lucrum quod est ex incarnatione suscipiunt, fatentes substantiam nõ confundantur de passionibus, quæ substantiam consequuntur: Admiror & eorum dementiam, qui noua deceptionis itinera gradiuntur: Ego namque unum filium sicut edoctus sum pie cognoscens, quem dei uerbi incarnati substantiam esse profiteor: Vno autem existente eo, qui passiones pertulit, atque miracula operatus est, qua ratione diuiniõra reticentur, humilioribus derogant: Ut enim fidem faceret uerbum manens quod erat, factus est caro, id est, homo perfectus: Tanto sacramento nulla conuersione uiolato, idem ipse perficiebat miracula, & iniurias sustinebat, per signa quidem diuina mansisse id quod erat insinuans, per passiones autem factum quod formauerat manifestans. Vnum igitur eundem filium prædicamus & patri cõsempiternũ, & in nouissimis temporibus incarnatũ, nihil adulterinũ diuinæ naturæ penitus inferentes: Non enim potest esse aliquid in throno superfluũ. Sed illud mihi sapenúmero uulgatũ fortasse subiiciãt, nec cõtes syllogismos infirmiores araneæ: Si trinitas est unius essentiæ, perfectio trinitatis impassibilis

Conuersatum esse Christum in terris.

**A** bilis permanet. Quod si trinitas, & deus uerbum in trinitate conspicitur, impassibilis permanet, & deus uerbum impassibilis adprobatur. Quod si deus uerbum impassibilis est, inuenietur qui crucifixus est alter, præter impassibilem deum uerbum. Vere tela texunt aranæ, qui ista depromunt: in aquis scribunt, qui propositiones ineptissimas meditantur: qui cum essent sapientes, stulti facti sunt, & obscuratum est insipiens cor eorum: lippus enim oculus solis radios pure non recipit, & infirmus animus altitudinem fidei non ualet intueri. Quid igitur ad ista nos dicimus: quoniã secundum rationẽ deitatis sancta trinitas & unius est essentiæ, & impassibilis perseverat: Nec enim dicentes filiũ passum, ratione deitatis eum passum pati sentimus: Diuina siquidem natura nullam prorsus recipit passionem: Sed cõfidentes deum uerbum unũ ex trinitate incarnatum, tribuimus intelligendi materiã hijs qui fideliter sciscitantur, cur incarnari dignatus est. Quia enim decreuerat deus uerbum destruere passiones, quarum mors terminus habebatur, suscipere uero passionem inuiolabilis natura non poterat: quia omnis passio rebus compositis probatur inferre luctamen: in spiritali autẽ & singulari substantia cõpositio nulla est: nec illuc passio pertingebat, ubi compositio non erat: uolens, ut prædixi, destruere passiones, quæ rationale corpus oppræsserant: quarum interitus erat suprema munitione, ut nouit deus uerbũ, incarnatur ex uirgine, & habitu inuenitur ut homo: quoniã sic exinanire se uoluit, formã quodammodo suscipiens, nullam tamen circumscriptionem suæ deitatis admittens: per quam etiam salutẽ omnino humano generi contulit, carne sua passiones exterminans, deitatem propriam impassibilem seruans. Idcirco Gabriel auctoritatem atque potentiam nascentis insinuans, aiebat ad Mariam: Ipse, inquit, saluum faciet populum suum à peccatis eorũ. Populus autem non potest hominis esse, sed dei, nec mundum ab iniquitatibus eruit, qui hanc uitam pariter corruptionis intrauit inculpabilem, non habens natiuitatis exordium, sed necessarĩe deus simul & homo, non diuisus in deũ, sed permanens unus, per id quod ex muliere nascitur, hominem se demonstrans: per id autem quod matrem seruat intactam, deum prorsus insinuans: saluũ fecit populum suũ. Qui: Iesus Christus qui uenit in terras, & cum hominibus conuersatus est. Si autem Christus purus homo est, & non ipse est deus uerbum, quomodo in principio creauit omnia, cum tunc, ut impij adferunt, non erat: Nam cum postremus in creaturis homo sit, si Christus homo purus est, cõstat quod ea quæ ante se erãt, nequaquam creare potuerit, uelut postmodo factus. Et quomodo Paulus aiebat: Unus dominus Iesus Christus, per quem omnia: Si autẽ per Christum facta sunt omnia, manifestũ est, quod Christus deus est uerbũ, Euangelista testante: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deũ, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt. Et ipsum quoque Paulus interpretans ait: Unus dominus Iesus Christus, per quem omnia. Quare dicitur quoniã Christus est deus uerbum. Si autẽ illas proferunt uoces, diuinis literis editas, quibus Christus homo est appellatus, dicente Petro: Iesum à Nazareth uirum approbatũ à deo in uobis. Et Paulo testante similiter: In uiro in quo præfinitũ fidẽ præstans omnibus. Et ipso domino de se clamante: Quid me queritis occidere hominem: Nouerint autem per incuriam se scripturæ sanctæ intelligentia priuari, aut certe per malitiam deserui, uelint quæ bene conscripta sunt ad propriam reflectere prauitatẽ. Nam & homo secundum ueritatẽ dicitur Christus: sed hoc factus est quod prius non erat, nisi tantummodo deus: Sicut enim deus increatus est, sic idem ipse homo perfectus est, nullam suspensionẽ phantasiæ prorsus admittens. Et quæadmodũ est patri secundum deitatem cõsubstantialis, sic idem sanctæ uirgini secundum carnem probatur esse cõsimilis: ubique ueritate relucente mysterij, omniq; remota penitus falsitate. Si autem deum uirgo non genuit, nec magno censebatur intacta miraculo

Mors passio- nũ terminus.

Matth. 1.

Act. 2.

**C** miraculo: Multæ siquidem & aliæ mulieres iustos seculo protulerunt: Nam linguæ propheticæ ineffabilitatem huius sacramenti præcinctes aiebant: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, Quod Gabriel interpretatus est, dicens: nobiscum deus. Cur propter nascentis inclinacione gloriam patientis attenuant? Sed hoc fortassis opponunt, dicentes: Omne quod nascitur generanti simile comprobatur. Si igitur homo est quem genuit, necessarie qui ex ea natus est homo est. Quasi uerisimili ratione uos ista depromitis. Sed tunc parem sibi per omnia parturiens edit, quando iuxta naturam contingit & partus. Naturalis autem parturitionis exordium corruptio est, quia & commixtionem præcedit. Cum autem huius iniuriæ nec suspicio est, sed supra humanum intellectum constat esse miraculum: ubi supra naturam partus est, ibi qui nascitur deus est. Confitemur igitur eum & mundum fecisse de nihilo, & legem dedisse, Prophetas quoque inspirasse, & nouissimis incarnatum esse temporibus, Apostolos etiam misisse ad salutem Gentium, atque populorum. Fugiamus itaque consilia seductionis, fluentia Hæreticorum dico perniciofa, deoq; inimica contagia, Arii uasianiam, qui trinitatem inseparabilem substantijs diuidit: Eunomij audaciam, qui naturam incomprehensibilem infra scientiam humanitatis includit: Manichæi rabiem, qui sequens frat ab essentia deitatis sanctum spiritum, & inseparabiliter procedentem: Nec non & hanc nuperrimam, nouamq; blasphemiam, quæ Iudæorum impietatem multipliciter exuperare dinoscitur: Illi namque filium negantes, ramum nituntur à radice conuellere: Nam uero huic qui est alium superinducentes, intemerabilem substantiam tanquam in fœtum multiplicem diffamare contendunt. Dicamus ergo cum Paulo: Christus est pax nostra, qui fecit utraq; unum: Iudæum namque & Gentilem per baptismum in unum nouum hominem reformauit, coniungens uirtute quos conuersatio sequelstrabat. Idcirco repertoies nouæ impietatis damnationem quæ sibi imminet contremiscant, quando in unam separatam rediere concordiam, & qui uniuert in duo, quantum ad illos adinet diuidatur. Sed omiffa iam prolixitate sermonis, ad compedium recti dogmatis ueniam. Si quis uult nosse ueraciter quomodo idem ipse sit unus, & non solum filius ante Abrahamam manens, & in nouissimis secundum carnem sapientia & ætate proficiens: Nam deitas eius semper id quod perfectum est possidet, interroget Paulum, & ipse pietatis sacramentum protinus intonabit, ostendens, quod etiam ex Iudæis ortus secundum carnem deus sempiternus existat: loquens enim de Hebræis, & rebellem nationem, ingratamq; collaudans, propter radicem uidelicet Abrahamam, & propter semen Christum, ita pronuntiat: Quorum, inquit, est adoptio filiorum. Clamat enim deus in Prophetis: Filius meus primogenitus Israël, & gloria. Infinitam namque gloriam eis qui probati tunc erant moribus, diuina miracula conferebant, & testamenta, per quæ Abrahamæ multiplicatio seminis est promissa; & legislatio, quæ in monte digito dei conscripta est, & obsequium quo diuino cultui seruebant, & promissa quibus uel terra Palaestina, uel certe benedictio in semine Abrahamæ Gentibus collata est uniuertis: quorum patres qui in hac ignorantia nocte uelut luminaria fidei probantur exorti, & ex quibus Christus. Nec in hijs stetit beatissimus Paulus: Nec enim ex quo patres de Maria, ex eo est uerbi sine initio extantis essentia. Sed mox intulit, secundum carnem, ut manifestationem quæ facta est in carne, non illam natiuitatem diuinam æternamq; significet. Quis igitur esset hic Christus, qui natus est ex uirgine, quæ spelunca cepit, ut ipse nouit & uoluit, qui in præsepi iacuit, qui secundum carnem temporibus creuit, quicq; ad inferiora terræ descendens, omnia quæ carnis sunt mirabili dignatione sustinuit, fidem faceret quia ueraciter homo factus est, nec alter esse præter eum qui descendit, sed idem qui descendit ipse est, & qui ascendit: non enim prius ascendit, sed descendit; utpote qui non secundum profectum deus est, sed propter misericor-

**A** misericordiam qua indigebamus homo dignanter effectus est: quis est, à me uel à quolibet alio non requirat, sed ab Apostolo, qui filium per reuelationem didicit patris, cum dicit: Cum autem placuit ei, qui me segregauit de utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me. Hijs namque è quibus est Iesus Christus ueraciter edocebit, exclamans: Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Hæc Pauli uerba quam subreptionem calumniæ eorum qui praua diligunt habere permittunt: Dixit enim Christum, ut ostendat quoniam secundum ueritatem deus factus est homo: Dixit eum ex Iudæis secundum carnem, ut insinuet quia non ex illo tempore, quo est incarnatus, existat: Dixit eum qui est, ut eum sine initio declarat: Dixit eum super omnia, ut totius creaturæ dominum prædicet: Dixit eum dominum, ne passionibus habituq; traducti, intemeratam eius audeamus negare substantiam: Dixit benedictum, ut adoremus eum tanquam omnipotentem suppliciter, nec ut conseruum calumnijs appetamus: Dixit eum in secula, ut demostret ut is, qui nos uerbo creauit pro sua diuinitate, iugè à nobis honore celebretur. Habentes itaque Christum & existentem, & deum, & benedictum in secula, ueneremur eum ut dominum, dicentes adsertoribus exterorum dogmatum: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius: **1. Corin. 2.** nos autem sensum Christi habemus: idcirco & expectamus aduentum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui pie quidem uiuentibus gloriæ reddet coronam: hijs autem qui exacerbant eum, audaciæ eorum condigna restituet. Hæc uestre charitati direximus pro libellis uestris, quos ad nos destinare curastis, adseuerantes quosdam pestiferos homines uerborum portenta promentes irruisse uestre prouinciæ: uolentes quibusdam scriptis & oppositionibus falsi nominis scientia simplicem & infucatam rectæ fidei pulchritudinem constantiamq; peruertere. Sed ego uos iterum beati Pauli uerbis admoneo: Videte ne quis uos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, & non secundum Christum. Fundamentum autem aliud sanctæ fidei nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. State igitur in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei Euangelij, & in nullo terreamini ab aduersarijs, custodientes traditiones quas accepistis, siue à sanctis & beatissimis patribus, qui apud Nicæam rectam fidem promulgasse noscuntur, seu à sanctis & uenerandis **BASILIO, GREGORIO**q; ac reliquis eadem sentientibus: Quorum nomina in libro uitæ scripta sunt. Omnem fraternitatem quæ uobiscum in Christo est, ego & qui mecum sunt plurimum salutamus. Data Constantinop. Consulatu pijsissimo, rum Theodosij Augusti v. & Valentiniiani IIII.

PROCLI CONSTANTINOP. EPISCOPI AD  
ARMENIOS CONTRA NESTORIVM  
FINIS.

H SALVIANVS

# SALVIANI EPISCO

PI MASSILIENSIS IN LIBRUM  
TIMOTHEI AD SALONIVM EPI  
SCOPVM PRAEFATIO.



Varis à me, ò mi SALONI, charitas mea, cur libellis nuper à quodam huius temporis homine ad Ecclesiam factis, Timothei nomen inscriptum sit: Addis praeterea, quod nisi rationem uocabuli euidenter expressero, dum nominantur Timothei, inter apocrypha sint fortasse reputandi. Ago gratias ita ut debeo, quod de me ita iudicas, ut pertinere hoc astitimes ad fidei meae curam, ne quid ecclesiastici operis uacillare permittam: Scilicet ut res summae salubritatis non sit minoris pretij per opinionis incertum. Sufficere itaque ad excludendam penitus apocryphi stili suspensionem etiam hoc solum poterat, quod superius indicavi, libros neotericae disputationis esse, & à praesentis temporis homine, diuinarum rerum studio atque amore conscriptos: Carent enim apocryphi suspensione, qui agnoscuntur Timothei apostoli non fuisse. Sed requirit forsitan aliquis, quis ille autor sit, si Apostolus non est: & utrum suum libellis ipsis, an alienum nomen inscripserit. Verum est, potest hoc quidem quari, & recte quaeritur, si inquisitio ualet ad fructum aliquem peruenire. Ceterum si infructuosa est, quid necesse est ut laboret curiositas, cum profectum curiositatis non sit habitura cognitio? In omni enim uolumine profectus magis quaeritur lectionis, quam nomen autoris. Et ideo si

**D** profectus est in lectione, & habet quisquis ille est quod potest instruere lecturos, quid ei cum uocabulo, quos iuuare non potest curiosos? Ita ut dignissime huic inquisituro angelicum illud respondeatur: Patriam quaeris, an mercenarium? Cum enim nullus profectus sit in nomine, qui profectum in scriptis inuenit, superflue nomen scriptoris inquirat. Causae ergo, ut dixi, istae sufficiunt. Sed quia tibi, ò mi SALONI, decus nostrum atque subsidium, negare nihil possumus, euidentiora dicemus: Triasunt, quae in libellis istis de quibus loquimur, quari possunt: Cur is qui scripsit, ad Ecclesiam scripserit: & utrum alieno nomine, an suo: Si non suo, cur alieno: Et si alieno, cur Timothei potissimum nomen quod scriberetur elegerit. Igitur ut libelli ad Ecclesiam scriberentur haec causa est: Scriptor ille, ut etiam scripta ipsa testantur, habet hunc in se cultum atque affectum dei, ut deo nihil praepositum putet, secundum illud scilicet domini nostri dictum, quo ait: Qui amat filium, aut filiam plus quam me, non est me dignus. Quamuis dictum hoc tepidissimi ac negligenterissimi quique homines solo tantum persecutionis tempore putent esse seruandum: Quasi uero ullum omnino tempus sit, quo praeferi aliquid deo debeat: aut qui persecutionis tempore pretiosorem omnibus rebus Christum habere debet, reliquo omni tempore habere debeat uiliorem. Quod si ita est, amorem dei persecutioni debebimus, non fidei: Et tunc tantum poterimus, quantum nos impij persequuntur: Cum utique aut maiorem, aut certe non minorem tranquillis, quam asperis rebus affectum domino debeamus: Quia & hoc ipso à nobis plus debet diligi, quia nos à malis non patitur affligi, indulgentia scilicet piissimi & mollissimi patris nobiscum agens, qui magis uult nos in pace & quiete fidem nostram religiosi operibus ostendere, quam in persecutione poenitentiae nostrorum corporum comprobare. Et ideo si tunc ei nil praefendum est, quando nobiscum asperum agitur, ne tunc quidem praeferi debet, quando per indulgentiam plus meretur. Sed haec alij temporibus magis congruunt: nunc quod coepimus exequamur. Videns igitur scriptor

**A** tur scriptor ille quem diximus, graues atque multiplices Christianorum penè omnium morbos, atque à cunctis in ecclesia positis non solum non postponi omnia deo, sed prope cuncta praepone: Nam & ebriosi in ebrietatibus deum spernere uidentur, & cupidi in cupiditate, & impudici in libidine, & cruenti in crudelitate, & in hijs omnibus penè omnes: atque hoc eò grauius, quod non solum haec per scelus atrocissimum deum admittuntur, sed ne postea quidem per poenitentiam corriguntur: maxime cum etiam in hijs qui Poenitentes esse dicuntur, nomen sit magis poenitentiae, quam fructus: quia parum sunt rerum uocabula, ipsas res non habentia: & nihil uirtutum uerba sine uirtutibus: Plurimi namque, ac penè cuncti, & rerum abundantes, & consensu criminum ac flagitiorum suorum, non modo ea quae admiserunt in exomologesi, ac satisfactione, sed ne hoc quidem quod facillimum est, donis saltem ac misericordijs redimere dignantur. Atque non solum id in prosperis negligunt, sed quod multum irreligiosius, in aduersis non solum incolumes, sed etiam deficientes: tanta incredulitas est hominum, et tam grauis infidelium languor animarum, ut cum multi maximas opes haeredibus, interdum etiam extraneis derelinquant, hoc solum se putant perdere, quod pro spe sua dederint ac salute. Et quidem istud licet in omnibus sepe graue sit, praecipue in hijs tamen, quos in consimili crimine infidelitatis etiam professio sanctitatis accusat. Sed idem morbus hic non secularium tantum est, sed etiam eorum qui sibi nomen religionis usurpant. Et ideo uidens ille qui scripsit commune esse hoc malum prope uniuersorum, labemque hanc non ad mundiales tantum homines, sed etiam ad poenitentes atque conuersos, ad uidas quoque iam continentiam professas, atque ad puellas in sacris altaribus consecratas: quod quae ut ita dixerim, prope inter monstra reputandum est, ad Leuitas etiam atque Presbyteros, & quod hijs feracius multo est, etiam ad Episcopos peruenisse: ex quibus multi quos supra dixi, sine affectibus, sine pignore, non familias, non filios habentes, opes & substantias suas non pauperibus, non ecclesijs, non sibi ipsis, non denique, quod hijs omnibus maius est ac praestantius, deo: sed secularibus, uel maxime & diuitibus & extraneis deputaret: factus est in corde ipsius, sicut scriptum est, zelus domini quasi ignis ardens. Et quia aestuantibus sacro affectu medullis suis, aliud in tali actu facere non potuit, in uocem doloris erumpit: Vox autem ipsa cui impenderetur nullus magis idoneus uisus est, quam ecclesia, cuius utique pars ipsi erant qui ista faciebant: Superflue enim uni aut paucis scribitur, ubi est causa cunctorum. Haec ergo ratio & persuasit, & compulit, ut libelli de quibus loquimur ad Ecclesiam mitterentur. Nunc illud dicimus quod secundum est, scilicet cur in titulo libellorum non sit nomen autoris: Cuius rei licet una sit causa maxima, multae tamen, ut reor, esse potuerunt: Ac prima illa ueniens à mandato dei, quo praecipimur uitare omnibus modis terrestri gloriae uanitatem, ne dum humanae laudis aurulam quaerimus, praemium caeleste perdamus. Ex quo etiam illud est, quod & orari deus, & donari occulte iubens, uult nos fructum boni operis commendare secreto, quia nulla sit maior fidei deuotio, quam quae conscientiam uitae hominum, deo teste contenta: Nesciat enim, inquit Saluator, manus tua sinistra quid faciat dextera tua, & pater tuus qui uidet in absconso reddet tibi. Et ideo scriptori illi ad subtrahendum ei titulo nomen suum atque celandum sufficere haec tantummodo causa potuit: ut quod in honorem domini sui fecerat, diuinae tantum scientiae reseruaret, & res commendabilior deo fieret, quae famam publicam deuitasset. Sed tamen quod confitendum fuit praecipuum illud fuit, quia scriptor ille, ut legimus, humilis est in oculis suis, ac uilis sibi, exiguum se, ac penitus atque ultimam putans: Et hoc quod maius est, mira fide, non officio humilitatis adsumpta, sed iudicij simplicis ueritate, unde est quod iure se etiam ab alijs talem habendum putans, qualis à semetipso haberetur, recte libellis suis alienum nomen inseruit:

**C** scilicet ne auctoritatem salubribus scriptis personae suae paruitas derogaret: omnia enim admodum dicta tanti existimantur, quantus est ipse qui dixit: Siquidem tam imbecilla sunt iudicia huius temporis, ac penè tam nulla, ut hi qui legunt, non tam considerent quid legant, quem cuius legant: nec tam dictionis uim atque uirtutem, quam dictatoris cogitent dignitatem. Idcirco igitur scriptor ille abscondi & latitare omnibus modis uoluit, ne scripta quae in se habent plurimum salubritatis, minora forsitan fierent per nomen auctoris. Habet itaque, quisquis ille est qui requirit, cur alienum nomen adsumptum sit. Restat dicere, cur Timothei: quod ut dicamus, ad auctorem denuo reuersuri sumus. Is enim causarum omnium causa est, qui sicut humilitati praestitit ut alienum, sic timori atque cautela, ut Timothei nomen scriberet. <sup>† Paulus</sup> Pavidus quippe est, & formidolosus, ac nonnunquam etiam leuium mendaciorum fugax, atque in tantum peccare metuens, ut interdum & non timenda formidet. Cum ergo subtrahere & titulo nomen suum, & inferere uellet alienum, Timothei in hac nominum commutatione mendacium, nequaquam scilicet admitendum putas etiam in officio sancti operis maculam falsitatis. Positus itaque in hoc ambiguae opinionis incerto optimi fore credidit, ut beati Euangelistae sacratissimi sequeretur exemplum, qui in utroque diuini operis exordio Theophili nomen inscribens, cum ad hominem scripsisse uideatur, ad amorem dei scripsit: hoc scilicet dignissimum esse iudicans, ut ad ipsum affectum dei scripta dirigeret, a quo ad scribendum impulsus esset. Hoc ergo etiam scriptor hic, de quo loquimur, usus est argumento atque consilio: Conscius enim sibi, sic se omnia in scriptis suis pro dei honore fecisse: quare ratione ille Theophili, hac etiam hic Timothei nomine scripsit. <sup>D</sup> Nam sicut Theophili uocabulo amor, sic Timothei honor diuinitatis exprimitur. <sup>Theophilus.</sup> <sup>Timotheus.</sup> Itaque cum legis Timotheum ad Ecclesiam scripsisse, hoc intelligere debes, pro honore dei ad Ecclesiam scriptum esse, imò potius ipsum honorem dei scripta misisse: quia recte ipse scripsisse dicitur, per quem factum est ut scriberetur. Hac causa igitur in titulum libellorum Timothei nomen inscriptum est: Congruum siquidem scriptor ille existimauit, ut cum in honorem dei libellum scriberet, ipsi diuinitatis honori titulum consecraret. Habes, o mi SALONI, charitas mea, habes quod exegisti, impleui opus muneris imperati: Superest ut quia ego functus sum partibus meis, & tu fungaris tuis, id est, ores dominum deum nostrum, & orando id impetres, ut libelli ad Ecclesiam Christi honore conscripti tantum apud deum scriptori suo profint, quantum eos prodesse ipse omnibus cupit: Nec iniustum, puto, est desiderium, quod tantum sibi aliquis praestari potestulat pro salute, quantum ipse optat cunctis pro charitate. Vale decus nostrum, atque subsidium.

TIMOTHEI

## TIMOTHEI EPISCO

PI AD ECCLESIAM CATHOLICAM  
CAM TOTO ORBE DIFFUSAM,  
LIBER PRIMVS.



**I**nter ceteros graues, atque mortiferos exitialis pestilentiae morbos, quos tibi antiquissimus ille ac foetidissimus serpens grauissima laetiferae emulationis inuidia, & teterrimo illo uirosi oris spiritu inhalat, nescio an ulla te acerbior animarum infidelium pestis, & tetrior filiorum tuorum labes conficiat, quam quod plerique ex tuis, parum existimantes, si in hac uita rebus sibi ad opus sanctum a deo traditis, sine fructu misericordiae atque humanitatis incumbant, nisi avaritiam, id est, idololatriae seruitutem, etiam in futura post mortem tempora extendant. Circumspicis fortasse, & circumspectas, qui isti ex tuis sunt quos appellem. Non longa tibi ac difficili inquisitione opus est ad inueniendum. Omnes inquam, omnes penè hoc sunt quod loquor. Abijt quippe illa egregia ac supereminens dudum primitiuae plebis tuae beatitudo, qua omnes Christum agnoscetes, caducas rerum mundalium facultates in sempiternas caelestium possessionum opes conferebant, multantes se usu praesentium, & praeclearam spem futurorum immortalium diuitiarum praesentium paupertatis ambitu ementes. At nunc pro hijs omnibus avaritia, cupiditas, rapina, quaeque hijs sociata, & quasi germana unitate coniuncta sunt, inuidia, inimicitia, crudelitates, luxuria, impudicitia, perditiones: quia superiora illa istorum uisibus militant, successere: ac sic nescio quo modo pugnante contra temetipsam tua felicitate, quantum tibi auctum est populorum, tantum penè uitiorum: quantum tibi copiae accessit, tantum disciplinae recessit: & prosperitas uenit quaestuum cum magno foenore detrimentorum: Multiplicatis enim fidei populis fides imminuta est: & crescentibus filiis suis mater aegrotat: factaque es Ecclesia profectu tuae foecunditatis infirmior, atque accessu relabens, & quasi uiribus minus ualida. Diffudisti siquidem per omnem mundum religiosi nominis membra, religionis uim non habentia: ac sic esse coepisti turpis opulens, fide pauper: quanto ditior multitudinem, tanto egentior deuotionem: latior corpore, angustior mente, eademque ut ita dixerim, & in te maior, & in te minor: nouoque penè & inaudito genere processus & recessus, crescens simul & decrescens: Vbi enim est illa nunc eximia forma tua, & totius corporis pulchritudo, ubi illud de uiuis uirtutibus tuis diuinorum apicum testimonium dicens: Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, & nemo quicquam ex eo quod possidebat suum esse dicebat: Cuius tu nunc, o dolor ac lamentatio, lectionem tantum habes, uirtutem non habes, cui quantum scientia, tantum interim conscientia abes: Maxima quippe nunc filiorum tuorum portio mortiferarum rerum negociatrix est, propolisque & cauponibus similis terrenis, imò tartareis, perituris simul atque perdentibus studet nundinis: Lucro enim pecuniae damnum uitae ementes, ut acquirant quae non sunt sua, prodigant quae sunt sua, mandantes terrae thesauros luctuosos, haeredibus breue gaudium, autoribus longum moerorem allaturos: fraudantes usu rerum praesentium tam alios quam seipso: condentes profundis specubus infernas opes, simul pecuniam suam ac spem suam infodientes, secundum illud scilicet domini nostri dictum, quo ait: Vbi fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Inuidentes itaque saluti suae, animasque proprias quae uocantur ad coelum terrenis ponderibus in terram premunt: Mens enim thesaurizantis thesaurum suum sequitur, & quasi in naturam terrestri substantiae demu-

Extendere avaritiam in futurum.

Act. 4.

Matth. 16.

H 3 tatur

**C** tatur: nec solum nunc, sed etiam in futuro atque perpetuo. Nam cum, ut scriptum est, ante hominem uita pariter ac mors sint, & ad quod uult manum porrigat, necesse est ea unusquisque hominum in aeternitate possideat, quae hic quasi manu sua ipse peruerit, uoluntatisque ac sententiae suae deditus, hijs in futuro adhaereat conditione, quibus hic adhaesit affectu. Sed uidelicet immunes se ab hoc piaculo quidam putant, qui fortasse aurum ac facultates suas in terra non habent. Attamen ubicumque abstrusas habent, nemo se ridiculis opinionibus fallat: Quicumque augendis opibus terrena cupiditate famulantur, aurum terrae semper infodiunt: Hoc est enim illud quod Saluator in Euangelio docet, dicens: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra. Et iterum: Thesaurizate autem uobis thesauros in caelo. Intelligi iuxta carnalem auditum ista non possunt: Nunquid enim uisibiliter aut omnes mali in terra corporales thesauros suos, aut omnes boni in caelo locant? Non utique. Et ideo effectus spiritalium rerum atque uirtutes uis sacrae locutionis expressit: scilicet, ut quia cupiditati & auaritia terrena atque tartarea, misericordiae autem ac largitati caelestia ac sempiterna debentur, idcirco diuersitas terreni & caelestis thesauri posita est, ut qui cupiditati & auaritia thesaurizarent, in inferno se opes locare cognoscerent: Qui uero misericordiae & humanitati, caelestes se thesauros praeparare gauderent. Loca itaque thesaurorum de meritis thesaurizantium nominauit: ibi enim dicuntur esse iam thesauri, ubi sunt thesaurizantes futuri. Sed austeram forsitan uidetur esse sententiam, cunctos aequaliter ad perfectionem uocans, & una omnes lege compellans, cum utique non sit uniuersorum una conditio. Rectissime quidem dici ad ista poterat: Quod cum omnes perpetuo uelint uiuere, omnes id agere deberent, ut uitam participare possint: Quia inconsultissimum ac stultissimum est, id quoddam agere, ut quod affectu ac uoto uolunt, id ipsum re atque actu nolle uideatur. Sed tamen uideamus eam maxime, o Ecclesia, Christianorum, id est filiorum tuorum partem, quae certis rerum impedimentis, & inexpugnabilibus, ut putat, necessitudinibus uinculis a perfectione reuocatur. Ac primum in hac parte illi, opinor, sunt, qui ad quaerendas pecunias, & ampliandas latissime opes compelli se pignorum cura, & quasi uiolento filiorum amore causantur: Quasi uero quicumque patres sunt, nisi diuites fuerint, patres omnino esse non possint: & amare filios suos sine opum multiplicatione non ualeant. Aut uero uirtus ac medulla affectuum auaritia & cupiditates sint: quae scilicet, ut illi putant, sicut corpus sine medulla, sic amor sine cupiditate esse non possit. Quod si ita est, omnis absque dubio pietas mali causa est, neque in ea sensus sunt affectuum bonorum, sed incentiua uitiorum. Et ubi illud sacrum diuinae autoritatis oraculum: Pietas ad omnia utilis est: Hoc enim modo non solum non ad omnia utilis, sed pene in omnibus insalubris. Si enim generatrix cupiditatum est, plus in se multo malorum continet, quam bonorum, secundum illud scripturae sacrae: Radix omnium malorum est cupiditas. Itaque si radix malorum omnium est cupiditas, atque ex pietatis matrice gignitur, & quasi uiroso eiusdem lacte nutritur, non tam cupiditas reprehendenda, quae ex pietate pariter nascitur, quam ipsa pietas, ex qua talis filia procreatur. Quo fit, ut si tam pestilens est pietas, ac tam nocens, ut nec amare expediat, nec amari: quae nec parentes amorem debent adpetere sibi noxium, nec desiderare filij parentibus obfuturum: Quamuis ille non parentibus tantum, sed etiam filijs morbum ferat: quia & illis grauis est qui perniciosas capiunt hereditates: & illis qui inter improbissimos quaestus improbi educantur haeredes. Et hinc est quod penes omnes parentibus suis filij non magis in patrimonium, quam in uitia succedunt: nec magis facultates paternas sumunt, quam prauitates: ac sic transeuntes semper in mortem patrum ante eorum incipiunt nequitiam quam substantiam possidere. Et est ratio cur hoc fit: bona enim parentum non nisi mortuis eis possident: uiuentibus autem adhuc & ualentibus mores. Ac sic priusquam in dominio suo habere incipiant res paternas, habent in animis ipsos patres: & antequam habeant illa quae falso dicuntur, bona, ante habent illa quae uere probantur

*Amoris erga  
liberos medul  
lam quidam auaritia dicunt.*

*Bona.*

**A** re probantur mala. Quid ergo? cum haec ita sint, interdiceret forsitan parentibus filiorum uideor affectum? Minime. Quid enim tam ferum, tam inhumanum, tam legimus, quam si non amandos dicamus filios, qui amandos fatemur inimicos? Aut si affectum, quem natura praestat, prohibeamus, qui etiam eum quem natura prohibet impendimus. Aut si charitatem menti extorqueamus quam habet, qui etiam illam ei conamur inferere, quam non habet. Non ita est. Non solum enim amandos dicimus filios, sed praecipue ac per omnia amandos, nec quicquam hijs omnino anteponendum, nisi deum solum. Nam & hoc est praecipue ac super omnia amate, solum illi filijs antepone, quem non expediat omnino postponere. Quid est ergo, aut quo modo amandos dicimus filios? quo, absque dubio nisi quo deus ipse constituit: neque enim est ullus melior filiorum amor, quam quem ille docuit, qui ipsos filios dedit: neque possunt pignora melius amari, quam si in eo ipso a quo data sunt amentur. Quo modo igitur deus amari filios iusserit, non dico ego, dicat sermo ipse diuinus, qui ad patres omnes generaliter ita loquitur, ut tradat mandata dei filijs suis, ut ponant in deo spem suam, & non obliuiscantur operum dei sui, & mandata eius exquirant. Alibi quoque ad uos inquit patres: Nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed edocete illos in disciplina & correptione domini. Videtis quas parari opes a parentibus filijs deus iubeat, non pecuniarios thesauros, nec graues metallo aureo saccos, habentes quidem multum ponderis, sed plus tamen iniquitatis: non superbas ac praereminentes excelsis urbibus domos: non supra humanos uisus elata culmina, nec inserta nubibus aereo habitatore fastigia: non denique fundos interminabiles, & notitiam possessoris sui excedentes, qui consortes pati indignum aestiment, & uicinitatem iniuriam putent. Non ergo haec deus praecipit, nec in seruilium terrenae procuratorum officia curam patriae pietatis extendit. Pauca sunt quae mandat, sed salutaria: expedita, sed sancta: praecipue parua, sed fructu grandia: scripto breuia, sed beatitudine sempiterna: Pariter enim inquit, nolite ad indignationem prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & correptione domini, id est, edocetia uobis & informati, ut ponant scilicet, sicut Propheta dixit, in deo spem suam, & non obliuiscantur operum dei sui, & mandata eius exquirant. En quales diuitias deus diligit, en quas pignorum recondi exigit opes, en quas parari imperat facultates, si de scilicet ac timore dei, modestiam, sanctimoniam, disciplinam: non terrena, non uilia, non pereuntia, non caduca: & recte ac mirabiliter praecleara utique: Cum enim deus uiuorum sit, non mortuorum, recte illa parari filijs iussit, per quae in aeternum uiuerent, non per quae in aeternitate morerentur: Nemo enim dubitat omnibus ferme malis & infidelibus diuitias mundiales causam mortis magis esse quam uitam, secundum illud quod deus dicit: quam difficile hij qui pecunias habent, introibunt in regna caelorum. Et iterum: facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum. Vnde & illud est, quod specialiter iubet dicens: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, thesaurizate autem uobis thesauros in caelo. Superioribus ac sequentibus dictis duo thesaurorum genera monstrant: unum scilicet quo filijs thesaurizent patres: aliud quo sibi. Filijs quo modo: Vt erudiant illos officio ac timore diuino. Sibi quo modo: Vt thesaurizent sibi thesauros in caelo. Mirifice scilicet, ut quae pecunia caduca res est, disciplina immortalis, & omnes ferme parentes plus ament filios quam seipsum, sibi conferant bona caduca, filijs sempiterna: ac sic & pietatis suae consulant & salutem, cum duplici atque immortalis bono & ea quae aeterna sunt aeternos esse filios suos faciant, & ad congruendam sibi beatitudinem ea quae naturaliter caduca sunt, bonis opibus in aeterna conuertant. Quid ergo aeternas paternae pietas: quid ad conquirenda terrena & peritura distenderis? nihil maius praestare filijs potes, quam si hoc bonum per te habeant, quod nunquam penitus amittant. Non necesse est ergo, ut filio tuo terrenos thesauros recodas: nulla re eum facies ditiores, quam si ipsum filium tuum thesaurum dei feceris. Quamquam haec licet se ita habeant, & sint

*Quomodo uis  
re amentur  
filij.*

*Duo thesaurorum genera.*

C uera ac saluberrima, tamen non ita dicam, quasi filios bonis & facultatibus paternis penitus excludam. Sed de hoc postea disputabimus. Interim quia reos se quidam futuros non putant, si substantias suas non ad Euangelij honorem, non ad salutem suam, non ad ullum officium dei conferant, sed pro libidine & infidelitate quibuscunque hereditibus passim uel irreligiosis, uel locupletibus impia & pagana uarietate transcribant, uideamus breuiter uel a quo sint data facultates ipsae, uel ob quid datae, ut cum & autorem, & causam datae rei ostenderimus, facilius & ad quem praeferenda, & in quem usum conferenda sit adprobare possimus. Omnem substantiam mundialem diuino possessoribus cunctis munere dari, nullus homo, ut reor, ambiget, qui modo in hominum numerum referri potest: nisi forte quis tanta sit insipientia, ut cum humano generi mundus ipse a deo datus sit, ea quae in mundo sunt non a deo hominibus data arbitretur. Igitur si omnia omnibus deus tribuit, nemini dubium est, quod ea quae dei dono accepimus, ad dei cultum referre debeamus, & in eius opere consumere, quae eiusdem sumpsimus largitate: Hoc est enim agnoscere munus dei, & diuinis beneficijs bene uti, ut datis suis illum honores, a quo data ipsa acceperis: quae quidem etiam humanarum rerum exempla docent: Si enim usus rerum aliquarum cuiquam homini alterius hominis beneficio ac largitate tribuatur, isque immemor illius a quo fructum rerum indeptus est, auertere ab eo ipso proprietate praestitae rei atque alienare conetur, nonne ingrattissimus omnium hominum atque infidelissimus iudicetur? qui oblitus scilicet hominis beneficii ac liberalissimi, spoliare illum iure dominij sui uelit, qui eum ipsum usus possessione ditauerit? Et nos itaque usum tantum earum rerum accepimus quas tenemus: commodatis enim a deo facultatibus utimur, & quasi precarij possessores sumus. Denique egredientes e mundo isto, uelimus nolimus hic cuncta relinquimus. Cur ergo cum possessores usufructuarij simus, quod nobiscum auferre atque asportare non possumus, auertere a proprietate domino atque alienare tentamus? Cur non bona fide datis a deo resculis utimur? Tenuimus quoad licuit: tenuimus quoad permisit ille qui praestitit. Quid rectius? quid honestius? quam ut ubi res ab eo discedit qui usum habuit, reuertatur ad eum possessio, qui utenda concessit? Denique etiam ipse hoc dei uoces per linguas literarum sacrarum iubent, dicentes quotidie ad unumquemque nostrum: Honora dominum de tua substantia. Et alibi: Redde, inquit, debitum tuum. Quam pius est & indulgens nobis dominus deus noster, qui inuitans ad erogandam terrenae substantiae facultatem, honora, homini inquit, honora dominum de tua substantia: cum utique totum suum sit quod ab eo accepimus, nostrum esse dicit ut demus: ideo scilicet nostrum appellans, proprietate possessionis, ut maior sit merces operantis: quia plus fructum necesse est largitor habeat, ubi de suo uidetur esse largitio. Sed tamen ne hoc ipso humana mens insolesceret, quod substantiam hanc dominus nostram esse dixisset, adiecit salubriter: Redde debitum tuum, hoc est, ut quem deuotio non illiceret ad largiendum, necessitas cogeret ad exoluendum: & quem ad opus sanctum fides sua ipsa non retraheret, saltem necessitas coartaret. Prius ait: honora dominum de tua substantia, deinde: redde, inquit, debitum tuum, hoc est dicere: Si deuotus es, da quasi tuum: si in deuotus, redde quasi non tuum. Bene itaque posuit & dandi uoluntatem, & soluendi necessitatem. Hoc est utique dicere omni homini, ad opus sanctum & hortatione inuitaris, & exactione constringeris: Da si uis, redde si non uis. Apostolus quoque id ipsum monens diuitibus praecipit, ne superbe sapiat, neque speret in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui praestat nobis, inquit, omnia ad fruendum in uoluntate operum bonorum. Vno dicto utriusque docuit, hoc est, & quod daret diuitias, & cur daret: dicens enim sperandum a deo quod praestitit omnia, ostendit a deo diuites fieri: Adde autem in uoluntate operum bonorum, docet id ipsum quod dixit a deo tribui propter bona tantum opera praestari: Praestat enim omnia in uoluntate operum

A rum bonorum, hoc est, ad hoc facit homines substantia esse locupletes, ut bona operatione sint diuites, id est, ut commutent diuitias quas acceperunt, & facultates ipsas in bonis operibus collocantes, dei opes, quas habent in hoc seculo temporarias, bene utendo faciant sempiternas: ac sic agnoscentes munera dei duplici bono gaudeant, cum qui sunt diuites in hoc seculo, esse quoque diuites mereantur in caelo. Sic ergo habendae sunt diuitiae, sic petendae, sic tenendae, sic propagandae: alioqui inestimabile malum est, bonis a deo datis non bene uti: Avaro enim, inquit scriptura sacra, nihil est scelestius: & pessimum ac feralissimum morbi genus diuitiae conseruatae in malum domini sui. Verum est, quid enim peius, aut quid miserius, quam si quis praesentia bona in mala futura conuertat? & quae ad hoc a deo data sunt, ut pararetur ex eis uita beatitudo perpetua, per haec ipsa quaratur mors ac damnatio sempiterna? In quo & illud considerandum est, quod si seruatae diuitiae ad malum hominis conseruantur, quanto utique ad maius malum coaceruantur? Quotus enim quisque nunc diuitum tanta est continentia, qui opes custodire contentus accumulare iam nolit? O miseria temporis, & ecclesiasticae plebis, ad quid redacta es? ubi cum scriptum sit, quod seruare opes genus sit magni criminis non auerere diuitias, iam genus putatur esse uirtutis? Ergo ut supra diximus, quomodo se quidam reos futuros omnino esse non putant, si nec in morte sibi met per dispensationem substantiae consuluerint, huic seculo seruientes, cum etiam ex hoc rei sunt, quod usque ad mortem cuncta seruauerint? Aut quomodo rei non erunt, qui facultates suas ad quoscunque homines infidelissima uanitate transmiserint, cum etiam illi rei futuri sint, qui non se ipsos in uita ista aliqua ob honorem dei rerum suarum parte priuauerint? ostendente id ipsum etiam per Apostolum suum domino nostro, atque dicente: Agite nunc diuites, plorate in miseris, quae aduentent uobis: diuitiae uestrae putrefactae sunt, & uestimenta uestra a tineis comesta sunt, aurum & argentum uestrum eruginauit, & erugo eorum in testimonium uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis, thesauris uestris in nouissimis diebus. Praeter illam quae in mysterio latens maior est multo ac terribilior diuinorum uerborum seueritas, sufficere ad metum ac tremorem omnibus puto illa quae prompta sunt: ad diuites enim peculiariter loquitur: plan gere eos praecipit, mala futura nuntiat, ignem perpetuum comminatur: Et hoc quo minus ipsae magis timendae sint, non propter homicidia, non propter fornicationes, non ob sacrilegas impietates, aut alia postremo uitia, letali gladio animas, & perenni occisione iugulantia, sed propter solas tantummodo opes, propter insanam cupiditatem, propter auri atque argenti famem: ut ostenderet scilicet sufficere haec homini ad aeternam damnationem, etiam si reatus alij non fuissent. Quid dici simplicius, quid euidentius potest? Non dicit diuiti: torquendus es quia homicida es, torquendus es quia fornicator, sed torquendus tantummodo quia diues, hoc est, quia diuitijs male uteris, quia datas tibi ad opus sanctum diuitias non intelligis: non enim ipsae diuitiae per se noxiae, sed mentes male utentium criminosae: nec ipsae opes homini poenae causa sunt, sed de opibus sibi poenas diuites faciunt: quia dum uti diuitijs bene nolunt, ipsas sibi diuitias in tormenta conuertunt: Thesaurizatis, inquit, in nouissimis diebus, bene cum dixisset, thesaurizatis, addidit, in nouissimis diebus, hoc est, ut maior thesaurizantium reatus esset, cum thesaurorum in uiciam etiam seculi extrema cum mularent: Thesaurizatis, inquit, in nouissimis diebus. Per thesauros cupiditas per nouissimos dies infidelitas accusatur: ac per hoc duplex & cupiditatis noxa est, & infidelitatis: quia thesauros, quos iuxta id quod deus dicit, non concupisces, crimine utique fuit & alio tempore concupiscere: maius absque dubio per infidelitatem ipsam crimine est etiam in mundi fine cumulare. Durum fortasse alijs sermonem meum hactenus iudicabit. Et uere durus est, si aliquid non ex testimoniorum sacrorum autoritate comouit: Durus existimetur, si aliquid tale habuit, quale hic Apostolus praedicauit, ut non addamus illud

Diuitiarum fructus.

Iacobi 5.

Thesaurus.

**C** illud domini nostri dictum, quo omnes penitus indignos se dixit esse, qui non renuntiaissent omnibus quæ possederint. Quæ cum ita sint, nonne quæso indulgentissimum modestissimum, ac mollissimū existimari conuenit quod locuti sumus, scilicet qui hominibus, quibus perfectam incolumitatē tribuere non possumus, opem saltem desperatæ salutis inquirimus: & quorū uitam sanare non possumus, mortem leuare tentamus: Quid est enim perfecta sanitas, quid nisi in uita hac bene agere: Quid postrema curatio, quid nisi uel in extremis bonum uaticū cōparare: Quid est enim perfecta sanitas, quid nisi rebus à deo traditis bene uti: Quod ultimū remediū, quod nisi saltem postea facere, quod poeniteat te non ante fecisse: Dura fortasse aliquis putat esse quæ dico: dura, planè dura existimentur, nisi talia sint in ut cōparatione Apostolicæ seueritatis mollia, ac remissa uideantur: Apostolus enim ad plancū diuites uocat, nos ad remediū, Apostolus diuitias ignē nominat, nos facere ex diuitijs aquas cupimus, ignē æternū extinguentes, secundū illud: Sicut aqua extinguit ignem, sic elemosyna extinguit peccatū. Apostolus in diuitijs male conseruatis damnationē esse testatur, Ego ex hijs quæ dicit ille mortem æternam omnibus facere, uitam opto perpetuam comparare: Non quidem quod ulli uitijs carnalibus implicato sufficere ad uitam æternā putem, si cum usq; ad mortē in flagitijs consenuerit, in obitu bene cuncta dispenset, nisi antea & peccatis renuntiauerit, & sordidam illam criminū tunicā, lutulentamq; proiecerit, & nouā conuersionis ac sanctimonix uestē de manu Apostoli prædicantis acceperit: alioqui peccare non desinit, quem in extremis situm recedere à criminibus sola tantum fecit impossibilitas, non uoluntas: Qui enim à malis actibus tantū morte discedit, nō relinquit scelera, sed relinquitur à sceleribus. Ac per hoc necessitate exclusus a uitijs: & tum puto peccat quando cessauerit, quia quantū ad animū necdū desijt, qui adhuc uelit peccare, si possit. Non bonis itaq; spebus innitit, qui ad hoc semper tantū peccat in uita, ut peccatorū molem redimat in morte. Et ideo se euasurum putat, non quia bonus, sed quia diues sit: quasi uero deus nō uitam quærat hominū, sed pecuniā, atq; à cunctis malorum redimendorū spe male agentibus accipere solos pro criminibus nummos uelit, & corruptorū iudicū more argentiū exigat, ut peccata uendat. Non ita est: prodesse enim largitionē plurimū certum est, sed non illis, qui ultima futuræ largitionis spe male uiuunt, qui fiducia redimendæ immunitatis scelera cōmittunt, sed illis qui decepti aut lubrico atatis, aut nubilo erroris, aut uitio ignorantix, aut postremo lapsu fragilitatis humanæ respiscere tandem quasi post morbū grauissimæ infirmitatis, aut quasi post fluctū turbatæ mentis incipiunt. Et sicut ad sensum suum insani homines post furorē, sic isti redeunt post errorē, in uno tantummodo à se dispares, quod illi gaudent postquam euaserint agridudinē, isti plangunt postquam acceperint sanitatem, nec immerito: illi enim tanto plus gratulantur, quāto plus incolumitatis indeptos esse se sentiūt: isti tanto plus cōfunduntur, quāto euidentius morbū sui erroris agnoscūt. Quo fiat necesse est, ut illi exultent, & isti lugeant: quia illi quod ægrotarūt imputant ualitudinē, isti quod errauerūt sibi: ac sic illi lati sunt de remedio, & isti anxij de reatu. Vnde admonéo cum omnes, tum præcipue eos, quos grauium delictorū terror exagitat, & in quibus infelicioꝝ consciētia peccatorū poenaliū recordatione suspirat, primum ut licet lapsi sint, non commorentur in lapsu, nec in uolutabris suis sordentium suum more uersentur: Qui cum æstuant aluos ceno immerferint, nequaquam sordidis uoluptatibus satisfaciunt, nisi tota penitus luto membra conuoluant. Non ergo horum naturalem sequantur illuuiem, nec male blandis lapsibus adquiescant, aut in barathro libidinum commorantes, in ipsis se sepeliant ruinis suis. Sed ilico ubi cōcidere consurgāt, & eleuationē protinus meditentur in lapsu. Ac si fieri ullo modo solertia ac pernicitate poenitudinis potest, tam uelox sit remediū

**A** remediū resurgens, ut uix possit uestigiū apparere collapsi. Ergo in huiusmodi causis hac primum medela opus est, ut morbos suos languentes horreant, curare. *o disse morbi* plagas festinent sauci, & ilico è corporibus sagittas rapiant uulnerati: Optime *primus gra-* enim malagma uel fibula semper calidis adhuc uulneribus imponitur, & citius *duis est ad sa-* bi plagarum caro sociatur, quæ non diu hiare permittitur. Vlcus quippe in corpore *nitatem.* re si computruerit, dilatur: Et si plagas cancruma sequitur, cancrum necesse est consequatur occasus. Fugienda itaq; primum hæc peccatoribus mala sunt, nec dandus diabolo locus: qui stantes impulit in ruīnam, ut lapsos præcipitet in mortem. Quod si aut tanta uis morbi, aut tanta ægrotorū fuerit incuria, ut ualitudinis curam & labem usq; ad dies ultimos trahant, quid dicā nescio, quid promittam penitus ignoro: Reuocare ab inquisitione ultimi remediū periclitantes durum & impium: spondere autem aliquid in tam fera curatione temerarium. Sed melius tamē est absque dubio, quamuis diuturna paralyti aridas manus aliquo tamen nisu ad cœlum erigi, quā lethali penitus desperatione dissolui: Melius est enim nihil in expertum relinquere, quā morientem non curare: maxime quia nescio an in extremis aliquid tentare medicina sit: certe nihil tentare perditio. Et unū scio, quod quicumq; in hanc miseriam longæ uis languoris extrema perduxerit, ineffabile dictu est quantum lamentationis erroribus suis debeat, quia nunquā errata cognouit. Et quid inter hæc fiet: quando enim lugebit, qui dies lugendi perdidit: quando satisfaciet, qui tempus satisfactionis amisit: Ad ieiunia forsitan longa confugiet. Est quidem hoc aliquid, sed elemosynis misceatur, secundum illud: Bonū est ieiunium cum elemosyna. Sed quomodo ei exomologesis diuturna opitulabitur iam in extremis sit: Sed cilicio carnes cōteret, ac fauilla & cinere sordidabit, ut molliciem uidelicet præterita uoluptatis præsentiu asperitatum duritia compenset: & reatum longarum deliciarum officio patrocinantis soluat iniuriæ. Sed quando hæc tam grandia faciet, & uicino iam exitu etiam à mediocriū actione disclusus: Crucibus deniq; diuersarum ærumnarū reum in suo corpore hominem iudex fidei seueritas subiugabit, ut indulgentiam scilicet absolutionis æternæ præsentis poenæ ambitione mereatur. Sed fatisciente iam corpore, ubi exercebit distributionis officij censor animus: Rei enim seueritatis arbitrio iudex non potest, quando reus iam non sustinet iudicari. Vnum ergo est, quod amissis omnibus adiumentis atq; subsidijs perfugiū nutanti ac destituto opitulari queat, ut confugiat scilicet ad illud beatissimi Danielis sacræ ac salubre consiliū: qui Babylonio regi mederi uolens, ulceribus de offensione contractis, malagma de miseratione cōposuit dicens: Propter quod, Rex, consiliū meū placeat tibi: & peccata tua in misericordijs redime, & iniustitias tuas in miserationes pauperū, fortasse erit patiens deus delictis tuis. Ita ergo & iste faciat, ut ille dixit: utatur medicamento alij oblato ad sua uulnera, uereatur contumaciæ inobedientis exemplū, cogitet quid ipse sit passurus in morte, cum uideat quid rex Assyrius pertulerit in uita. Euidens est de superbia ac rebellionē documentū, cōsideret an ipse si non audierit mortuus euasurus sit, cū uideat quod Rex ille qui nō audiuit seipsum uiuus amisit. Offerat ergo uel moriens ad liberandā de perennibus poenis animā suā: quia aliud iam non potest, saltē substantiā suam, sed offerat tamen cū cōpunctione, cū lachrimis, offerat cum dolore, cum luctu. Aliter quippe oblata non profunt: quia non pretio sed affectu placent: nec enim animus dantis datis, sed animo cōmendatur data: nec pecuniā fidem insinuat, sed pecuniā fides. Ac per hoc qui pdesse sibi uult, quæ deo offert hoc modo offerat: Neq; enim homo deo præstat beneficium in hijs quæ dederit, sed deus in hijs homini quæ acceperit: quæ etiā quod homo habet, deī ac domini sui munus est, ac per hoc in hijs quæ offeritur ab homine homo nō suū reddit, dñs suū recipit. Itaq; cum offert deo quæ ipsa facultates suas, non offerat quasi præsumptione donantis, sed

**C** sed quasi humilitate soluentis: nec absoluere se peccata sua credat, sed abluere: nec offerat cum redemptionis fiducia, sed cum supplicationis officio: nec quasi totum debitum reddens, sed quasi uel paruum de magno reddere cupiens: quia etiam si tradat quod habet pro modo rerum, non reddit quod debet pro magnitudine peccatorum. Et ideo licet offerat, oret deum, ut lenta sua placeat oblatio, plangens id ipsum quod tarde offert: plangens ac penitens quod non prius. Sic erit ut iuxta Prophetam propitiatur forsitan deus delictis suis. Sed dicit aliquis: Totum ergo deo oblaturus est quod habet? Non offert totum quod habet, si non putat se debere totum quod habet. Non quero cuius sit quod offertur, a quo sit acceptum ante quod redditur: Hoc dico solum, non offert totum pro debito, si debere se totum non putat pro reatu. Totum ergo, inquit aliquis, quamuis magnorum criminum reus, oblaturus est totum domino? Imo nihil, si non cum fide: imo nihil, si non cum ambitu: imo nihil, si non cum prece: imo nihil, si non hoc animo, ut hoc ipsum inter precipua dei beneficia reputet, quod & animam offerendi dedit, & plus sibi in hijs quae deo relinquit praestari aestimet, quam in illis quae prius habuit: quia hoc quod habetur ab homine temporarium est, quod autem deo relinquitur, sempiternum. Totum, inquit aliquis, oblaturus est? At ego dico homini in aeternum periclitanti, etiam si offerat totum, esse tamen hoc totum parum. Quid enim iam scit aliquis, an peccatorum mensuram oblata compensent: iam scit aliquis, an tantum in officio placationis, quantum est in offensione discriminis? Si nouit quisquam hominum peccatorum quantum redimere delicta possit, utatur scientia ad redemptionem: Si uero nescit, cur non tantum offerat, quantum potest: ut si compensare peccata non ualet pretij magnitudine, saltem mentis deuotione compenset. Perfectum enim conscientiae fructum exhibet, qui intra conscientiam nil relinquit. Dura nonnulli haec absque dubio & immensurata causantur: maxime quia Propheta is, de quo diximus, Babylonium regem hoc tantum admonuisse uideatur, ut multo donaret, non uti munera distraheret. Non profero interim testimonia Euangelij, nec confugio ad loquentis in sacris uoluminibus uocem dei, non dico aliud uetere, a

**D** liud noua lege praecipuum. Vnde etiam Apostolus: Ecce, inquit, uetera transierunt, facta sunt omnia noua, omnia autem ex deo. Quibus utique dictis docet, non uetera secundum literam, sed noua secundum deum esse facienda. Ea tantum re interim contentus sum, quam Propheta dixit: Sermo enim & cum Rege erat: Et quidem cum rege non unius urbis, sed ut tunc uidebatur, totius orbis. Quia itaque non poterat populos quos regebat per testamentum egenis tradere, & nationes barbaras indigentibus quasi nummos dare, aut in pauperum stipem diffusa longe ac late regna conuertere, & ideo Propheta: Peccata, inquit, tua in misericordijs redime: hoc est, aurum da indigentibus, quia non potes regnum dare: facultates distribue, quia potestatem non uales prorogare. Ac per hoc uidetur iussisse, ut totum daret: quem hoc solum non iussit distribuere, quod non poterat erogare. Exaggeramus forte rem uerbis, & nimis alte attollimus. Videamus ergo id ipsum quale sit: Peccata, inquit, tua in misericordijs redime. Quid est aliqua redimere? Opinor pretium rerum quae redimuntur dare. Non quero quae illius Regis peccata fuerint: ipse sciat quanti debuerit redimere quae fecit. Te alloquor, cuius causa est: te appello, cuius discrimen agitur, hoc facito quod Propheta dixit: Peccata tua in misericordijs redime: Noli tantum deo relinquere, quantum habes: Si pro peccatis tuis necessarium non putas quantum habes, aestima diligentissime culpas quas admisisti, aestima peccatorum diuersitates, uide quid pro mendacijs debeas, quid pro maledictis atque periurijs, quid pro negligentijs cogitationum, quid pro impuritate sermonum, quid pro omni denique mala uoluntatis adfectu. Adde postremo etiam, si aliqua de hijs intra conscientiam tuam sunt, de quibus Apostolus dicit:

Quid offerendum deo:

2. Corint. 5.

Redimere peccata misericordijs.

**A** dicit: adulteria, fornicationes, impudicitiae, ebrietates, immunditia deo exosa, auaritia, idololatria famula, & praeter haec aliqua forte crimina etiam de humani sanguinis effusione contracta, cumque omnium supputaueris numerum, expende praetia singulorum, & post haec non quero ut pro peccatis totum deo tradas quod habes: hoc solum redde quod debes, si potes aestimare quod debeas. Adde autem praeter ista omnia, quod cum tractaueris delicta tua, atque taxaueris, tanto plus pro malis tuis debes, quanto peccata tua uilius aestimaris: Quoniam qui se, inquit Apostolus, existimat esse aliquid, cum nihil sit, seipsum seducit: Ut non dicam tibi, quod regi illi uicturo, adhuc & forte iuueni ut festinaret tamen peccata sua redimere praecipuum est. Tu autem tanto plus pro te debes, quod haec quae supra dixi, uel moriens facis, uel iam iamque moriturus. Grandis enim munificentia ac deuotio futura est, quae possit id compensare, quod haec tum demum domino tuo reddis, quando habere ipse iam non potes. Praesertim cum addatur ad ista omnia, quod Propheta ipse, qui regem illum ad redemptionem criminum uocat, per haec ipsa quae dicit debere fieri, non tam ei ueniae securitatem quam ueniam inquirendae salutis ostendit: Dicens enim ad eum: Peccata tua in misericordijs redime, & forsitan propitiabitur deus delictis tuis. Hoc ipsum quod dicit forsitan, spem indicat, non fiduciam pollicetur. Ex quo intelligi potest, quam difficile iam in supremis positi peccatores qualibet munificentia ad perfectam indulgentiam peruenire possint: quando Propheta ipse, qui suadet propitiationem dei inquirendam, promittere tamen non ausus est promerendam: dat consilium de actu, & tamen dubitat de effectu: Hortatorem se agendi, non impetrandi autorem facit. Quare ita? Quia omnes scilicet peccatores debent pro se uel in supremis cuncta tentare, etsi non possunt ulla praesumere. Si enim regi Propheta ille per solam bonorum operum largitatem absolutam indulgentiam non promittit, intelligere peccator non acta errorum poenitentia potest, quantum ta ei & quam larga in supremis munificentia opus est, qui uult obtinere a domino per feram deuotionem, quod non potest usurpare per legem.

TIMOTHEI EPISCOPI AD ECCLESIAM  
CATHOLICAM LIBRI PRIMII  
M I F I N I S.

I TIMOTHEI

# TIMOTHEI EPISCO

PI AD ECCLESIAM CATHOLI-  
CAM TOTO ORBE DIFFUSAM,  
LIBER SECVNDVS



**D**iximus de remedijs peccatorum, imò potius de spebus remedio-  
rum atq; solacijs, scilicet hoc primū inquirendæ salutis esse suffra-  
gium, ut peccatorē pœniteat erroris: tum ut iuxta sermonē sacrū  
statim peccata sua misericordijs redimat: postremo si id non fece-  
rit, ne quid saltem moriens in expertum relinquat, uel ultima sibi  
rerum suarum oblatione succurrat. Sed respondeatur fortasse hoc  
loco illud: Si peccatores homines hac redimendorū criminū necessitate teneantur,  
sanctos absq; dubio qui sunt expertes criminū non teneri, ac per hoc non habere  
eos causam substantiæ largiendæ, qui non habeant quod redimere eos necesse sit  
largitate. Audio: sed id quale sit iam uidebimus: Interim etiam si præterita mala nō  
sint, quæ sanctum hominem oporteat rebus cunctis redimere, sunt tamē perennia  
bona, quæ magno debeat comparare. Sed de hoc tamen plenius postea: Nunc au-  
tem hoc dico libere, & constanter affirmo: neminem esse omnino sanctorum, qui  
non in multis sit deo debitor, ac per hoc eum quæcunq; domino suo dederit, non  
tam donare quàm soluere. Ac primum ut de beneficijs generalibus dicam, id est,  
quod quisquis uel sanctorum es ille, uel diuitem: primum beneuolentiæ ac dono  
dei & natus, & altus, & educatus es: quod rebus ad uitam necessarijs cōmunitus;  
quod etiam non necessarijs locupletatus, quod plus ad usum tibi dominus tuus tri-  
buit, quàm modus usum postulauit: quod extendit deniq; super spes tuas munera  
sua, & quod est maximū ac rarissimum, dona illius etiam tua uota uicerunt. Adde  
autem post ista omnia, quod idem dominus, qui te primum munere suo genuit,  
postea etiam passione saluauit, quod propter te, o homo, terrā ac lutum, imò exi-  
guam terræ ac lutū partem rerum uniuersarum dominus è cœlo uenit, terras aciit,  
ex carne pariter, & in carnē processit, humiliatus usq; ad humani exordij pudorē,  
& pannorum illuuiem, & præsepj uilitatem, tolerans indignas se uitæ istius passi-  
ones edendi, bibendi, somnij, uigiliarum agras uicissitudines, & caducæ istius con-  
uersationis contumeliosas necessitates: ipsam deniq; hominum circa se conuersan-  
tium foetidam commorationem, populos peccatorum sordentiū luto oblitos, sem-  
per malæ conscientie admissu reos, turpiū ex se actuum nidorem exhalantes. Et  
ideo cœlestium præceptorum incapaces, nec sustinentes sacri fulgoris iubar, quia  
caligantes peccatis oculos splendor diuini luminis obruebat: nec solū hoc, sed post  
hæc omnia adde proteruas superbientis populi contradictiones, adde conuicia, ad-  
de maledicta, impiam insectationem, testimonium falsum, iudicium cruentum, ir-  
risiones populi, spūta, uerba, acerbissimas quidem pœnas, sed indignitates pœ-  
nis acerbiores, coronam spineam, aceti poculum, cibum fellis, damnatum ab ho-  
minibus dominum uniuersorum, pendentem in patibulo humani generis salutē,  
deum terrenæ conditionis lege morientem. Quæ cum ita sint, quicunq; ille aut san-  
ctus es, aut sanctum te esse credis, dic mihi quæso, nunquid solui hæc sola possunt,  
etiam si nulla alia debeantur? Quicquid libet enim homo pro deo perferat, sol-  
ui omnino non potest: quod deus pro homine perpessus est: Quia etiam si pas-  
sio ipsa non differat genere pœnarum, multum tamen distet necesse est diuersitas  
patientium. Sed forsitan dicis, generale in hijs quæ diximus omnium hominum  
esse debitum, & in hoc uniuersorum hominum genus indiscrete obnoxium. Ver-  
rum est:

Omnes debito-  
res sumus dei.

D

Dei in homi-  
nes beneficiū.

**A**rum est: Sed nunquid aliquis ideo minus debet, si & alius idem debeat, aut si cen-  
tum hominum cautiones de centenjs sestertijs scriptæ sūt, num idcirco alleuatur  
unius debitū, si omnes sint eiusdē numeri debitores: Unusquisq; enim, inquit Apo-  
stolus, suum onus portabit, & unusquisq; pro se rationem reddet. Nequaquā er-  
go unius pondus pondere alleuatur alterius, nec absoluitur reus societate multo-  
rum: neque ideo minus est cuiuslibet tetra damnatio, si multos uideatur complices  
pœnæ habere damnatos. Ita hoc quod supra dixi, licet generale sit debitum, & spe-  
ciale tamen esse non dubium est: licet sit eommune omnium, est tamen peculiari-  
ter singulorum: Ita ad omnes æqualiter peruenit, ut tamen de summa unicuique  
nil recedat. Christus enim sicut pro omnibus passus est, sic pro singulis, & cunctis  
se impendit pariter & singulis, & totum se dedit uniuersis, & totum singulis: Ac  
per hoc quicquid passione sua Saluator præstitit, sicut totum ei debent uniuersi, sic  
totum singuli: nisi quod propè hoc plus singuli, quàm uniuersi: quod tantum ac-  
ceperunt singuli, quantum uniuersi: Vbi enim hoc unus accipit, quod uniuersi, &  
si par est mensura, maior inuidia est. Quo fit ut licet ipsum accipiat, plus debere ui-  
deatur: quia magis fit unus obnoxius, qui uidetur omnibus comparatus. Hæc er-  
go hæcenus, & hæc ideo, quia debitores deo quidam sanctorū esse se non putant,  
cum debitum æstimare non possint. Sed dicit fortasse aliquis: non quidem debi-  
tores non esse sanctos, sed multorum maiora hominum secularium esse debita,  
quorū sunt plura peccata. Quod tale est, ac si quispiam dicat: Ideo ego sum inno-  
cens, quia alius magis est nocens: ideo ego iustus, quia alter iniustus: ideo ego ap-  
prime bonus, quia alius singulariter malus. Iam primum enim indecorum hoc san-  
ctimonie est, ut bona sua crescere malis arbitretur alienis, & meliorem se esse æsti-  
met comparatione peiorum: Infelicissimum enim consolationis genus est, de mi-  
serijs hominum peccatorū capere solatia, cum Apostolus gaudere nos cū gauden-  
tibus iubet, & deslere cum flentibus: & non quæ sua sunt singulos cogitare, sed  
ea quæ aliorū. Sed esto istiusmodi cōparatio iusta atq; honesta uideatur, nunquid  
etiā fida existimari potest? Quis enim de illo tanto, ac tam terribili futuro dei iudi-  
cio satis certus est? Aut quis dicere potest: ego minus deo, ille plus debet: Quis  
postremo de se præsumere, aut de alio desperare? Omnes enim, inquit Apostolus,  
stabitim ante tribunal Christi, & unusquisque onus suum portabit. Nihil ergo,  
inquit aliquis, inter sanctos & peccatores est: Multum planè, & penè immensu-  
rabile: Sed quia scriptura dicit: Beatus homo qui semper est pauidus, & nunquā  
est de salute propria mens secura sapientis: licet multum inter sanctos & peccato-  
res sit, quæro tamen ab omnibus religionem professis, quis sibi iuxta suā conscien-  
tam satis sanctus sit? Quis de illa futuri examinis tremenda seueritate nō trepidus?  
quis de perpetua incolumitate securus? Quod si utiq; nō est, sicuti neq; esse debet,  
dicat mihi obsecro quilibet hominum, cur non totis substantiæ suæ uiribus id adni-  
tatur, ut uel mortis deuotione redimat quicquid uitæ offensione contraxit? Quan-  
quam hæc quæ loquor scire omnes legentes uolo, non me de omnibus sanctis, sed  
de hijs tantum loqui, qui licet religionem professi sunt, tamen diuitias non relin-  
quunt: De illis enim, qui expediti aut omnibus, aut penè omnibus sarcinis Salua-  
toris uia sequuntur, & dominū Iesum Christum non sanctitate tantū, sed etiā pau-  
pertate imitantur, nihil est quod dici possit, nisi illud tantū, quod etiam Prophe-  
ta dixit: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus. Hos enim ego omnes  
non aliter quàm imitatores Christi honoro, non aliter quàm Christi imagines co-  
lo, non aliter quàm membra Christi suspicio. Et ad hoc tantum illorum memini,  
ut eorum memoria dignus fiam. Sed iniuriosa forsitan illa, quæ supra diximus, re-  
ligiosæ professioni esse uideantur. Quid enim, inquit aliquis, si uidua sit diues, &  
uiduitatem tamen in magna opum copia non relinquens? Quid si uirgo integrita-  
tem

Infelix conso-  
lationis genus

Prover. 28.

Psal. 138.

**C**tem professa, & impolluti corporis sanctitate deuota: quid si coniugium sine opere coniugali, negans seipsum sibi, & habens se quasi non habens: quid si monachus ab incunabulis deo militans: quid si clericus sacri ministerij seruitute fideli seruitute consummans: nunquid etiam hij æternæ salutis fructu periclitantur, si aut uiuentes opes integras habeant, aut morientes indigentibus non relinquunt: Parua est ad promulgandam de huiuscemodi quaestione sententiã sermo atq; autoritas mea. Videamus ergo quid de hijs omnibus factorũ uoluminum linguar, ac præceptorũ celestium uoces sonent, & tunc rectissime secundum datam à deo normam atq; sententiã opinionis nostræ regulam dirigemus. Ac primum non est quod confugiendum sibi nunc quisquam putet ad ueterum exemplorum esse solatia, ut dicat aliquos fortasse sanctos, aut in lege, aut ante legem diuites fuisse. Abijt quippe illud tempus, mutata ratio est: Ante legem enim liberum omnibus erat uel habendũ, uel etiam consecrandæ facultatis arbitriũ: quia scilicet adhuc tunc uirga interdictorum celestium non castigabatur: Vbi enim, inquit Apostolus, non est lex, nec prauaricatio. Lex ergo fecit aliquid non licere, secundum illud: Nam concupiscentiam, inquit Apostolus, nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. Et ideo opes quas ante legem deus non reprehenderat, homo libere possidebat. In lege quoq; nihilominus prope idem iuris omnibus suppetebat: quia lex uetus hominẽ dummodo iuste, habere quod uellet penitus non uetabat. Itaque tunc omnes omnino sancti cunctis facultatibus suis iuxta præscriptos legis terminos utebantur, ambulantes, ut legimus, in omnibus mandatis, & iustificationibus dei sine querela. Sicut utique illi ipsi ambulauerunt, de quibus ista memorantur, sicut Prophetissa Anna in ieiunijs atq; orationibus uiuens: sicut Nathanaël ille quem legimus, uiri Israëlita, laude sublimis, & ipso domino ac deo teste mirabilis: sicut Tobias, qui magnanimitate deuotionis præcepta legis excedens, sepulchris hominum mortuorum etiam cum mortis periculo seruebat, & indigentibus usq; ad indigentiam suam cõsulens, in tantum largitatis affectum uenerat, ut uni mercenario suo partem bonorum omnium mediam deputeret. Et hoc quod magis possit mirũ esse, iam diues: & quod mirabilius, diues ex paupere: quia maiorem feruẽ excitat habendi cupiditatem opes post indigentiam. Tales ergo tunc sancti erant, secundum legem omnia habentes, secundum legem omnia relinquentes: ac sic perfectus fuit omnis qui legi paruã, etiam deuotus, qui sub lege tunc minus fecit, quam nunc in Euangelio qui plus facit: tunc enim quasi Euangelium lex fuit. Quo fit quod qui se obtemperantem tunc legi præbuit, quasi Euangelia compleuit. Non est ergo quod fugiendum sibi nunc quisquam ad legẽ putet: uetera enim, ut ait Apostolus, transierunt, facta sunt omnia noua. Plus tunc indulgentiæ erat, & plus licentiæ: tunc efus carniũ prædicabatur, nunc abstinentiã: tunc in omni uita ieiuniorum paucissimi dies, nunc quasi unum ieiunium uita omnis: tunc læsis ultio suppetebat, nunc patientiã: tunc irascentibus lex ministra erat, nunc aduersaria: tunc accusatori gladium porrigebat, nunc charitatem: tunc etiã carnali illecebræ lex indulgebatur, nunc Euangelium nec aspectũ: tunc corporeæ uoluptates habebat quandam licentiã, nunc iubentur etiam oculi custodire censuram: tunc ad multas uxores recipiẽdas unius mariti thorum lex dilatabat, nunc etiam ad unam excludendam casti affectus deuotione constringit. Superest enim, inquit Apostolus, ut & qui habent uxores ita sint, ac si non habeant, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt tanquam non possidentes, & qui utuntur hoc mundo tanquã non utantur: præterit enim figura huius mundi. Videte quam breuiter missus à deo doctor cuncta moderatus sit, & intra unam perfectionẽ uniuersa concluderit, non illicita solum intercedendo, sed etiam licita coartando: Circumcidens scilicet & usum coniugiorum, & infidelitatem fletuum, & intemperantiam

Rom. 4.

Luce. 1.

D

Auidiores qui ex sordibus emerferunt.

**A**tiam gaudiorum, & habendi libidinem, & emendi cupiditatem, & ipsam denique mundi huius breuem atq; umbratilem uoluptatem. Et hæc omnia cur: cur utiq; nisi, ut ipse dixit, præterit forma huius mundi. Quam longe ergo sunt à mandato dei, quos cum ipsos iusserit deus uiuentes opibus renuntiare, illi eas cupiunt etiam in cognatis suis mortui possidere: aut quam longe ab ea deuotione sunt, ut exhæredent ipsos se propter deum, qui exhæredare nolunt saltem extraneos propter se. Quibus libenter libere dicerem: Quæ insania est, o miserimi homines, ut hæredes alios quoscunq; faciatis, uos ipsos uero exhæredetis: ut alios relinquatis uel breui diuites, uos ipsos æterna mendicitate damnetis. Sed quærit fortasse aliquis, quid sit istud quod nunc plus exigit deus à Christianis per Euangelium, quam à Iudæis ante per legem: Aperta istius rei ratio est: Ideo enim maiora nunc domino nostro soluimus, quia maiora debemus. Iudæi quippe habebant quondam umbram reuerentiam, nos ueritatem: Iudæi fuerunt serui, nos adoptiui: Iudæi acceperunt iugũ, nos libertatem: Iudæi maledictum, nos gratiam: Iudæi literam interficientẽ, nos spiritum uiuificantem: Iudæis seruus Magister missus est, nobis filius: Iudæi per mare transferunt ad eremum, nos per baptismum introimus in regnum: Iudæi manna manducauerunt, nos Christum: Iudæi carnes autum, nos corpus dei: Iudæi pruinã cœli, nos deum cœli: qui cum, ut Apostolus ait, in forma dei esset, humiliãuit semetipsum usq; ad mortem, mortem autem crucis: non contentus scilicet simplicẽ pro nobis subire mortem, nisi ipsam uoluntariã necis susceptionẽ summorum suppliciorum perpessione cumulasset. Pro hoc ergo solo quid soluere homo poterit, cui se per ultimam poenarũ acerbiter Christum impendit: Aut quid pro se dignum domino repensabit, qui ipsum deo à quo redemptus est deũ debet: Hæc ergo causa est, qua deuotiores esse nos dominus sibi uelit: quia tam magno deuotionem nostram pretio comparauit. Et ideo beatissimus Paulus: Quis ergo, inquit, nos separabit à charitate Christi: tribulatio: an angustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius: Non Apostolus solam pecuniã, nec solas deberi à nobis diuitias deo dicit, sed tribulationẽ, angustiam, famem, gladium, passionẽ, effusionem sanguinis, animæ exhalationem, mortem deniq; omni poenarum genere sublimiter conditam. Vnde intelligant omnes religiosi, non satis se deo reddere, etiam si uniuersas dederint facultates: quia licet sua cuncta dispensent, ipsos se tamen debent. Et ideo sicut supra dicere cõperamus, si uidua est quæpiam, nequaquã sibi sufficere ad æternã salutem nomen uidiuitatis putet, sed uideat qualem esse in Apostolo uiduam deus iubeat, dicens: Quæ uere uidua est, desolata sperat in domino, instat orationibus nocte ac die: Nam quæ in delitijs agit, uiuens mortua est, uno eodemq; præcepto duas Apostolus formas uidiuitatis expressit: unam uitæ, alteram mortis: in delitijs mortem posuit. Ergo absq; dubio diuitem esse non uult, quam delitiosam esse non patitur: quia omnis fructus diuitiarum in usu est positus deliciarũ: alioqui remoto usu deliciarum causæ opum nõ relinquuntur. Cum itaq; Apostolus in delitijs uiduam mortem esse memorauerit, promptum est quod ad uitæ æternæ fructum uult uniuersa distribuere, qui non uult ad mortis usum aliqua reseruare. Et ideo dicit: Quæ uere uidua est desolata, sperat in domino: docens scilicet parũ esse, si non sit uidua delitiosa, non diues, nisi fuerit deo adhærens, nisi orationi dedita, nisi à cunctis mundi illecebris desolata, & per hæc omnia uere uidua. Quod si ita est, quæcunq; se uitæ cupit esse, non mortis, nequaquã sufficere sibi æstimet, si & delicias sibi ob deum, & diuitias abnegarit, nisi & oratione, & labore id promeruerit, ut uere uidua dei esse uideatur: Quia non est dubiũ, quod quem admodũ quis in hoc seculo Christo adhæserit, ita in Christi corpore permanebit, secundum illud: Adhæsit anima mea post te, me autẽ suscepit dextera tua. Quod declaratur, quod eam tantum animã, quæ deo adhæserit in hoc seculo, dextera dei

Quære maior Christus præcepit nobis quã Iudæis sit præceptũ.

uiduarum duplex ordo.

**C** suscipi & in futuro. Hac ergo uirginitatis est regula: Nam de coniugibus continentiam professis, & spiritu dei plenis, dubitare quis debeat, quin sua haeredibus mundanis seruire nolint, qui seipos mundo eliminauerint: Quomodo enim ad se pertinencia alijs addicant, qui ipsos se sibi denegant: tam noua enim uirtute praediti, concessasq; & quod maius est, expertas corporu uoluptates admirabilis continetia auferitate calcantes, quemadmodu aliquid reru suarum no deo uoucant, qui ipsum intra se deum esse fecerunt: ut meo quidem iudicio etia de tali coniugio rectissime dici possit: Latere sterilis quod no paris, erumpe & exclama quod no parturis, quia multi filij deserti, magis quam eius quae habet uiru. Et sterile nanq; est quod non parit, & desertu quod ab omnibus se mundi illecebris separauit: Et sine uiro, quod sine uiri usu ita uiru habet, ut no habere uideat. Hos ergo coniuges tales quis dubitet, & dum uiuunt, sicut in se, ita etiam in suis substantijs deo uiuere, & cum e uita exeunt, cum sua ad deum, cui uixerint, facultate migrare: Aliter enim quilibet horu si res suas seculo deditas, atq; ipsi seculo derelinquit, frustra sibi nomen religionis

**VIRGINES** inscripsit: ei uideretur semper uixisse cui moritur. De coniugibus itaq; ista sufficiunt, transeamus ad sacras uirgines, quibus legem deuotionis Saluator ipse praescripsit, exeplo scilicet decem uirginu, ex quibus fatuarum numeru puellaru ideo tantummodo dicit pennis perennibus dandum, quia sit ei opus misericordiae defuturu: Quo dicto euidentissime docuit, quanti praeij iudicari largam misericordiam, sine qua dixit nec integritate quidem ipsam uirgini profutura. Sed blandiuntur sibi fortasse quaedam, & sufficere sibi aestimant, si cum multa ac magna in facultatibus habeant, salte exigua largiantur. Nec ego abnuo ut si ita ratio est, ita esse credat. Paru detur, si parum dedisse sufficit. Sed ego sufficere parum nescio, imo paru non sufficere certe scio. Si aliter ipse sciunt, apud seipsas sciunt: Ego unu scio, quod deus dicit extin-

**D** ctas fatuaru uirginu lampadas, operu bonoru oleum non habetes. Sed tu, quae cuq; oleum boni operis defuit sic putabat: nisi enim habere se credidissent, prouidissent ut haberet: Nam cu post fatuis uirginibus. ea, ut ait dñs, mutuari uellent, & omni studio atq; ambitione perquirerent, abique dubio etiam ante quaesissent, nisi eas habendi fiducia decepisset. Et tu itaq; quae cu uirgo es, uide ne sic no habeas, licet habere te credas: eiusde enim nominis es cuius illa, eiusde professionis: tu uirgo es, & illa uirgines erant: tu praesumis te esse sapientem, & illa se esse fatuas non putabant: tu lumen habere lampada tua iudicas, & illa profecto lumen praesumptione futuri luminis perdiderunt: nam & ideo scribuntur aptasse lampadas suas, quia illuminandas esse credebant. Et quid plura: etia emicuisse in eis quiddam luminis puto: cum enim ipse, ut legimus, extinguedas forte lampadas suas reformidauerint, habebant profecto aliquid quod uerebatur extinguit: nec falsa opinio metuentiu fuit: extinctae siquidem & obsecatae sunt, nihil enim profuit illi integritati, quod in ea lumen uirginitatis apparuit, quod substantia olei no suppetente defecit. Ex quo intelligimus, id quod parum est quasi nihil esse, quia nequaquam omnino prodest illico extinguedu lumen accendi, nec iuuat aliquid illu-

**Enata quaedam tantummodo non sufficit.** cescere, quod in ipso ortu habeat occasum, & ad hoc tantummodo habere initium uiuentis, ut possit fine habere morientis. Plane itaq; lucerna opus est, ut lumen possit esse diuturnu. Nam si in lignis ipsis, quibus ad breue tempus utuntur homines, languescit lumen ac deficit, nisi oleum large fuerit infusum, quanta tibi, quacuncq; illa es, quanta tibi olei abundantia opus est, ut lucerna tua luceat in aeternu: Nemini itaq; ad uitam perennem sat est, si putet se habere quod non habet: Stultae enim praesumptiones perditionis causae sunt, non salutis: Nam qui se, inquit Apostolus, existimat esse aliquid cum nihil sit, seipsum seducit: nisi forte tibi, quacuncq; illa es, reuelatus a deo modus sit largitatis, & praescriptos a spiritu sancto donadi terminos habeas, quos excedi piaculu putes, ac transgressionis quodammodo genus iudices, si religiosior fueris quam a deo esse iubearis: Si ita est, no prohibeo quin utaris scientia

**A** tia a diuinitate concessa. Quod si tam falsum est hoc quam friuolu, quae insania est, ut no quanta potes omnino facias per cautam & timidam prouisionem, cum ignores penitus, qd tibi competat ad salutem: Superest de ministris & sacerdotibus quiddam & clericis dicere, licet superflue forte aliqua dicantur: quicquid enim de alijs omnibus dictu est, magis absq; dubio ad eos pertinet, qui exeplo esse omnibus debent, & quos utiq; tanto antistare ceteris oportet deuotione, quanto antistant omnibus dignitate: Nihil est em turpius, qm excellentem esse quelibet culmine, & despiciat ille uilitate: qd est enim aliud principatus sine meritoru sublimitate, nisi honoris titulus sine homine: aut qd est dignitas in indigno, nisi ornamentu in luto: Et ideo cunctos qui sacri altaris suggestu eminet, tantu excellere oportet merito, quantum gradus: Si enim uiris in plebe positus, & mulierculis ipso sexu infirmioribus tale ac tam perfecta deus uiuedi regula dedit, quanto utiq; esse illos pfectiores iubet, a quibus omnes docedi sunt, ut possint esse perfecti: & quos ta magni esse exeplo in omnibus deus uoluit: ut eos ad singulari uiuedi norma no noua tantu, sed etia antiquae legis seueritate cōstringeret. Nam licet decretu uetus largam cunctis ampliandaru opū dederit facultate, omnes tamen Leuitas & sacerdotes intra certu habendi limitem coartauit: quos scilicet neq; segete, neq; uinea, neq; ullum omnino fundu habere permisit. Ex quo intelligi potest, an ea nunc deus noster uelit in Euangelio uiuentes clericos suos mundanis post se haeredibus derelinquere, quae adhuc in lege positos ne ipsos quidem uoluit possidere. Vnde est q; eis Saluator ipse in Euangelio no ut ceteris uoluntariu, sed imperatiuū officiu pfectionis indicit: qd em eu laico illi adolefcenti dixisse legimus: Si uis esse perfectus uende quae habes, & da pauperibus. Quid aut ministris suis: Nolite inquit possidere aurū, neq; argētū, neq; pecuniā in zonis uestris, no perā in uia, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgā: Videte quanta sit in utroq; hoc dei sermone diuersitas. Laico dixit: si uis, uende quae possides: Ministro aut: nolo possideas. Sed & hoc paru existimauit, ut possessione ei substantiae amplioris auferret, nisi etia perā ipsam acturo iter longu Apostolo sustulisset, & unius eu tunicae singularitate multasset. Et qd postea: Nec hoc satis est, nudis quoq; in super seruos suos lustrare pedibus orbem terraru iubet, & calceamenta plantis gelu rigetibus tulit. Quid dici amplius potest: Pedu de Apostoli manu rapuit, & peragratis uniuersum mundu ministris suis usum unius uirgulae no reliquit. Et post hac paru est successoribus eoru, id est Leuitis, ac sacerdotibus tanta diuinaru reru administratione fungentibus, si ipsi tantu diuites fuerint, nisi etia haeredes diuites derelinquat. Erubescamus quaso hac infidelitate, sufficiat nobis q; uidemur usq; ad uitae terminos dominu spernere: cur id agimus, ut contemptu ipsius etia post mortem extedamus? Diximus de personis atq; officijs singuloru: & hac omnia ideo, quia ut supra diximus, quiddam religionem professi, aut non debere se sicut ceteros mundiales substantia sua dño, aut certe minus debere arbitrarētur: cum utiq; hoc magis debeant, qd seruus qd scit uoluntate dñi sui, & no facit, is uapulet multis, qui aut nescit uapulet paucis. Religio aut scientia est dei, ac per hoc omnis religio sus, hoc ipso qd religionem sequit, dei se uoluntate nosse testat. Professio itaq; religio nis no aufert debitū, sed auget: qd adsumptio religiosi nominis spōsio est deuotio sit. onis, ac per hoc tanto plus qd spōsio debet opere, quanto plus pmissit professione, se cundū illud: melius est no uouere, qm post uotu promissa no reddere. Sed forsitan dicat aliquis: Si haec ita sunt, tutior ergo est irreligiositas, qm religio. Minime: religiosus em per hoc est debitor, qd pfitetur religiosum: irreligiosus autē per id qd neglexerit religionem: ac per hoc ambo habent pro diuersitate cōditionis debitū suū: religiosus debet qd se pfessus est agnouisse: irreligiosus uero etia qd no dignat agnoscere, se cundū qd speculiter sermo diuinus de eo dicit: noluit intelligere ut bene ageret. Sed tamē qd onerasse religiosos hac re uidemur, qd pfessione nois spōsionem esse diximus religionis, remoueamus hanc sarcinā, putemus non ita esse quae dixi: cōsideremus

PRESBYTERI.

Ornamentum luti est honor indigno datus

Presbyteroru paupertas spontanea.

Religio quid sit. Professio religionis.

**C** denique non quid professione, sed quid ratione; non quid uoto, sed quid salubritate ipsa facere debeamus. Dicite mihi quæso omnes religiosi, nunquid est ullus hominum, qui non omnia quæ fecit, uel salutis suæ, uel certe utilitatis gratia faciat? Nemo, opinor: Omnes enim ad affectum atque appetitum utilitatis suæ, naturæ ipsius magisterio atque impulsione ducuntur. Ideo quæ & qui militant, id sibi pulchrum, & qui negociantur, id sibi utile: & qui agricolantur, id sibi fructuosum esse existimant. Et quid plura? fures quoque ipsi, & latrones, & uenefici, & sicarii, & omne improbe conuersationis genus, id sibi quod agit congruum putat: non quod ulli praua conueniant, sed quod ille qui prauis utitur, hoc sibi credat congruum esse quod prauum. Ergo & nos non alia, opinor, causa religionis philosophiam adpetuimus, quam quod nobis id conueniens arbitrati sumus: cogitantes scilicet & presentium rerum breuitatem, & futurarum æternitatem, quam paruum istud, quam grande illud. Cogitantes quoque futurum iudicem, & tremendi iudicii graues exitus, ardentem in medio populorum circumstantium uallem perennium lachrimarum, quam non solum introiri atque tolerari inestimabile ac summum malum, sed etiam uideri acti meri pars mali summi sit. Cogitantes quoque inter hæc horrenda & pœnalissima, alia illic præclara ac beatissima, nouos scilicet cœlos, & nouam terram, uultum rerum omnium pulchriorum, æternum iustitiæ habitaculum, recens ædificium creaturarum, aureas super rudes cœlos sanctorum omnium domos, aulas gemmis intermicantibus expolitas, & immortalium metallorum fulgore pretiosas: lumen illic septuplo illustrius, puniceo semper splendore radians, beatitudinem ineffabilibus bonis diuitem, lætam cum incolis suis perennitatem, Patriarcharum consortium, Prophetarum societatem, Apostolorum germanitatem, martyrum dignitatem, & in omnibus sanctis angelorum similitudinem, opum cœlestium copiam, deliciarum immortalium affluentiam, communem cum deo uitam. Hæc itaque cogitantes, hæc contemplantes, ad cultum religionis sacræ officiumque confugimus, eumque nobis ad obtinenda hæc bona suffragatorem quodammodo, & aduocatum efficacissimam intercessionis adsumpsimus, atque in eius nos protectionem ac patrocinium ambitiosa humilitate contulimus. Vnde cum hæc tanta & cogitauerimus pariter & expetierimus, uideamus nunc & perpendamus diligentissime, si est uel in actibus nostris, uel in substantiis unde hæc tanta à deo emere possimus. Quod si non est, cur, rogo, non unusquisque nostrum totum pro se offerat quod habet, qui non potest totum offerre quod debet: maxime cum Saluator ipse ac deus noster, nihil tutius ac salubrius omni homini esse dixerit, quam rem suam atque substantiam in usu misericordie collocare, idque præcipue & in uetere, & in noua lege mandauerit dicens, quod qui diuidant propria ditiores fiant, & quod misericordia à morte liberet. Et alibi de sancto uiro: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. In Euangelio quoque: Nolite inquit, thesaurizare uobis thesauros in terra. Et iterum: Non potestis deo seruire & mammonæ. Et iterum: Væ uobis diuites, qui habetis consolationes uestras. Auaris quoque, & inhumanitatis crimine reis: Ite, inquit, in ignem æternum, quem parauit pater meus diabolo & angelis eius. Quorum quæ pœna semper futura sit facile intelligitur, quibus fors cum diabolo deputatur: per quæ tamen tormenta maxima, non atrocissima in eis fornicationum, aut homicidiorum, aut sacrilegiorum crimina puniuntur, sed sola tantummodo auaritia, & abdicatrix misericordie inhumanitas. Vnde intelligere nos conuenit, quod passuri sint, quos præter alia peccata etiam auaritia reos fecerit: cum summo supplicio adficiendi sint, quos expertes omnium peccatorum solum auaritiæ crimine morte damnarit. Quæ utique si futura omnia credimus, absque dubio euitare debemus. Si autem non euitamus, profecto non credimus: si autem non credimus, Christiani nequaquam sumus: neque enim possumus quenquam dicere Christianum, qui non putat Christo esse credendum. Sed esto illas quas supra diximus pœnas non timeamus rei, nunquid etiam premium

utilitatis gratia omnia sunt

**D**

Psalm.

Matth. 6.

Matth. 25.

Christiani unquam de dicti sunt:

**A** premium sperare possumus non merentes? Et ideo si opes non damus ob peccatorum redemptionem, demus saltem ad emendam beatitudinem: si non damus ne damnemur, demus saltem ut muneremur: Quia ut ante iam dixi, etiam si præterita mala non sint quæ oporteat sanctos, de quibus nunc specialiter loquimur, facultatibus suis redimere, potest tamen perennia bona, quæ magno debeant comparari, etiam si pœna non sit quæ timeatur: est tamen regnum quod ambiatur. Ac per hoc etiam si non habent sancti quæ redimant, habent tamen quæ emant: nisi forte aliquis damnum in emptione uereatur: uidelicet ne plus commodet, quam recipiat, ne grandia sceleranti parua reddantur, ne largitionem redhibitio non repenset: & data semel pretii magnitudine pecunia periclitetur emptoris, ac si magnum quid domino commodarit in terra non habeat Christus forsitan postea, unde ei soluat in cœlo. Planè si ista dubitatio est, fieri nihil suadeo, quia nec profunt omnino ulla dubitatio: cassa quippe est operatio, si fides certa non fuerit: frustra scelerat qui de receptione desperat: Christus enim, ut credimus, factorum omnium retributor est. Si ergo aut in eo qui retribuire non possit, aut infidelè putas esse qui nolit, quomodo ab eo retributionem sperare poteris, quæ & impossibilitatis & infidelitatis ipse damnaueris? Quod si ita non est, nec ambigis facturum esse quæ dixit, quæ insipientia, aut qui error est, ut non ei tantum des, quantum potes, cum utique non dubites, multo te plus recepturum esse quam dederis? Quæ denique miseria, ut malis nihil ex hijs recipere quæ relinquis, cum tecum possis penitus possidere quod credis? Sed miserum me puto, non creditur deo: Et quod dico, puto, utinam ambigue putarem, & non euidenter agnoscerem: Laborarem fortasse intra me, uincerem opiniones meas, & cogitarem sensum meum dubia non credere, ut possem mentem melioribus applicare. Sed quid agimus? non dubijs rebus uincimur, sed euidentibus coartamur. Quis enim domino mente credit, & facultate non credit? quis deo animam suam mancipat, & pecuniam negat? quis promissis cœlestibus fidem commodat, & non agit ut esse possit particeps promissionum? Et ideo cum uideamus homines hæc non agere, cogimus non credentes palam & euidenter agnoscere. Non licet ut eos nos deo fide putemus adhibere, cum illi se rebus clamant negare, in quo necesse est infidelitatem penè omnium hominum plangi atque lugeri. O miseria, o peruersitas: homini ab homine creditur, & non creditur deo. Humanis promissionibus spes comodatur, deo negatur. Omnia denique in rebus humanis spes futurorum agunt: uita quoque ipsa hæc temporaria non nisi spe alitur ac sustinetur. Ideo enim terris frumenta credimus, ut cum usuris credita recipiamus: ideo in uineis labor maximus ponitur, quia homines spes uindemix consolatur: ideo negociatores thesauros suos emptionibus uacuant, dum uenditionibus sperant esse cumulandos: ideo nauigantes uitam uentis ac tempestatibus credunt, ut spebus suis, uotisque potiantur. Et quid plura? Pax quoque inter feras ac barbaras gentes spe innititur, & fide ad stipulante firmatur: latrones quoque ipsi & sanguinarij fidem sibi inuicem non negant, & quæ promiserint mutuo, seruaturos esse confidunt. Totum denique, ut dixi, inter homines spebus agitur, solus deus est de quo desperat: Cumque elementa ipsa & naturam totius mundi dominus noster fidelem fecerit, illi tantum prope ab omnibus non creditur, qui solus fecit ut rebus omnibus crederet. Sed dici forte hoc loco possit, quod rebus suis utantur homines non esse infidelitatis interdum, sed necessitatis, neque deo non credere religiosos, sed uitæ atque usus necessaria reseruare: Multos enim sanctorum hominum à summa dispensandarum operum perfectione, aut sexu nonnullorum, aut ætate, aut ipsa infirmioris corpusculi imbecillitate, prohiberi. Esto hoc ferri possit, sed tamē etiam si fert, ita ferendum est, ut pro qualitate necessitatum atque causarum sufficientia retineatur, immo derata reseruentur: Habentes enim, inquit Apostolus, uicium & uesitum, hijs contenti sumus: nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem diaboli. Ergo ut uideamus, in rebus tantum

Soli deo mihi creditur quam culbet

Spe alitur uita.

1. Timo. 6.

**C**um necessarijs est salus, in superfluis laqueus: in mediocritate dei gratiā, in diuitijs diaboli catena. Deniq; quid statim Apostolus subdit: Quae demergūt, inquit, hominem in interitum & perditionem. Ergo si diuitiae interitum in se habent, euitemus opulentiam, ne in interitum corruamus: Ampla ac locuples facultas perditionem inferre dicitur: refugienda est itaq; ampla possessio, ne cōsequatur profunda perditio: Ac per hoc siue sexus, siue aetas, siue infirmitas necessaria uictui requirat, sufficientibus tantum debet esse contenta, ut quicquid temporarium exce-

*Temporariol* dit usum, religiosum absumat officium. Ceterum si tu, quicumq; ille, aut quacūq;  
*usu simus con-* illa es sanctae professionis, situ aut conseruandis opibus, aut cumulandis facultati-  
*tenti diuitiarū* bus inhias, superflue de infirmitate causaris: Nunquid enim infirmior sexus duce-  
*re aliter uitam nō potest,* nisi animi sui curas multa ingentis patrimonij administra-  
*tionem distenderit:* Nunquid puella sacra, aut uirgula castitate deuota seruare illasam  
sanctae professionis perseverantiā non ualet, nisi argenti & auri ponderibus incu-  
barit: ac tantas intra conscientiam opes possidere se nouerit, quantas uel maxime  
necessaria est, nunquid impossibile sibi, quae piam forte aestimat, inter pauca famu-  
lantium ministeria inuiolatam quietem posse seruare, nisi aures eius familiae ingentis  
strepitus uerberarit: & turbarum circūsonantiū tumultuosus clamor obtuderit?

Quae utiq; omnia sanctae animae, & quietem ueram desideranti, non pati tantum ni-  
mis magna inquietudo, sed etiam uidere quodammodo pars est inquietudinis,  
quasq; etiam si subdere aliquis disciplinae, ac silentio uelit cōprimere, tamen earū  
inquietudinem cum sua quiete nō possit, adeo etiā ipsum cōmertū alienae inque-  
tudinis perturbatio est nostrae quietis. Haec autem quae de hoc sexu locuti sumus,  
ad omnes pertinent, omniq; pariter aetati, sexui, infirmitatiq; conueniunt. Non est  
itaq; quod competere quisquam, aut non obesse diuitias religioni putet: Impedi-  
menta haec sunt, non adiumenta: onera, non subsidia: Possessione enim & usu o-  
pium non suffulcitur religio, sed euertitur, secundum illud quod dominus ipse di-  
cit: Sollicitudo istius seculi, & fallacia diuitiarū suffocāt dei uerbū, & sine fructu effi-  
citur. Proprie utiq; ac satis pulchre fallaces dixit esse diuitias: bona enim & putātur  
& appellantur, ac per hoc fallunt homines nomine praesentium bonorum, cum sint  
causa malorum aeternorum. Sed licet haec ita sint ut deus ipse praedixit, acquiescamus  
tamen miseris quorundam, atq; languoribus, qui putant se sine magnis omnino  
opibus uitam agere non posse. Esto tu, quicumq; ille es, aut quacūq; illa es sancti  
nominis ac professionis: esto diuitias, esto copias tuas usq; ad finem uitae istius ha-  
beas, dummodo saltem in fine tibi cūferas: Esto, rebus ac facultatibus tuis in uita  
haec uti uelis, dummodo tui uel moriens non obliuiscaris, & ad eius cultum atq; ho-  
nores referendam tibi substantiam tuam memineris, cuius te munere accepisse cō-  
gnoscis. Humanū est quod ab omnibus uobis, o diuites mūdi huius, petitur, ac de-  
liciosum, si impetrari ab uno quocq; uestro nō potest, ut esse in hoc seculo pauper  
uelit, praestet sibi saltem ne in aeternitate mendicet: qui praesentem inopiam tantum  
fugitis, cur in perpetuum nō reformidatis? In breuibus meticulosi, longa & inter-  
minabilia uitate. Quid tantopere in uita ista paupertatem horretis? quid expaue-  
scitis? Minus multo est quod hic timetis. Si tenuitate temporariam grauem duci-  
tis, qualis quaeſo erit illa quae nunquam desinet? Quasi uestri apud uos animi rem  
agimus, uestriq; uoti. Si usu uestrarum rerum penitus carere non uultis, id agi-  
te ne aliquando careatis. Deliciosam à uobis rem, & uoluptariam poscimus, qui  
sine diuitijs omnino esse non acquiescitis, id agite ut diuites semper esse possitis,  
secundum illud: Si ergo delectamini sedibus & stematibus, reges populi, diligi-  
te sapientiam, ut in perpetuum regnetis: Alioqui qui error, aut quae infania est:  
quenquam hominem esse posse, qui acta in amplis opibus, quod solum sufficit ad  
reatum,

*videre quaedā* mis magna inquietudo, sed etiam uidere quodammodo pars est inquietudinis,  
*tumultuosa of-* quasq; etiam si subdere aliquis disciplinae, ac silentio uelit cōprimere, tamen earū  
*ficit quieti.* inquietudinem cum sua quiete nō possit, adeo etiā ipsum cōmertū alienae inque-  
tudinis perturbatio est nostrae quietis. Haec autem quae de hoc sexu locuti sumus,  
ad omnes pertinent, omniq; pariter aetati, sexui, infirmitatiq; conueniunt. Non est  
itaq; quod competere quisquam, aut non obesse diuitias religioni putet: Impedi-  
menta haec sunt, non adiumenta: onera, non subsidia: Possessione enim & usu o-  
pium non suffulcitur religio, sed euertitur, secundum illud quod dominus ipse di-  
cit: Sollicitudo istius seculi, & fallacia diuitiarū suffocāt dei uerbū, & sine fructu effi-  
citur. Proprie utiq; ac satis pulchre fallaces dixit esse diuitias: bona enim & putātur  
& appellantur, ac per hoc fallunt homines nomine praesentium bonorum, cum sint  
causa malorum aeternorum. Sed licet haec ita sint ut deus ipse praedixit, acquiescamus  
tamen miseris quorundam, atq; languoribus, qui putant se sine magnis omnino  
opibus uitam agere non posse. Esto tu, quicumq; ille es, aut quacūq; illa es sancti  
nominis ac professionis: esto diuitias, esto copias tuas usq; ad finem uitae istius ha-  
beas, dummodo saltem in fine tibi cūferas: Esto, rebus ac facultatibus tuis in uita  
haec uti uelis, dummodo tui uel moriens non obliuiscaris, & ad eius cultum atq; ho-  
nores referendam tibi substantiam tuam memineris, cuius te munere accepisse cō-  
gnoscis. Humanū est quod ab omnibus uobis, o diuites mūdi huius, petitur, ac de-  
liciosum, si impetrari ab uno quocq; uestro nō potest, ut esse in hoc seculo pauper  
uelit, praestet sibi saltem ne in aeternitate mendicet: qui praesentem inopiam tantum  
fugitis, cur in perpetuum nō reformidatis? In breuibus meticulosi, longa & inter-  
minabilia uitate. Quid tantopere in uita ista paupertatem horretis? quid expaue-  
scitis? Minus multo est quod hic timetis. Si tenuitate temporariam grauem duci-  
tis, qualis quaeſo erit illa quae nunquam desinet? Quasi uestri apud uos animi rem  
agimus, uestriq; uoti. Si usu uestrarum rerum penitus carere non uultis, id agi-  
te ne aliquando careatis. Deliciosam à uobis rem, & uoluptariam poscimus, qui  
sine diuitijs omnino esse non acquiescitis, id agite ut diuites semper esse possitis,  
secundum illud: Si ergo delectamini sedibus & stematibus, reges populi, diligi-  
te sapientiam, ut in perpetuum regnetis: Alioqui qui error, aut quae infania est:  
quenquam hominem esse posse, qui acta in amplis opibus, quod solum sufficit ad  
reatum,

**A** reatum, usq; ad diem ultimum uita, ne in supremo quidem exitu large ac salubri-  
ter sui memor sit, nec in ipsa iam de suo sibi met agra extremitate succurrat: Praeter-  
tim cum in diuitijs, quae per se sufficiunt ad reatum, per se dominum accusantibus,  
secundum illud domini dictum: uae uobis diuites: etiam alia ipsi diuiti peccatorum  
genera non desint, quae in ipso diuitiarū sinu atque matrice quasi in naturali quo-  
dam fomite pullularint. Vel quae infania est, ut non in ultimis suis id agat, id elabo-  
ret, id omni rerum suarum ambitu promereatur, ne reus exeat, ne reus uadat, ne  
cruciandum postea corpus, crucianda etiam ad praesens anima derelinquat: Quis  
ergo est aut tam infidelis, aut tam insanus, qui haec non cogitet, haec non timeat?  
qui de substantia sua alijs magis quam sibi consulat: & cuncta iam penitus spe ui-  
tae huius: cunctis subsidijs destitutus, unam tantūmodo tabulam, cui inhareat ad-  
huc quasi in medio mari naufragus, post amittat, nec amittat tantummodo, sed ab-  
ijciat, atque à se penitus expellat: omnibus modis id elaborans, ne quid sibi omni-  
no reliquum esse faciat, quo periturus euadat. Quae cum ita sint, dicite mihi quae-  
ſo omnes Christum amantes, si esse ulli omnino homines tam saui, ac tam crude-  
les aduersum inimicos suos possunt, quam sunt isti aduersum se? Nulli quippe  
sunt tam feri, tam inhumani, qui non uel desperatos iam atque morientes aduer-  
sarios suos persequi desinant, isti seipſos etiam in morte positi persequuntur. An  
non est hoc persecutio, aut esse alia maior potest, exheredari hominem à seipſo: *Exheredamus*  
extorrem bonorum omnium fieri, & quasi in exilium à seipſo agi: atque hoc non *nos ipſos.*  
communi more aut usitato, sed nouo & crudelissimo: Omnes enim exules est  
corporibus ablegantur, animis non eliminantur: & si carne captiui sunt, cordibus  
tamen si uolunt liberi perseverant. Hoc autem unde nunc loquimur, nouum exi-  
lij genus atque tormentum est: scilicet ubi in exilium anima ipsa mittitur, ubi facul-  
tatibus suis spiritus abdicatur. O quanto leuius sunt extranei & carnales inimi-  
ci: Illi enim corporum tantum hostes sunt, uos spirituum: illi tantum artuum,  
uos & animarum. Leue est itaque in comparatione facinorum uestrorum illorum  
odium: facile est enim quicquid in praesenti seculo nocet: Illud graue, illud perni-  
ciosum est, quod in aeternitate iugulabit. Et ideo Saluator ipse: nolite, inquit, eos  
timere qui possunt corpus occidere, animam autem non possunt. Facile est ergo  
odium quod corpus laedit, non laedit animam, quia laeso corpore extra damnū est,  
& passionibus carnū, beatitudo spirituum non interpolatur. Illud itaque, illud in-  
expiabile malum est, illud aestimari omnino non potest, quod totū omni-  
no hominem & intus & foris sine fine damnabit. Et ideo leuius  
uobis inimici uestri sunt, quam uos ipsi. Omnis siqui-  
dem inimicitia morte dissoluitur: uos contra uos  
ita agit, ut inimicitias uestras nec  
post mortem euadatis.

TIMOTHEI EPISCOPI AD ECCLESIAM  
CATHOLICAM LIBRI SE-  
CVNDI FINIS.

TIMOTHEI

# C TIMOTHEI EPISCO

PI AD ECCLESIAM CATHOLI  
CAM TOTO ORBE DIFFVSAM,  
LIBER TERTIVS.



Vobis superioribus libris cum duabus filiorum tuorum partibus, id est, una mundi amatrice, alia religionis imaginē praeferente, o domina mea Ecclesia dei, quasi separatim locuti sumus. In hoc autem, si deus annuit, ad utraque, prout causa ac ratio postulauerit loqui cupimus: nunc diuisim alterutra, nunc ambas pariter alloquētes. Superest ut ab utraque earum agnoscente in lectionis serie partes suas, quicquid pro affectu dei a nobis dicitur, cum affectu dei recipiat. Igitur quia in cunctis quae iam locuti sumus, speciale Christianorum omnium bonum, misericordiam ac largitatem esse memorauimus, praecipueque in eis & merita sanctorum, & peccatorum remedia contineri, idoneis, ut reor, ac multis testibus approbauimus: non opinor a quoquam plura expectari: maxime cum si quis cupidus est plurimum, ipsos adire debeat libros dei, qui tam multis ac magnis testibus pleni sunt, ut uniuersarum coelestium literarum penes unum sit testimonium. Superest aduersum eas responsionum infidelium causas, quae a quibusdam mortiferae excusationis gratia opinione solent quippiam dicere: Loquens Saluator in Euangelio propterea commodari hominibus opes a domino ac pecuniam dicit, ut cum usuris multiplicibus commodata reddantur, dicens auarissimo illi ac nequissimo debitori: Serue male ac piger, sciebas quod ego meto ubi non semino, & congrego ubi non sparsi: oportuit ergo te pecuniam dare numularijs, ut ego ueniens cum usuris recepissem quod meum est: tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Ac paulo post: Et seruum, inquit, nequam proijcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Quod tamen etiam ad aliud quiddam referri potest, tamen loco quoque & causa huic non insalubriter coaptatur. Cum enim numularij Saluatoris, pauperes & egeni recte intelligantur, quia pecunia quae talibus dispensatur augetur, cum usuris absque dubio deo redditur quicquid egentibus erogatur. Vnde & alibi apertius ipse dominus distribuere diuites opes mundi, & facere sibi sacculos qui non ueterecant iubet. Sed & in Vase electionis suae idcirco locupletibus diuitias a domino dari indicat, ut bono opere ditescant. Et ideo etiam ego minimus & indignissimus famulorum dei primum ac saluberrimum religionis officium esse duco, ut Christianus diues dum in hac uita est, diuitias mundi huius pro dei nomine atque honore consumat: Secundum autem, ut si id uel metu, uel infirmitate, uel causa, uel necessitate aliqua praepeditus forte non fecerit, saltem moriens uniuersa dispenset. Sed dicit, fortasse: Filios habeo. Iam de hoc quidem principalis libelli pagina, & conuenientia, ut arbitror, & non pauca memorauit, satisque ad hanc rem domini sermo sufficit dicens: Qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Sed & propheticum illud quod ait, neque patres pro filiis, neque filios pro parentibus iudicandos, sed unumquemque hominum aut sua iustificatione saluandum, aut sua iniquitate periturum: Ac per hoc quaslibet diuitias homo filijs suis congerat, nequaquam hoc ei proderit in iudicio, quod diuitem reliquit heredem. Sed esto ignosce parentibus possit, si ex parte aliqua haereditarias facultates filijs derelinquant, si tamen id ipsum bonis, si tamen sanctis: esto quoque ignosce possit, si etiam malis quiddam atque uitiosis: habere aliquam excusationis speciem uidentur, dicentes: Pietas uicit, uis sanguinis compulit, natura ipsa quasi amoris manu in ius suum traxit. Scimus quid iustitia

Matth. 25.

D

Numularij dei

Matth. 10.

**A** iustitia dei posceret, quid sacra ueritas postularet, sed subacti, fatemur, sumus iugo incarnatae necessitudinis, & dedimus captiuas manus uinculis charitatis, cessit sanguini fides, & uicerunt deuotione religionis iura pietatis. Dicit aliquid potest, tamen salubriter dici non potest: est umbra excusati uinculae non excusans, dans reo de precati uinculae specie, non reatus securitate. Nequaquam enim id ulli spondeo, quod possit cuiuslibet rei firmum habere subsidium, qui aliquid plus amauerit, quam deum, secundum illud quod scriptum est, in hoc futurum esse iudicium, quod uenerit lux in hunc mundum, & dilexerint homines magis tenebras quam lucem: nemini enim dubium est, totum id tenebras futurum homini, quicquid diuinae praetulerit charitati. Haec ergo ita sunt. Sed esto ut dixi, indulgeri parentibus possit naturae insalubriter indulgentibus, quid quod nonnulli filios non habentes, a respectu se tamen salutis suae, & remedio peccatorum penitus auertunt, ac licet semine sanguinis sui careant, quaerunt tamen quoscunque alios, quibus substantiam propriae facultatis addicant, id est, quibus umbratile aliquod propinquitatis nomen inscribant, quos sibi *Adoptiones:* quasi adoptiuos imaginarij parentes filios faciant, & in locum eorum quae non sint pignorum perfidia generante succedant, ac sic miserissimi quique & impijissimi cum uinculis filiorum non constringantur, ipsi tamen sibi uincula parant, quibus infelicia animarum suarum colla constringant, cum uis domesticarum necessitudinum nulla sit foris diluuntur. Et licet causae desint periculorum, ruunt tamen quasi in interitum uoluntarium, quorum errores infelicissimi quo affectu animi accipiendi sint ac ferendi, prope incertum apud quosdam uideri potest, irascendum ne hijs an dolendum sit: Error enim dolore dignus est, impietas execratione: ad fletum trahimur infelicitate, ad iracundiam infidelitate. In una re est quo pro hominum insipientia lugeamus: in alia quo pro dei amore moueamur, uellum omnino hominum inueniri, aut esse posse, qui de cursu infelicis uitae istius breui spatio in ipsa extremitate iam pendens, iturus illico ad tribunal dei, quicquam aliud cogitet praeter finem suum, quicquam aliud praeter exitum suum, quicquam aliud praeter periculum suum: & neglecta spe sua atque anima, cui opitulari aliquatenus uel in ultimis suis omni studio, omni nisu, omni re ac substantia sua debeat: hoc solum cogitet, hoc solum animo suo uoluat, quam laute haeres suus res suas comedat. Miserrime omnium, quid sollicitus es? quid astuas? quid auctorem te ipsererum periturarum facis? an times forte, ne desint qui te mortuo quod dereliqueris uorent? Nolo metuas, nolo uerearis: Vtinam tam facile tu saluus esses, quam tua omnia deperibunt: O infidelitas, o pueritas: etiam uulgo dictum est, omnes sibi melius uelle quam alteri. Nouum hoc monstri genus est, cuiuslibet *Terentianum est in Andria.* quenquam uelle consulere, tantum ne sibi. Ecce iturus es infelicissime omnium ad examen sacrum, ad tremendum illud intolerandumque iudicium, ubi peregrinanti animae atque anxiae nullum potest omnino esse solatiu, nisi sola tantummodo bona conscientia, nisi sola tantum innocens uita, aut quae proximum est bonae uitae, misericordia. Vbi reo homini nullum est adiutorium, nisi sola mens larga, nisi poenitentia fructuosa, & elemosynae copiosae, quasi manus ualidae. Vbi denique pro diuersitate meritorum aut summum bonum inuenies, aut summum malum: aut immortale praemium, aut sine fine tormentum. Et ut de locupletandis quibuscumque haeredibus tuis cogitas, de opibus agnatorum tuorum cognatorumque suspiras, quem potissimum inter ceteros ditiorum patrimonio tuo facias, cui suppellectilis uariae ornamenta transcribas, cuius apothecas copijs tuis repleas, cui maiorem seruorum numerum derelinquas. Infelicissime omnium, cogitas quam bene alij post te uiuant, non cogitas quam male ipse moriaris. Dic mihi quaeso, o miser, o infidelis, cum multis patrimoniū tuum diuidas, cum multos facultatibus tuis dices, nunquid de solo te es tam male meritis, ut tibi nec inter extraneos locu facias haereditis? Ecce expectat te iam egressurum de uita ista officium tribunalis sacri, expectant tortores angeli, & immortalium tormentorum terribiles ministri: & tu futuras

K

**C** tu futuras post te hæredū mundaliū uoluptates animo uoluntas: tu delicias aliorū mente pertractas: quā bene scilicet post te hæres tuus de tuo prandeat, quibus copijs uentrē expleat, quomodo usq; ad nausēā redundantē uiscera exaturata distendat. Infelicissime omnīū, quid tibi est cum hīs nanijs: quid tibi cum hīs deliramētis: quid cum stultitiā huius erroris: quid cum perditione istius uanitatē? Nūquid succurrere hoc tibi inter supplicia summa poterit, si is qui res tuas prodige comedat, lautus & pransus bene eructarit: Aut etiam ut tibi, qui de uoranda tua omnia tradidisti, redundāti cruditate plus præstet si bene uomuerit: Sed de hīs unde nunc loquimur, si res ac ratio postulauerit, etiā post hæc aliqua subdemus. Interim hoc specialiter dico, & peculiari admonitione cōmoneo, ne ullum omnino aliquis, quā uis charissimū pignus animæ suæ præferat: neq; enim iniquū est, ut quilibet Christianorū etiā legitimis hæredibus in hoc seculo consulat, dummodo sibi met in æternitate succurrat multis modis: quia & facilius est hic deesse filijs quippiam, quā parētibus in futuro: & multo est leuior præsens tenuitas, quā æterna paupertas: maxime quia cum illic non paupertas tantum, sed etiā mors ac poena timeantur, facilius est utiq; hic hæredibus deesse quiddā de patrimonio, quā illic testatoribus de salute: idq; & ipsi quibus hæreditas derelinquitur, si modo pietatis aliquid in se habent, specialiter uelle debeant ne illi pereant qui relinquunt. Quod utiq; si nolunt, multo minus digni sunt quibus aliquid relinquatur: quia non iniuste testator sapiens non relinquit, quod hæres impius non meretur. Itaq; optimū est, ut unusquisq; sibi consulat, & animæ ac salutē suæ omnia derelinquat, sint quāuis interdum non filij tantū, quibus uidetur naturaliter plus deberi, sed etiā pignora alia eius uel meriti uel conditionis, ut eis ad impertiendum quiddam ac largiendum iustitia ipsa ac dei cultus patrocinetur: & quibus non solum pie aliquid relinquatur, sed etiam irreligiose non relinquatur: scilicet si aut parentes sint calamitosi, aut germani deo fideles, aut sanctæ coniuges, aut ut longius deniq; munus pietatis extendam, si aut propinqui inopes, aut affines egestuosi, aut deniq; cuiuslibet necessitudinis indigentes: uel certe quod super omnia est, deo dediti: hoc enim est præcipuū ac supereminens, si id ipsum quod agit aliquis pietatis officio, religionis faciat affectu: Beatus enim ille, qui suos ipse diuini amoris spiritu amat, cuius charitas Christiani cultus est, qui in naturæ uinculo deum diligit, deū cogitat naturarū patrē, & amoris munera in sacrificia conuertens, tantū sibi immortalis lucri, & beatorū fructuū parat, ut dum id quod pignoribus suis præstas domino suo cōnerat, hoc ipso q; suis libertatem tribuit temporariā, sibi mercedē pariat sempiternam. At uero nunc diuersissime & impiissime nullis omnino à suis minus relinquatur, quā quibus ob dei reuerentiā plus debetur: nullos pietas minus respicit, quā quos præcipue religio cōmendat. Deniq; si qui à parentibus filij offeruntur deo, omnibus filijs postponuntur: oblato indigni iudicantur hæreditate, qui digni fuerāt consecratione: ac per hoc una tantū re parentibus uiles fiunt, quia cœperint deo esse pretiosi. Ex quo intelligi potest, q; nullus penē apud homines uilior est, quā deus: cuius utiq; sit despectio, ut eos præcipue parentes filios spernant, qui ad deū cœperint pertinere. Sed præclarā uidelicet qui hæc faciunt rationē consilij sui reddunt, dicētes: Quid opus est, ut filijs iam religiosi æqua cum fratribus suis hæreditatis portio relinquatur: Nihil ergo iustius, nihil dignius, quā ut quia cœperunt religiosi esse, mendicent: non quidē q; eos hæc res mendicitate oppressura sit, q; à terrenis facultatibus abdicantur, cœlum spe possidētes, cito etiā repossessuros, regente illos deo suo ac protegente, qui eos cum immortalī spe æternorū etiā sufficientia temporalīū muneratur: Sed tamen quantū ad inhumanitatē parentū pertinet, egent, a quibus sic relictī sunt, ut egerent: Certe etiā si qui non penitus domo eliminantur, & quibus nō omnino extorribus, quasi aqua & igni interdicitur, cū aut tenues, aut certe usq; fructuarij

*Hæredibus relinquare patri montū non est contra Christiani officij.*

*Instituendorū hæredū ratio.*

*Deus quouis homunculo uilior habetur.*

**A** fructuarij relinquuntur, tamen tanto inferiores fratribus relinquuntur, ut etiam si paupertate non egeant, cōparatione tamen egere uideantur. Dicitis quid opus sit religiosi æquā accipere cū fratribus patrimoni portionē. Respondeo, ut religionis fungatur officio, ut religiosorū rebus religio dicitur, ut donent, ut largiantur, ut illis habentibus cuncti habeant non habentes: imō si tanta est eorū fides, atq; perfectio, ut habeant cito non habituri: beatius utiq; postq; habuerint non habentes. Cur eis, quæso o inhumanissimi parentes, necessitatē indignissimā paupertatis imponitis: permittite hoc religioni ipsi, cui filios tradidistis: rectius pauperes à se fructuarij susceperunt, si tantū eos inopes esse cupitis, cōcedite id ipsorū deuotioni: liceat eis, quæso, te paupertas ut uelint pauperes fieri, eligere inopiam debent, non sustinere. Postremo etiā si Christianos stineant, deuotione eam tolerant, nō damnatione patiantur. Cur eos uelut à natura expellitis: & quasi è iure sanguinis abdicatis: Et ego esse eos pauperes uolo, sed ut habeat tamen præmiū suum ipsa paupertas, ac præclara demutatione eligant inopiā ex copia, ut ex inopiā electione copiā consequantur. Quanc; quid ego uos per ipsum sanctissimæ rationis officium trahere ad humanitatē pietatēq; contendo, cum id maxime obsistat, & hæc res parentes impios faciat, quæ magis pios facere deceret: Nam cū uos ideo plus relinquere ex patrimonio uestro religiosi filijs deberetis, ut aliquid ad deum ex facultatibus uestris saltem per filios perueniret, ideo filijs non relinquitis, ne illi deo habeant quod relinquunt: præclara uidelicet ratio, ne atq; cautela contenti eritis uos filios non agnoscere, tantū ne illi se filios dei esse cognoscant, magnificā repensantes beneficijs sacris uicissitudinē, dum id studiosissime procuratis, ne uel per uestros aliquid honoris deus habere possit, cum omnia uos per dei munus habeatis. Cur, rogo, tam infideliter, cur tam impie nō exigimus ut uestra domino largiamini: aliquid deo de suo reddite: cur tam auare: cur tam impie agitatis: non est uestrū quod denegatis. Iniquū ergo arbitramini, ut secularibus filijs religiosos filios substantia pares esse faciatis. Id ergo agitatis, ut pœniteat eos cœptæ religionis, quos religio apud uos fecerit uiles. Pius itaq; est ac bonus dominus, qui seruet in eis propositā ac professionē suam: ceterū quantū in uobis est, id agitatis ut seculi eos cultores esse faciatis, quibus seculares filios antefertis. Quid est enim aliud quā religiohē interdiceret, ob religionē despectui habere: Sed iniusti fortasse uideamur, cunctos parētes in hoc negotio æqualiter accusando, cum scilicet non omnes pari agāt iniquitate cum filijs. Sunt enim, inquit aliquis, sunt ex parentibus multi, qui æquales filijs suis faciunt portiones: nisi quod una tantum eos cōditione discernūt, quia in hīs ipsis partibus, quæ filijs religiosi uidentur adscribi, usum iubent ad eos, proprietatē ad alios, id est ad seculares filios pertinere. At uero hoc multo est peius & infidelius: tolerabilioris quippe impietatis esse uidetur, hæreditatem aliquem filijs suis minus relinquere, quā proprietatē hīs rerū penitus auferre: Potest enim aliquatenus ferri ista conditio, si aut amicis, aut affinibus, aut propinquis hac lege aliquid relinquatur. Filijs uero qui proprietatē rerum non tribuit, nil relinquit, sed inuenit iniquissima infidelitas parentū, quomodo à patrimonio suo deū penitus excludat, proprietatē rerum religiosi filijs auferendo: Vsum enim hīs dedit, ut esset quo ipsi uiuerent: proprietatē hīs tulit, ut quod deo relinquerent non haberent. O nouū irreligiosæ mentis ingenij: inuenit quo uideretur filijs suis maiore erga deū sua impietate consulere: Fecit enim ut sancta soboles usum rerū habens, sius rerum non habens, quasi locuples quidem uiueret, sed quasi mendica moreretur: ac sic testator infidelissimus plena de hoc mundo possit securitate discedere, cum sciret de suo ad deum penitus peruenire nil posse. Quamuis in hoc ipso quod supra dixi per usum rerū aliquā filios religiosos opum imaginē possidere, ne hoc sit quidē: quia etsi usus uidetur aliquid habere, conscientia tamen utētis non habet: nemo enim potest se uel breui diuitē credere, qui scit se propriū nil habere.

*Suscepta sponte paupertas Christianos decet.*

*Vsum fructum relinqui religiosi, proprietatē hīs quæ extra religionem uiuunt.*

**C** bere. Quid agis miserima infidelitas, & paganica, ut ita dixerim, irreligiositatis error: Ita ne tantum odisti deum, ut possis etiam filios tuos ob hoc tantum quia ad deum pertinent non amare? Meliori enim conditione quidam relinquunt liberos suos, quam tu relinquis filios tuos. In usu siquidem quotidiano est, ut serui etsi non optime, certe non improbe seruitutis Romana a omnis libertate donentur: in qua scilicet & proprietate peculij capiunt, & ius testamentarium consequuntur, ita ut & uiuentes cui uolunt res suas tradant, & morientes donatione transcribant. Nec solum hoc, sed & illa, quae in seruitute positi conquisierant, ex dominorum domo tollere non uentantur. Tantum eis interdum gratia patronae liberalitas impartit, ut etiam iuri suo detrahat, quod libertorum dominio largiatur. Quamto, o quisquis ille es infidelissime pater, quanto domini illi melius cum libertis agunt, quam tu cum liberis? Illi quae donant perpetuo iure donant, tu temporario: illi testamenti faciendi arbitrium dant libertis, tu tollis liberis: illi postremo seruos suos dant libertati, tu quasi addicis filios seruituti: Nam quid est aliud quam seruituti addicere, quos non uis aliquid quasi ingenutos possidere? More ergo illorum uteris, qui seruos suos non bene de se meritos, quia ciuitate Romana indignos iudicant, iugo Latinae libertatis addicunt, quos scilicet iubent quidem sub libertorum titulo agere uiuentes, sed nolunt quicquam habere morientes: negato enim hijs ultimae uoluntatis arbitrio, etiam quae superstitibus habent, morientes donare non possunt. Ita ergo & tu religiosos filios tuos quasi Latinos iubes esse liberos, ut uiuant scilicet quasi ingenui, & moriantur ut serui, & iuri fratrum suorum quasi per uinculum Latinae libertatis adstricti, etiam si uidentur arbitrij sui esse dum uiuunt, quasi sub illorum tamen positi potestate moriantur. Quid tantum quaeso, sceleris in titulo esse religionis putas, ut ideo eos qui religiosi sunt deo filios tuos esse non credas, quia filij dei esse coeperunt? In quo tibi hoc tam bonae uoluntatis quasi piaculo rei facti sunt, ut idcirco eos putes habendos esse peiores, quia optant esse meliores. Sed dicitis non eo a uobis animo hoc agi. Quod idem est ac si quis pia dicat, malas res bono animo a se fieri, & impietatis facinus pia mente committi. Quid prodest, o inhumanissimi parentes, quod filios religiosos bono a uobis de honorari animo adferatis? Res ipsa hoc respuit, res refellit. Parum est quod nudis adseruionibus dicitis, ipsi actibus uestris contra uos testes estis. Indignum ergo arbitramini, ut sancta ac placita deo pignora filijs mundo seruitutibus coparentur. Verum est, & bene arbitramini, si tamen arbitrio isto iuste, & in diuersum uterimini, id est, ut comparandos bonis filijs malos, & peccatores sanctis non putaretis: & quia apud deum uita ac meritis antecelleret, idem apud uos gratia atque honore superarent. Quid enim rectius? quid magis iustum, quam ut qui meliores sunt, idem etiam honoratiores essent? & qui uincunt iudicio, idem uincerent praemio: & qui antistant in Euangelio sacro, idem quoque in testamento humano antistarent: & hac saltem re concordaret cum uoluntate Christi parentum pietas ac uoluntas, ut quos deus praeposisset electione, eosdem etiam parentes anteponeret dignitate. Sed non solum hoc non agitur, sed in diuersum omnia aguntur: Praeponuntur enim puris inuiolatisque comaculati, praeponuntur fidelibus impij, praeponuntur lumini tenebrae, praeponuntur uita morti, praeponuntur terra caelo, praeponuntur mundus deo, & euasuros se huiusmodi parentes uel in hoc solo iudicio dei aestimant, qui cultum dei & dignitatem iudicij sui indignitate conculcant. Sed uidelicet non contemptu dei dicunt parentes haec a se fieri, sed causa atque ratione: quibus enim, inquit, relicta substantia relicturi sunt filios non habentes? Dicam quibus, nec nominabo eos, quos supra dixi pauperes dei, non alienos aut longe positos, ne durum aut inhumanum forte uideatur: illos dico charos & indiuiduos, & quos recte etiam uos qui multas soboles habetis filijs antefertis, ipsos se, inquam, homines, o infidelissimi parentes, ipsos se in qua, dicimus. Numquid potest cuilibet quicquam seipso proprius, nunquid charius inueniri. Suam unicuique uestrum animam, suam

Libertatem  
quae sequatur  
commoda.

Latina liber-  
tas.

Caelibes sa-  
cerdotes.

**A** suam salutem, suam spem commendamus. Et pios uos esse dicitis, quia filios diligitis: Nihil planè durius uobis, nihil inhumanius, nihil tam ferum, nihil tam impiu dici potest, a quibus impetrari omnino non potest, ut uos ipsos ametis: Pelle enim, inquit diabolus in scripturis sacris, pro pelle, & cuncta quae habet homo dabit pro anima sua: Dilectissimam esse animam suam homini etiam diabolus non negauit: & quae auertere omnino non cunctos ab affectu animarum suarum nititur, idem tamen charissimas esse debere cunctis suas animas confitetur. Quis ergo furor est, uiles a uobis animas uestras haberi, quas etiam diabolus putat esse pretiosas? Quis furor est, uiles a uobis haberi, quas etiam ille charas uobis debere esse dicit, qui uiles facere conatur: ac per hoc quicunque animas suas negligunt, etiam infra iudicium diaboli se amant. Quae cum ita sint, uideate uos, qui putatis religiosos homines non habere quibus relinquat substantiam suam: uideate uel iuxta diaboli opinionem: uideate si non habent, qui se ipsos habent. Sufficere quidem ad hanc negocij portionem de qua nunc agitur, haec quae iam diximus, satis arbitror, id est, quod praepone uita, spem, salutemque uestram cunctis omnino rebus atque affectibus debeatis. Sed ostendi id uobis forsitan non solis uirtutibus rerum, sed etiam autoritatibus exemplorum desideratis. Possim quidem dicere, maiora exemplis omnibus dei esse mandata, clamantia quotidie in omni mundo: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, thesaurizate autem uobis thesauros in caelo. Et alibi: Quae cumque homo seminauerit, haec & metet. Quae utique tam ad mundi homines, quam ad dei: tam ad eos qui filios habent, quam ad eos qui non habent: & que pertinet: quia cum uitam aeternam cuncti desiderent possidere, non est dubium, quod ubi par uniuersorum uotum est ad habendum, par esse curam omnibus ad promerendum, nec interesse ad augendam diuinorum uerborum autoritatem, impleant ea homines, an non impleant, quia uirtute eorum ex domini certum est consistere persona, non ex seruatorum obedientia, nec addi eis, nec decedere aliquid potest: quorum honor per auctorem deum semper aequalis est: Sed tamen si adiuuari se etiam exemplis hominum humana optat infirmitas, scilicet quo facilius etiam ipsa nunc faciat, quae alios fecisse ante cognoscat, ostendimus primo libro haec, quae etiam nunc ab aliquatis Christiani imitatoribus fiunt, non mediocriter, sed abundanter: nec a paucis, sed a populis: nec ab antiquissimis, sed penè a recentissimis uirgines esse completa: Quid enim noui, & adhuc propè in oculis constituti Apostolorum actus loquuntur? Omnes, inquam, qui credebant habebant in unum omnia communia. Et iterum: Gratia quoque magna erat in illis omnibus: nec enim quisquam egens erat inter illos: Quicunque enim possessores praediorum ac domorum erant, uendentes adferebant pretia uenditorum, & ponebant ante pedes Apostolorum. Alibi quoque: Et nemo ex eo quod possidebat suum proprium esse dicebat. Atqui hoc non paruus credentium numerus: ne quae forsitan minus scriptorum autoritas moueat, dum putat exempla esse paucorum. Quae fuerit quippe tunc multitudo ecclesiae principalis uel ex hoc solo agnosci potest, quod in principijs statim ipsis octo hominum milia ecclesiae accessisse referuntur, pateatque omnium aestimationi, quae ceteris diebus uniuersi generis multitudo concreuerit, ubi duo tantummodo dies, praeter disparem aetatem pariter ac sexum, tantam uirorum copiam praeparant. Unde cum etiam innumerabilis iam tunc, & tam perfecta plebs fuerit, quare a uobis cum quibus loquor, Christo dicam cuncti parentes in illis tot ac tantis tunc credentium milibus, tanta fidei perfectione uiuentibus, omnes ne cum filijs, an omnes sine filijs fuerint? Neutrū opinor: Nulla enim ecclesiae plebs est non de utroque permixta. Et ideo cum ecclesia utrumque habuerit, intelligere ergo possunt quicunque ex Christianis filios non habent, cui relinquere substantias suas debeant, cum uideant cui reliquerint tunc illi filios non habentes. Sin autem habent, discant quod etiam ipsos oporteat facere, cum illos uideant tunc parentes dei amore filijs praetulisse. Habet igitur omnis aetas, habet omnis conditio quod sequatur: quicunque est particeps fidei, participet se beati faciat exempli. Si illi tunc ob deum donantes omnia sua, etiam se ipsos exhaereditauerunt uiuentes, discite uos quae sumus, bona uestra uel ipsi haereditare morientes: Quae quidem, ut dixi, etiam uos o fidelissimi

Amorem no-  
stri diabolus  
etiam facit.

**C** parentes curiosius attentiusque pro uobis conuenit cogitare: Oportet quippe uos, mihi credite, etiam inter filios uestros salutis animarumque uestrarum non obliuisci: Pro pinqua enim uestra pignora esse uobis & coniunctissima satis certum est: sed mihi credite, nemo uobis propinquior, nemo coniunctior quam uos ipsi. Amate itaque, non oblitus, amate filios uestros, sed tamen secundo a uobis gradu: ita illos diligite, ne uos ipsos odisse uideamini. Inconsultus namque & stultus amor est alterius memor & sui immemor: Non accipiet, inquit scriptura sacra, iniquitatem patris filius, neque pater accipiet iniquitatem filii sui. Sed & Apostolus: unusquisque, inquit, proprium onus suum portabit, Relicta itaque filijs diuitiarum parentes non liberant de medicamine, imò relicta immoderate filijs facultas parentum est sempiterna medicamina: ac per hoc nulli parentibus magis noxium, quam filij nimis amati: Dum enim illi patrijs bonis affluunt, parentes in sempiternitate cruciantur. Etiam si tam pius sit filius, ut refrigerandi supplicij paterni gratia communicare cum patre postea bona relicta cupiat, non ualebit reddere: siquidem post mortem patri pietas filij non perdit, quod unicuique inde uotio sua & infidelitas denegarit. Ideoque iuxta Apostolum, unusquisque sarcinas suas cogitet, quia unusquisque hominum sua onera portabit. Flamma infelicium mortuorum diuitijs non refrigerant hereditum. Diues ille in Euangelio, qui purpura induebat & bysso, absque dubio quod locuples in hoc seculo ipse fuerat, etiam heredes suos morte ditabat, sed nequaquam hoc ei proderat, quod opibus ac talentis eius germani diuites incubabant: & ille guttam refrigerij impetrare non poterat. Illi erant in abundantia, sed ille in egestate; illi in gratulatione, sed ille in dolore; illi in diuitijs, sed ille in tormentis; illi fortasse iugiter in luxuria, sed ille semper in flamma. O infelix ac miseranda conditio: Bonis suis alijs praeprarat beatitudinem, sibi afflictionem: alijs gaudia, sibi lachrymas: alijs uoluptatem breuem, sibi ignem perennem. Vbi erant tunc affines: ubi propinquus: ubi uel filij, si habuerat, uel germani, quorum meminerat. & quis certe tanto amore dilexerat, ut eorum ne in supplicio quodam positus obliuisceret? Quid ei proderat, quod suffragabantur? Torquebat infelix, & opes suas alijs deuorantibus ille refrigerij guttam ardentes petebat, & impetrare non poterat. Et hoc, si quod addi ad poenam potest, per illum sibi tribui postulabat, quem aliquando contempserat: per illum qui in pure ac sanie computruerat: per illum, cuius foetorem ac squalorem longe refugerat, quod membrorum suorum ulceribus canes pauerat, quem scatentes uermium globi etiam intra recessus peresit corporis exararant. O grauis nimium & lugenda conditio: Pauper beatitudinem emit medicamine, diues supplicium facultate: Pauper cum penitus nihil haberet, emit aeternas diuitas egestate. O quanto has facilius tam multa rerum possessione diues potuerat comparare, quam inter tormenta aestuans, & inter supplicia proclamans: Pater, inquit, Abraham miserere mei, quia crucior in hac flamma. ut intingat extremum digiti sui in aqua, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Non horrebat tunc scilicet diues ille Eleazarum quondam pauperis manum, nec dedignabatur auxiliu. Inseri eius digitos ori suo, & mitigari intolerandas faucium flammam illius pridem foetida ac squalentis manus munere postulabat. O quanta rerum mutatio facta fuerat. Tangi tunc ab eo desiderabat, quem etiam uidere ante despexerat. Hanc ergo diuites cogitent, qui redimere facultatibus suis nolunt, ne ista patiatur. Diues fuit ille de quo nunc loquimur: diuites sunt & isti ad quos nunc loquimur: Unius sunt nominis, caueant ne sint etiam conditiois unius: Non liberabunt enim filij diuites parentes reos, nec restinguet flammam miserum testatoris delictis affluentibus opulentus haeres. Durum est ab aliquo filijs ac propinquis parum relinquere. Multo est durius in aeternitate torqueri: Opinor enim diuites illum cum torquerent. Non tantum delectabant opes heredis sui, quantumangebant tormenta corporis sui, non tantum delectabant, quod haeres suus bene epulabatur, quamangebant quod ipse male cruciabatur, non tantum delectabant quod haeres suus in exquisitis delictis affluebat, quamangebant quod ipse intolerandis ignibus diffluebat. Non tantum eum delectabant, quod haeres suus pascebat parasitos & heluones copijs suis, quantumangebant, quod ipse pascebat flammam medullis suis. Et puto, si quis ei tunc optionis copia praestitisset, utrumne mallet diuites

**A** diuites heredes suos esse, an se in miserijs tormentisque non esse, uoluerat profecto illos omnibus bonis alienari, dummodo ille possit malis omnibus liberari. Voluerat offerre omnia quae possederat, dummodo euaderet quae proferebat. Voluerat cunctam illam substantiam quam habuerat, & temporales argenti & auri thesauros pro se dare, ut iuges suppliciorum immortalium cruce, & perenne illud incendiū superiecta, si quo modo posset, diuitiarum suarum mole restingueret, & exundantes ignium globos, opposita ingentium facultatum immensitate prohiberet. Et quod dicit uoluisse eum, ut interminabile illud malum redimeret facultatibus suis: Plus dico aliquid. Voluerat omnem substantiam suam tradere, ut posset sibi in flammis situs unius saltem horae requiem comparare. Desiderans enim ad mitigandas faucium flammam uel unctum aqua pauperis digitum, quomodo non quantumlibet pretio mercari requiem praoptauerat, qui paruam refrigerij guttam tam magno ambitu postulabat: Sed iam ista quod proderat: aut quid iuuabat miserum, quod tunc pro se offerre omnia uolebat, qui male ante noluerat: Vel quid tunc proderat, quod dare cuncta cupiebat quae iam amiserat: qui nihil tunc pro se dederat, quando omnia possidebat. Sera quippe, ut ait in scripturis spiritus sanctus, sera est poenitentia mortuorum. Quoniam non est enim, inquit ad deum patrem sermo diuinus, non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? exclusi penitus a confessione peccati peccatorum mortuorum protestatur, nec posse esse quem postea dei memorem, qui in hac uita sui fuerit oblitus: Adeo omnis ei spes penitus absconditur, & omnis uitae aditus obseratur, ut cum una sit reo salutis uia preces ad deum fundere, & coelestem misericordiam incessabiliter orare, etiam hac peccator latiferum obliuionis animaduersione damnetur, ut ei nec memoria quidem dei, a quo sperare debeat relinquatur. Hanc ergo cogitent, quod dum filios habere post mortem diuites cupiunt, futurorum suppliciorum nec in morte meminerunt. Hanc cogitent, qui ut in hac caduca & breui uita heredes diuites habeant, aeterna se ipsos morte condemnant. In quo quidem non tam hereditibus consulunt, quam sibi obsunt. Non tam illos amant, quam se oderunt: quia non tam salubris amor est qui breui consulit, quam graue odium quod in aeternitate cruciabit. Et ideo deus noster, ut in primo dudum libello diximus, disciplinam parentes thesaurizare iubet filijs, non pecuniam: perennia praecipit, non peritura conferre. Scilicet quia res istiusmodi, atque opus sanctum, & filijs pariter & parentibus praesunt: filijs utique per disciplinam institutionem: parentibus, per munificentiam largitate. Et filijs enim hoc disciplina praestat, ut salutem capiant perpetuam: & parentibus largitur, ut mortem effugiatur sempiternam. Sed cui hac dicimus, aut cur dicimus? Vbi apertas aures, aut uidentes oculos inuenire poterimus? Omnes enim, ut de impijs legimus, penes omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est penes usque ad unum: Noua quippe amentia tam seculares, quam etiam quosdam religionem praefectos incessit homines: Si quidem ut dudum dicere coeperamus, iam non tantum filijs aut nepotibus, quod ob naturam necessitudinem ferri potest, sed etiam agnatis atque cognatis, neque solū, ut aiunt, ex directo, sed etiam ex obliquo, & extrasuerso, imò potius ex auerso, puerisque ueniētibz res propriae facultatis, id est pretij suae redemptionis addicit, sicut scriptum est: Non dedit deo propitiationem suam, & pretium redemptionis animae suae. Et paulo post: Simul, inquit, insipiens & stultus praesertim, & relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus eorum in aeternum. Quid inter stultum sit & insipientem, non est nunc differendi locus: nec sane interest quae inter eos meritorum sit differentia, quorum est una perditio. Quod causa itaque sufficit, cum dixisset simul insipientem & stultum esse perituros. Videamus quod uel ad causam, uel ad cumulum perditionis adiecerit. Relinquit inquit, alienis diuitias suas. Verum est: quod enim siue tam stultum, siue tam perditum: quod ut aliquis de suo non sibi consulat. Praesertim cum deus dicat nihil prodesse homini si totum mundum lucrifaciat, animam autem suam detrimentum patiat. Aut quam dabit, inquit, homo commutationem parua sua: Si ergo homines totum mundum spernere oportet, ne animam dana patiant: & propter suam salutem debet quae ipsa etiam sua lucra continere, quam infidelis est, quam insipiens est, quod ut alium diuitem faciat, animam suam ipse condemat: Maxime cum & ille non mul-

**C**ū adipiscat qui usum temporalium rerum accipit, & ille inestimabilia damna perferat qui fructum beatæ æternitatis amittit: Nam & ideo sequitur in psalmo: Sepulchra eorum domus eorum in æternum. Quam misera ergo erit ac perditio fors eorum, qui quasi sepulchris perennibus deputati, quâ conditione post mortem perferunt corporum, eandem quodammodo patiantur animarum: & quidem minus miseram, si eandem, aut si ad eos adiumenta insipientia, nec bonorum sensus, nec malorum passio perueniret. Illud acerbum atque intolerabile, quod similiter pereunt, sed non similiter puniuntur: illorum enim mors sempiterna sine sensu est: istorum omnium cum dolore. Ac sic conditionem hominum peccatorum perditio quidem facit pecudibus esse similem, sed tamen poenam grauiorem. Cogitetur igitur cuncta ista quæ dicimus, imò cogitetur cuncta illa quæ deus dicit, quæ sibi nec ante mortem omnino consulunt, nec in morte succurrunt, apud quos obliuio est penitus animarum suarum: nec interest penè iam apud homines quibus consulant, dum modo sibi omnino non consulant. Si qui enim ex istis de quibus loquimur morte appropinquante filios non habent, querunt infidelissime quos aut propinquos, aut affines suos dicant: Aut si id forte deest, querunt saltim aliquam nouarum necessitudinum ficta nomina, nec interest, ut dixi, apud eos quorum meminerint, dum modo sui obliuiscant: non interest quos amare se dicant, dum modo animas suas oderint: non interest quos diuites faciant, dum modo se æterna mendacitate consumant. O infidelitas, o infelicitas, o insania quod tantum quæso de se miserissimi omnium mali peremerunt, ut dum aliorum uoluptatibus seruiunt, se perpetuo persequantur? Videas enim a quibusdam infelicissima uanitate inuestigari quosdam novos ac nobiles propinquos: uideas incognitarum agnationum pudenda nomina, & recentium ac præpotentium affinitatum ridicula commenta: cum dicat quis de aliquo adoptiuo ac subitaneo propinquo: Illum hæredem facio parentem meum. Aut quæcumque sanctæ professionis uirgula uel puella: Illum hæredem scribo proximum meum: ac sic quosdam quis in omni uita quasi extraneos alienosque habuerat, subito in extremis propinquos habet: et quæ extranei semper fuere uiuentium, pariter esse incipiunt mortuorum. Introducunt enim multi repetere in testamentum, quis nunc introducere in affectum: & hoc maxime, ut dixi, aut locupletes, aut nobiles, aut honoratos, & qui nisi potentes essent pariter forsitan non fuisset. Ridicula miseræ testatoris ambitio, dans censum propriæ facultatis ad comparandum mendacium propinquitatis: emens pretio hæreditatis nomen hæredis, & totis patrimonij sui uiribus hoc elaborans, ne se ille qui hæres scribit parentem neget: & ut testator infelicissimus stultissima ac miserissima uanitate, factus hærede nobili, qui in uita sua humilior esse uisus est, honoratior in morte esse uideatur. O cæcitas, o insania, quanto studio imprudentissimi, infelicissimique homines id efficitis, id efficere curatis, ut miseræ in æternitate sitis? Quanto minore cura, minore ambitu id uobis præstare poteratis, ut semper beati esse possitis? Cuius rei quidem causam aliam omnino inuenire non possum, nisi solam tantummodo incredulitatem atque perfidiam, id est quod aut iudicandos se a deo homines esse non putant, aut resurrecturos omnino esse non credunt: Nemo est enim qui resurrecturum se & iudicandum a deo de operibus bonis ac malis certus sit, qui non uel spei ac beatitudinis suæ præstet, ut pro bonis operibus perennia bona capiat: uel timori atque discrimini, ne pro malis mala æterna patiat. Sed ab errore hoc uidelicet a Christiano nomine uidetur, ut dicant bona æterna futura non credere. Quid ergo causa est, ut si quispiam Christianus futura credit, futura non timeat? Quid ergo causa est, ut si credit quæ dixit deus, non timeat quæ minatur deus? Si non credit uerbis quæ dixit deus, non credat præmijs quæ promittit deus: Neque enim se perat promissionibus dei credere, qui non sic agit, ut possit ad promissa a deo præmia peruenire: in ipsa quippe hac uita hominum, si iudicandum se aliquis ab humana hac potestate, & rapitum ad tribunal terrenum esse cognouerit, aduocatos requirit, patronos adhibet, officialium atque apparitorum gratiam fauoremque mercatur, & hæc omnia metu iudicij futuri agit: cum tamen euentum iudicij comparare non possit, adeo & si uictoriam emere ipsam non ualeat, spem tamen uictoriæ magno emit. Dic mihi igitur, quisquis ille es, qui credere te iudicium

**A** te iudicium dei dicis, tu si uel supradictorum exemplum hominum iudicandum te esse a deo crederes, nonne spem ac salutem tuam quolibet pretio comparares? Sed non credis utique, non credis: Et licet credulitatem tuam uerbis uelis adseuerare, non credis: uerbis enim ut ait Apostolus, confiteris, sed factis negas. Denique ut infidelitatem tuam tibi met ex te ipso probem, dic mihi obsecro, quisquis ille es, qui substantiam tuam uel propinquo cuiuspiam diuiti, uel affini, uel si huius forte defunt, etiam extraneo derelinquis, cur ea non fanus a te atque incolumis abdicasti? cur non sospes ac uegetus hæredibus tradidisti: sed in testamento ipso prouidentissime caues, & sollicitè ac diligenter inscribis: quædoque ego ex rebus humanis excessero, tunc mihi tu ille charissime hæres esto. Dic mihi *Testantium uerba.* quæso, cur huic charissimo, ut ipse ais, ac deuotissimo tuo tam diu nihil de tuo tribuisti: tam diu nihil de tuo tradis, quam diu te putas esse uicturum, sed tum cum uides esse moriturum? Et quid dicam cum esse te moriturum uides? Imò id caues prouidentissime me, ne uel spirante, uel moriente te quicquam de tuo habeat, sed iam defuncto omnino, iam mortuo. Et mirum est quod hoc ipsum finis, & non addis ut iam funestato te tua habeat: iam exportato atque tumulto. Quamuis etiam in hoc quod ais: quando ego ex rebus humanis excessero, id ipsum cauisse uidearis. Hoc est enim ex rebus humanis penitus excedere, totum omnino cum suo corpore hominem in præsentia humanarum rerum esse desisse. Dic mihi itaque, cur hæc tam prouide in testamento caues? cur tam sollicitè ac diligenter interseris? absque dubio quia necessariam tibi dum uiuis rem tuam iudicas, quia alienare te facultatibus tuis non uis. Et iniquissimum putas, uiuo te & incolumi alium tuo diuitem fieri, te autem mendacitate consumi. Verum est, ac rectum putas, nec irrationabilem curam abnuo: Et quicquid a te in hunc modum dicitur probatur: sed in uno tamen mihi fatiscupio fieri a te: Quid est quod tu, qui tibi in uita ista usum rerum tuarum tantopere necessarium putas, fructus ac redditus facultatis tuæ post mortem necessarios esse non putas? Dicis absque dubio, quia mortuo nihil opus est, nec reseruandum mihi quicquam in tempus illud est, quia defunctus, ac nihil sentiens nec delectari possum possessione rerum mearum, neque amissione cruciari. Euidens causa est ergo, idcirco moriens substantiam tuam alteri deputas: quia capere ex ea fructus post mortem ipse non possis. Sed quid quod electissimum uas dei Apostolus Paulus testificatur & clamat, quæcumque homo in uita hac seminauerit, hæc post mortem metat: & qui parce seminat parce & metet: & qui seminauerit in benedictione, ex benedictione & metet? Ex quo aperte intelligi uoluit, eos qui seminauerint in paritate, benedictionem metere non posse: Cum enim dicēs, qui parce seminat parce & metet: & qui seminat in benedictione, ex benedictione & metet, euidenter utique benedictionem in sola posuerit largitate: ostendit parcos seminatores mendacitatem, largos benedictionem esse messuros. Sed fortasse hæc tibi, quicquid es o infidelis, aut parum ualida, aut parum aperta esse uideantur. Quid quod dominus ipse in Euangelio nihil quæcumque de operibus bonis perdere Christianum manifestissime docet, dicēs: Qui cumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, amen dico uobis non perdet mercedem suam. Quid dici euidentius potuit? Etiam eam rem in futuro habituram præmium esse dixit, quæ in præsentem pretium non haberet. Tantum honoris cultui suo tribuit, ut non nihilum esset illic per hominum operantium fidem, quod hic omnino nihil esset per rerum uisum paruitalatem. Sed tamen ne in hoc sibi quidem forsitan blandirentur, si multa habentes exiguis se putarent magna mercari, subtiliter posuit, etiam pro calice aquæ frigidæ non per raturam esse mercedem. Hoc utique euidenter ostendens, non pro paruo aliquid magnam esse reddendum, sed tamen qualecumque fidei opus non esse periturum. Habes itaque indubitabilem futuræ retributionis securitatem: habes recipiendorum bonorum operum satis idoneum uadem, qui quidem tantæ non solum fidei, sed etiam misericordiæ, atque pietatis est, ut non soluat tantum quod promiserit quasi debitum, sed

**C** sed etiā ostendat aliquid atq; ingerat, quo se magis faciat debitorē: Nam qui pro ca-  
lice aquae frigidae redditurū se dixit esse mercedē, non solum uult soluere quae acce-  
perit, sed etiā demonstrat aliqua quae soluat, pius scilicet ac misericordia plenus, &  
cōsulere uolens non solū diuiti largitati, sed etiā pauperulae officiositati, ostendit  
quo obnoxii sibi in aliquo deū facere possit, etiā qui qd̄ fœneraret penitus non ha-  
beret. Sed forsitan tibi, quicumq; diues es, indignū hoc facultatibus tuis opus pau-  
perculorū esse uideatur, & uelis aliquā ad te peculiariter p̄tinentē sponsonē dñicā  
repromissionis audire. Habes primū illud, qd̄ ad diuitē illū deus in Euāgelio loq̄r:  
Vade, uende omnia bona tua, & da paupibus, & habebis thesaurū in cœlo. Deinde  
illud, qd̄ p̄cepto interdītorio generaliter iubet: Nolite thesaurizare uobis the-  
sauros in terra. Et rursum: Thesaurizate autē uobis thesauros in cœlo. Postremo  
illa quibus omnes rerū mundialium possessores ad opus profluae largitatis spe infini-  
tae remunerationis inuitat, dicēs, q̄ omnis qui propter honorē atq; amorē suum, aut  
domum, aut agrū, aut quācumq; aliam facultatē in usus misericordiae prorogauit,  
centuplū accipiat in futuro. Insuper autē inquit: Et uitam aeternā possidebit. Quid  
spondere maius credentibus sibi potuit, qui magnis fœneratoribus suis centuplū  
se redditurū esse promisit: Nec solum hoc, sed uitam, inquit, aeternam possidebunt.  
Hoc multo plus est quā ipsa centupli retributio: quia idipsum quod quis incen-  
tuplo acceperit, in perpetuo possidebit. Non erit ergo tunc fragilis & caduca pos-  
sessio, nec in similitudinē terrenarū diuitiarum umbrā p̄tereuntis, aut somnij ua-  
nescētis more peritura. Quicquid datū à deo fuerit, immortale erit, quicquid acce-  
ptum fuerit, sine termino permanebit: ac per hoc, ut dixi, plus quā cētuplum ac-  
cipit, qui sic accipit: quia uincit centuplū pretium idipsum esse centuplum sempit-  
ernum. Quae cum ita sint, & cum tanta absq; dubio recepturus sit qui deo credit,  
**D** quomodo tu hijs rebus quas deo dederis, usurū te esse possit mortē non putas? qua-  
rum tibi non usum tantūmodo dominus, sed augmentū etiam, & superexcellētē  
cumulum pollicetur. Aut forte accipere hāc non uis? Sed hoc ratio non patitur, ut  
nolis: Nemo enim est inter homines, qui cum beatus esse ualeat, miser esse malit:  
nemo est qui cū habere possit delicias summi boni, pati uelit supplicium summi mali.  
Nullus profecto, nullus, & ideo ne tu quidē, nisi forte monstrosa sit in te aliqua &  
discrepans ab humano genere natura, ut solus tibi penitus bene esse nolis, solus be-  
atitudinē fugias, solus supplicij delecteris. Quod si utiq; non est, quid ergo causā  
est, ut nō uel moriēs & in ultimis situs, id saltem supremā oblationis officio, & o-  
mni rerum tuarū ambitu agas, ut si mereri à deo potes, locuples ac beatus sis: sin au-  
tem id non potes, certe uel pro hoc merearis, ut miser non sis, certe ut nō uraris, cer-  
te non torquearis, certe ut tenebris exterioribus non iniiciaris, & ardentibus sine fi-  
ne flammis non decoquaris. Quae cum ita sint, quid ergo, ut dixi, causā est, ut non  
omnibus modis uel mala fugias, uel bona adsequi uelis? Quid causā est quod hāc  
nō agis? Quid causā est, ut bona aeterna non emas? Quid causā est, ut mala aeterna  
nō timeas? Quid utiq; nisi illud quod p̄locutus sum, quod aut iudicandū à deo  
te esse non putas, aut resurrecturū omnino esse non credis: si enim crederes, quo-  
modo nō futuri iudicij inestimabile malum fugeres, & immortalia suppliciorū tor-  
menta uitares? Sed non credis, utiq; non credis, ac licet aliud & sermone adseras &  
professione, nō credis: sermo enim & professio tua iactitant fidem, sed uita atq; obi-  
tus publicant infidelitatē. Alioqui uince me: uinci uolo, non quero ut mihi credu-  
litate tuā superioris uitae actibus probes, uno cōtentus sum testimonio supremorū  
tuorū: Ecce iā, ecce morieris, egressurus de domo corporis tui, nesciēs quō iturus,  
quō abducēdus, ad quā p̄nalīa, & quā tetra rapiēdus: cui unū tantūmodo su-  
perest inter suprema perfugiū, una effugiēdi aeterni ignis specula dat, ut pro te offe-  
ras saltē qd̄ in substantia habes: q̄ aliud quod possis deo offerre iam nō habes, & tu  
immemor

**A** immemor tui, oblitus salutis tuae, de legatarijs nouis cogitas, de locupletando hāc  
de suspiras. Et hāc faciens credere te iudicium dei dicis, qui tibi cum iudicandus sis  
uel inter suprema non consulis: & cogitare te aliquid de salute animae tuae loqueris,  
cui nullus est anima tua uilior, apud quem prope non interest cui profis, dummo-  
do tibi noceas. Et credere te futurum iudicem dicis, apud quem nullus est minor,  
atq; despectior, quā ipse iudex: nam intantum eum spernis, intantū despicias, ut  
nec tibi metipsi consulas, dummodo eius iussa cōtemnas. Aut refelle me, & cōuin-  
ce si mentior. Clamat tibi ecce morienti ipse qui te iudicaturus est iudex tuus, ne  
ullum omnino hominē in prorogandis rebus ac facultatibus tuis plus quā te a-  
mes, ne ulli de substantia tua moriens magis quā tibi consulas: nullum tibi ani-  
ma tua propinquiorē, nullum iudices chariorem: Quid enim proderit, inquit Sal-  
uator, homini, si lucretur mundum totū, & detrimentū faciat animae suae? aut quid  
dabit homo commutationem pro anima sua? Hoc est dicere: quid tibi, o infelicissi-  
me homo proderit, si omnē mundum aut ipse habeas, aut tuis posteris relinquas,  
si salutis atq; animae detrimenta patiaris? Damna enim animae totū penitus secum  
auferunt, nec quicq; homo omnino habere poterit, qui seipsum damno animae pe-  
reuntis amittit. Aut quid, inquit, homo cōmutationem dabit pro anima sua? Hoc  
est dicere, non respicias, o homo, pecuniā, non possessionē, nec dubites saltem mo-  
riens pro spe tua quantū potes rei tuae ac facultatis offerre: quicquid libet enim de-  
deris pro te uile est, quicquid pro te obtuleris parui pretij est: quia anima tua in o-  
mniū rerum est cōparatione pretiosior. Et ideo nihil dubites pro te dare, quia si te  
amiseris, omnia in te p̄dis: si autē lucri te feceris, tecū & in te omnia possidebis. Cū  
hic ergo tibi iam moriēti, o homo quiscq; es, dominus deus tuus clamet, tu mentē  
obduras: tu aurē obstruis, & nudis sermonibus fidem adferens, sufficere tibi putas  
**B** uerba pro rebus: ac satis te firmum aestimas credulitatis habere subsidiū, si deū quē  
rebus atq; operibus tuis despicias, uerbis mēdacibus honorare uidearis: Fili, inquit  
scriptura sancta, si habes benefac tecum, & deo bonas oblationes offer. Et alibi:  
Miserere, inquit, animae tuae. Vide pietatē erga te domini nostri, uide quā misē-  
ricors sit dominus deus noster, qui nos ipsos pro nobis misericordiam rogat: misē-  
rere, inquit, animae tuae, hoc est dicere, miserere etiam tu illius, cuius uides misera-  
tione me frangi: miserere illius tandem, cuius misereor ego semper: miserere tu ani-  
mae saltem tuae, cum misereri me cernas alienae. Et quid post hāc, o miserime ho-  
mo, cum deus sic tecum agat, non acquiescis: rogat te ut tui miserearis, & non uis:  
causam tuam apud te agit, & ad te non admittitur: dignatur te pro te petere, & à te  
non potest impetrare. Et quomodo, quisquis es o miserime homo, quomodo  
te postea supplicatē ille in iudicio suo audiet, cum tu hic eū pro te rogantē audire  
ipse nolueris? Sed uidelicet causa grandis est, qua deū audire nō possis: circumstant  
enim te aegrotantē cognati atq; agnati tui, circumstant locupletes matres familiae, cir-  
cunstant nobiles uiri, obsidet lectū infirmitatis tuae sericis atq; auratis uestibus cir-  
cunfusa numerositas. O quantus fructus aeternitatis est, talibus bona propria ero-  
gare mendicis: digna uidelicet causa & satis iusta est, ut tua animae tuae auferas, qd̄  
egenis talibus derelinquas. Sed nimirū misericordia frangeris, & lamentantiū pro-  
pinquorum pietate superaris. Est certa ratio. Vides quippe opulentissimi ac splen-  
didissimi cultus homines, tibi anxios, tibi flētes, tristi uultu, & festo habitu cōposi-  
tas ad moestitudinē facies tibi ostentātes, per imaginariā sollicitudinē suam emen-  
tes hereditatē tuam, quem non moueat tanta pietas: quem nō moueat talis dolor:  
Aut quomō cū hāc talia uideas nō obliuiscaris tui? uides em extortas lacrimas,  
simulata suspiria, fictā anxietatē, non optantē ut cōualescas, sed expectantē quan-  
do moriaris: Vides defixos in te, & quasi accusantes tui obitus tarditatem omni-  
um uultus. O infelicem te ac miserimum, cuius supremum exitum tantus deside-  
rat

*Nobis amissis  
omnia percūt*

*Circumstantiā  
heredū turbā*

**C** rata precatur numerus propinquorū, nisi quod scio ac satis certus sum nihil omnino apud deum uota talium preualere: Nam mirari possem forte, posse te uiuere, quē mori tam multi uelint: & propter hos, quisquis es, o miserime omnium, propter hostales animā tuam deseris, & credere te iudicium dei dicis, cum adhuc eius iussa despicias, ut patrimonium tuum talibus derelinquas. Disperfit, inquit Propheta de eo qui deum credit, disperfit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in aeternum. Sed & Saluator ipse ad omnes diuites: Vendite, inquit, quae possidetis, & date eleemosynā. Et alibi: Vende quae habes, & da pauperibus: Nunquid dicit, agnatis tuis da: nunquid affinibus: Non utique, sed pauperibus, sed egenis. Nunquid propinquo diuiti: nunquid ulli omnino hominum prepotenti: Non utique, sed inopi, sed egestuoso. Et recte. Nunquid enim cum locupletibus cognatis tuis substantiam tuam dederis, iustitia tua manet in aeternum: aut cum diuitias eorum diuitijs tuis auxeris, thesaurum habebis in caelo: Vae, inquit Propheta, hijs qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce. Etiam laudari a te tales hos deus prohibet, & tu ditare non metuis: Dari hijs praedicatoria uerba non uult, & tu etiam talenta largiris: Honorari uita eorum fictis sermonibus uetat, & a te thesauri eorum diuitiaeque cumulantur. Sed ueris uidelicet uultus circumsidentium propinquorum, & praesentes, atque obsidentes lectulum tuum metuis offendere. Ne timueris eos, inquit dominus per Prophetam, neque paueas a facie eorum, quoniam domus exasperans est. Ideo etiam tu esto intrepidus, & constans, non formides uultus eorum, neque frangaris ambitu eorum, despice concupiscentes hereditatem tuam, & diuidentes iam inter substantiam tuam, qui non te, sed patrimonium tuum diligunt, imo qui cupiditate rerum tuarum te execrantur: nam dum tua impatienter sitiunt, te oderunt, praesentiamque tuam quasi aemulam sibi, & aduersariam iudicantes, obicere atque obstaculum putant cupiditatis suae esse quod uiuis. Despice ergo hostales, ac nihil facito, non te moueant blandimenta eorum, uenena tibi sunt, non respicias adulationes eorum, gladij sunt iugulatores tui, & quidem ferreis atque hostilibus gladijs teriores: illos enim homines cuncti uident, istos incauti non uident: illi quia aperte sauiunt, euitantur: isti quia occulte insidiantur, occidunt: & hoc periculosiores sunt, ac nouo nocendi genere peiores, quod illis ferreis gladijs nemo est penitus qui se laedi uelit, istis multi se etiam occidi uolunt, noua atque inestimabilis mali letalis illecebra. Illis gladijs quicumque percutitur, & timore pariter, & dolore torquetur: istis quicumque occiditur delectatur. Fuge ergo hoc malum tale, fuge assentationes insidiantes tibi, fuge obsequelas noxias tibi, fuge ambitus deceptorum tuos, ista sunt officia quae te iugulant, ista sunt quae in mortem trahunt: fuge eorum talium blandimenta, fuge horum sedulitatem: isti sunt carnifices ac tortores tui, qui te in praesenti quidem ambiunt, sed in futuro necant, & confertis quodammodo manibus, ac uelut coniuurati mutua factione in sempiternos tartari ignes cogere ac praecipitare conantur. Et ideo non timeas eos, non expauescas, erige animum, & uim sanctae autoritatis adsume: Si enim illi tantopere admittuntur ut pereas, cur non maiore tu animo adnitaris ut uiuas? Confortare ergo, & constanti animo tibi consule. Satis infidelis, ac satis stultus est, qui mauult praestare alijs ut sit miser, quam sibi ut sit beatus: & ut alios affluere faciat delictijs temporarijs, se tradit uenturum ignibus sempiternis.

Cognati non  
amant nos sed  
res nostras:

**D**

TIMOTHEI EPISCOPI AD ECCLESIAM

CATHOLICAM LIBRI TER

TII FINIS.

TIMOTHEI

## A TIMOTHEI EPI

SCOPI AD ECCLESIAM CATHOLICAM

CAM LIBER QUARTVS.



**A** On me praeterit domina mea ecclesia, cultrix beatae spei, haec quae libellis superioribus diximus, nonnullis filijs tuis Christum parum amantibus displicere. Sed nos uoluntates eorum non magnipendimus, quia nec mirum est, si eis eloquentia de deo uerba non placeant, quibus ipse forsitan deus non placet, nec expectandum, ut insinuatorem salutis atque animarum sermonem ament, qui salutare ipsam atque animas suas non amant. Sufficiat utique sicut in alijs, ita etiam in hac parte nobis sensus tantum & iudicia sanctorum, quibus itaque unum atque idem apud nos sentientibus, certi profecto sumus etiam deum ipsum sentire nobiscum, qui cum in sanctis suis spiritus dei maneat, absque dubio deus illic est, ubi illa pars fuerit, a qua dei spiritus non recedit. Prauorum enim hominum, id est, uel paganorum, uel mundalium sensus, aut parui existimandi sunt, aut nihil omnino faciendi: quia si hominibus, inquit Apostolus, placere uellem, Christi seruus non essem. Illud durius ac molestius, quod quidam, ut arbitrator, filiorum tuorum sub religionis titulo a religione dissentiant, et habitu magis seculum relinquere, quam senium. Quorum ni fallor, sententia hoc habet atque adserit: Omni omnino homini Christiano propinquitate in exitu magis considerandam esse, quam Christum. Et quia profana penitus perseverat execrabilisque sententia, uelare, ut puto, infidelissimam praedicationem quasi umbratili, ut reor, quadam adiectione conantur, dicentes: Cunctos qui credant deum, sanos tantum atque incolumes officiosos Christo esse iam debere, ceterum exiitum a seculo, carnalis magis propinquitatis, quam diuini officij oportere meminisse. Quasi uero homines Christianos alios esse oporteat incolumes, alios iam de hoc seculo recedentes: & alios se cuncti exhibere Christo debeant in sospitate, alios in morte: alios in superiore uita, alios in posteriore. Quod si ita est, ergo alterum quis habiturus est Christum iuuenis, alterum senex, & toties debent homines demutari fide, quoties demutatur aetate. Si enim erga dei cultum alter quispiam futurus est uiuens, alter infirmus: alter sanus, alter agrotans, ergo prout status fuerit humani corporis inaequalis, ita erit homini etiam deus ipse mutabilis: & quoties fuerit in homine ualeudo contraria, toties erit etiam religio diuersa, quasi uero qui incolumes Christi esse debent, morientes Christi esse non debeant. Et ubi illud est: Qui perseverauerit in fine hic saluus erit: Aut illud in Prouerbijs sacris diuini sermonis oraculum: Sapientia in exitu canitur. Quo utique ostenditur, licet salubris sit in omni aetate sapientia, praecipue tamen omnes in exitu suo debere esse sapientes, quia sapientia, inquit, in exitu canitur, id est, laudari penitus anteactae aetatis prudentia non merebitur, nisi bono fine claudatur. Sufficit, inquit pestilens praedicationis, sufficit praeteritum opus homini, etiam si in fine nihil faciat: Ego multo plus addo, aut non minus eis si potest morte uicina, aut certe plus multo esse faciendum: Primum, quia de bono opere nihil nimis est. Deinde quod ad tribunal dei pergens magis placare iudicem debet, quasi iam in iudicio constitutus: Postremo quod si aliqua ante exitum bona fecit, multo magis facere iam in exitu suo debet, ne deterior scilicet superioribus uitae actibus finis esse uideatur. Si autem ante bonis operibus parum studuit, multo utique magis facere eum uel in exitu suo conuenit, ut quod uita anteriore non reddidit, saltem in extremitate perfoluat: & qui ex hoc re-

Vita finem non  
nulli donabant  
propinquitatibus.

Matth. 10.

Allusit ad Solomonis dictum.

L us est,

**C**us est, quod ante neglexit, uel per hoc excusari aliquatenus domino suo possit, quod præteritam inhumanitatem ultimam saltem deuotione compenset. Sed ad superiora redeamus: Sapientia, inquit sermo diuinus, in exitu canitur. Cur eam non dixit cani in pueritia; cur non in iuuetute; cur non in statu rerum incolumium; cur non in prosperitatibus secundorum; scilicet quia in hijs omnibus quicquid laudatur incertum est. Quam diu enim quis subsacet mutationi, non potest cum securitate laudari: & ideo ut ait sapientia, in exitu canitur. Exiens enim quis de incertis periculorum, certum merebitur euasa omni rerum uarietate suffragium: quia tunc stabilis & firma laus est, quando meritum non poterit iam perire laudari: sapientia, inquit, in exitu canitur. Quid

*Sapientia Christianorum timor et amor.* est quæso sapientia Christiani: quid nisi timor et amor Christi: Initiu enim, inquit, sapientie timor domini. Et alibi: Perfecta, inquit, dilectio foras mittit timorem. Ergo ut uideamus initiu sapientie in timore Christi, perpetuo in amore: Itaque si sapientia Christiani timor est atque amor domini, ita demum uere sapientes sumus, si deum semper ac super omnia diligamus, & hoc cum omni tempore, tum præcipue in exitu nostro: quia sapientia in exitu canitur. Si ergo sapientia per hoc maxime in exitu canitur, si deus super omnia diligatur, quæ igitur infania est, ut dicat aliquis, Christum carnali propinquitati præponi ab incolumibus oportere, a morientibus non debere: Cur enim cum præferant incolumes, si non debent præferre morientes: Aut si potest quispiam religiose agnatos atque adfines suos Christo in morte præponere, aut si potest, cur non religiose etiam ante præponat: Aut si est ulla hora in uita ultima, qua quis plus alios diligere debeat quam seipsum aut deum, cur non & in uita anteriore plus diligat. Ac sic fit ut soluatur omnia & euanescent, intereatque, neque ullum quis uiliorem habeat quam seipsum, neque ullum inferiorē quam deum. Si enim ullum est tempus, quo ab aliquo possit deus ad finibus aut propinquis iure postponi, nullum est quo possit iure præponi: sin autem, quod uerum est, nullum est omnino tempus, quo deo quisque debeat anteponi, nullum est omnino tempus, quo possit iure postponi, nullum utique: & ideo ne in extremis quidem, quia etiam iustum hominem Propheta in die qua errauerit, dicit esse periturum. Itaque si omnis iudicio dei error errantis perditione multat, & hijs quoque erroribus uita hominum periclitatur, quibus usitate atque communiter innocentia humana polluitur, quid futurum existimamus, ubi in deum ipsum detestabili infidelitate peccatur: Si enim inquit Apostolus, omnis inobedientia iustam accipit mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem: Nullus autem salutem ueram plus negligit, quam qui deo aliquid

*Deo aliquid præponere est contemnere salutem.* quid antepont: cum enim salus nostra munus ac misericordia dei sit, quæ ei ratio consequenda salutis est, qui deum ipsum despicit, in cuius misericordia salus nostra consistit: Aut cum iudex & uiuorum sit deus & mortuorum, quæ ei spes in dei iudicio esse poterit, quem etiam moriens iudicio suo spreuerit, a quo est statim mortuus iudicandus: Et ideo, ut scriptura diuina ait: In quo iudicio iudicat, in eo iudicabitur de eo. Hoc est, quo iudicio iudicat de deo, eo ipso iudicabitur a deo, neque iniquum putare poterit, si eum cunctis in futuro dominus postposuerit, qui in præfenti deum cunctis ipse postponit: nec queri, si eum omnibus deus æstimet damnablem, cum ipse omnibus deum æstimet uiliorem. Sed dicit aliquis, non se hoc animo ista facere, quo aut contemnat deum, aut uilem putet, sed quia uel amet eos, quos hæredes instituit, uel honoret. Adquiescamus hoc ita esse, omnibus erime etiam alijs flagitiosissimis, & criminosis reis excusatio ista suppetit: Nam dicere & fornicatoribus licet, non se hoc animo fornicari, quod deum spernant, quia calore corporis atque infirmitate uincantur. Et homicidæ id adfirmare possunt, non se contemptu dei humanum sanguinem fundere, uel odio enim se, uel cupiditatis tantum scelera præstare. Sed quid prodest malis hæc excusatio, cum scilicet nihil inter sit, qua se quispiam dicat peccare causa, cum sit omne peccatum diuinitatis iniuria

**A** iniuria. Adquiescamus tamē ut supra dixi hoc ita esse, nec ex contemptu dei res suas quempiam alij magis quam deo tradere, sed uel amore hæredis sui uel gratia se ad hoc trahi, uel certe amore compelli. Sed quid facimus: quod hoc ipso magis incuria dei probatur atque contemptus: Si enim, o quisquis es ille, per id quod hæredibus tuis uel quibuscunque res proprias derelinqs, & honorare te eos indicas & amare, deum utique cui non relinqs, nec honorari a te indicas, nec amari. Ac per hoc quicquid pro te dixeris, contra te est, & ad contemptum atque ad contumeliam dei pertinet amor & honorificentia cæterorum: Cum enim alijs ideo relinquo, quia eos honoras, deum cui non relinquo utique non honoras, cum alijs ideo relinquo multa, quoniam amas: Deo ideo non relinquo profecto, quia non amas. Ecce enim adsistit tibi morienti atque testanti homo pariter ac deus. Res aperta est, & non dubia, quem elegeris prætulisti. Si in uno est honor solo, necesse est in alio inueniatur esse despectio. Si homo qui præfertur gaudet se a te diligi, necesse est ut se doleat deus qui præmittitur non amari. Sed putas deum uidelicet munificentia hominis non egere, & ideo quid necesse est, inquis, ab homine ei quippiam tribui, qui ipse cuncta omnibus dedit: Vtrum egeat munificentia nostra dominus, an non egeat, aut quomodo uel egeat, uel non egeat, iam uidebimus. Interim, quia ab eo cunctis cuncta præstata, etiam tu negare non ausus es, hoc dignior est absque dubio largitate nostra, quia nobis ipse ante largitus est, hoc iustus ei officijs respondere tentamus, quod beneficijs illius magis impares sumus: Nam & natura ipsa hominum, consuetudoque communis hac quasi generalis cunctos lege confringit, ut a quibus aliquid liberalitatis accepimus, plus eis gratiæ debeamus: arctat quippe nos ad retributionem dati accepta largitio: Ante usum enim ac munificentiam liberalitatis alienæ liber est quispiam, beneficiorum fœnore non grauatus, cogitur autem omnes ipsa conscientia sua ad repensationem uicissitudinis, postquam esse cœperunt debitores. Ita ergo & deo hoc maiora debemus, quod ab eo cuncta percepimus, & hoc respondere beneficijs illius minus possumus, quod ei etiam si quod debemus redhibere cupiamus, tamen de suo reddimus. Ac per hoc non est quod placere sibi quisquam largitione sua debeat, sicut sua non sunt cuncta quæ a domino suo accipit: sic sua non sunt cuncta quæ reddit. Et ideo perfidie quidem pœna debetur ei, qui negauerit deo quæ sunt sibi ab eodem comodata. Imputare autem largitionem non potest, qui reddiderit accepta, nihil minus quam ut non egeat. Sed deus, inquis, non eget retributione: Non eget enim iuxta potentiam suam, sed eget iuxta præceptionem suam: non eget secundum maiestatem suam, sed eget secundum legem suam: & in seipso quidem non eget, sed in multis eget: non querit in se munificentiam, sed in suis querit. Et ideo non eget quidem iuxta omnipotentiam, sed eget iuxta misericordiam, non eget deitate pro semetipso, sed eget pietate pro nobis. Quid enim dicit ad pios, ac largos dispensatores deus: Venite benedicti, possidete regnum patris mei, quod uobis paratum est a constitutione mundi: esuriui enim & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere. Et alia in hunc modum. Et ne hoc causa, de qua nunc loquimur, parum forsitan uideretur, adiecit rerum diuersitatem auaris & infidelibus dicens: Ite maledicti in ignem æternum, quem paraui pater meus diabolo, & angelis eius: esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere: nudus fui, & non operuistis me. Vbi ergo illi sunt, qui dicunt dominum Iesum Christum officio nostrorum munerum non egere: Ecce & esurire se pariter & sitire, & algere commemorat. Respondeat quilibet horum si non eget qui esurire se queritur: si non eget qui se sitire testatur: Ego plus addo aliquid, Christum non solum egere cum cæteris, sed plus multo egere quam cæteros: in omni enim pauperum numero, non est uniuersorum una paupertas. Sunt enim quidam, quibus etiam si uestimenta desunt, alimenta non desunt: multi sunt hospitio egentes, uestibus non egentes.

**C** res, multi domo carentes, sed non substantia: Sunt denique quibus & si desint multa, non desunt omnia. Christus tantummodo solus est, cui nihil est quod in omni humano genere non desit. Nullus seruatorum suorum exultat, nullus frigore ac nuditate torquetur, cum quo ille non algeat. Solus cum esuriētibus esurit, solus cum desunt. sitientibus sitit. Et ideo quantum ad pietatē illius pertinet plusquam cateri eget: omnis enim egestuosus pro se tantum & in se eget: Solus tantummodo Christus est, qui in omnium pauperum uniuersitate mendicet. Et cum hac ita sint, quid ais: o homo, qui Christianum te esse dicis, cum Christum egere uideas, tu facultates tuas in quibuscunque non indigentibus derelinquis: Christus pauper est, & tu opes diuitem cumulas: Christus esurit, et tu delicias affluentibus paras: Christus etiam aqua sibi deesse queritur, & a te apothecae ebrioforum uino replentur: Christus rerum omnium egestate conficitur, & a te luxuriosis copia congregantur: Christus tibi pro muneribus a te datis praemia sempiterna promittit, & tu nil praestaturis cuncta largiris: Christus tibi & pro bonis bona immortalia, & pro malis mala aeterna proponit, & tu nec bonis caelestibus flecteris, nec malis perennibus commoueris: Et credere te domino tuo dicis, cuius nec remunerationem desideras, nec iracundiam contremiscis: Non credis igitur, sicut iam diximus libro superiore, non credis, & licet de conuerforum uenerabili choro esse uidearis, licet religionem uestibus simules, licet fidem cingulo adferas, licet sanctitatem pallio mentiaris, non credis omnino, non credis, & hoc tam uiris istiusmodi, quam foeminae dici non credunt. Induat sibi quamuis quilibet habitum sancti nominis, & titulum sacrae religionis inscribat, si de substantia sua alijs magis quam sibi consulit, profecto non credit: nemo est enim credens, qui facultates suas alijs prodesse malit, quam sibi: nemo est qui beatitudinem alijs misericordia sua emere contentus sit: nemo est qui ut alijs paret delicias temporarias, subire egestates cupiat sempiternas. Et ideo qui patrimonio suo alijs magis quam sibi consulit, profutura sibi quae deo dedit omnino esse non credit. Dicat enim mihi quilibet horum, cur facultates suas alijs derelinquit: nunquid ideo, quia profuturae cui reliquerit esse non ambigit: Ideo absque dubio igitur quicumque ille es, si ea quae alijs relinquis ideo relinquis, quia profutura ei cui reliqueris certus es, sic profecto, si quaecunque religiosi muneribus prorogasses profutura esse tibi crederes, tibi absque dubio peculiariter deputares: quia quanto te plus amas, quam eos quibus relinquis, tanto magis tibi relinques, si profutura ea tibi uel tenui opinuncula iudicares. Non enim te odisti, ut prodesse tibi nolis, sed quae pauperibus dereliqueris profutura tibi esse non credis. Vnde est quod alijs magis quam tibi consulis, quia profutura tibi opus religiosum esse non credis, sicut credis itaque sic recipies: Tu Saluatorem perparauit, & te Saluator nihil: Tu Christum postponis alijs, et te omnibus Christus: Tibi comparatione etiam hominum perditorum uilis est dominus, & tu eris inter periturorum ultimus deputandus. Sed blandiris tibi forsitan, ut iam ante aliquo religioso professionis intuitu, ignoras quod magis es deo debitor, quia proposito sanctitatis maiora promittis, & ideo plus tolerabis supplicij, quia minus solueris sponsonis: Seruus enim, inquit sermo diuinus, qui nescit uoluntatem domini sui, & non facit eam, uapulabit paucis: qui autem scit, & non facit ea, uapulabit multis. Et tu specie professionis grandia polliceris, & rebus nulla restituis, falsarij criminis reus es, deo cuncta mentiris. Nec immerito sacer sermo iudicium de templo dei incipiendum esse testatur: Iudicium enim, inquit, de domo domini. Alibi quoque: Et a sanctis inquit, meis incipite. Sed ad superiora redeamus. Ite inquit avaris atque incredulis deus, ite in ignem aeternum, quem parauit pater meus diabolo, & angelis eius. Ad liberandum uidelicet te ab hoc malo, quibusdam forsitan bonis

*Prætexere religionem cultu corporis.*

**D**

*Mentientes aliquo suo religionem grauius puniuntur.*

**A** nis corporalibus uteris, pudicitiam quippe amasse te iactas: Sed memento, quia & illos quos in Euangelio immortalibus poenis Saluator tradidit, impudicitiae non no tauit. Sobrietatem tibi met placuisse commemoras: Nec illi de quibus scriptura lo quitur, ebrietatis crimine puniuntur. Ieiunasse te dicis: Nec illos prandia reos esse fecerunt. Sed uidelicet magna causa est, qua tibi abstinentia ac ieiunio tuo placeas: qui ad hoc ieiunasti, ad hoc parce exiliterque uixisti, non ut post mortem tuam egenos facultatibus tuis pasceres, sed ut censum cuiuscunque haeredis diuitijs ampliores, magnos uidelicet abstinentiae fructus capis. Minus enim panis tu manduca sti, ut auri alius plus haberet. Tibi ueter frugalitate decreuit, ut cuiuscunque hominis fortasse uitiosi thesaurus cresceret. Cum ergo ad iudicium dei ueneris, iure impu tare ei ieiunium tuum poteris, dicens: Ieiunauit domine & abstinui, ac diu me ab omnium deliciarum fruge suspendi, & res hoc probat: Ecce enim nunc haeredes mei de meo affluunt, immensarum diuitiarum copijs & abundant. Et ut aliquid pro te etiam Euangelica lectione praesumas, hoc quod Saluator dixit de per ditissimo illo diuite, potes & tu forsitan de haeredibus tuis dicere: Induuntur pur pura & bysso, & epulantur splendide, incubant defossis a me talentis, premunt argenti & auri congeatas strues, materiam quoque hijs uoluptatum omnium praeparauit, distenduntur delitijs a me relictis. Ego diu abstinui ut nunc illi inebria rentur: Crapula nunc est illorum uetus frugalitas mea, natant tricliniorum redun dantium pauimenta uino, salerno nobili lutum faciunt, mensae eorum ac toreu mata mero iugiter madent, semper uida sunt, luxuriant in peristromatis, quae ego feci: fornicantur in sericis, quae reliqui. Et cum haec omnia pro te dixeris, quomodo non aeternam a Christo remunerationem mereri poteris, cui in talibus sanctis tan tarum deliciarum copiam praepararis: O quanto melius, quaecunque illa es, quan to melius & salubrius pauper fueras & egestosa, quam diues: paupertas enim te deo insinuare potuisset, diuitiae ream esse fecerunt. Rectius ergo per indigentiam salua fieres, quam per opes tuas & te & alios praeruaisses: te scilicet, dum mala alijs relinquis: alios, dum a te relictis & ipsi usu inhumanissimo male possident, & post se male alijs derelinquent. Si uis ergo, quaecunque illa es, si uis tibi esse con sultum, si uis aeternam habere uitam, & cupis uidere dies bonos, relinque sub stantiam tuam indigentibus sanctis, relinque claudis, relinque caecis, relinque languentibus: sint facultates tuae alimenta miserorum, sit opulentia tua pau perum uita, ut illorum refrigeria praemia tua sint, ut illorum refectio te reficiat. Si enim illi de tuo edent, tu saturaberis: si illi de tuo biberint, tu sitis tuae aestum ardoremque restingues: te illorum uestitus uestiet, te illorum apricitas de lectabit. Non ergo uile ac despicabile putes, si substantiam tuam miseris atque e gentibus derelinquas, Christum in illis facies haeredem. Et quid dicam de Christi nomine: Christum quidem haeredem facis, sed tu haereditatis emolumenta percipi es: quaecunque enim Christo reliqueris, per Christum omnia possidebis. Sed haec tu ut reor friuola esse iudicas, & quasi somnia quaedam ac deliramenta contemnis: non enim credis Christum uera dixisse, & res probat nequaquam te ei credere: nam qui mandata eius nec in postremis facis, aut nulla esse omnino aestimas, aut falsa esse contemnis. In quo quidem, ut ante iam dixi, lugere omnes sanctos ac flere conuenit, nulli te & alios tui similes, nulli minus quam Christo credere. Si tibi qui cunque ex cauponibus quid promitteret, fidem promittenti non abnegares, si mutuum a te quippiam propola aut falsamentarius postularet, redditurum eum non dif fideres quae dedisses. Mendacibus denique interdum atque periuris, cautione facta & dato fideiussore, res creditur: Christus tibi & fidelissimam cautionem & fideiuf fores optimos dedit, cautionem scilicet Euangelium, fideiussores Apostolos suos. Et si id parum est, Patriarchas, Prophetas, Martyres suos, totam denique diuina

*Diuitiae reos nos faciunt nonnunquam.*

*Christum aliquo modo haeredem facimus.*

*Christus fidei iussores dedit nobis promissorum suorum.*

**C** rum seriem literarum, & non credis ei, nec fidem comodas: Quem rogo tam prodigum inter homines, ac tam miserum inuenire possis, cui fidem sub tot fidei iussoribus denegares: Das itaque res tuas diuitibus, & egenis negas, Das luxuriosis, et negas sanctis, Das cuiuscumque fortasse perditio, & negas Christo, Prout ergo iudicasti, sic iudicaberis: sicut elegeris, sic recipies, Non habebis cum Christo partem, quem despexisti: cum hijs habebis, quos praeluisti. Sed dicit fortasse aliquis ex infidelium numero, non dignam esse causam quae uel deum moueat, uel homines in aeternum periculum trahat. Scio quidem quod omnes rei ueniabiles putant semper reatus suos: nam & furta furibus leues culpa sunt, & innocua ebriosis uidetur ebrietas, et apud impudicos fornicatio scelus non est: quia nullum omnino tam grande crimen est, quod non cuius facinore committitur eius sententia subleuet. Sed si quis uult ex peccatoribus scire, quam grauius censenda a deo sint magna crimina, discat qualiter in semetipsis puniant sancti etiam leuia peccata, conscientia scilicet iam ex ipsius dei dictis futuri examinis, ac per dei sui uerba etiam iudicia rimantes, & ideo semper in dei opere, semper in compunctione, semper in cruce positi beati, qui cum omnium misereantur, sibi nunquam penitus ignoscunt: in nullo sibi parentes, sed totos se admodum deo impendentes, & ideo in futuro iudicio digni praemio: quia hic apud se iugiter in reatu. Nam de misericordia eorum ac largitate quid dicam: quae uirtus apud eos quasi uirtutum omnium inuicatrix est. Plerique enim eorum haec habent quasi exordia, & quasi incunabula conuersionis suae, ut priusquam libenter in sanctae professionis introeant, de proprijs sibi facultatibus nil relinquunt, secundum illud scilicet domini nostri dictum, quo ait: Vende omnia bona tua, & da pauperibus, & ueni sequere me. Et illi itaque secuturi uocantem deum, prius uendunt omnia quam sequantur: Diuitias enim onerum atque impedimentorum loco esse dicentes, expeditos se non putant ad sequendum deum, nisi omnia prius carnalium facinarum impedimenta proiecerint, simul ut more hominum commigrantium prius ad locum habitaculi destinati res suas transferant, quam se ipsos scilicet, ut cum ea quae ad se pertinent uniuersa transfulerint, tum ipsi in plenam ac refertam bonis immortalibus domum praemissa rerum omnium facultate commigrent: securi absque dubio, nihil sibi postea defuturum, qui exituri de habitaculo uili & contemptibili, ac iam iamque ruituro, nihil illis de suo penitus reliquerint quod periret. Haec ergo sanctorum spes, haec fiducia est, sic sibi ex opulenta rerum transmissione prospiciunt, ut aeternis immortalium facultatum copijs perfruantur. Caterum tu quicumque ille es, aut quaecumque quae animae tuae ac salutis oblita, ipsa te reculis tuis spolijs, quomodo in futuro quasi condita ac parata reperies, quae hic aut non indigentibus, aut etiam abundantibus deputaris? Quomodo reddenda tibi a deo credis, quae deo ipso non credis? Postremo quomodo reddi uis, quae reddi non uis? Nemo enim sibi solui uult, quae non commodat, nec tam stultus est, ut quae non fecerit putet esse reddenda. Et ideo tu nequaquam a deo quasi reddendum sperare poteris, quod deo utique non credens reddere tibi deum ipse nolueris. Vnde completur dictum in te diuinum illud necesse est, quia reliquisti alijs, uel alienis diuitias tuas, sepulchrum tuum erit domus tua in aeternum. Et illud quod Saluator ad similem tuum loquitur: Quia tepidus es, sed neque feruens, neque frigidus, incipiam te euomere ex ore meo. Et illud dicis: Diues sum, & diuitias habeo, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & pauper, & caecus, & nudus. Nemo itaque sibi in uita, in morte, in actu, in dono, in testamento suo hominem deo praefertens de uita ac professionis praerogatiua aliquid blandiat, poenalis est homini ac perniciose securitas, praesumptae spes sarcinae sunt reatus, usurpata absolutio damnationem parit. Quicumque sibi se excusat, accusat deo, secundum illud: Nam quae existimat esse aliquid cum nihil sit, se ipsum seducit. Nemini itaque facilis sua causa sit, nullus difficilius euadit, quam qui se euasurum

*Bladiuntur sibi peccatores.*

*Misericordia pro incunabilis est christianis uirtutum.*

**D**

*Securitas perniciose.*

**A** surum esse praesumpserit. Dura haec forsitan atque austera uidebuntur. Quid nisi? Omnis enim disciplina, ut ait sermo diuinus, non est gaudij sed moeroris. Dura haec & austera sunt. Sed quid facias, non licet rerum mutare naturas, & nuntiarialiter ueritas non potest, quam uirtus ipsa exigit ueritatis. Dura haec quidam putant scio, & fatis certus sum: Sed quid facias, nisi duris non itur ad regnum: Arcta enim inquit dominus, & angusta uia est quae ducit ad uitam. Et Apostolus: Existimo inquit, quod non sint condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Indignum esse ad futurae gloriae comparationem omne opus dicit humanum, & ideo nihil durum aut austerum Christianis uideri debet: quia quanta libet pro sempiterna beatitudine Christo offerant, uile est quod datur, ubi tam gradae est quod accipitur. Nihil magnum in terris ab homine deo soluitur, ubi quod est in caelo maximum comparatur. Durum est auarus ut largiantur sua. Quid mirum? Totum durum est quicquid imperatur inuitis: Penes omnis sermo diuinus habet amulos suos, quot genera praecceptorum sunt, tot aduersariorum. Si largitatem esse in hominibus iubet dominus, auarus irascitur: Si parsimoniam exigit, prodigus execratur sermones sacros: improbi hostes suos ducunt. Horrent raptores quicquid de iustitia scribitur: horrent superbi quicquid de humilitate mandatur: aduersantur ebriosis, ubi sobrietas indicitur: detestantur impudici, ubi castitas imperatur. Aut nihil ergo dicendum est, aut quicquid dictum fuerit cuiuscumque supra dictorum hominum displicebit. Mauult quilibet improbus execrari legem, quam emundare mentem: mauult praeccepta odisse, quam uitia. Inter haec quid agant quibus loquendi a Christo officia mandantur: Deo displicent si tacent: hominibus, si loquuntur. Sed ut Iudaeis Apostoli responderunt: Expedit magis deo obedire, quam hominibus. Do tamen consilium omnibus, quibus grauis & onerosa est lex dei, si accipere non recusant, quemadmodum placere eis possint quae deus praecipit: cuncti enim qui oderunt mandatum sacrum, causam odij in se ipsis habent. Omne fastidium non in praecceptis legis, sed in moribus suis: Lex quippe bona est, sed mores mali, ac per hoc mutant homines propositum & adfectum suum: Si enim mores suos probabiles esse fecerint, nihil eis ex eo quod lex bona praecipit displicebit: quando enim bonus quis esse coeperit, non potest non diligere legem dei, quia hoc intra se habet lex dei sancta, quod sancti homines in moribus. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu tuo.

Amen.

L 4 VITA

*Aspera sunt pulchra.*

*Inuitis omnia dura sunt.*

*Act. 5.*

VINCENTII VITA EX CATALOGO GENNADII.

Vincentius natione Gallus, apud monasteriū in Lerinensi insula presbyter: uir in scripturis sanctis doctus, & noticia ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus, composuit ad evertenda hæreticorum collegia nitido & aperto sermone ualidissimam disputationem, quam absconso nomine suo, attitulauit, Peregrini aduersum hæreticos: cuius operis quia secundi libri maximam in schedulis partē, à quibusdam furatam perdidit, recapitulato eius paucis sermonibus sensu primo compegit, & in unum librum ædidit. Moritur Theodosio & Valentiniano regnantibus.



VINCENTII LIRI  
NENSIS GALLI PRO CATHOLICAE FI  
DEI ANTIQVITATE ET VNIVERSITATE,  
ADVERSVS PROFANAS OMNIUM  
HAERESON NOVA  
TIONES.

D  
Deut. 32.



Peregrinus.

**D**icente scriptura & monente: Interroga patres tuos, & dicent tibi, se mores tuos, & adnuntiabunt tibi. Et iterum: Verbis sapientium adcommoda tuam aurem. Et iterum: Filii mihi hos sermones ne obliuiscaris, mea autem uerba custodiat cor tuum. Videtur mihi minimo omnium seruorum dei Peregrino, quod res non minimæ utilitatis domino adiuuante futura sit, si ea quæ fideliter à sanctis Patribus accepi literis comprehendam, infirmitati certe propriæ per necessaria. Quippe cum adsit in promptu unde imbecillitas memoriae meae assidua lectione reparatur. Ad quod me negocium non solum fructus operis, sed etiam consideratio temporis, & oportunitas loci adhortatur: Et tunc propterea, quod cum ab eo omnia humana rapiantur, & nos ex eo aliquid in inuicem rapere debemus, quod in uitam proficiat æternam: præsertim cum & ad propinquantis diuini iudicij terribilis quædam expectatio augeri efflagitet studia religionis, & nouorum Hæreticorum fraudulentia multum curæ & attentionis indigeat. Locus autem, quod urbium frequentiam turbasque uitantes, remotioris uillulæ, & in ea secretum monasterij incolamus habitaculum, ubi absque magna distractione fieri possit illud quod canitur in Psalmo: Vacate, inquit, & uidete, quoniam ego sum deus. Sed & propositi nostri ratio in id cõuenit, quippe qui cum aliquandiu uarijs ac tristibus secularis militiæ turbis uolueremur, tandem nos in portum religionis cunctis semper fidelissimum, Christo adspirante condidimus, ut ibi depositis uanitatis ac superbiæ flatibus Christianæ humilitatis sacrificio placantes deum, non solum præsentis uitæ naufragia, sed etiam futuri seculi incendia uitare possimus. Sed iam in nomine domini quod instat adgrediar, ut scilicet à maioribus tradita, & apud

Vincentius  
Monachus  
fuit.

ADVERSVS PROFANAS NOVIATIONES.

**A** & apud nos deposita describam, relatoris fide potius, quam auctoris præsumptione, hac tamen scribendi lege seruata, ut nequaquam omnia, sed tantum necessaria quæque perstringam: neque id ornato & exacto, sed facili communi sermone, ut pleraque significata potius, quam explicata uideantur. Scribant hijs laute & accurate, qui ad hoc munus uel ingenij fiducia, uel officij ratione ducti, me uero subleuandæ recordationis, uel potius obliuionis meæ gratia Commonitorium mihi met parasse suffecerit, quod tamen paulatim recolendo quæ didici emendare, & implere quotidie domino præstante conabor. Atqui hoc ipsum idcirco præmonui, ut si forte elapsum nobis in manus sanctorum deuenerit, nihil in eo temere reprehendant, quod adhuc uideant promissa emendatione limandum. Sæpe igitur magno studio & summa attentione perquirens, à quàm plurimis sanctitate & doctrina præstantibus uiris, quo nam modo possim certa quadam, & quasi generali ac regulari uia catholicæ fidei ueritatem ab hæreticæ prauitatis falsitate discernere, huiusmodi semper responsum ab omnibus ferè retuli, quod siue ego, siue quis uellet exurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, laqueosque uitare, & in fide sana sanus atque integer permanere, duplici modo munire fidem suam domino adiuuante deberet: Primo scilicet diuinæ legis autoritate, tum deinde ecclesiæ catholicæ traditione. Hic forsitan requirat aliquis: cum sit perfectus scripturarum canon, sibi que ad omnia satis superque sufficiat, quid opus est ut ei ecclesiasticæ intelligentiæ iungatur autoritas? Quia uidelicet scripturam sacram pro ipsa sui altitudine non uno eodemque sensu uniuersi accipiunt; sed eiusdem eloquia aliter atque aliter alius atque alius interpretatur, ut penè quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse uideantur. **B** Aliter nanque illam Nouatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arius, Eunomius, Macedonius, aliter Photinus, Apollinaris, Priscillianus, aliter Iouinianus, Pelagius, Celestius, aliter postremo Nestorius. Atqui idcirco multum necesse est propter tantos tam uarij erroris anfractus, ut prophetiæ & apostolice interpretationis linea, secundum ecclesiastici & catholici sensus normam dirigatur. In ipsa item catholica ecclesia magnopere curandum est, ut id tenemus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est, hoc est etenim uere propriè catholicum, quod ipsa uis nominis, ratioque declarat, quæ omnia uere uniuersaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fit, si sequamur uniuersitatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autem uniuersitatem hoc modo: Si hanc unam fidem ueram esse fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur ecclesia: Antiquitatem uero ita, si ab hijs sensibus nullatenus recedamus, quos sanctos maiores ac patres nostros celebrasse manifestum est: consensionem quoque itidem, si in ipsa uetustate omnium, uel certe penè omnium sacerdotum pariter & magistrorum definitiones, sententiisque sectemur. Quid igitur faciet Christianus catholicus, si se aliqua ecclesiæ particula, ab uniuersalis fidei communionem præciderit? Quid itaque, nisi ut pestifero corruptoque membro sanitatē uniuersi corporis anteponat? Quid si nouella aliqua contagio non iam portu inculam tantum, sed totam pariter ecclesiam commaculare conetur? Tunc item prouidebit, ut antiquitati inhæreat, quæ prorsus iam non potest ab ulla nouitatis fraude seduci. Quid si in ipsa uetustate duorum aut trium hominum, uel certe ciuitatis unius, aut etiam prouinciæ alicuius error deprehendatur? Tunc omnino curabit, ut paucorum temeritati uel inscitæ, si qua sunt uniuersaliter antiquitus uniuersalis concilij decreta præponat. Quid si tale aliquid emergat, ubi nihil eiusmodi reperatur? Tunc operam dabit, ut conlatas inter se maiorum consulat interrogetque sententias, eorum duntaxat, qui diuersis licet temporibus & locis in unius

Ecclesiæ a uero  
ritas quare ma  
gnificanda.

Catholica fides  
constat,  
Uniuersitate,  
Antiquitate,  
Consensione.

C unius tamen ecclesie catholice communiōe, & fide permanentes, magistri probabiles extiterunt, & quicquid non unus aut duo tantum, sed omnes pariter uno eodemque consensu aperte, frequenter, perseveranter, tenuisse, scripsisse, docuisse cognouerit, id sibi quoque intelligat absque ulla dubitatione credendum. Sed ut planiora fiant quae dicimus, exemplis singulatum illustranda sunt, & paulo uberius exaggeranda, ne immodica breuitatis studio rapiatur rerum potera orationis celeritate.

*Donatistae.* Tempore DONATI, a quo Donatistae, cum sese multa pars Africae in erroris sui furias precipitaret, cumque immemor nominis, religionis, professionis, unius hominis sacrilegam temeritatem ecclesiae Christi praeponebat, tunc quicumque per Africam constituti, profano schismate detestato, uniuersis mundi ecclesijs associati sunt, soli ex illis omnibus intra sacra catholicae fidei salui esse potuerunt; egregiam profecto relinquentes posteris formam, quemadmodum scilicet & deinceps bono more unius, aut certe paucorum uersanae uniuersorum sanitas an-

*Ariani.* Item quando ARIANORVM uenenum, non iam portunculam quandam, sed penes orbem totum contaminauerat, adeo ut prope cunctis latini sermonis Episcopis, partim uis, partim fraude deceptis, caligo quaedam mentibus offunderetur, quid nam potissimum in tanta rerum confusione sequendum foret, tunc quisquis uerus Christi amator & cultor extitit, antiquam fidem nouellae perfidiae praeferebat, nulla contagii ipsius peste maculatus est. Cuius quidem temporis periculo satis superque monstratum est, quantum inuehatur calamitatis nouelli dogmatis inductione. Tunc siquidem non solum paruere, sed etiam maximae labefactae sunt. Nec enim tantum ad finitates, cognationes, amicitias, domus, uerum etiam urbes, populi, prouinciae, nationes, uniuersum postremo Romanum imperium funditus concussum & emotum est. Nanque

*Ariana nouitas uelut furia quaedam arma ut totum orbem.* cum profana ipsa ARIANORVM nouitas, uelut quaedam Bellona aut Furia, capto prius omnium Imperatore, cuncta deinde palatii culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps destitit uniuersa miscere atque uexare, priuata ac publica, sacra profanisque omnia, nullum boni & ueri gerere discrimen, sed quoscunque conlibuisset tanquam de loco superiore percutere. Tunc temeratae coniuges, depopulatae uiduae, profanatae uirgines, dilaceratae monasteria, disturbati Clerici, uerberati Leuitae, acti in exilium sacerdotes, oppleta sanctis ergastula, carceres, metalla: Quorum pars maxima interdictis urbibus protrusi atque extorres, inter deserta, speluncas, feras, saxa, nuditate, fame, siti affecti, contriti & tabefacti sunt. Atqui haec omnia nunquid ullam aliam ob causam, nisi utique, dum pro caelesti dogmate humanae superstitiones introducuntur? Dum bene fundata antiquitas scelestae nouitate subruuntur, dum superiorum instituta uiolantur, dum rescinduntur scita patrum, dum conuelluntur definita maiorum, dum sese intra sacrae atque incorruptae uetustatis castissimos limites profanae ac nouellae curiositatis libido non continet. Sed forsitan odio nouitatis, & amore uetustatis haec fingimus. Quisquis hoc aestimat, beato saltem credat

AMBROSIO, qui in secundo ad imperatorem GRATIANVM libro, acerbitate temporis ipse deplorans ait: Sed iam satis, inquit, omnipotens deus nostro exitio, nostroque sanguine, Confessorum necesse, exitia sacerdotum, & nefas tantae impietatis eluimus. Satis claruit, eos qui uiolauerint fidem, tutos esse non posse. Item in tertio eiusdem operis libro: Seruemus igitur, inquit, praepcepta maiorum, nec haereditaria signacula ausu rudis temeritate uiolemus. Librum signatum illum propheticum non seniores, non potestates, non angeli, non archangeli aperire ausi sunt, soli Christo explanandi eius praerogatiua seruata est. Librum sacerdotalem quis nostrum desegnare audeat, signatum a Confessoribus, & multorum iam martyrio consecratum. Quae qui

A qui resignare coacti sunt, postea tamen damnata fraude signarunt, qui uiolare non aui sunt. Confessores, & martyres extiterunt, quomodo fidem eorum possumus denegare, quorum uictoriam praedicamus? Praedicamus plane inquam, o uenerande AMBROSII, laudantesque miramur: nam quis ille tam demens est, qui eos, & si adsequi non eualeat, non exoptet se qui, quos a defensione maiorum fidei nulla uis depulit: non minae, non blandimenta, non uita, non mors, non palatium, non satellites, non imperator, non imperium, non homines, non daemones. Quos inquam pro religiosa uetustatis tenacitate tanto munere dominus dignos iudicauit, ut per eos prostratas restauraret ecclesias, extinctos spiritales populos uiuificaret, defectas sacerdotum coronas reponeret, nefarias illas nouellae impietatis non literas, sed lituras, infuso coelitus Episcopis fidelium lacrimarum fonte deleret. Uniuersum postremo iam penes mundum, sua repentina haeresis tempestate percussum, ad antiquam fidem, a nouella perfidia ad antiquam sanitatem, a nouitatis uersania, ad antiquam lucem, a nouitatis caecitate reuocaret. Sed in hac diuina quadam confessionum uirtute, illud est etiam nobis uel maxime considerandum, quod tunc apud ipsam ecclesiam uetustate, non partis licuit, sed uniuersitatis ab hijs est suscepta defensio: Neque enim fas erat, ut tanti ac tales uiri unius aut duorum hominum errabundas, sibi que ipsis contrarias suspiciones tam magno molimine adererent, aut uero pro alicuius prouincioe temeraria quadam conspiratione certarent, sed omnium sanctae ecclesiae sacerdotum, apostolicae & catholicae ueritatis, decreta & definita sectantes, maluerunt semetipsum, quam uetustae uniuersitatis fidem proderet. Unde & ad tantam gloriam peruenire meruerunt, ut non solum Confessores, uerum etiam Confessorum principes iure meritoque habeantur. Magnum hoc igitur eorum exemplum, planeque diuinum, & ueris quibusque catholicis indefessa meditatione recolendum, qui in modum septemcandelabris, septena sancti spiritus luce radiantis, clarissimam posteris formam praemonstrarunt, quo nam modo deinceps per singula quaeque errorum uaniloquia, sacratae uetustatis autoritate profanae nouitatis conteratur audacia. Neque hoc sane nouum, siquidem mos iste semper in ecclesia uiguit, ut quo quisque floreret religiosior, eo promptius nouellis aduentionibus contraheret. Exemplis talibus plena sunt omnia. Sed ne longum fiat, unum aliquid, & hoc ab Apostolica potissimum sede sumemus, ut omnes luce clarius uideant, beatorum Apostolorum beata successio quanta uis semper, quanto studio, quanta contentione defenderit susceptae semel religionis integritatem. Quondam igitur uenerabilis memoriae AGRIPIVS Carthaginensis Episcopus, primus omnium mortaliu contra diuum canonem, contra uniuersalis ecclesiae regulam, contra sensum omnium sacerdotum contra morem atque instituta maiorum rebaptizandum esse censebat. Quae praesumptio tantum mali inuexit, ut non solum haereticis omnibus formam sacrilegiam, sed etiam quibusdam catholicis occasionem praebuerit erroris. Cum ergo undique ad nouitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaque uersum sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur, tunc beatae memoriae Papa Stephanus, apostolicae sedis Antistes, cum ceteris quidem collegis suis, sed tamen praeter ceteris restitit, dignum ut opinor existimas, si reliquos omnes tantum fidei deuotione uinceret, quantum loci autoritate superabat. Denique in Epistola, qua tunc ad Africam missa est, & hijs uerbis sanxit, nihil nouandum nisi quod traditum est. Intelligebat etenim uir sanctus & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, nisi ut omnia, qua fide a patribus suscepta forent, eadem fide filijs consignarentur, nosque religionem non qua uellemus ducere, sed potius qua illa duceret sequi oportere, idque esse proprium Christianae modestiae & grauitatis, non sua posteris tradere, sed amatoribus accepta seruare. Quis ergo tunc uniuersi negotii exitus,

*Agripinus ite-  
rati baptij  
autor.*

*Romane eccle-  
siae autoritas.*

*Ducatum pra-  
bet nobis reli-  
gio, non nos  
religioni.*

**C** exitus, quod utique nisi usitatus & solitus? Retēta est scilicet antiquitas, explosa nouitas. Sed forte tunc ipsi nouitix adinventioni patrociniā defuerunt. Imō uero tanta uis ingenij adfuit, tanta eloquentix flumina, tantus adfertorum numerus, tanta ueri similitudo, tanta diuinæ legis oracula, sed plane nouo ac malo more intellecta, ut mihi omnis illa conspiratio nullo modo destrui potuisse uideatur, nisi sola tanti moliminis causa ipsa illa suscepta, ipsa defensa, ipsa laudata nouitatis professio destituisset. Quid postremo ipsis Africani Concilij siue decreti, quæ uires donante deo, nullæ sed uniuersa tanquam somnia, tanquam fabulæ, tanquam superflua, abolita, antiquata, calcata sunt. Et o rerum mira conuersio, autores eiusdem opinionis catholici, cōsectatores uero hæretici iudicantur: Absoluuntur magistri, condemnantur discipuli: conscriptores librorum filij regni erunt, assertores uero gehenna suscipiet: Nam quis ille tam demens est, qui illud sanctorum omnium & Episcoporum, et martyrum lumen beatissimū Cyprianum cum cæteris collegis suis in æternum dubitet regnaturū esse cum Christo? Aut quis tam sacrilegus, qui Donatistas & cæteras pestes, quæ illius autoritate cōsiliij rebaptizare se iactant, in sempiternum neget arduos esse cum diabolo? Quod quidem mihi diuinitus uidetur promulgatum esse iudicium, propter eorum maxime fraudulentiam, qui cum sub alieno nomine hæresim concinnare machinantur, captant plerumque ueteris cuiuspiam uiri scripta, paulo inuolutius edita, quæ pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi congruant, ut illud nescio quid quodcumque proferunt, neque primi, neque soli sentire uideantur. Quorum ego nequitiam duplici odio dignā iudico, uel eò quod hæreses uenenum propinare alijs non pertimescunt, uel eò etiam quod sancti cuiusque uiri memoriā tanquam sopitos iam cineres profana manu uentilant, & quæ silentio sepeliri oportebat, rediuisa opinione diffamant: sequentes omnino uestigia autoris sui Cham, qui nuditatem uenerandi Noë, non modo operire neglexit, uerum quoque inridendā cæteris enūtiāuit. Vnde tantam læsæ pietatis meruit offensam, ut etiā posteri ipsius peccati sui maledictis obligaretur, beatis illis fratribus, longeque dissimilibus, qui nuditatē ipsam reuerendi patris neque suis temerare oculis, neque alienis patere uoluerunt. Sed auersi ut scribit, tlexerunt eum. Quod est, erratum sancti uiri nec adprobasse, nec prodidisse, atque idcirco beata in posteros benedictione donati sunt. Sed ad propositū redeamus. Magno igitur metu nobis immutata fidei, ac temerata religionis piaculum pertimescendum est, à quo nos non solum constitutionis ecclesiasticæ disciplina, sed etiam censura apostolicæ deterreret autoritatis. Scitum etenim cunctis est, quàm grauius, quàm seuerius, quàm uehementer inuehatur in quosdam beatus Apostolus Paulus, qui mira leuitate nimium cito translati fuerant ab eo, qui eos uocauerat in gratiā Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, qui coaceruarant sibi magistros ad sua desideria, à ueritate quidem auditum auerentes, conuersi uero ad fabulas, habentes damnationem. Quid primam fidem irritam fecissent? quos deceperant hijs, de quibus ad Romanos fratres scribit idem Apostolus: Rogo autem uos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam ipsi didicistis faciunt, & declinate ab illis: huiusmodi enim Christo domino non seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Qui intrant per domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur uarijs desiderijs, semper discentes, & ad scientiā ueritatis nunquam peruenientes, uaniloqui & seductores, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, superbi, & nihil scientes, sed languētes circa quæstiones & pugnas uerborum, qui ueritate priuati sunt, existimantes quæstū esse pietatē, simul autē & otiosi discunt circumire domos, non solū autē otiosi, sed & uerboosi, & curiosi, loquentes quæ non oportet, qui bonam conscientiam repellentes

Cyprianus

Donatista rebaptizant.

Hæreticorum uasificios.

D

Filij Cham qui sunt hodie.

Rom. 16.

1. Timo. 3.

**A** repellentes circa fidem naufragauerunt. Quorum profana uaniloquia multū proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer seipit. Bene autem quod de hijs item scribitur: sed ultra non proficiunt, insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Cum ergo tales quidam circumuehentes prouincias & ciuitates, atque errores uenalicios circumferendo etiam ad Galatas deuenissent: cumque hijs auditis Galatæ, nausea quadam ueritatis adfecti, apostolicæ, catholicæque doctrinæ manna remouentes, hæreticæ nouitatis sordibus oblectarentur, ita sese apostolicæ potestatis exercuit autoritas, ut summa cum seueritate decerneret: Sed licet aut nos inquit, aut angelus de cœlo euangelizet uobis præter quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Quid est quod ait, sed licet nos? Cur non potius, sed licet ego? Hoc est, etiā si Petrus, etiam si Andreas, etiam si Ioannes, etiam si postremo omnis Apostolorum chorus euangelizet uobis præter quod euangelizauimus, anathema sit. Tremenda distinctio propter adserendam primæ fidei tenacitatem, nec sibi nec cæteris Coapostolis pepercisse. Parum est etiam si angelus inquit, de cœlo euangelizet uobis, præter quod euangelizauimus, anathema sit. Non suffecerat ad custodiā traditæ semel fidei humanæ conditionis commorasse naturam, nisi angelicam quoque excellentiam comprehendisset: Licet nos inquit, aut angelus de cœlo. Non quia sancti cœlestesque angeli peccare iam possint, sed hoc est quod dicit: Si etiam, inquit, fiat quod non potest fieri, quisquis ille traditam semel fidem mutare tentauerit, anathema sit. Sed hæc forsitan perfunctorie prælocutus est, & humano potius effudit impetu, quam diuina ratione decreuit. Absit. Sequitur enim, & hoc ipsum ingenti molimine iteratæ insinuationis inculcat: Sicut prædiximus inquit, & nunc iterum dico: Si quis uobis euangelizauerit præterquam quod accepistis, anathema sit. Non dixit: si quis uobis adnuntiauerit præterquam quod accepistis, benedictus sit, laudetur, recipiatur, sed anathema sit inquit, id est, separatus, segregatus, exclusus, ne unius ouis dirum contagium innoxium gregem Christi uenenata permixtione contaminet. Sed forsitan Galatis tantum ista præcepta sunt. Ergo et illa solis Galatis imperata sunt, quæ in eiusdem Epistolæ sequentibus commemorantur, qualia sunt hæc: Si uiuimus spiritu, spiritu & ambulemus: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Et reliqua. Quod si absurdum est, & omnibus ex æquo imperata sunt, restat ut sicut hæc morum mandata, ita etiam illa quæ de fide cauta sunt omnes pari modo comprehendant: Et sicut nemini licet inuicem prouocare, aut inuidere inuicem, ita nemini liceat, præter id quod ecclesia catholica usquequaque euangelizat accipere. Aut forsitan tunc iubebatur, si quis adnuntiasset præterquam quod adnuntiatum fuerat anathemari, nunc uero iam non iubetur. Ergo & illud quod item ibi ait: Dico autem spiritu ambulate, & desiderium carnis non perficietis. Tunc tantum iubebatur, modo uero iam non iubetur. Quod si impium pariter & perniciosum est ita credere, necessarid sequitur, ut sicut hæc cunctis ætatibus obseruanda sunt, ita illa quoque quæ de non miranda fide sancta sunt cunctis ætatibus imperata sint. Adnuntiare ergo aliquid Christianis catholicis, præter id quod acceperunt, nunquam licuit, nusquam licet. Num licebit et anathemare eos qui adnuntiant aliquid præterquam quod semel acceptum est: nunquam non oportuit, nusquam non oportet, nunquam non oportebit. Quæ cum ita sint, est ne aliquis uel tantæ audaciæ, qui præter id quod apud ecclesiam adnuntiatum est, adnuntiet? Vel tantæ leuitatis, qui præter id quod ab ecclesia accepit, accipiat? Clamet, & repetendo clamet, & omnibus, & semper, & ubique per literas suas clamet ille, ille: Vas electionis, ille magister Gentium, ille Apostolorum tuba, ille terrarum præco, ille cœlorum conscius, ut si quis nouum dogma adnuntiauerit, anathematur. Et contra reclamant rana quædam, & cyniphes, & muscæ morituræ, quales

Anathema ad liquem fieri.

M sunt

**C** sunt PELAGIANI, et hoc catholicis. Nobis inquit, autoribus nobis principibus, nobis expositoribus, damnate quæ tenebatis, tenete quæ dānabatis, reiſcite antiquā fidem, paterna inſtituta, maiorum depoſita, & recipite quæ nam illa tandem? *Horreo dicere, sunt enim tam superba, ut mihi non modo adfirmari, sed ne refelli quidem refelli sine piaculo satis possunt.* reo dicere, sunt enim tam superba, ut mihi non modo adfirmari, sed ne refelli quidem refelli sine piaculo satis possunt. dem sine aliquo piaculo posse uideantur. Sed dicit aliquis, Cur ergo persape diuinitus sinuntur excellentes quædam personæ in ecclesia constituta, res nouas catholicis adnuntiare? Recta interrogatio, & digna quæ diligentius atque uberius tractetur, cui tamen non ingenio proprio, sed diuinæ legis autoritate ecclesiastici magistri documento satisfaciendum est. Audiamus ergo sanctum Moſen, & ipse nos doceat, cur docti uiri, & qui propter scientiæ gratiam, ab Apostolo etiam Prophetæ nuncupantur, proferre interdum permittantur, noua dogmata, quæ uetus testamentum allegorico sermone Deos alienos appellare consueuit, eò quod scilicet ita ab hæreticis ipsorum opiniones, sicut à gentilibus dii sui obseruentur. Scribit ergo in Deuteronomio beatus Moſes: Si surrexerit, inquit, in medio tui Prophetæ, aut quis somnium uidisse se dicat. Id est, magister in ecclesia constitutus, quæ discipuli uel auditores sui ex aliqua reuelatione docere arbitrentur. Quid deinde? Et prædixerit, inquit, signum atque portentum, & euenerit quod locutus est. Magnus profecto nescio quis significatur magister, & tantæ scientiæ, qui sectatoribus proprijs non solum quæ humana sunt nosse, uerum etiam quæ supra hominem sunt prænoscere posse uideatur. Quales ferè discipuli sui iactitant fuisse VALENTINVM, DONATVM, PHOTINVM, APOLLINAREM, ceterosque eiusmodi. Quid postea? Et dixerit, inquit, tibi, eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, et seruiamus eis. Qui sunt dii alieni, nisi errores extranei quos ignorabas? id est noui & inauditi: & seruiamus eis, id est, credamus eis, sequamur eos. Quid ad extremum? Nō audies, inquit, uerba Prophetæ illius, aut Somniatoris. Et quare, oro, te à deo nō prohibet doceri, quod adeo prohibet audiri? Quia, inquit, tentat uos dominus deus uester, ut palam fiat, utrum diligatis eum an non in toto corde, & in tota anima uestra. Luce clarius aperta causa est, cur interdum diuina prouidentia quosdam ecclesiarum magistros, noua quædam dogmata prædicare patiatur, ut tentet uos dominus, inquit, deus uester. Et profecto magna tentatio est, cum ille quæ tu Prophetam, quem prophetarum discipulum, quem doctorem & adfertorem ueritatis putes, quem summa ueneratione & amore complexus sis, is subito latenter noxiōs subinducat errores, quos nec cito deprehendere ualeas, dum antiqui magisterij duceri præiudicio, nec facile damnare ducis fas, dum magistri ueteris præpedis affectu. Hic forsitan efflagitet aliquis, ut ea quæ sancti Moſei uerbis adserta sunt, ecclesiasticis aliquibus demonstrentur exemplis. Aequa expositulatio, nec diu differenda: Nam ut à proximis & manifestis incipiam, qualem fuisse nuper tentationem putamus, cum infelix ille NESTORIUS, subito ex oue conuersus in lupum, gregem Christi lacerare cœpisset: cum eum hij ipsi qui rodebantur ex magna adhuc parte ouem crederent, ideoque moribus eius magis paterent. Nam quis eum facile errare arbitraretur, quem tanto imperij iudicio electum, tanto sacerdotum studio profectum uideret: qui cum magno sanctorum amore, summo populi fauore celebraretur quotidie, palam diuina tractabat eloquia, & noxiōs quoque Iudæorū & Gentilium confutabat errores. Quo tandem isto modo non cuius fidem faceret se recta docere, recta prædicare, recta sentire? Qui ut uni hæresi suæ aditū patefaceret, cunctarum hæreseon blasphemias insectabatur. Sed hoc erat illud quod Moſes ait: Tentat uos dominus deus uester, si diligatis eum an non. Et ut NESTORIUM prætereamus, in quo plus semper admirationis quàm utilitatis, plus famæ quàm experientiæ fuit: quem opinione uulgi aliquandiu magnum humana magis fecerat gratia quàm diuina. Eos potius commemoremus, qui multis profectibus, multaque industria

**A** taque industria præditi, non parua tentationi catholicis hominibus extiterunt: uelut apud Pannonias maiorum memoria PHOTINVS ecclesiam Sirmitanam tentat *Photinus Pannonius.* se memoratur, ubi cum magno omnium fauore in sacerdotium fuisset ascitus, & aliquandiu tanquam catholicus administraret, subito sicut malus ille Propheta, aut somniator, quem Moſes significat, creditam sibi plebem dei persuadere cœpit, ut sequeretur deos alienos, id est, errores extraneos, quos antea nesciebat. Sed hoc usitatum, illud uero perniciosum, quod ad tantum nefas non mediocribus administris utebatur: nam erat & ingenij uiribus ualens, & doctrinæ opibus excellens, et eloquio præpotens: quippe qui utroque sermone copiose & grauius disputaret, & scriberet, quod monumentis librorum suorum manifestatur, quos idem partim graecos, partim latino sermone composuit. Sed bene, quod commissæ ipsi oues Christi multum pro catholica fide uigilantes et cautæ cito ad præmonētis Moſi eloquia respererunt, & Prophetæ atque pastoris sui licet admirarentur eloquentiam, tentationem tamen non ignorarunt: Nam quem antea quasi arietem gregis sequebantur, eundem deinceps uelut lupum fugere cœperunt. Neque solum PHOTINI, sed etiam APOLLINARIS exemplo istius ecclesiasticæ tentationis periculum discimus, & simul ad obseruandam diligentius fidei custodiam commonemur: Etenim ipse auditoribus suis magnos actus, & magnas generauit angustias, quippe cum eos huc ecclesiæ traheret autoritas, huc magistri retraheret consuetudo, sic inter utraque nutabundi & fluctuantes quid potius sibi seligendum foret non expedire. Sed forsitan eiusmodi ille uir erat, qui dignus esset facile contemni. Imò uero tantus ac talis, cui nimium cito in plurimis crederetur. Nam quid illo præstantius acumine, exercitatione, doctrinæque multas ille hæreses multis uoluminibus oppresserit, quot inimicos fidei confutauerit errores, inditio est opus illud XXX. non minus librorum nobilissimum & maximum, quo insanas PORPHIRII calumnias magna probationum mole confudit. Longum est uniuersa ipsius opera commemorare, quibus profecto summis ædificatoribus ecclesiæ par esse potuisset, nisi profana illa hæreticæ curiositatis libidine nouum nescio quid adinuenisset, quo & cunctos labores suos uelut cuiusdam lepræ admixtione foedaret, ut committeret: & doctrina eius non tam ædificatio, quàm tentatio potius ecclesiastica diceretur. Hic à me forsitan deposcatur, ut horum quos supra commemorauimus hæreses exponam, Nestorij scilicet, Apollinaris & Photini. Hoc quidem ad rem de qua nunc agimus non attinet: propositum etenim nobis est non singulorum errores persequi, sed paucorum exempla proferre, quibus euidenter ac perspicue demonstratur illud quod Moſes ait. Quia scilicet, si quando ecclesiasticus aliquis magister, & ipse interpretandis Prophetarum mysterijs propheta, noui quiddam in ecclesiā dei tentet inducere, ad tentationem id nostram fieri prouidentia diuina patiatur. Utile igitur fuerit in excursu, quid supra memorati hæretici sentiant, breuiter exponere, id est, Photinus, Apollinaris, Nestorius. PHOTINI ergo secta hæc est: Dicit deum singulum esse et solitarium, & more iudaico confitendum, trinitatis plenitudinem negat, neque ullam dei uerbi, aut ullam spiritus sancti putat esse personam: Christum uero hominem tantummodo solitarium adserit, cui principium adscribit ex Maria, & hoc omnimodis dogmatizat, solam nos personam dei patris, et solum Christum hominem colere debere. Hæc ergo Photinus. Apollinaris uero, in unitate quidem trinitatis quasi consentire se iactat, & hoc ipsum non plena fidei sanitate, sed in domini incarnatione aperta professione blasphematur: Dicit enim in ipsa Saluatoris nostri carne, aut animam humanam penitus non fuisse, aut certe talem fuisse, cui mens & ratio non esset. Sed & ipsam domini carnem, non de sanctæ uirginis Mariæ carne susceptam, sed de celo in uirginem descendisse dicebat, eamque nutabundus semper & dubius, modo coeternam deo uerbo, modo de uerbi diuinitate factam prædicabat: *Photini secta.*

**C** nolebat enim in Christo duas esse substantias: unam diuinam, alteram humanam, unam ex patre, alteram ex matre: sed ipsam uerbi naturam putabat esse discissam, quasi aliud eius permaneret in deo, aliud uero uersum fuisset in carnem, ut cum ueritas dicat ex duabus substantijs unum esse Christum: ille contrarius ueritati, ex uena Christi diuinitate duas adserat factas esse substantias. Hæc itaque Apollinaris.

*Nestorij error* **N**ESTORIUS autem contrario APOLLINARI morbo, dum sese duas in Christo substantias distinguere simulat, duas introducit repente personas, & inaudito scelere duos esse uult filios dei, duos Christos: unum deum, alterum hominẽ: unũ q̄ ex patre, alterum qui sit generatus ex matre. Atq̄ ideo adserit sanctam Mariã non *θεωτοκος*, sed *χριστοκος* esse dicendam: quia scilicet ex ea non ille Christus qui deus, sed ille qui erat homo natus sit. Quod si quis eum putat in literis suis unum Christum dicere, & unam Christi prædicare personam, non temere credat: aut enim istud fallendi arte machinatus est, ut per bona facilius suaderet & mala, sicut ait Apostolus: Per bonum mihi operatus est mortem. Aut ergo ut diximus, fraudulentia causa quibusdam in locis scriptorum suorum unum Christum, & unam Christi personam credere se iactat: Aut certe post partum iam uirginis ita in unum Christum duas perhibet conuenisse personas, ut tamen conceptus, seu partus uirginis tempore, & aliquanto postea duos Christos fuisse contendat. Et cum scilicet Christus homo cõmunis primũ & solitariũ natus sit, & necdũ dei uerbi personæ unitate sociatus, postea in eum adsumẽtis uerbi persona descenderit: & licet nunc in dei gloria maneat adsumptus aliquandiu, tamen nihil inter illum & ceteros homines interfuisse uideatur. Hæc ergo Nestorius, Apollinaris, Photinus aduersus catholicam fidem rabidi canes latrant: Photinus trinitatem non confitendo: Apollinaris conuertibilem uerbi dicendo naturã, & duas in Christo substantias nõ confitendo, & aut totam Christi animam, aut certe mentem atq̄ rationem in anima denegando, & adserendo pro sensu mentis fuisse dei uerbũ: Nestorius duos Christos, aut semper esse, aut aliquandiu fuisse adseruando. Ecclesia uero catholica, & de deo, & de Salvatore nostro recta sentiens, nec in trinitatis mysterio, nec in Christi incarnati-

*Due substantie in Christo.* **D**ne substantie in una atq̄ eadem maiestate ueneratur: & unum Christum Iesum, non duos, eundemq̄ deum pariter atq̄ hominem confitetur: Vnam quidem in eo personam, sed duas substantias: duas subsistentias, sed unã credit esse personam: duas substantias, quia mutabile non est uerbum dei, ut ipsum uerteretur in carnem: unam personam, ne duos profitendo filios quaternitatem uideatur colere, non trinitatẽ. Sed operapretium est, ut id ipsum etiam atq̄ etiam distinctius & expressius enucleemus: In deo una substantia, sed tres personæ: In Christo duæ substantiæ, sed una persona: In trinitate alius atq̄ alius, non aliud atq̄ aliud: In Salvatore aliud atq̄ aliud, non alius atq̄ alius. Quomodo in trinitate alius atq̄ alius, non aliud atq̄ aliud? *Alius.* Quia scilicet alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Sed tamen patris & filij & spiritus sancti non alia & alia, sed una eademq̄ natura. Quomodo in Salvatore aliud atq̄ aliud, nõ alius atq̄ alius? Quia uidelicet altera substantia diuinitatis, altera humanitatis, sed tamen deitas & humanitas nõ alter & alter, sed unus idẽq̄ Christus, unus idẽq̄ filius dei, & unus eiusdemq̄ Christi & filij dei una eademq̄ persona. Sicut in homine aliud caro, & aliud anima, sed unus idẽq̄ homo anima & caro. In Petro uel Paulo aliud anima, aliud caro, nec tamen duo Petri caro & anima, aut alter Paulus anima, & alter caro, sed unus idẽq̄ Petrus, unus idẽq̄ Paulus, ex duplici diuersaq̄ subsistens animi corporisq̄ natura. Ita igitur in uno eodemq̄ Christo duæ substantiæ sunt, sed una diuina, altera humana: una ex patre deo, altera ex matre uirgine: una coæterna & æqualis patri, altera ex tempore & minor patre: una consubstantialis patri, altera consubstantialis matri: unus tamen

**A** tamen idẽq̄ Christus in utraque substantia. Nõ ergo alter Christus deus, alter homo: non alter increatus, alter creatus: non alter impassibilis, alter passibilis: non alter æqualis patri, alter minor patre: non alter ex patre, alter ex matre, sed unus idẽq̄ Christus deus & homo: idem non creatus & creatus: idem incommutabilis & impassibilis: idem commutatus & passus: idem patri & æqualis & minor: idem ex patre ante secula genitus: idem in seculo ex matre generatus: perfectus deus, perfectus homo: in deo summa diuinitas, in homine plena humanitas: Plena inquam, *Plena Christi humanitas.* humanitas, quippe quæ animam simul habeat & carnem, sed carnem ueram nostram, maternam: animam uero intellectu præditam, mente ac ratione pollentem. Est ergo in Christo uerbum, anima, caro, sed hoc totum unus est Christus, unus filius dei, & unus Saluator ac redemptor noster. Vnus autem non corruptibili nescio qua diuinitatis & humanitatis confusione, sed integra & singulari quadam unitate personæ: Neque enim illa coniunctio alterum in alterum conuertit atque mutauit, qui est error proprius *Ariani con= fundunt naturas.* ARIANORVM, sed ita in unum potius utrunque in æternum quoque permaneat proprietates uniuscuiusque naturæ: quo scilicet nec unquam deus corpus esse incipiat, nec aliquando corpus, corpus esse desistat, quod etiam humanæ conditionis demonstratur exemplo. Neque enim in præsentitantum, sed in futuro quoque unusquisque hominum ex anima constabit & corpore, nec tamen unquam aut corpus in animam, aut anima uertetur in corpus, sed unoquoque hominum sine fine uicturo, in unoquoque hominum sine fine necessario utriusque substantiæ differentia permanebit. Ita in Christo quoque utriusque substantiæ suæ cuiq̄ in æternum proprietates, salua tamen personæ unitate retinenda est. Sed cum personam sæpius nominamus, & dicimus quod deus persona homo factus sit, uehementer uerendum est, ne hoc dicere uideamur, quod deus uerbũ sola imitatione actionis quæ sunt nostra suscepit, & quicquid illud est conuersationis humanæ quasi adumbratus non quasi uerus homo fecerit. Sicut in theatris fieri solet, ubi unus plures effingit repente personas, quarum ipse nulla est: Quotiescunque etenim aliqua suscipitur imitatio actionis alienæ, ita aliorum officia aut opera patrantur, ut tamen hij qui agunt non sint ipsi quos agunt, Neque enim, ut uerbi gratia secularium & *Manichæi.* MANICHÆORVM utamur exemplis, cum actor tragicus sacerdotẽ effingit, aut regem, sacerdos aut rex est: nam desinente actu simul & ea quæ susceperat persona desistunt. Absit hoc a nobis nefarium sceleratumq̄ ludibrium, MANICHÆORVM sit ista dementia, qui phantasiæ prædicatores, aiunt filium dei deum personam hominis non substantiæ extitisse, sed actu putatiuo quodam & conuersatione simulasse. Catholica uero fides ita uerbum dei hominem factum esse dicit, ut quæ nostra sunt, nõ fallaciter & adumbrate, sed uere expresseq̄ susciperet, & quæ erant humana, non quasi aliena imitaretur, sed potius ut sua gereret, & prorsus quod agebat, hoc etiã quem agebat esset. Sicut ipsi nos quoque in eo quod loquimur, sapimus, uiuimus, subsistimus, non imitamur homines, sed sumus: Neque enim Petrus & Ioannes, ut eos potissimum nominem, imitando erant homines, sed subsistendo. Neque ita Paulus simulabat Apostolum, aut fingeat Paulum, sed erat Apostolus, & subsistebat Paulus. Ita etiam deus uerbum adsumendo, & habendo carnem, loquendo, faciendo, patiẽdo per carnem, sine ulla tamen suæ corruptione naturæ hoc omnino præstare dignatus est, ut hominem perfectum non imitaretur, aut fingeret, sed exhiberet, ut homo uerus nõ uideretur aut putaretur, sed esset atque subsisteret. Igitur sicut anima connexa carnĩ, nec in carnem tamen uersa, non imitatur hominem, sed est homo: & homo non per simulationem, sed per substantiam, ita

M 3 etiam

**C** etiam uerbum deus absque ulla sui conuersione ueniendo, se homini non confundendo, non imitando factus est homo, sed subsistendo. Abijciatur ergo tota penitus personæ illius intelligentia, quæ fingendo imitatione suscipitur, ubi semper aliud est, & aliud simulatur, ubi ille qui agit nunquam is est quem agit. Absit etenim ut hoc fallaci modo deus uerbum personam hominis suscipisse credatur, sed ita potius, ut incommutabili sua manente substantia, & in se perfecti hominis suscipiendo naturam, ipse caro; ipse homo, ipse persona hominis existeret, non simulatoria, sed uera; non imitativa, sed substantiua: non denique quæ cum actione desisteret, sed quæ profus in substantia permaneret. Hæc igitur in Christo personæ unitas nequaquam post uirginis partum, sed in ipso uirginis utero compacta atque perfecta est: Vehementer etenim præcauere debemus, ut Christum non modo unum, sed etiam semper unum confiteamur: quia intoleranda blasphemia est, ut etiam si nunc cum unum esse concedas, aliquando tamen non unum, sed duos fuisse contendas, unum scilicet post tempus baptismatis, duos uero sub tempore natiuitatis. Quod immensum sacrilegium non aliter profecto uitare poterimus, nisi unum hominem deo, sed unitate personæ, non ascensu uel resurrectione, uel baptismo, sed iam in matre, iam in utero, iam denique in ipsa uirginali conceptione fateamur, propterquam personæ unitatem indifferenter ei atque promiscue & quæ dei sunt propria tribuuntur homini, & quæ carnis propria adscribuntur deo. Inde est enim quod diuinitus scriptum est: Et filium hominis descendisse de cælo, & dominum maiestatis crucifixum in terra: Inde et etiam est ut carne domini facta, carne domini creata, ipsum uerbum dei factum, ipsa sapientia dei impleta, scientia creata dicatur, sicut in præscientia manus ipsius & pedes fossi esse referuntur. Per hanc inquam, personæ unitatem, illud quoque simile mysterij ratione perfectum est, ut carne uerbi ex integra matre nascente, ipse deus uerbum natus ex uirgine catholicissime credatur, impiissime denegatur. Quæ cum ita sint, absit ut quisquam sanctam Mariam diuinæ gratiæ priuilegijs ut speciali gloria fraudare conetur: Est enim singulari quodam domini ac dei, non filij autem sui munere uerissime ac beatissime *διότινος* confitenda. Sed non eo modo *θεότοκος*, quo impia quædam hæresis suspicatur, quæ adserit eam dei matrem sola appellatione dicendam, quæ eum scilicet pepererit hominem, qui postea factus est deus, sicut dicimus presbyteri matrem, aut Episcopi matrem, non iam presbyterum aut Episcopum pariendo, sed eum generando hominem, qui postea presbyter uel Episcopus factus est. Non ita inquam sancta Maria *διότινος*, sed ideo potius, quoniam ut supra dictum est, iam in eius sacro utero sacrosanctum illud mysterium perpetratum est, quod propter singularem quandam atque unicam personæ unitatem, sicut uerbum in carne caro, ita homo in deo deus est. Sed iam ea quæ de supra memoratis hæresibus, uel de catholica fide breuiter dicta sunt, renouandæ causa memoriæ breuiter strictiusque repetamus, quo scilicet & intelligant iterata plenius, & firmiter inculcata teneantur. Anathema igitur **P H O T I N O**, non recipienti plenitudinem trinitatis, & Christum hominem tantummodo solitarium prædicanti. Anathema **A P O L L I N A R I**, adserenti in Christo conuersæ diuinitatis corruptionem, & auferenti perfectæ humanitatis proprietatem. Anathema **N E S T O R I O**, neganti ex uirgine deum natum, adserenti duos Christos, & explosa trinitatis fide quaternitatem nobis introducendum. Beata

**A** ti. Beata uero catholica ecclesia, quæ unum deum in trinitatis plenitudine, & item trinitatis æqualitatem in una diuinitate ueneratur, ut neque singularitas substantiæ personarum confundat proprietatem, neque item trinitatis distinctio unitatem separet deitatis. Beata inquam ecclesia, quæ in Christo duas ueras perfectasque substantias, sed unam Christi credit esse personam, ut neque naturarum distinctio unitatem personæ diuidat, neque item personæ unitas differentiam confundat substantiarum. Beata inquam ecclesia, quæ ut unum semper Christum & esse & fuisse fateatur, unitum hominem deo non post partum, sed iam in ipso matris utero confitetur. Beata inquam ecclesia, quæ deum factum hominem non conuersione naturæ, sed personæ ratione intelligit, personæ autem non simulatoriæ & transeuntis, sed substantiæ ac permanentis: Beata inquam ecclesia, quæ hanc personæ unitatem tantam uim habere prædicat, ut propter eam miro ineffabilique mysterio & diuina homini, & deo adscribat humana: Nam propter eam & hominem de cælo secundum deum descendisse non abnegat, & deum secundum hominem credit in terra factum, passum, & crucifixum. Propter eam denique & hominem dei filium, & deum filium uirginis confitetur. Beata igitur ac ueneranda, benedicta & sacrosancta, & omnino supernæ illi angelorum laudationi comparanda confessio, quæ unum dominum deum trina sanctificatione glorificat. Idcirco etenim uel maxime unitatem Christi prædicat, ne mysterium trinitatis excedat. Hæc in excursu dicta sint, aliàs si deo placuerit, uberius tractanda, explicanda. Nunc ad propositum redeamus: Dicebamus ergo in superioribus, quod in ecclesia dei tentatio esset populi error magistris, & tanto maior tentatio, quanto ipse esset doctior qui erraret. Quod primum scripturæ autoritate, deinde ecclesiasticis docebamur exemplis, eorum scilicet commemoratione, qui cum aliquandiu sanæ fidei forent habitus, ad extremum tamen aut in alienam decidissent sectam, aut ipsi suam hæresim condidissent. Magna profecto res, & ad discendum utilis, & ad recolendum necessaria, quam etiam atque etiam exemplorum molibus illustrare atque inculcare debemus, ut omnes ferè catholici nouerint se cum ecclesia doctores recipere, non cum doctoribus ecclesiæ fidem deserere debere. Sed ego ita arbitror, quod cum multis in hoc tentandi genere proferre ualeamus, nemo penè sit, qui **O R I G E N I S** tentationi ualeat comparari, in quo plura adeo præclara, adeo singularia, adeo mira extiterunt, ut inter inuicta habendam cunctis adsertionibus eius fidem quiuis ille facile iudicaret. Nam si uita facit autoritatem, magna illi industria, magna pudicitia, patientia, tolerantia. Si genus uel eruditio, quid eo nobilius, qui primum in ea domo natus est, quæ est illustrata martyrio? Deinde pro Christo non solum patre, sed omni quoque facultate priuatus, tantum inter sanctæ paupertatis profecit angustias, ut pro nomine dominicæ confessionis sæpius ut ferunt adfligeretur. Neque uero hæc in illo sola erant, quæ cuncta postea tentationi forent, sed tanta etiam uis ingenij tam profundi, tam acris, tam elegantis, ut omnes penè multum longèque superaret: tanta doctrinæ ac totius eruditionis magnificentia, ut pauca forent diuinæ, penè fortasse nullæ humanæ Philosophiæ, quæ non penitus adsequeretur cuius scientiæ: Cum Græci non crederent, Hebræa quoque elaborata sunt. Eloquentiam uero quid memorem: cuius fit tam amœna, tam læta, tam dulcis oratio, ut mihi ex ore ipsius non tam uerba,

*Maria  
διότινος*

*Cum ecclesiæ  
doctrinæ asse-  
renda.*

*Origenis fami-  
lia, eruditio.*

C Quam mella quædam fluxisse uideantur. Quæ non ille persuasum difficilia disputandi uiribus elimpidauit? Quæ factu ardua non ut facillima uiderentur efficit? Sed forsitan argumentorum tantummodo nexibus adsertiones suas texuit. Imò plane nemo unquam magistrorum fuit, qui pluribus diuinæ legis uteretur exemplis. Sed credo pauca conscripsit. Nemo mortalium plura, ut mihi sua omnia non solum perlegisse, sed ne inueniri quidem posse uideatur. Cui ne quicquam ad scientiæ instrumenta deesset, etiam plenitudo exabundauit ætatis. Sed forsitan discipulis parum felix. Quis unquam felicior? Nempe innumeri ex sinu suo doctores, innumeri sacerdotes, confessores & martyres extiterunt. Iam uero quanta apud omnes illius admiratio, quanta gloria, quanta gratia fuerit, quis exequi ualeat? Quis non ad eum paulo religiosior ex ultimis mundi partibus aduolauit? Quis Christianorum non penè ut Prophetam? Quis Philosophorum non ut magistrum ueneratus est? Quam autem non solum priuata conditioni, sed ipsi quoque fuerit reuerendus imperio, declarant historia quæ eum à matre ALEXANDRI imperatoris accitum ferunt, cœlestis utique sapientiæ merito, cuius & ille gratia & amore illa flagrabat. Sed & eiusdem Epistolæ testimonium perhibent, quas ad PHILIPPUM imperatorem, qui primus Romanorum principum Christianus fuit, Christiani magisterij autoritate conscripsit, de cuius incredibili quadam scientiâ, si quis referentibus nobis Christianum non accipit testimonium, saltem testificantibus Philosophis gentilem recipiat confessionem. Ait nanque impius ille PORPHIRIUS, excitum se fama ipsius Alexandriam puerum ferè perrexisse, ibique eum uidisse iam senem, sed plane talem tantumque qui arcem totius scientiæ condidisset. Dies me citius defecerit, quam ea quæ in illo uiro præclara extiterunt, uel ex minima saltem parte perstringam, quæ tamen omnia non solum ad religionis gloriam, sed etiam ad tentationis magnitudinem pertinebant. Quotus enim quisque tanti ingenij, tantæ doctrinæ, tantæ gratiæ uirum aut facile deponeret, ac non illa potius uteretur sententiâ, se cum ORIGENE errare malle, quam cum alijs uera sentire? Et quid plura? eò res decidit, ut tantæ personæ, tanti doctoris, tanti Prophetæ, non humana aliqua, sed ut exitus docuit, nimium periculosa tentatio plurimos à fidei integritate deduceret. Quam ob rem hic idem ORIGENES tantus ac talis dum gratia dei insolentius abutitur, dum ingenio suo nimium indulget, sibi que satis credit, cum paruū pendit antiquam Christianæ religionis simplicitatem, dum se plus cunctis sapere præsumit, dum ecclesiasticas traditiones & ueterum magisteria contemnens, quædam scripturarum capitula nouo more interpretatur, meruit ut de se quoque ecclesiæ dei diceret: Si surrexerit in medio tui Propheta. Et Paulo post: Non audies inquit uerba Prophetæ illius. Et item: Quia, inquit, tentat uos dominus deus uester, utrum diligatis eum an non. Vere non solum tentatio, sed etiam magna tentatio, deditam sibi atque in se pendentem ecclesiam admiratione ingenij, scientiæ, eloquentiæ, conuersationis & gratiæ, nihil de se suspicantem, nihil se uerentem, subito à ueteri religione in nouam profanitatem sensim paulatimque traducere. Sed dicet aliquis, corruptos esse ORIGENIS libros. Non refuto, quin potius & malo; Nam id à quibusdam & traditum, & scriptum est, non catholicis tantum, uerum etiam hæreticis. Sed illud est quod nunc debemus aduertere, & si non ipsum, libros tamen sub nomine suo editos magnæ esse tentationi, qui multis blasphemiarum uulneribus scatentes, non ut alieni, sed quasi sui & leguntur & amantur ut & si in errore concipiendo ORIGENIS non fuit sensus, ad errorem tamen persuadendum ORIGENIS autoritas ualere uideatur. Sed & TERTULLIANI quoque eadem ratio est; nam sicut ille apud Græcos, ita hic apud Latinos nostrorum omnium facile princeps iudicandus est.

Quid

A Quid em hoc uiro doctius? quod in diuinis atque humanis rebus exercitatus? Nempe Tertullianum omnem philosophiam, & cunctas Philosophorum sectas, autores, adsertores, & eruditio. sectarum, omnesque eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum uarietatem mira quadam mentis capacitate complexus est. Ingenio uero nonne tam graui ac uehementi excelluit, ut nihil sibi penè ad expugnandum proposuerit, quod non aut acumine intruperit, aut pondere eliserit? Iam porro orationis suæ laudes quis exequi ualeat? quæ tanta, nescio qua rationum necessitate conferta est, ut ad consensum sui, quos suadere non potuerit, impellat; cuius quot penè uerba, tot sententiæ sunt; quot sensus, tot uictoriæ. Sciunt hoc Marciones, Apelles, Praxæ, Hermogenes, Iudæi, Gentiles, Gnostici, ceterique quorum ille blasphemias multis ac magnis uoluminum suorum molibus, uelut quibusdam fulminibus euerit. Et tamen hic quoque post hæc omnia, hic inquam TERTULLIANUS catholici dogmatis, id est uniuersalis ac uetustæ fidei parum tenax, ac differtior multo quam felicior, mutata deinceps sententiâ fecit ad extremum quod de eo beatus confessor HILARIUS quodam loco scribit: Sequenti inquit, errore detraxit scriptis probabilius autoritatem. Et fuit ipse quoque in ecclesia magna tentatio. Sed de hoc non lo plura dicere. Hoc tantum commemorabo, quod contra Mosi præceptum exurientes in ecclesia nouellas MONTANI furias, & insana illa insanarum mulierum nouitij dogmatis somnia ueras prophetias adseuerando, meruit ut de se quoque & scripturis suis diceretur: Si surrexerit in medio tui Propheta. Et mox: Non audies uerba Prophetæ illius. Quare? Quia, inquit, tentat uos dominus uester, utrum diligatis eum an non. Hijs igitur tot ac tantis, ceterisque eiusmodi ecclesiasticorum exemplorum molibus euidenter aduertere, & secundum Deuteronomij leges lucidius intelligere debemus, quod si quando aliquis ecclesiasticus magister à fide aberrauerit, ad tentationem id nostram fieri prouidentia diuina patiat, utrum diligamus deum an non in toto corde, & in tota anima nostra. Quæ cum ita sint, ille est uerus, & germanus, & catholicus, qui ueritatem dei, qui ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui diuinæ religioni, qui catholicæ fidei nihil præponit, non hominis cuiuspiam autoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non philosophiam; sed hæc cuncta despiciens, & in fide fixus, stabilis permanens, quicquid uniuersaliter antiquitus ecclesiam catholicam tenuisse cognouerit, id solum sibi tenendum credendumque decernit. Quicquid uero ab aliquo deinceps uno præter omnes, uel contra omnes sanctos nouum & inauditum subinduci senserit, id non ad religionem, sed ad tentationem potius intelligat pertinere. Tum præcipue beati Apostoli Pauli eruditus eloquijs, hoc est enim quod in prima ad Corinthios scribit: Oportet, inquit, & hæreses esse, ut probati manifesti fiant in uobis. Ac si diceret: Ob hoc, inquit, hæreses non statim diuinitus eradicantur autores, ut probati manifesti fiant, id est, unusquisque quam tenax, & fidelis, & fixus catholicæ fidei sit amator appareat. Et reuera cum quæque nouitas ebullit, statim cernitur frumentorum grauitas, & leuitas palearum; tunc sine magno molimine excutitur ab area, quod nullo pondere intra aream tenebatur: Nanque alij ilico prorsus auolat, alij uero tantummodo excussi, & perire metuunt, & redire erubescunt, faucij, semineces, ac semiuui: quippe qui tantam ueneni hauserint quantitatem, quæ nec occidat, nec digeratur; nec mori cogat, nec uiuere sinat. Heu miseranda conditio, quantis illi curarum æstibus, quantis turbinationibus exagitantur! Nunc etenim quæ uentus impulerit incitato errore rapiuntur: nunc in semetipsos reuersi tanquam contrarij fluctus reliduntur; nunc temeraria præsumptione & ea quæ incerta uidentur adprobant; nunc irrationali metu etiam quæ certa sint expauescunt, incerti quæ eant, quæ redeant, quid adpetant, quid fugiant, quid teneant, quid dimittant. Quæ quidem dubij et malependuli cordis afflictio diuina erga se miserationis est medicina si sapiant.

Idcirco

Mamma Ori-  
genem ad se  
allexit.Hieronymi  
hæc fuit uox.Origenis li-  
bros corru-  
ptos.Tertullianus  
Montani so-  
mnia probat.Germanus  
Christianus  
quis.

**C** Idcirco etenim extra tutissimum catholicæ fidei portum diuersis cogitationum quaeruntur, uerberantur, ac penè necantur procellis, ut excussa in altum elatae mentis uela deponant, quæ male nouitatum uentis expandeant, seseq; intra fidissimam stationem placidæ ac bonæ matris reducant, & teneant: atq; amaros illos turbulentosq; errorum fluctus, primitus reuoluant, ut possint deinceps uiuæ & salientis aquæ fluentia potare. Dediscant bene quod didicerant non bene, & ex toto ecclesiæ dogmate quod intellectu capi potest, capiant: quod non potest, credant. Quæ cū ita sint, iterum atq; iterum eadem mecum reuoluens & reputans, mirari satis nequeo tantam quorundam hominum uasaniam, tantam excæcatæ mentis impietatem, tantam postremo errandi libidinem, ut contenti non sint, radita & recepta semel antiquitus credendi regula, sed noua ac noua in diem quærant, semperq; aliquid gestiant religioni addere, mutare, detrahere. Quasi nō cœlestis dogma sit, quod semel reuelatum esse sufficiat, sed terrena institutio, quæ aliter perfici nisi assidua emendatione, imò potius reprehensione non possit: cum diuina clament oracula: Ne trāseras terminos quos posuerunt patres tui. Et Super iudicātem ne iudices, & scindentem sapem mordebit eum serpens. Et illud Apostolicum, quo omnes omnium hæreseon sceleratæ nouitates, uelut quodam spiritali gladio saepe truncatæ semperq; truncandæ sunt: O Timothee depositum custodi, deuītans profanas uocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Et posthæc inueniuntur aliqui tanta inueteratæ frontis duritiā, tanta impudentiæ incude, tam adamātinæ pertiniaciæ, qui tantis eloquiorum cœlestium molibus non succumbant, tantis ponderibus non fatiscant, tantis malleis non conuassentur, tantis postremo fulminibus non conterantur: De uita inquit, profanas uocum nouitates: Non dixit antiquitates, non dixit uetustates, imò plane quid e contrario sequeretur ostendit: Nam si uitanda est nouitas, tenebda est antiquitas: & si profana est nouitas, sacrata est uetustas. Et oppositiones inquit, falsi nominis scientiæ. Vere falsum nomē apud doctrinas hæreticorū, ut ignorantia scientiæ, & caligo serenitatis, & tenebræ luminis appellatione fucuntur. Quam quidam inquit, promittentes circa fidem exciderunt. Quid promittentes exciderunt: nisi nouam nescio quam ignoratamq; doctrinā. Audias etenim quosdam ipsorum dicere: Venite o insipientes & miseri, qui uulgo catholici uocamini, & discite fidem ueram, quam præter nos nullus intelligit, quæ multis ante seculis latuit, nuper uero reuelata & ostensa est, sed discite furtim atque secretim, delectabit enim uos. Et item: Cum didiceritis latenter docete, ne mundus audiat, ne ecclesia sciat: paucis nanque concessum est tanti mysterij capere secretum. Nonne hæc uerba sunt illius meretricis, quæ apud Solomonis Prouerbia uocat ad se prætereuntes uiam, qui dirigunt iter suum. Qui est, inquit, uestrum insipientissimus diuertat ad me. Inopes autem sensu exhortatur, dicens: Panes occultos libenter attingite, et aquam dulcem furtim bibite. Quid deinde? At ille inquit nescit quomodo terrigenæ apud eam pereant. Qui sunt isti terrigenæ? Exponat Apostolus: Qui circa fidem inquit, exciderunt. Sed operæpretium est totum ipsum Apostoli capitulū diligentius pertractare: O Timothee inquit, depositum custodi, deuītans profanas uocum nouitates. O, exclamatio ista & præscientiæ est pariter & charitatis: Præuidebat enim futuros quos etiā prædolebat errores. Quis est hodie Timotheus: nisi uel generaliter uniuersa ecclesia, uel specialiter totum corpus Præpositorū, qui integram diuini cultus scientiam uel habere ipsi debent, uel alijs infundere. Quid est depositum custodi? Custodi inquit, propter fures, propter inimicos, ne dormientibus hominibus, superseminet zizania, super illud tritici bonū semē, quod seminauerat filius hominis in agro suo. Depositum inquit, custodi. Quid est depositum: Id est, quod tibi creditum est, non quod à te inuentum: quod accepisti,

Declaratur  
locus Pauli ad  
Timo.  
I. Timo. 6.

**A** si, non quod excogitasti: rem non ingenij, sed doctrinæ: nō usurpationis priuatæ, sed publicæ traditionis: rem ad te perductam, non à te prolata: in qua non autor debes esse sed custos: non institutor, sed sectator: non ducens, sed sequens. Deposuit inquit, custodi catholicæ fidei talentum, inuolatum, illibatumq; conserua. Quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurū accepisti, aurum reddet: nolo mihi pro alijs alia subijcias, nolo pro auro aut impudenter plumbum, aut fraudulentè æramenta supponas: nolo auri speciem, sed naturam plane. O Timothee, o sacerdos, o tractator, o doctor, si te diuinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione, doctrina esto spiritalis tabernaculi Beselehel, pretiosas diuini dogmatis gemmas exculpe, fideliter coapta, adorna sapienter, adijce splendorem, gratiam, uenustatē. Intelligatur te exponente industrius, quod antea obscurius credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur, quod ante uetustas non intellectum uenerabatur: eadem tamen quæ didicisti doce, ut cum dicas noue, non dicas noua. Sed forsitan dicit aliquis: Nullus ne ergo in ecclesia Christi profectus habebitur religionis? Habeat plane & maximus: Nam quis ille est tam inuidus hominibus, tam exosus deo, qui istud prohibere conetur? Sed ita tamen, ut uere profectus sit ille fidei, non permutatio: siquidem ad profectum pertinet, ut in semetipsa una quæque res amplificetur: Ad permutationem uero, ut aliquid ex alio in aliud transfertatur. Crescat igitur oportet, & multum uehementerq; proficiat tam singulorum, quàm omnium, tam unius hominis, quàm totius ecclesiæ ætatum ac seculorum gradibus intelligentia, scientia, sapientia: sed in suo duntaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademq; sententiā: Imitetur animarum religionem corporum, quæ licet annorum processu numeros suos euoluant, & explicent, eadem tamen quæ erant permanent. Multum interest inter adulescentes: ut quamuis unius eiusdemque hominis status habitusq; mutentur, unatamen nihilominus eademq; natura, una eademq; persona sit. Parua Patientiū membra, magna iuuenum: eadem ipsa sunt, tamen quot paruulorum artus, tot uirorum & si qua illa sunt, quæ æuū maturioris ætate pariuntur, iam in feminis ratione proferta sunt, ut nihil nouum postea proferat in senibus, quod non in pueris iam ante lauitauerit. Unde non dubium est hanc esse legitimam & rectam proficiendi regulam, hunc ratum atque pulcherrimum crescendi ordinem, si eas semper in grandioribus partes ac formas numerus detexat ætatis, quas in paruulis creatoris sapientia præformauerat. Quod si humana species in aliquā deinceps nō sui generis uertatur effigiem, aut certe addatur quippiam membrorum numero, uel detrahatur, necesse est ut totum corpus uel intercīdat, uel prodigiosum fiat, uel certe debilitetur: Ita etiam Christianæ religionis dogma, sequatur has decet profectuum leges, ut annis scilicet consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur ætate, incorruptum tamen illibatumq; permaneat. Et uniuersis partium suarum mēsuris, cunctisq; quasi membris ac sensibus proprijs plenum atq; perfectum sit, quod nihil præterea permutationis admittat, nulla proprietatis dispendia, nullam definitionis sustineat uarietatem. Exempli gratia: Seuerunt maiores nostri antiquitus in hac ecclesiastica segete triticæ fidei semina, iniquū ualde & incongruum est, ut nos eorū posterī pro germana ueritate frumenti subdititium zizaniæ eligamus errorem. Quin potius hoc rectū & consequens est, ut primis atq; extremis sibimet nō discerpantibus, de incremētis triticæ institutionis, triticeī quoq; dogmatis frugē demetamus: ut cū aliquid ex illis seminū primordijs accessu tēporis euoluatur, & nunc lætetur & excolatur: nihil tamen de gemitinis proprietate mutet, addatur licet species, forma, distinctio, eadem tamen cuiusque generis natura permaneat. Absit etenim, ut rosca illa catholici sensus plantaria in carduos spinasq; uertantur.

Abste

**C** Abfit inquam, ut in isto spiritali paradiso, de cynamomi, & balsami furculis, Iolium repente, atq; aconita proueniant. Quodcunque igitur in hac ecclesia dei agricultura fide patrum satum est, hoc idem filiorum industria decet excolatur, & obseruetur, hoc idem flore ætate mature scat, hoc idem proficiat, & perficiatur. Fas est etenim ut prisca illa cœlestis philosophiæ dogmata processu temporis excurentur, limentur, poliantur. Sed nefas est ut commutentur, nefas ut detruncantur, ut mutilentur. Accipiant licet euidentiã, lucem, distinctionem, sed retineant necesse est plenitudinem, integritatem, proprietatem: Nã si semel admissa fuerit hæc impiæ fraudis licentia, horreo dicere quantum excindendæ, atque abolendæ religionis periculum consequatur: Abdicata etenim qualibet parte catholici dogmatis, alia quoque atq; item alia, ac deinceps alia & alia iam quasi ex more & licito abdicabuntur. Porro autem singulã partibus repudiatis, quid aliud ad extremum sequetur, nisi ut totum panter repudietur? Sed et è contra, si nouitia ueteribus, extranea domesticis, & profana sacratis admisceri cœperint, proserpat hic mos in uniuersum necesse est, ut nihil posthac apud ecclesiam relinquatur intactum, nihil illibatum, nihil integrum, nihil immaculatum, sed sit ibidem deinceps impiorum ac turpium errorum lupanar, ubi erat antea casta & incorrupta sacratiuum ueritatis. Sed auertat hoc à suorũ mentibus nefas diuina pietas, sitq; hic potius impiorum furor: Christi uero ecclesia sedula & cauta depositorum apud se dogmatum custos. Nihil in hijs unquam permutat, nihil minuit, nihil addit, non amputat necessaria, non adponit superflua, non amittit sua, non usurpat aliena, sed omni industria hoc unum studet, ut uetera fideliter sapienterq; tractando, si qua illa sunt antiquitus informata, & inchoata accuret, & poliat: si qua iam expressa & enucleata, cõsolidet, firmet: si qua iam cõfirmata & definita, custodiat. Deniq; qd unq; aliud Conciliorũ decretis enisa est, nisi ut qd antea simpliciter credebatur, hoc idẽ postea diligentius crederetur: qd antea lentius prædicabatur, hoc idẽ postea instatius prædicaretur: qd antea securius colebatur, hoc idẽ postea sollicitius excoleretur. Hoc inquam semper, neq; quicq; præterea, hæreticorũ nouitatibus excitata Conciliorũ suorũ decretis catholica perfecit ecclesia, nisi ut qd prius à maioribus sola traditione susceperat, hoc deinde posteris etiam per scripturæ chirographum cõsignaret: magam rerum summam paucis literis comprehendendo, & plerunq; propter intelligentiæ lucem, non nouum fidei sensum nouæ appellationis proprietate signando. Sed ad Apostolum redeamus: O Timothee, inquit, depositum custodi, deuotans profanas uocum nouitates. Deuita inquit, quasi uiperam, quasi scorpionem, quasi basiliscum, ne te non solum tactu, sed etiam uisu afflatuq; percutiant. Quid est deuitare? Cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid est deuita? Si quis, inquit, uenit ad uos, & hanc doctrinam non adfert, quam doctrinam, nisi catholicam, & uniuersalem: & unam eandemq; per singulas ætatum successiones incorrupta ueritatis traditione manentem, & usque in secula sine fine mansurã: Quid tum? Nolite inquit, recipere eum in domũ, nec aue ei dixeritis: qui enim dicit illi aue, cõmunicat opibus eius malignis. Profanas inquit uocũ nouitates. Quid est profanas? Quæ nihil habent sacri, nihil religiosi, ab ecclesiæ penetralibus, quæ est templum dei, penitus extraneas: Profanas inquit uocum nouitates: Vocum, id est, dogmatum, rerum, sententiarum nouitates, quæ sunt uetustati, quæ antiquitati contrariæ. Quæ si recipiantur, necesse est ut fides beatorum patrum, aut tota, aut certe magna ex parte uioletur: Necesse est ut omnes omnium ætatum fideles, omnes sancti, omnes casti, cõtinentes uirgines, omnes Clerici, leuitæ & sacerdotes, tanta cõfessorum milia, tantum martyrum exercitus, tanta urbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot insulæ, prouinciæ, reges, gentes, regna, nationes, totus postremo iam penè terrarum orbis, per catholicam fidem Christo capiti incorporatus, tanto

Ecclesiæ officium.

1. Tim. 6.

Profane nouitates.

**A** tanto seculorum tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse quid crederet, pronuncietur: Profanas inquit uocum nouitates deuota. Quas recipere atque sectari nunquam catholicorum, semper uero hæreticorum fuit. Etreuera, quæ unquam hæresis, nisi sub certo nomine, certo loco, certo tempore ebulliuit? Quis unquam hæreses instituit, nisi qui se prius ab ecclesiæ catholicæ uniuersitatis & antiquitatis consensione discreuerit? Quod ita esse luce clarius exempla demonstrant. Quis em̄ unq; ante profanum illum PELAGIVM tantam uirtutem liberi præsumpsit arbitrii, ut ad hoc in bonis rebus per actus singulos ad iuuandũ necessariã dei gratiã nõ putaret? Quis ante pdigiosum discipulum eius CELESTIVM, reatu prauaricationis Adæ omne humanum genus denegauit adstrictum? Quis ante sacrilegum ARIVM, trinitatis unitatem discindere? quis ante sceleratum SABELLIUM, unitatis trinitatem confundere ausus est? Quis ante crudelissimum NOVATIANVM, crudelem deum dixit, eò quod mallet mortem morientis, quam ut reuertatur & uiuat? Quis ante magum SIMONEM, apostolica distributione percussum, à quo uetus ille turpitudinum gurges usque in nouissimum PRISCILLIANVM continua & occulta successione manauit, autorem malorum, id est, scelerum, impietatum, flagitiorumq; nostrorum ausus est dicere creatorem deum? Quippe quæ adserit talem hominum manibus ipsum suis creare naturam, quæ proprio quodã motu, & necessariã cuiusdã uoluntatis impulsu nihil aliud possit, nihil aliud uel. nisi peccare, eò quod furijs uitiorum omnium exagitata et inflammata, in omnia turpitudinum barathra inexhausta cupiditate rapiatur.

**B** Innumera sunt talia, quæ breuitatis studio prætermittimus, quibus tamen cunctis satis euidenter perspicueq; monstratur, hoc apud omnes ferè hæreses quasi solenne esse ac legitimum, ut semper profanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis scita fastidiant, & per oppositiones falsi nominis scientiã a fide naufragent. Contra uero catholicorum hoc ferè proprium, deposita sanctorum patrum & commissa seruare, damnare profanas nouitates, & sicut dixit, atque iterum prædixit Apostolus: Si quis aduertitauerit præterquam quod acceptum est anathemate. Hic fortasse aliquis interroget, an & hæretici diuinæ scripturæ testimonijs utantur, ut tunc plane, & uehementer quidem, nam uideas eos uolare per singula quæque sanctæ legis uolumina, per Mosi, per Regnorum libros, per Psalmos, per Apostolos, per Euãgelia, per prophetas. Siue enim apud suos, siue alienos: siue priuatim, siue publice: siue in sermonibus, siue in libris: siue in conuiujs, siue in plateis, nihil unquam penè de suo proferunt, quod non etiam scripturæ uerbis adumbrare conentur. Lege PAVLI SAMOSATENI opuscula, PRISCILLIANI, EVNOMII, IOVINIANI, reliquarumq; pestium, cernas infinitè exemplorũ congeriẽ, prope nullã omitti paginam, quæ non noui aut ueteris Testamẽti sententijs fucata & colorata sit: Sed tãto magis cauedi & ptimescẽdi sunt, quanto occultius sub diuinæ legis umbraculis latitant: Sciunt enim factores suos nulli ferè cito esse placituros, si nudi & simplices exhalentur, atque idcirco eos cœlestis eloquij, uelut quodam aromate aspergunt, ut ille qui humanum facile despiceret errorem, diuina nõ facile contemnat oracula. Itaque faciunt quod hijs solẽt, qui paruulis austeram quædam temperaturi pocula, prius ora melle circumlinunt, ut incauta ætas cum dulcedinem præferat, amaritudinem non reformidet. Quod etiam hijs curæ est, qui mala gramina & noxios succos medicaminum uocabulis præcolorant, ut nemo ferè ubi superscriptum legerit remedium, suspicetur uenenum. Idem denique & Saluator clamabat: Attẽdite uobis à Pseudopphetis, qui ueniũt ad uos in uestitu ouium, ab intus autẽ sunt lupi rapaces. Quid est uestitus ouium, nisi Prophetarum & Apostolorum proloquia, quæ idem ouili quadam synceritate agno illi immaculato,

Pelagius.

Celestius.

Sabellius.

Novatianus.

Simon magus.

Priscillianus.

Quo pacto

Hæretici scri-

pturis utantur.

Recte ergo

dictũ est pxi-

des habere

pharmaca.

pharmaca.

uero uenena.

N culato,

**C** culato, qui tollit peccatum mundi, tanquam uellera quadam texuerit: Qui sunt lupi rapaces, nisi sensus hæreticorum feri et rabidi: qui caulas ecclesie semper infestant, & gregem Christi quaqua possunt dilacerant. Sed ut fallacius incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia deponunt lupinam speciem, & sese diuina legis sententijs, uelut quibusdam uelleribus obuoluunt, ut cum quisque lanarum molliciem præferat, nequaquam aculeos dentium pei timeat. Sed quid ait Saluator: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Id est, cum ceperint diuinas illas uoces non iam proferre tatum, sed etiam exponere, nec adhuc iactare solum, sed etiam interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur, tunc nouitium uirus exhalabitur, tunc profana nouitates aperiantur, tunc primum scindi sepe uideas, tunc transferri patrum terminos, tunc catholicam fidem cadi, tunc ecclesiasticum dogma lacerari. Tales erant hij, quos percutit Apostolus Paulus in secunda ad Corinthios dicens: Nam eiusmodi, inquit, Pseudoapostoli, operarij subdoli, transfigurant sese in Apostolos Christi. Quid est transfigurantes se in Apostolos Christi: Proferebant Apostoli diuina legis exempla, proferebant & illi: Proferebant Apostoli Psalmorum autoritates, proferebant & illi: proferebant Apostoli sententias Prophetarum, & illi nihilominus proferebant. Sed cum ea quæ similiter protulerant, interpretari non similiter ceperint, tunc simplices à subdolis, tunc infucati à fucatis, tunc recti à peruersis, tunc postremo ueri Apostoli à falsis Apostolis discernantur. Et non mirum inquit, ipse enim Satanas transfiguratur in angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurantur sicut ministri iustitie: Ergo secundum Apostoli Pauli magisterium, quotiescunque uel Pseudoapostoli, uel Pseudopropheta, uel Pseudodoctores diuina legis sententias proferunt, quibus male interpretatis errores suos adfructu conent, non dubium est, quin autoris sui callida machinamenta sectent: quæ ille nunquam profecto comminisceretur, nisi sciret omnino nullam esse ad fallendum faciliorem uiam, quam ut ubi nefarij erroris subinducitur fraudulentia, ibi diuinorum uerborum præntatur autoritas. Sed dicit aliquis. Vnde probatur quod sacra legis exemplis diabolus uti soleat? Legat Euangelia, in quibus scribitur: Tunc adsumpsit illum diabolus, id est, dominum Saluatorem: & statuit illum supra pinnam templi, & dixit ei: Si filius dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim: quod angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uis tuis: In manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Quid hic faciet misellis hominibus, qui ipsum dominum maiestatis scripturarum testimonijs adpetiuit? Si inquit, filius dei es, mitte te deorsum. Quare scriptum est enim inquit: Magnopere nobis doctrina loci istius attendenda atque retinenda est, ut tanto euangelicæ autoritatis exemplo, quando aliquos apostolica, seu prophetica uerba proferre contra catholicam fidem uiderimus, diabolum per eos loqui minime dubitemus: Nam sicut tunc caput capiti, ita nunc quoque membra membris loquuntur: membra scilicet diaboli membris Christi: pfidi, fidelibus, sacrilegi, religiosi, hæretici postremo catholicis. Sed quid tandem dicit? Si inquit, filius dei es, mitte te deorsum. Hoc est, filius esse uis dei, & hæreditatem regni cælestis accipere, mitte te deorsum, id est, ex istius te sublimis ecclesie, quæ etiam templum dei putatur, doctrina & traditione demitte. Ac si quis interroget quempiam hæreticorum sibi talia persuadentem, unde probas? unde doces, quod ecclesie catholice uniuersalem & antiquam fidem dimittere debeam? Statim ille: Scriptum est enim. Et continuo mille testimonia, mille exempla, mille autoritates parat, de Lege, de Psalmis, de Apostolis, de Prophetis, quibus nouo et malo more interpretatis ex arcæ catholice in hæreses barathrum infelix anima præcipitetur. Iam uero illis quæ sequuntur promissionibus miro modo incautos homines hæretici decipere consuerunt: Audent etiam polliceri, & docere, quod ecclesie sua,

Ex fructibus  
cognoscere.

2. Cor. II.

D  
Fallendi uia  
facilima.

Matth. 4.

**A** sia sua, id est, in communionis sue cõuenticulo magna & specialis ac plane personalis quædam sit dei gratia, adeo ut sine ullo labore, sine ullo studio, sine ulla industria, etiam si nec petant, nec quarant, nec pullsent, quicquid illi ad numerum suum pertinet: tamen ita diuinitus dispensentur, ut angelicis euecti manibus, id est, angelica protectione seruari, nunquam possint offendere ad lapidem pedem suum, id est, nunquam scandalizari. Sed dicit aliquis, si diuinitus eloquijs, sententijs, promissionibus, & diabolus & discipuli eius utuntur, quorum alij sunt Pseudoapostoli, alij Pseudopropheta & Pseudomagistri, & omnes ex toto hæretici, quid facient catholici homines, & matris ecclesie filij? quo nam modo in scripturis sanctis ueritatem à falsitate discernent? Hoc scilicet facere magnopere curabunt, quod in principio Commonitorij istius sanctos & doctos uiros tradidisse nobis scripsimus, ut diuinum canonem secundum uniuersalis ecclesie traditiones, & iuxta catholici dogmatis regulas interpretent, in qua item catholice apostolicæ ecclesie sequantur necesse est uniuersitatem, antiquitatem, consensionem. Et si quando pars contra uniuersitatem, nouitas contra uetustatem, unius uel paucorum erratum dissensio contra omnium uel certe multo plurium catholicorum consensionem rebellauerit, præfer potiores, corruptioni uniuersitatis integritatem: in qua eadem uniuersitate nouitatis profanitati, antiquitatis religionem: Item quæ in ipsa uetustate unius siue paucissimorum temeritati primum omnium generalia sunt, si quæ sunt uniuersalis Concilij decreta præponant, tunc deinde si id minus est, sequantur quod proximum est, multorum atque magnorum consentientes sibi sententias magistrorum, quibus adiuuante domino fideliter, sobrie, sollicitè obseruatis, non magna difficultate noxios quosque exurgentium hæreticorum deprehendemus errores. Hic iam consequens esse uideo, ut exemplis demonstrarem, quo nam modo profana hæreticorum nouitates, prolatis atque collatis ueterum magistrorum concordantibus sibi sententijs, & deprehendantur & condemnentur, quæ tamen antiqua sanctorum patrum cõsensio, non in omnibus diuina legis quæstionibus, sed solum in certa præcipue in fidei regula magno nobis studio & inuestiganda est, & sequenda. Sed neque semper, neque omnes hæreses hoc modo impugnandæ sunt, sed nouitate recentiores tantummodo, cum primum scilicet exoriantur, antequam infalsarint uetusta fidei regulas, ipsius temporis uentur angustijs, ac priusquam manante latius ueneno maiorum uolumina uitare conentur: Cæterum dilatata & inueterata hæreses nequaquam hac uia adgrediendæ sunt, eò quod prolixo temporum tractu longa hijs furanda ueritatis patuerit occasio. Atque ideo quascunque illas antiquiores, uel scismatum uel hæreson profanitatis, nullo modo nos oportet, nisi aut sola, si opus est, scripturarum autoritate conuincere, aut certe iam antiquitus uniuersalibus sacerdotum catholicorum Concilij conuictas damnatasque uitare. Itaque cum primum mali cuiusque erroris putredo erumpere ceperit, & ad defensionem sui quædam sacra legis uerba furari, eaque fallaciter & fraudulenter exponere, statim interpretando canonum maiorum sententijs congregandæ sunt, quibus illud quodcumque exurget nouitium, ideoque profanum, & absque ulla ambage prodatur, & sine ulla retractatione damnetur. Sed eorum duntaxat patrum sententijs conferendæ sunt, qui in fide & communionem catholicam sancte, sapienter, constanter uiuentes, docentes & permanentes, uel mori in Christo fideliter, uel occidi pro Christo feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum est, ut quicquid uel omnes uel plures uno eodemque sensu manifeste, frequenter, perseveranter, uelut quodam cõsentiente sibi magistrorum Concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certo ratiocinatio habeatur: Quicquid uero, quamuis ille sanctus & doctus, quamuis Episcopus, quamuis Confessor & martyr, præter omnes, aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias & occultas & priuatas opiniones à communis

Offendere pedem ad lapidem dem.

Quomodo deprehenduntur hæreses.

**C**ommunis & publica generalis sententia autoritate secretum sit, nec cum summo pater-  
na salutis periculo, iuxta sacrilega hereticorum & schismaticorum consuetudinem uni-  
uersalis dogmatis antiqua ueritate dimissa, unius hominis nouitium sectemur erro-  
re: quorum beatorum patrum sanctum catholicumque consensum, ne quis sibi teme-  
re contemnendum forte arbitretur, ait in prima ad Corinthios Apostolus: Et quos-  
dam quidem posuit deus in ecclesia, primum Apostolos. Quorum ipse unus erat:  
Secundo Prophetas: qualem in Actibus Apostolorum legimus *AGABVM*: Ter-  
tio doctores, qui tractatores nunc appellantur, quos hic idem Apostolus etiam  
*Tractatores* Prophetas interdum nuncupat, eo quod per eos Prophetarum mysteria populis  
aperiantur. Hos ergo in ecclesia dei diuinitus per tempora & loca dispersatos, quis  
quis in sensu catholici dogmatis unum aliquid in Christo sentientes contempse-  
rit, non hominem contemnit, sed deum, a quorum ueridica unitate ne quis discre-  
pet, impensius obtestatur idem Apostolus dicens: Obsecro autem uos Fratres, ut  
id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata, sitis autem perfecti in eodem  
sensu, & in eadem sententia. Quod si quis ab eorum sententia communione desci-  
uerit, audiet illud eiusdem Apostoli: Non est deus dissensionis, sed pacis. Id est, non  
eius, qui a consentiendi unitate defecerit, sed eorum qui in consentiendi pace perman-  
serint: Sicut in omnibus inquit, ecclesiarum sanctorum doceo, id est, catholicorum, quae ideo  
sanctae sunt, quia in fidei communione persistunt. Et ne quis forsitan praetermissis  
caeteris, se solum audiri, sibi soli credi arrogaret, paulo post ait: An a uobis in-  
quit, uerbum dei processit, aut in uos solos deuenit? Et ne hoc quasi perfunctorie  
acciperetur, adiecit: Si quis inquit, uidetur Propheta esse aut spiritalis, cognoscat  
quae scribo uobis, quia domini sunt mandata, quae utique mandata, nisi, ut si quis  
est Propheta, aut spiritalis, id est, spiritalium rerum magister, summo stu-  
dio aequalitatis & unitatis cultor existat, ut scilicet neque opiniones suas caeteris  
praeferat, & ab uniuersorum sensibus non recedat: Cuius rei mandata qui ignorat,  
inquit, ignorabitur, id est, qui aut nescita non discit, aut scita contemnit,  
ignorabitur, hoc est, indignus habebitur qui inter unitos fide & exaequa-  
tos humilitate diuinitus respiciatur: quo malo nescio an quicquam acerbius cogita-  
ri queat. Quod tamen iuxta Apostolicam comminationem pelagiano illi proue-  
nisse cernimus *IULIANO*, qui se collegarum sensui aut incorporare neglexit,  
*Julianus* aut excorporare praesumpsit. Sed iam tempus est ut pollicitum proferamus exem-  
*Pelagianus* plum, ubi & quomodo sanctorum patrum sententiae congregatae sint, ut secundum  
eas ex decreto atque autoritate concilii, ecclesiasticae fidei regula figeretur. Quod  
quo commodius fiat, hic sit iam huius Comonitorij modus, ut caetera quae sequun-  
tur ab alio sumamus exordio. Secundum Comonitorium interlapsum est, neque  
ex eo amplius quicquam, quam postrema particula remansit, id est, sola recapitu-  
latio, quae & subiecta est. Quae cum ita sint, iam tempus est ut ea quae duobus hijs  
Comonitorijs dicta sunt, in huius secundi sine recapitulemus. Diximus in su-  
perioribus hanc fuisse semper & esse hodieque catholicorum consuetudinem, ut si-  
*Videi christia* dem ueram duobus hijs modis adprobent, Primum diuini canonis autoritate: de-  
*ne amittis:* inde ecclesiae catholicae traditione: non quia canon solus non sibi ad uniuersa sufficiat,  
sed quia uerba diuina pro suo plerique arbitratu interpretantes, uarias opiniones  
erroresque concipiant. Atque ideo necesse sit, ut ad unam ecclesiasticae sensus regulam  
scripturae coelestis intelligentia dirigatur: in hijs duntaxat praecipue quaestionibus,  
quibus totius catholici dogmatis fundamenta nituntur. Item diximus, in ipsa uersus ec-  
clesia uniuersitatis pariter & antiquitatis consensione inspicere oportere, ne aut  
ab unitatis integritate in partem schismatis abrumpamur, aut a uetustatis religioe  
in haereseon nouitates praecipitemur. Item diximus, in ipsa ecclesiae uetustate duo  
quaedam uehementer studioseque obseruanda, quibus penitus inhaerere deberent  
quicumque

**A** quicumque haeretici esse nolint; primum si quid esset antiquitas ab omnibus eccle-  
siae catholicae sacerdotibus uniuersalis Concilii autoritate decretum. Deinde si qua  
noua exurgeret quaestio, ubi id minime reperiretur, recurrendum ad sanctorum pa-  
trum sententias, eorum duntaxat, qui suis quique temporibus & locis in unitate com-  
munionis & fidei permanentes, magistri probabiles extitissent. Et quicquid uno  
sensu atque consensu tenuisse inuenirentur, id ecclesiae uerum & catholicum absque  
ullo scrupulo iudicaretur. Quod ne praesumptione magis nostra quam autoritate  
ecclesiastica promere uideremur, exemplum adhibuimus sancti Concilii, quod  
ante triennium ferme in Asia apud Ephesum celebratum est, uiris clarissimis Basilio  
Antiochoque Consulibus. Vbi cum de sciendis fidei regulis disceptaretur, ne  
qua illic forsitan profana nouitas in modum perfidiae Ariminensis obreperet,  
uniuersis sacerdotibus, qui illud ducenti fere numero conuenerant, hoc catholicis-  
simum, fidelissimum atque optimum factu uisum est, ut in medium sanctorum pa-  
trum sententiae proferrentur, quorum alios martyres, alios Confessores, omnes ue-  
ro catholicos sacerdotes fuisse, & permanisse constaret: ut scilicet rite atque solen-  
niter ex eorum consensu atque decreto antiqui dogmatis religio confirmaretur, &  
profanae nouitatis blasphemiam condemnaretur. Quod cum ita factum foret, iure  
meritoque impius ille *NESTORIVS*, catholicae uetustati contrarius, beatus uero *CY-  
RILLVS* sacrosanctae antiquitatis consentaneus iudicatus est. Et ut ad fidem rerum  
nihil deesset, etiam nomina & numerum, licet ordinem fuisset oblitum, edidimus  
eorum patrum, iuxta quorum ordinem ibidem concinenter sibi concordemque sen-  
tentiam, & legis sacrae proloquia exposita sunt, & diuini dogmatis regula consta-  
bilis est: Quos ad confirmandam memoriam hic quoque recensere nequaquam super-  
fluum est. Sunt ergo hijs uiri, quorum in illo Concilio, uel tanquam iudicum, uel  
tanquam testium scripta recitata sunt. Sanctus Petrus Alexandrinus Episcopus, do-  
ctor praestantissimus & martyr beatissimus: Sanctus Athanasius eiusdem ciuitatis  
antistes, magister fidelissimus & confessor eminentissimus: Sanctus Theophilus  
eiusdem item urbis Episcopus, uir fide, uita, scientia satis clarus: cui successit uene-  
randus Cyrillus, qui nunc Alexandrinam illustrat ecclesiam. Et ne forsitan unius  
ciuitatis ac prouinciae doctrinae haec putares adhibita, sunt etiam illa Cappadociae  
lumina, sanctus Gregorius Episcopus & Confessor, de Nazando, uel Nazanzo:  
Sanctus Basilius Caesareae Cappadociae Episcopus & Confessor: Sanctus item alter  
Gregorius Nyfenus Episcopus, fidei, conuersationis, integritatis & sapientiae me-  
rito fratre Basilio dignissimus. Sed ne sola gratia aut oriens tantum, uerum etiam  
occidentalis & latinus orbis ita semper sensisse adprobaretur, lectae sunt quoque ibi  
quaedam ad quosdam Epistola, sancti Felicis martyris, & sancti Iulij urbis Romae  
Episcoporum. Et ut non solum caput orbis, uerum etiam latera illi iudicio testimo-  
nium perhiberent, adhibitus est a meridie beatissimus Cyprianus Episcopus Car-  
thaginensis & martyr. A septentrione, sanctus Ambrosius Mediolanensis Epi-  
scopus. Hijs sunt iugiter omnes apud Ephesum sacro decalogi numero magistri,  
consilij, testes iudicesque producti, quorum beata illa Synodus doctrinam tenens,  
consilium sequens, credens testimonio, obediens iudicio, absque tadio, praesumptio-  
ne, & gratia de fidei regulis pronuntiauit. Quanquam multo amplior maiorum nu-  
merus adhiberi potuerit, sed necesse non fuit: quia neque multitudine testium nego-  
tij tempora occupari oportebat, & decem illos non aliud fere sensisse, quam caeteros  
oem collegas suos nemo dubitabat. Post quae omnia adiecimur etiam beatam Cy-  
rilli sententiam, quae gestis ipsis ecclesiasticis continetur: Namque cum lecta esset  
sancti Capreoli Episcopi Carthaginensis Epistola, qui nihil aliud intendebat, &  
precabatur, nisi ut expugnata nouitate, antiquitas defenderetur, ita Episcopus Cy-  
rillus prolocutus est, & definiuit: quod hic quoque interponere non ab re uideat: ait

Concilium  
Ephesinum.

Petrus Alex-  
andrinus.  
Athanasius.  
Theophilus.  
Cyrillus.  
Gregorius.  
Basilius Caesa-  
riensis.  
Felix.  
Iulius.  
Cyprianus.  
Ambrosius.


Capreolus.

C enim in fine gestorum: Et hæc, inquit, quæ lecta est Epistola, uenerandi & multireligiosi Episcopi Carthaginensis Capreoli fidei gestorū inseret, cuius apta sententia est: uult enim antiquæ fidei dogmata confirmari, nouitia uero & superflue adinuenta, & impie promulgata reprobari atq; dānari: Omnes Episcopi adclamauerunt, hæc omnium uoces sunt, hæc omnes dicimus, hoc omnium uotū est. Quæ tandem omnium uoces, atque omnium uota, nisi ut quod erat antiquitus traditum teneretur, quod adinuentum nuper, exploderetur: Post quæ admirati sumus et prædicauimus quanta Concilij illius fuerit humilitas & sanctitas, & tot numero sacerdotes, penè ex maiore parte metropolitani, tantæ eruditionis, tantæq; doctrinæ, ut prope omnes possint de dogmatibus disputare: Quibus propterea ipsa in unum congregatio audendi à se aliquid & statuendi addere uideretur fiduciam, nihil tamen nouarent, nihil præsumerent, nihil sibi penitus arrogaret, sed omnimodis præcauerent, ne aliquid posteris traderent, quod ipsi à patribus non accepissent. Et non solum in præsentem rem bene disponerent, uerum etiam post futuris exempla præberent, ut & ipsi scilicet sacratæ uetustatis dogmata colerent; profanæ uero nouitatis adinuenta damnarent: Inuerti sumus etiam in Nestorij sceleratam præsumptionē, quod sacram scripturam se primum & solum intelligere, & omnes eos ignorasse iactaret, quicumq; ante se magisterij munere præditi diuina eloquia tractauissent: uniuersos scilicet sacerdotes, uniuersos Confessores & martyres, quorum alij explanassent dei legem, alij uero explanantibus consensissent, uel credidissent. Totā postremo etiam nunc errare, & semper errasse adseueraret ecclesiam, quæ, ut ipsi uidebatur, ignaros, erroneosq; doctores & secuta esset, & sequeretur. Quæ omnia licet cumulate abundeq; sufficerent ad profanas quasq; nouitates obruendas & extinguendas, tamē ne quid deesse tantæ plenitudinī uideretur, ad extremum adiecimus geminā apostolicæ sedis auctoritatem, unam scilicet sanctæ papæ XISTI, qui nūc Romanam ecclesiam uenerandus inlustrat; alteram decessoris sui beatæ memoriæ papæ CELESTINI, quam hic quoq; interponere necessarium iudicauimus: Ait itaq; sanctus papa Xistus in Epistola, quam de causa Nestorij Antiocheno misit

Episcopo: Ergo, inquit, quia sicut ait Apostolus: Fides una est, quæ euidenter obtinuit dicenda, credamus, & tenēda credamus, Tandem illa credenda & dicēda persequitur, & ait: Nihil ultra, inquit, liceat nouitati, quia nihil addi conuenit uetustati: Perspicua maiorū fides & credulitas nulla cœni permixtione turbetur. Omnia uero apostolice, ut maiorum credulitatem perspicuitatis lumine ornaret, nouitias uero profanitates cœni permixtione describeret. Sed & sanctus papa Celestinus, pari modo eademq; sententia: Ait enim in Epistola, quam Gallorum sacerdotibus misit, arguens eorum conuentionem, quod antiquam fidem silentio destitutes, profanas nouitates exurgere paterentur: Merito inquit, causa nos respicit, si silentio foueamus errorem. Ergo corripiantur huiusmodi, non sit hijs liberum habere pro uoluntate sermonē. Hic aliquis fortasse addubitet, qui nam sint illi, quos habere prohibeat liberū pro uoluntate sermonē, uetustatis prædicatores, an nouitatis adinuentores. Ipse dicat, & dubitationem legentium ipse dissoluat: Sequitur enim: Desinat inquit, si ita res est; id est, si ita est, ut apud me quidam urbes & prouincias uestras criminantur, quod eas quibusdam nouitatibus consentire noxia dissimulatione faciatis: Desinat itaq; inquit, si ita res est, incessere nouitas uetustatē. Ergo hæc fuit beati Celestini beata sententia, non ut uetustas cessaret obruere nouitatem, sed potius nouitas desineret incessere uetustatē. Quibus apostolicis catholicisq; decretis quisquis refragatur, insultet primum omnium necesse est memoriæ sancti Celestini, qui statuit ut desineret incessere nouitas uetustatem: deinde irideat definita sancti Xisti, qui censuit ne ultra quicquam liceat nouitati, quia nihil addi conuenit uetustati: Sed & beati Cyrilli statuta contemnat, qui uenerandi Capreoli zelum magna

A lum magna prædicatione laudauit, quod antiqua fidei dogmata confirmari cuperet; nouitia uero adinuenta dānari. Ephesinam quoq; Synodum, id est, totius penè Orietis sanctorum Episcoporum iudicata proculcer, quibus diuinitus placuit, nihil aliud posteris credendum decernere, nisi quod sacrata sibiq; in Christo consentiens sanctorū patrū tenuisset antiquitas, quicq; etiam uociferantes & adclamantes, uno ore testificati sunt, has esse omnium uoces, hoc omnes optare, hoc oēs censere: ut sicut uniuersi ferè ante Nestorium hæretici contemnentes uetustatem, & adseuerantes nouitatem damnati forent, ita ipse quoq; Nestorius autor nouitatis, & impuglator uetustatis condemnaretur. Quorum sacrosancta & cœlestis gratiæ munere inspirata consensus cui displicet, quid aliud sequitur, nisi ut profanitatem Nestorij adserat non iure damnatam: Ad extremum quoq; uniuersam Christi ecclesiam, & magistros eius Apostolos & Prophetas, præcipueq; tamen beatū Apostolum Paulum, uelut quædam purgamenta contemnat; illam, quod à religione colendæ & excolendæ semel sibi traditæ fidei nunquam recesserit: Illum uero, qui scripserit: O Timothee depositum custodi, deuitans profanas uocū nouitates. Et item: Si quis uobis adnūtiauerit præterquam quod accepistis, anathema sit. Quod si neq; apostolica definita, neq; ecclesiastica decreta temeranda sunt, quibus secundum sacrosanctam uniuersitatis & antiquitatis consensionem cuncti semper hæretici, & ad extremum PELAGIVS, Celestinus, Nestorius iure meritoq; damnati sunt, necesse est profecto omnibus deinceps catholicis, qui sese ecclesie matris legitimos filios probare student, ut sanctæ sanctorū patrū fidei inhæreant, adglutinent, immoriantur; profanas uero profanorum nouitates detestentur, horrescant, insectentur, persequantur. Hæc sunt ferè quæ duobus Commonitorijs latius disserta, aliquanto nunc breuius recapitulandī lege constricta sunt, ut memoria mea, cui adminiculandæ ista confecimus, et commonendī assiduitate reparetur, & prolixitatis fastidio non obruatur.

Prosper Homo Aquitanicæ regionis, sermone scholasticus, & assertionibus nervosus, multa cōposuisse dicitur. Ex quibus Chronica nominis illius prætitulata legi, continentia à primi hominis conditione, iuxta diuinarum scripturarum fidem, usque ad obitum VALENTINIANI Augusti, & captiuitatem urbis Romæ à GENSERICO Vuandalorum rege factam. Legi & librum aduersus opuscula suppresso nomine Cassiani: quæ ecclesia dei salutaria probat, ille infamat nociua. Re enim uera Cassiani & Prosperi de gratia dei & de libero arbitrio, sententiæ in aliquibus sibi inueniuntur contrariæ. Epistolæ quoque papæ Leonis aduersum Eutychem, de uera Christi incarnatione ad diuersos data, ab ipso dictatæ creduntur.



PROSPERI AQVITANICI ADVERSVS COLLECTATOREM DE LIBERO ARBITRIO.

D  
Ab aduersarij  
uerbis exordi  
tur.



**S**idubitari non potest, inesse omni animæ naturaliter uirtutum semina beneficio creatoris inserta: solus Adam præuaricatus est, & in peccato eius nemo peccauit. In nullis iniquitatibus concepti sumus, & in nullis nos matres nostræ peperere delictis: Non fuimus natura filij iræ, nec fuimus sub potestate tenebrarum, qui manentibus in nobis naturaliter uirtutibus, filij potius nati sumus pacis & lucis. Absit ab animis piorum fallacis doctrinæ insidiosa deceptio, uirtutes cum uitijs habitare non possunt: Quæ enim participatio inquit Apostolus, iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? Virtus namque principaliter deus est, cui non aliud est habere uirtutem, quam esse uirtutem. Huius cum participes sumus, habitat Christus in nobis, qui est dei uirtus & dei sapientia, habitat fides, spes, charitas, continentia, intellectus, consilium, fortitudo, cæteræque uirtutes. Cum uero ab hoc bono recedimus, omnia nobis econtrario oriuntur ex nobis: Discedente enim pulchritudine, quid succedat nisi deformitas? Abeunte sapientia, quid resideat nisi insipientia? non regnante iustitia, quid dominetur nisi iniquitas? Virtutum itaque semina, quæ beneficio creatoris inserta sunt, præuaricatione primi parentis euersa sunt, nec haberi queunt, nisi eo restituyente qui dederat. Reformabilis enim est natura humana formatori suo, & eorum bonorum quæ habuit capax est, ut per mediatorem dei & hominum hominem Iesum Christum, in eo ipso quod ei remansit, possit recuperare quod perdidit. Remansit autem ei rationalis animus, qui non uirtus, sed uirtutis habitaculum est: ex participatione enim sapientiæ & iustitiæ & misericordiæ, non sapientia, neque iustitia, neque misericordia, sed sapientes & iusti & misericordes sumus, quæ bona quamuis rationale nostrum uitijs occupatum sit, & præuaricantibus nobis dei templi spiritus immundus inuaserit, possunt tamē rursus in ipsum rationale confluere, per eum qui mundi principem foras mittet, & ligas fortē, uasa eius rapit,

**A** rapit, fugatoque mundi huius spiritu, dat spiritum qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis: Qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Puto autem istum uerisimilitudine decipi, & in specie falsarum errare uirtutum, dum ea bona quæ non possunt nisi ex dei munere haberi, etiā in impiorum animis extimat reperiri: ideo scilicet, quia multi eorum sint iustitiæ, temperantiæ, continentia & beneuolentiæ sectatores, quæ omnia non frustra quidem, neque inutiliter habent, multumque ex eis in hac uita honoris & gloriæ consequantur, sed quia in his studijs non deo sed diabolo seruiunt, licet habeant temporalem de uana laude mercedem, ad illam tamen beatarum uirtutum non pertinent ueritatem. Et ita manifestissime patet impiorum animis nullam habitare uirtutem, sed omnia opera eorum immunda esse atque polluta, habentium sapientiam non spiritalem sed animalem, non cœlestem sed terrenam, non Christianam sed diabolicam, non à patre luminum sed à principe tenebrarum: dum ea ipsa quæ haberent, nisi dante deo, subduntur ei qui primus recessit à deo. Qui ergo dicet sine ullo opere gratiæ naturaliter omnia animæ semina inesse uirtutum, quid labore ostendere, nisi de istis seminibus quædam germina præcedentium dei gratiam pullulare meritorum? Denique ut uideatur aliquid gratiæ tribuisse ad perfectionem, ait: Ad incrementum semina hæc peruenire non poterunt, nisi opitulatione dei fuerint excitata: ut scilicet opitulatione dei sit cohortatio atque doctrina: Mens autem quæ uirtutum est opulenta seminibus, utatur facultate quæ possedit, ad hoc tantum iuuanda, ut earum uirtutum adprehendat culmina, quarum sibi scit inesse principia. Igitur secundum istum humana anima sic ædificabitur in dei templum, ut non accipiat fundamentum, præter quod aliud nemo potest ponere, quod est Christus Iesus. Quando autem hoc fundamentum incipitur, nisi quando fides in audientis corde generatur? Quæ si naturaliter inerat, non coeptum ibi est aliquid sed super instructum. Superfluum ergo infidelis uidebatur, qui fidem habebat antequam crederet. Hoc autem & de aliarum uirtutum principijs potest dici, quas gratia augere debeat quia sunt, non donare quia defunt. Sed aliud nos omnia sanctorum scripturarum eloquia docent. Legimus principium esse sapientiæ timorem domini. Et legimus dei hanc esse uirtutem, cui donatum est habere timorem domini. Cum ergo timor dei principium sit sapientiæ, quæ uirtus haberi potest sine sapientia, cui ex timore principium est? Beatus Petrus Apostolus: Gratia uobis inquit, & pax adimpleatur in recogitationem domini nostri Iesu Christi, qui nunc omnia nobis diuina uirtute sua, quæ ad uitam & pietatem pertinent, donauit. Nunquid ait, qui uirtutum semina, quæ naturaliter habebamus inserta, opitulatione sua excitabit in nobis? quæ ad uitam & pietatem pertinent donabit? Quod dicendo, cuius uirtutis initium in natura posuit, quod non ab eo conlatum sit qui cuncta donauit? Propter quod & beatus Paulus: Quid enim habes inquit, quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Ergo omnia quæ ad uitam & pietatem pertinent, non per naturam quæ uitata est, habemus: Nec ideo existimare debemus in naturalibus thesauris principia esse uirtutum, quia multa laudabilia reperiuntur etiam in ingenuis impiorum, quæ ex natura quidem prodeunt, sed quoniam ab eo qui naturam condidit recesserunt, uirtutes esse non possunt: Quod enim uero inluminatum est lumine, lumen est, & quod eodem lumine caret, nox est: Quia sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Ac si uirtutum est quod putatur esse uirtus, quando quidem stultitia est quod putatur esse sapientia, quomodo autem fieri potest, ut qui in naturalium uirtutum seminibus, quæ iste magnificat, gloriatur, ipsas uirtutes suas ei doctrinæ subiiciat prouehenda, quæ dicit: Si quis uideat inter uos sapiens esse, stultus fiat ut sit sapiens? Et quia in sapientia dei non cognouit hic mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam dicationis saluos facere credentes. Quid illa scientia, scientiæque præsumptio magis

Impiorum opera omnia polluta sunt.

Multa pulchre sunt, non tamē ex fide.

**C** magis ineptum cernat, magisq; ridendum, nisi spiritus dei aspernatione subegerit superborum rationes, quæ illas quæ ignotæ uirtuti canina facundia repugnabāt gratiæ suæ uirtute destruxerit: ut semen uerbi præsulcati cordis terra concipiat, & dignos æternis horreis fructus dei agricultura producat. Post illud autem nullius autoritatis est testimoniū, quod disputationi suæ de libello PASTORIS inseruit, & quo ostendere uoluit inter boni & mali contrarias suasiones, ita omnem hominem naturali iudicio, & propriæ discretioni esse commissum, ut ei non plus à deo præsidij, quàm à diabolo sit periculi. Addidit definitioni suæ regulam dicēs: Et idcirco manet in homine liberum semper arbitrium, quo gratiam dei possit uel negligere, uel amare. In qua sententia etiā hoc quod ait, manere in homine liberū semper arbitriū, ex aliqua parte nō constat: Si quidē multa milia infantium in regnū adsumptorum, aut à regno dei extraneorum, sine ullius suæ uoluntatis arbitrio gratiam dei aut accipiant, aut amittant. Multiq; excordes ad omnia prorsus & fatui per sacramentum regenerationis ab æterno mortis uinculis eruantur. Accipiamus tamē ita hoc dictū, ut ad eos propriè pertineat hæc definitio, qui uti possunt libera uoluntate: Ita ne libera est ista libertas, ut quantum ex se habeat fastidij, ut negligat gratiam dei, tantum ex se habeat dilectionis ut diligat: Ita ne illum uetustæ infidelitatis glaciale rigorem nullus meridiani caloris spiritus relaxabit, & torpor mentis obstrictæ de suo algore concaluit, ut dicente domino: Ignem ueni mittere in terram, nulla ad cor frigidæ scintilla peruenit, & cinis mortuus à semetipso in flammā charitatis exarserit: Nihil tale in ista gratiæ amatoribus factum est, quale illi experti sunt, qui dicebant: Nonne cor nostrum erat ardens cum essemus cum illo in uia, & aperiret nobis scripturas? Sed nec illud in eisdem actum est, quod de Lydiæ ciuitatis Thyatirorum purpuraria, quæ inter mulieres, quibus illic Apostolus prædicabat, sola tunc ostenditur credidisse; cuius inquit, cor aperuit dominus, ut intenderet hijs quæ à Paulo dicebantur. Et tanta est secundum istum liberi arbitrij incolumitas, ut facultas in charitatem, quæ in omnium arce uirtutum est, nō ex dei munere, sed ex sola habeat uoluntate. Quid ergo in anima à suo ædificato re parabit? aut qua largitate gratiæ fiet ornatio, si illa nō sunt ei propria, sine quibus non possunt prodesse donata? Sed Apostolus qui proficitur sine charitate nō operationes miraculorum, non scientiā, nō fidem, non prophetiam, non erogationes diuitiarum, non ipsam sauissimorum suppliciorum prodesse tolerantiam, unde habeatur ipsa charitas non tacet: Quoniam charitas inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et pax inquit, fratribus cū charitate & fide à deo patre & domino Iesu Christo. Sanctus etiam Ioannes Apostolus instruat nos, unde huius boni coeperimus esse participes: Charissimi, inquit, diligamus inuicem, quia dilectio ex deo est. Et ne possimus opinari, ideo dilectionem dictam ex deo, quia in natura hominis hic saluus esset effectus, paulo post ait: Nō quod nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse dilexit nos. Agnoscat ergo humana egestas, hoc quod de quibuslibet bonis recte dicitur, multo rectius sibi dici de eo sine quo bona cuncta non profunt. Quid enim habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Post hæc cum tantum homini tribuisset ante gratiam, quantum ei fructuosissimum habere per gratiam, addidit quædam perplexe atque confuse ad uigorem liberi arbitrij demonstrandum, & de hijs quæ iam donatis sibi uiribus facit, uult illa munire quæ ei naturaliter inesse definit, ut quod est per adiutorium dei profecisse, hoc sit per arbitrij libertatem coepisse. Verum hæc ut tolerabilia transeamus, quia & nos liberū arbitriū ideo dicimus bonæ uoluntatis affectū, fideiq; principiū, operante gratia concepisse, ut per hæc quæ illi nullo merito præeunte donata sunt, ea quæ operaturis sunt pmissa mereat, ab illo semper petens posse aliqd boni facere, qui ait: Sine me nihil potestis facere.

Pastoris liber de libero arbi

trio.

Luc. 12.

Fortis legem est: In istis gratiæ amatoribus.

Act. 16.

1. Cor. 4.

**A** nihil potestis facere. Hijs itaque prætermisissis id quod de sancti Iob passionibus posuit retractemus, ait enim: Quod etiam in Iob probatissimo athleta suo, cum eum diabolus expetisset ad singulare certamen, diuinam legimus prouidisse iustitiam: Si enim contra inimicum non sua uirtute, sed dei solius fuisset gratia protegente congressus, & absque ulla uirtute patientiæ suæ diuina tantum opitulatione suffultus, multiplices illas ac tota inimici crudelitate quæ sitas cætationum moles & exitia pertulisset, quomodo non illam calumniosam diabolus quam prius emiserat uocem, aduersus eum iustius iterasset: Nunquid Iob gratis colet deum? nonne tu uallasti eum, & uniuersam substantiam eius per circuitum? Sed aufer manum tuam, hoc est, sine eum suis mecum uiribus decertare, nisi in faciem tuam benedixerit tibi. Sed cum nullam huiuscemodi querimoniam calumniosus hostis post conflictum audeat iterare, non dei, sed illius se uictum uiribus confitetur: Licet etiam gratiam dei non in totū illi defuisse credenda sit, quæ tantam tentationi tribuit potestatem, quantam & illum resistendi nouerat habere uirtutem, non eum ab illius impugnatione sic protegens, ut nullum uirtuti humanæ relinqueret locum, sed hoc tantum procurans, ne uiolentissimus inimicus animam eius amitteret faciens, & impotē sensu, impari eum atq; iniquo certaminis pondere prægruaret. Quis hæc prædicari à catholicis inter catholicos crederet, nisi quæ in conluctationibus domesticis sæpe defensa sunt, etiam scripta legerentur? Ita ne in omnibus hominibus intelligentiæ caligat obtutus, & à cunctis ecclesiæ filijs spiritus scientiæ & pietatis abscissit, ut non erubescant ingerere se iudicijs legentium tam inhonesto mendacio? Vir grauis, doctor sapiens, uerax magister, redde nobis catholicam definitionem, quia inter initia disputationis tuæ aures nostras mentesq; coepisti. Pronuntiaueras fidem Christianam uoce ecclesiastica, non solum actuum, uerum etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium: qui nobis & initia sanctæ uoluntatis inspirat, & uirtutem atque oportunitatē eorum quæ recte cupimus tribuit peragendi: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descens à patre Iuminum, qui & inspirat quæ bona sunt, & exequitur & consummat in nobis, & huius sententiæ soliditate omnia hostilium reliquiarū machinamenta confrégeras; cur professione mutata, quod destruxisti ædificas, quod tuebaris impugnas? Cur inuictissime ueritatis arce deferta gradatim ad præcipitia pelagiana decurras? Qui enim definias, neque sanctarū cogitationum, neque piarum uoluntatum, neque bonorum actuum ex nobis esse principia, sed inspiratione dei gratiæq; eius auxilio bona in nobis cuncta generari, & ad profectū perfectionemq; perducī, paulo post coepisti donis gratiæ liberi arbitrij æquare conatus, ut principia quæ deo adsignaueras, posse hominem à semetipso habere monstrares, dicendo: Quia etiam suis interdum motibus homo ad uirtutum adpetitus posset extendi, semper uero à domino indiget adiuuari. Et iterum dicendo etiam per naturæ bonum, quod beneficio creatoris indultum est, nonnūquam bonarum uoluntatum prodire principia, quæ tamen nisi à domino dirigantur, ad consummationem uirtutum peruenire non possint. Et post hæc, ut quosdam præueniri ad gratiam ostenderes, in quorundam autem præeuntibus meritis causam percipiendæ gratiæ conlocares, dixisti quid ex quo pendeat dubitari, id est, utrum, quia initium bonæ uoluntatis præbuerimus, misereatur nostri deus: an quia deus misereatur, consequamur bonæ uoluntatis initium. Quas duas regulas ne in ambiguo relinqueres, utranque exemplis ut tibi uisum est idoneis munire curasti: Vnam de Pauli & Matthæi coactitia conuersione confirmans: Aliam de Zachari & Latronis uoluntaria fide roborans, quorum desiderium tam uiolentum dicit fuisse, ut ad inuadendum regnum cælorum specialia uocationis monita præuenirent. Deinde progressu disputationis, ut incolumitatem interioris

Matthæi coactitia conuersione.

**C** interioris hominis patefacias, ipsum Adam concepisse quidem quam non habebat conscientiam mali, sed quod acceperat etiam boni conscientiam non amisisse confirmas. Cunque hoc ex comparatione impiorum probare uoluisses, in id usque prolapsus es, ut proclamares cauendum nobis esse, ne ita ad deum omnia sanctorum merita referamus, ut nihil nisi quod malum est humanam ascribamus naturam. Et ne hanc naturam ullas in prauaricatione Adae crederemus amisisse uirtutem, definisti, tam incolumes esse omnium hominum animas naturaliter, quam fuit primi hominis ante peccatum, dicendo: Dubitari ergo non potest, inesse omnium animarum naturaliter uirtutum semina beneficio creatoris inserta. Consideratis ergo huius definitionibus tuis, non est occultum quantum ab illius sententia sanitate descueris, in qua quod tribuendum erat gratia, fallaciter predicando catholicarum tibi aurium iudicia conciliare uoluisti, quibus de praemissa professionis fronte securis, facile sequentia inreperent, si prima placuissent. Sed haec tenus ne in totum uidereris a praefixa regula discrepare, ita uirtutum meritorumque principia ad liberum arbitrium a gratia transfulisti, ut ipsos bonorum desideriorum uoluntarios motus sine auxilio dei nec prouehi patereris posse, nec perfici: Nunc uero remoto longius deo, & a sustentatione hominis separato, tantam libero arbitrio potentiam tribuis, ut non solum amissionem multiplicium facultatum, & totius simul familiae ac necessitudinum acerbissimum sinem constanter aequanimiterque suscipiat, sed ipsius quoque corporis proprii ineffabiles cruciatus proposito nudae uoluntatis euincat. Et ut dubitari hinc disputante te nequeat, sancti Iob constituis exemplum, qui aduersus illam insignem diabolicam saeuitiam crudelitatem sine dei praesidio decerraret: & argumento probare niteris, quod ipse cruentissimus inimicus confessus sit, non domini, sed Iob se uirtutes operatum in eo, quod sibi grauiore conflictu gratiam dei obtinuisse non dixit. Quasi uir ille in damnis atque orbitatibus debuerit superna protectione circumtegi, in carnis autem suae animarumque tormentis non egerit adiuuari. Si ergo hac magnitudine animi, quam illata per singulos omnesque artus tot mortium poena non superat, nihil inter sanctorum palmas memorabilius, nihil inuenitur illustrius, ea quam aduersus ex humana tantum uirtute subsistere. Quid erit laudis ac meriti, quod inter studia quietis ac pacis nequeat arbitrij obtinere libertas, quam in tanti sine certaminis de suis uiribus coronasti? Quare igitur abs te, uideatur ne tibi uir iste, cum illis quae legimus supplicij probaretur, habuisse in se spiritum sanctum? Si habuisse dicis, certum est quia deus quem non deseruit adiuuauit: Si autem recessisse ab eo spiritum sanctum dixeris, propheticus te eiusdem sermo conuincit dicentis. Scio enim quod redemptor meus uiuat, & in nouissimo de terra surrecturus sum: Et rursus circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum, quem uisurus sum ego ipse, & oculi mei conspexerunt & non auilius. Reposita est haec spes mea in sinu meo. Quod si de incarnatione domini nostri Iesu Christi ac resurrectione eius, qui est primitiae dormientium, & de spe redemptionis, quae in ipso reposita est omnibus sanctis, recte intelligitur prophetatum, manifeste apparet non discessisse a templo suo gratiam dei, & fecisse iam tunc dominum in hoc sancto suo, quod postea in Apostolis & martyribus suis spodebat esse faciendum dicens: Cum autem tradent uos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini: non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Quid cum idem sanctus ineptis consolatoribus responderet, nonne in dei fidebat auxilio, dicens: Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit dominum & exaudiet eum? Aut nesciebat ex illo se habere quod habebat, de quo ait: Apud ipsum sapientia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam, & quod dicit, in cuius manu anima omnium uiuentis

**A** uiuentis, & spiritus uniuersae carnis hominis. Et iterum: Expecto, inquit, donec ueniat immutatio mea: uocabis, & ego respondebo tibi, operi manuum tuarum porriges dexteram: Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parcis peccatis meis. Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam. Non ergo deseruerat dominus quem curabat, neque opem suam abstulerat ab eo cui purificationis remedia quibus clarius nitesceret admouebat. Ad hanc passionum tolerantiam, in qua hic spiritus emicuit, etiam ille erat praeparatus a domino, qui dicebat: Nam & si ambulem in medio umbrarum mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et illud: Salus iustorum a domino, & protector eorum est in tempore tribulationis. Ad hanc tolerantiam etiam ille erat paratus a domino, qui & credere in Christum, & pro Christo pati referebat ad Christum, dicens: Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & accessum habemus in gratia ista, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriae filiorum dei: Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et iterum: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus ut oves occisionis. Sed in hijs omnibus superamus per eum qui dilexit nos. Huius tolerantiae fortitudo unde descenderet, beatus Petrus, & in illo omnis ecclesia ueritatis ipsius uoce dicebat, dicentis: Ecce Satanus postulauit ut cerneret uos uelut triticum, ego autem rogavi pro te Petre, ne deficiat fides tua. Quisquis igitur in tribulatione non deficit, ab illo se non dubitet adiuuari, ad quem quotidie corda uniuersorum fidelium clamant: Ne inferas nos intimationem, sed libera nos a malo. Quoniam custodit deus animas sanctorum suorum, de manu peccatorum liberabit eos. Quod autem dicis gratiam dei ab Iob ex eo intelligendam non penitus recessisse, quod tentatori eius tantam tribuit potestatem, quantam & illum resistendi nouerat habere uirtutem. Nonne rectius ueraciusque loquereris, si ubi dixisti, quantam & illum resistendi nouerat habere uirtutem: diceres potius quanta & illi resistendi se dedisse uirtutem: Vnius enim uerbi correctio totam istam gloriam, quam humani uiribus assignare uoluisti, sobrietate aliqua temperasset, ut illa mirabilis in tanta afflictione patientia, & dei adiutorio & libero hominis ascriberetur arbitrio. Sed ueritas est naturam humanam minueret laudem, si ei profitereris a deo datam esse uirtutem. Itaque conflictus illius atque uictoriae non uis credi cooperatorem deum fuisse, sed tantummodo spectatorem: ut cui persuadere poteris, per naturalem liberi arbitrij facultatem tam arduum certamen euictum, dubitare non audeat in leuioribus causis multo liberiores esse bonae uoluntatis effectus, atque ita in illius damnatae sententiae foueam cadat, qua dicitur: Ideo nobis gratiam iustificationis dari, ut quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possemus implere per gratiam. Tanquam & si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possemus etiam sine illa implere diuina mandata. Quod quia catholici Pontifices dignum anathemate censuerunt, utendum nobis est eo quo usi sunt testimonio, dicentes: De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, ubi non ait: Sine me difficilius potestis facere, sed ait: Sine me nihil potestis facere. Hijs autem definitionibus tuis, quas credidisti idonea autoritate munitas, tanquam de consensu legitimum securus, adiungis: Solere interdum deum ad fidem nostram probandam plus offerre quam sufficit, ut quam infirma sit credentium fides possit agnosci: & hoc

**Math. 8.** & hoc exemplo illius Centurionis ostendis, qui cum pueri sui posceret curationem, dominusque se ad domum eius iturum esse promitteret, responderit: Non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed dic tantum uerbo, & sanabitur puer meus. In quo eum dominus tali admiratione laudauerit, ut pronuntiaret non se inuenisse tantam fidem in Israël. At exigua conclusione penè totum tu Pelagianum dogma confirmas dicendo: Nullius enim laudis esset ac meriti, si ideo Christus quia ipse donauerat prætulisset. Falsò scriptum est: Quia nemo potest esse continens, nisi deus det: falsò prædicauit Apostolus, cum de eadem uirtute loqueretur dicens: Volo autem omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisque proprium habet donum à deo, alius sic, alius autem sic. Falsò docuit & ille qui dixit: Si quis indiget sapientia, postulet à deo & dabitur ei. Nec secundum ueritatem dictum est: Omne datum optimum, & omne donum perfectum descendens à patre luminum. Et: Nemo potest accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cælo. Ad dicendum est, omnes quidem uirtutes inter dei dona numerandas, sed in illis hominem quas de proprio habuerit esse laudabilem: & ibi esse merita, ubi dei dona non fuerint. Igitur secundum regulam tuam, quibus donatum est ut non solum credere in Christum, sed etiam ut paterentur pro ipso, & laudè & meritum perdidit, nec habent uerè gloriam qui non in se, sed in domino gloriantur. Sed rectius audiuius dicentem: Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmat carnem brachij sui, & à domino discedit cor eius. Et illum qui ait: Diligam te domine uirtus mea, & in domino laudabitur anima mea, & fortitudo mea & laudatio mea dominus. Vt manifestissime nouerimus, nec laudem eos ullam habere, nec meritum in quibus non inueniuntur, quæ nisi dominus dederit non habentur. Sic autem de testimonio laudatæ fidei præiudicium donis gratiæ posse generari, quasi fides ubi ostenderetur laudata, non doceretur esse donata. Laudat Apostolus Romanorum fidem, & pro hoc bono agit gratias deo, dicens: Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis: quia fides uestra adnuntiatur in uniuerso mundo. Ad Corinthios quoque simili scribit affectu dicens: Gratias ago deo meo semper pro uobis in gratia dei, quæ data est uobis in Christo Iesu: quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo, & in omni scientia. Nunquid agendo gratias de credentibus sustulit laudem: aut laudando credentes meriti negauit autorem? De Ephesiorum etiam fide quid sentiat audiamus: Propterea inquit, & ego audiens fidem uestram, quæ est in domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro uobis, memoriam uestri faciès in orationibus meis, ut deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ, det uobis spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitione eius inluminatos oculos cordis uestri. Habebant ergo isti fidem, habebant & opera charitatis, quæ nec laude poterat carere, nec merito. Sed per hijs uirtutibus Apostolus gratias deo agere non cessat, sciens à patre luminum hæc dona uenisse, à quo se etiã petere protestatur, ut quibus dedit fidem, quæ per dilectionem operatur, det spiritum sapientiæ & intellectus, & inde se Ephesij nouerint accepisse quod habebant, à quo discunt et sperare quod non habent. De Philippensibus quoque similes deo gratias agit, & meritum eorum laudemque non supprimit, dicens: Gratias ago deo meo in omni memoria uestri, semper in cunctis orationibus meis pro omnibus uobis, cum gaudio deprecationem faciès super communicationem uestram in Euangelio, à prima die usque nunc, confidens hoc ipsum quia qui cœpit in uobis opus bonum perficiet usque in diem Christi Iesu. Cuius huic humanæ laudis ac meriti non hic causa suspensa est: quid uirtutis ac pietatis exceptum est, quod non ex gratiæ fonte profluerit: ubi ab initio usque

**A** usque ad finem & inchoatio & perfectio boni operis domino reputatur, cui canitur de sanctis suis: Domine in lumine uultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in tua iustitia exaltabuntur, quoniam gloria uirtutis eorum tuis. Considerandum sanè est in hac sententiã tua, quantum adiuues eos qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari, quos, ut catholicæ fidei defendaris umbraculo, profanæ opinionis esse profiteris dicès: Nemo autem existemet hæc à nobis ob hoc fuisse prolata, ut nitamur adstruere summã salutis in nostræ fidei ditione consistere, secundum quorundam profanam opinionem, qui totum libero arbitrio deputantes, gratiam dei dispensari secundum meritum uniuscuiusque definiunt. Sed miror ualde quomodo non uides, aut ab alijs existimas non uideri, quod te ipsum tuo ore condemnas: Dicendo enim, quod Centurio, cuius fides domini uoce laudata est, nullius laudis esset ac meriti, si id in eo deus quod ipse donauerat prætulisset, definisti Centurionem illum non donatam fidem habuisse, sed propriam, ac perinde nihil eius principijs conlatum fuisse per gratiam: in eadem autem fide causam fuisse & laudis & meriti, quorum neutrum haberet, si id cui & laus debetur & meritum dominus contulisset. Frustra ergo inuidiã damnati erroris euadas, si summã salutis negas in fidei nostræ ditione consistere, cū omni modo salus nisi ex fide esse non possit: Iustus enim ex fide uiuit, Quoniam ueritas dicit: Amen amen dico uobis, quoniam qui audit uerbum meum, & credit in eum qui me misit, habet uitam æternam, et in iudicium non ueniet, sed transibit de morte ad uitam. Et iterum: Hæc est uoluntas patris mei, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternã, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et iterum: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Cum utique huic fidei, quam ideo meritis & laudibus honorasti, quia quamuis eam inter liberi arbitrij bona, quam inter dei dona numerari, æternam beatamque uitam constet esse partam, quomodo hoc uulnus declinabis, quod ipse cogis, pronuntiando eos profanos, qui gratiam dispensari secundum merita humana definiant, & asserendo quod nec laudem constet habere nec meritum eos, qui ex dono gratiæ sint fideles. Quo quouersum ergo te conferas, à te metipso & uincris & uinceris: Si enim gratiam merita non præcedunt, & fides non potest esse sine meritis, fides gratiam non præcedit, & omni modo ex gratiã habeatur quicquid illud est ex quo meritum nascitur, quod ante gratiam non habetur. Vt igitur definitionum tuarum absurditas non sibi repugnare uideatur, inconuenientia miscere conaris, & unitatem membrorum corporis Christi in duobus generibus fidelium noua præsumptione constituis, in uno scilicet ad quod pertineat illud quod inter principia dixisti, non solum actuum, sed etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium, qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur & consummat in nobis. In alio autem cui congruat regula ista, qua dicis Centurionem nec laudem ullam habiturum fuisse, nec meritum, si id in eo dominus quod ipse donauerat prætulisset. Et licet totum disputationis tuæ textum ad has duas formulas, quæ nullo modo conformes possunt esse, produxeris, nunc tamen distinctius atque expressius quid uolueris firmare pronuntias, dicens: Per hæc igitur exempla, quæ de euangelicis protulimus monumentis, euidentissime poterimus aduertere, diuersis atque innumeris modis, & inscriuabilibus uis deum salutem humani generis procurare, & quorundam quidem uolentium ac sitientium cursum ad maiorem incitare flagrantiam: quosdam uero etiam nolentes inuitosque compellere. Et nunc quidem ut impleantur ea quæ utiliter à nobis desiderata conspexerit adiuuare: nunc uero etiam ipsius sancti desiderij inspirare principia, & uel initium boni operis, uel perseverantiam condonare.

Psal. 88.

Ioan. 5.

Ioan. 6.

Ioan. 17.

C nare, inde est quod orantes non solum protectorem, sed etiam susceptorem dominum proclamamus: In eo enim quod prior aduocat, & ignorantes nos atque inuitos attrahit ad salutem, protector atque saluator est: In eo autem quod admittit nobis opem ferre refugientesque suscipere ac munire consuevit, susceptor ac refugium nominatur. Hac ergo discretionem praescripta, erit ut definitis in una ecclesia ista diuersitas, ut dominus noster Iesus Christus, de quo dictum est: & uocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et de quo dictum est: nec enim est aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oportet saluos fieri. Non omnium Christianorum, sed quorundam Saluator, quorundam uero susceptor sit: ut hijs tantum saluati, quos ad percipiendam gratiam deus auersos reluctantesque compulerit: hijs autem suscepti sint, qui uocationem spontanei cursus feruore praeruerint: Et illis quidem conferatur gratuitum donum, istis uero debitum praemium reperatur. Illi nullius sint laudis ac meriti, qui nihil boni habent, nisi quod acceperint: isti autem & gratia abundant, & remuneratione ditescant, qui propria facultate deuoti, quod non acceperant obtulerunt: Atque ita Iesus Christus alios liberos inuenerit, alios liberarit, & non ad omnes pertineat quod ait: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Si sunt a quibus cum eos non elegisset electus est, non ad omnes pertineat: Nemo uenit ad me, nisi datum fuerit ei a patre meo. Si sunt qui non dante patre ad filium uenire potuerunt, non ad omnes pertineat, quod ait Euangelista: Erat lumen uerum quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Si sunt, qui aut ita in hunc mundum uenerunt, ut non essent tenebrae: aut ita lux esse ceperunt, ut inluminatio ueri luminis non egerent, nec de omnibus adoptatis accipiendum sit,

quod ait Apostolus: Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij dilectionis suae. Si quidem ipsi rumpunt uincula sua, & iugo ueteris captiuitatis excusso, ab abominatione diaboli in regnum dei libera alacritate transcurrunt. Haec si possunt intra unam ecclesiam praedicari, ut neutra opinio alteri cedat, sed inuicem sibi utraque succubat, potest fieri, ut recipiamus quod PELAGIANI tenent, & Pelagiani recipiant quod tenemus. Sed hoc modo non tam illi catholici, quam nos erimus, quod absit, Pelagiani: Contrariorum enim permixtio meliorum de

fectio est, quia cum uirtus uitium recipit, non a uitio, sed a uirtute disceditur. Nullo igitur modo Christiana corda suscipiunt, quod persuadere conatus es, eos qui gratia dei sunt quod sunt, nec laudem ullam habere nec meritum, & ab eo qui uenit saluare quod perierat, partem Christianorum saluatam, partem uero esse susceptam: Quoniam discipuli euangelicae apostolicaeque doctrinae, non alta sapientes, sed humilibus consentientes, insaniam superbiae elationis horrescunt. In toto quippe ecclesiae corpore atque in singulis membris quod mortuum erat uiuificatum est: Quod caecatum erat inluminatum est: Quod perierat quaesitum est: Quod errauerat inuentum est. Nec secundum nouam partitionem aliorum saluator, aliorum susceptor, sed omnium usquequaque fidelium & saluator & susceptor est Christus: Nec merito ac laude priuatur, qui unde aeterna bona mereantur accipiunt, tantoque beatiores fiunt, quanto pauciora habuerint, quae ipsorum sunt, & quanto plura quae dei sunt. Non enim conturbat nos superbientium inepta querimonia, quia liberum arbitrium causantur auferri, si & principia, & profectus, & perseverantia in bonis usque in finem dei dona esse dicantur: quoniam opitulationis diuinae gratiae stabilimenta sunt uoluntatis humanae. Volentes oramus, & tamen misit deus spiritum in corda nostra clamantem, abba pater. Volentes loquimur, & tamen si pium est quod loquimur, non sumus nos loquentes, sed spiritus patris nostri

Col. 1. quod ait Apostolus: Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij dilectionis suae. Si quidem ipsi rumpunt uincula sua, & iugo ueteris captiuitatis excusso, ab abominatione diaboli in regnum dei libera alacritate transcurrunt. Haec si possunt intra unam ecclesiam praedicari, ut neutra opinio alteri cedat, sed inuicem sibi utraque succubat, potest fieri, ut recipiamus quod PELAGIANI tenent, & Pelagiani recipiant quod tenemus. Sed hoc modo non tam illi catholici, quam nos erimus, quod absit, Pelagiani: Contrariorum enim permixtio meliorum de

Contrariorum natura.

A nostri qui loquitur in nobis. Volentes operamur salutem nostram, & tamen ipsum uelle atque operari deus est, qui operatur in nobis. Volentes diligimus deum & proximum, & tamen charitas ex deo est diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hoc de fide, hoc de tolerantia passionum, hoc de pudicitia coniugali, hoc de continentia uirginali, omnibusque uirtutibus sine exceptione profitemur. Quod nisi donata essent nobis, non inuenirentur in nobis. Et quod liberum arbitrium naturaliter homini inditum maneat in natura, sed qualitate & conditione mutata per mediatorem dei & hominum hominem Christum Iesum, qui ipsam uoluntatem ab eo quod peruerse uolebat auertit, & in id quod ei bonum esset uelle conuertit: ut delectatione affecta, fide mundata, spe erecta, charitate accensa, liberalem susceperit seruitutem, & seruilem amittendo discimus, non obscurum neque ambiguum est quid de gratia dei sentiant, qui sincerissimis defensoribus obloquij tui, & partem uictoris ecclesiae, resumptis de damnatorum schola quaestiuiculis inquietant, quas sic ut audiuimus retexamus, fiet sermonis nostri immoderata prolixitas: cum de hijs quae ipsorum scholae innotuerunt, facile pius lector intelligit, quod perueniatur hisce talibus in ista lutulentorum librorum coenosa molliginem, cuius uoraginis humor exudet. Necessarium sane existimo ante conclusionem uoluminis, ea quae ostendimus non congruere catholicae ueritati breuiter coniunctimque digerere, ut quae interiectis responsionibus nostris possunt recordationem legentium effugere, fidelius simul recursa recolantur.

B Prima ergo definitione dictum est, non solum actuum, uerum etiam cogitationum bonarum ex deo esse principium, qui nobis & initium sanctae uoluntatis inspirat, & uirtutem atque oportunitatem eorum quae recte cupimus tribuit peragendi: Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Qui & incipit quae bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis. Quod & nos amplectimur, catholicumque esse confitemur.

Secunda definitione dictum est: Adest igitur inseparabiliter nobis diuina protectio, tantaque est erga creaturam suam pietas creatoris, ut non solum comiteatur eam, sed etiam praecedat iugiter prouidentia, quam expertus Propheta confitetur dicens: Deus meus misericordia eius praerueniet me. Qui cum in nobis ortum quandam bonae uoluntatis inspexerit, inluminat eam atque confortat, & incitat ad salutem, incrementum tribuens ei, quam uel ipse plantauit, uel nostro conatu uiderit emeruisse. Iam hic a praemissa definitione disceditur, & quod totum gratiae datum fuerat, ex parte nunc libero arbitrio deputatur.

Tertia definitione dictum est: nisi quod in hijs omnibus, & gratia dei & libertas declaratur arbitrij, qua etiam suis interdum motibus homo ad uirtutum adpetitus possit extendi, semper uero a domino indigeat adiuuari: Nec enim cum uoluerit quis sanitate perfruitur, aut de aegritudinis morbo pro arbitrij sui desiderio liberatur, quasi medicus noster non iam etiam hoc donet morbidis, ut ueram desiderent sanitatem.

Quarta definitione dictum est: ut autem euidentius clareat, etiam per naturam bonum, quod beneficio creatoris inditum est, nonnunquam bonarum uoluntatum prodire principia, quae tamen nisi a domino dirigantur ad consummationem uirtutum peruenire non possunt, Apostolus testis est dicens: Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non. Quasi Apostolus ex naturali affectu &

C non ex gratia dono bonam habeat uoluntatem, qui proficitur ex deo sibi esse sufficientiam etiam cogitandi.

Quinta definitione dictum est: & ita sunt hæc quodammodo indiscrete permixta atque confusa, ut quid ex quo pendeat inter multos magna quaestione uoluerit; id est, utrum quia initium bonæ uoluntatis præbuerimus, misereatur nostri dominus, an quia deus misereatur, consequamur bonæ uoluntatis initium. Multi enim singula hæc credentes, ac iusto amplius adserentes, uarijs sibiq; contrarijs sunt erroribus inuoluti: Si enim dixerimus nostræ esse bonæ principium uoluntatis, quid fuit in persecutore Paulo; quid in publicano Matthæo? Quorum unus quori ac supplicijs innocentum, alius uolentis ac rapinis publicis incubans trahitur ad salutem. Sin uero gratia semper inspirati bonæ uoluntatis principia dixerimus, quid de Zachari fide? quid de illius in cruce Latronis pietate dicemus? qui desiderio suo uim quandam regnis coelestibus inferentes, specialiter uocationis monita præueniunt. In errore esse dicitur & is, qui ex gratia nasci bonam asserit uoluntatem, & is qui dicit gratiam ex bona uoluntate pendere: & tamen utraque sententia suscipienda decernitur, dum unius in Paulo & Matthæo, alterius in Zachæo & Latrone forma præfigitur.

Sexta definitione dictum est: hæc ergo duo, id est, gratia uel liberum arbitrium sibi quidem inuicem uidentur aduersa, sed utraque concordant, & utrunque nos pariter debere suscipere pietatis ratione colligimus; ne unum horum homini subtrahentes ecclesiasticæ fidei regulam excessisse uideamur, quasi ita utrunque recipiendum sit, ut in alijs hominibus uoluntas gratiam, in alijs gratia præueniat uoluntatem, & non ita ut in omnibus uoluntas gratiam subsequatur, quoniam secundum ipsos si aufertur liberum arbitrium cum à gratia præuenitur, aufertur gratia cum à libero arbitrio præuenitur.

D Septima definitione dictum est: Concepit ergo Adam post præuaricationem, quam non habuerat scientiam mali, boni uero quam acceperat scientiam non amisit, cum utrunque sit falsum, quia & à quanto malo Adam cauere deberet deo monente præcidit, & in quanto bono esset constitutus, dum diabolo credit oblitus est: Sicut autem pessima scientia mali est malum est, ita pessima ignorantia boni est bonum non esse.

Octaua definitione dictum est: Vnde cauendum nobis est, ne ita ad deum omnia sanctorum merita referamus, ut nihil nisi id quod malum est humanæ ascribamus naturæ, quasi natura ante gratiam non sit in damnatione, non sit in cæcitate, non sit in uulnere; aut non gratis iustificati sint, quorum inde sint merita, unde iustitia.

Nona definitione dictum est: Dubitari ergo non potest, inesse omni animæ naturaliter uirtutum semina beneficio creatoris inserta, sed nisi hæc opitulatio ne dei fuerint excitata, ad incrementum perfectionis non poterunt peruenire: quasi de spiritalibus nihil Adam præuaricando perdidit, & uirtus non ut habeatur danda, sed ut facilius perfectionem adprehendat hortanda sit.

Decima definitione dictum est: Quod etiam in Iob probatissimo athleta suo, cum eum diabolus expetisset ad singulare certamen, diuinam legimus prouidisse iustitiam: si enim contra inimicum non sua uirtute, sed dei solius fuisset gratia protegente congressus, & absque ulla uirtute patientiæ suæ diuina tantum opitulatione suffultus, multiplices illas, ac tota inimici crudelitate quas tentationum moles & exitia pertulisset, quomodo non illam calumniosam diaboli quam prius emiserat uocem aduersus eum iustius terasset? Nunquid Iob gratis colet deum? Nonne tu uallasti eum & uniuersam substantiam eius per circuitum?

A circuitum? Sed aufer manum tuam, id est, sine eum suis mecum uiribus decerta re, nisi in faciem tuam benedixerit tibi. Sed cum nullam huiusmodi querimoniam calumniosus hostis post conflictum ausit iterare, non dei sed illius se uictum uiribus confitetur. Licet etiam gratia dei non in totum illi defuisse credenda sit, quæ tantam tentatori tribuit potestatem, quantam & illum resistendi nouerat habere uirtutem. Ipse deus sciuit tantummodo quod Iob posset, non etiam donauit ut posset: testis patientiæ eius, non auxiliator fuit. Et in quo erit necessarium gratiæ adiutorium, si humanis solum uiribus tanta illa est parata uictoria?

Vndecima definitione dictum est: de Centurionis fide, miratur eum dominus atque conlaudat, cunctisque illis qui ex Israël populo crediderant præfert, dicens: Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israël. Nullius enim laudis esset ac meriti, si id in eo dominus quod ipse donauerat prætulisset. Impius sensus, qui putat beatiorum esse hominem, cui deus nihil dederit, quam cui uniuersa contulerat.

B Duodecima definitione dictum est: Inde est quod orantes non solum protectorem, sed etiam susceptorem dominum proclamamus: in eo enim quod prior aduocat, & ignorantes nos atque inuitos attrahit ad salutem, protector atque saluator est: In eo autem quod adnitentibus nobis opem ferre, refugientesq; suscipere ac munire consueuit, susceptor ac refugium nominatur. Huic sententiæ is potest præbere consensum, qui se à Christo non uult esse saluatum. Huius itaque definitionibus hoc docetur, hoc scribitur, hoc editis disputationibus prædicatur, quod Adam peccante anima eius læsa non fuerit, sanumq; in eo manserit unde peccauit: siquidem scientiam boni quam acceperit non amisit, nec potuerint posterius eius id perdere, cuius damnum nec ille pertulerit. Inesse autem omni animæ naturaliter uirtutum semina beneficio creatoris inserta, ut possit qui uoluerit iudicio naturali dei gratiam præuenire, & adiutorium eius quo facilius ad perfectionem perueniat promereri: quia nullius sit laudis ac meriti, quid operis bonis non proprijs adornatur. Cauendum quoque esse, ne ita ad deum omnia sanctorum merita referantur, quasi per se nihil boni possit agere ipsa humana natura, cum tanta sit uirtutum eius integritas, ut contra ipsum diabolum sauitiamq; eius usque ad extrema supplicia sine auxilio dei ualeat dimicare. Hanc autem possibilitatem in omnibus esse hominibus esse naturalem, sed non omnes in generatis sibi uti uelle uirtutibus: tantam autem circa uniuersos homines bonitatem esse creatoris, ut alij ab eo, quia sponte ueniant, suscipiantur laudati, alij quia resistunt, adtrahuntur inuiti, atque ideo uolentium susceptor, nolentium uero saluator sit. Et cum pars ecclesiæ ex gratia, pars autem ex libero iustificentur arbitrio, gloriosiores sint quos natura prouexerit, quam quos gratia liberarit: quia ad omne opus bonum tam libera sit in Adæ posteris, quam in Adam fuit ante peccatum. En cuius dogmatis sunt magistri, qui ut catholicorum mentium castitatem gratiæ defensoribus calumniando corrumpant, præcipuum nostro tempore in doctrina ecclesiastica uirum rabido ore concerpunt, creduntq; se omnia autoritatum munimina posse conuellere, si hanc pastoralis speculæ ualidissimam turrim crebra Pelagiani arietis inlissione pulsauerint: Firmum quidem fundamentum dei stat, sed congruenter isti non desunt partibus suis. Dignum quispe est, ut quorum sequuntur sententiam, imitentur insaniam: Nec enim alia possunt dicere, quam quæ damnatorum querelis, & procacissimis IULIANI sunt uulgata cōuicijs, paria sunt unius seminis germina, & quæ latebat in radicibus maris Iulianus.

**C**onfessatur in fructibus, non ergo cum istis noua acie dimicandum est, nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina: tunc istorum machinae fractae sunt, tunc in superbiae socijs ac principibus corruerunt, quando beatae memoriae INNOCENTIUS nefandi erroris capita apostolico mucrone percussit, quando PELAGIVM ad proferendam in se suosque sententiam Palaestinarum Episcoporum Synodus coartauit, quando Africanorum Conciliorum decretis beatae recordationis Papa ZOSIMVS sententiae suae robur adnexuit, ad impiorum detractionem gladio Petri dexteris omnium armauit Antistitum, quando sanctae memoriae Papa BONIFACIVS Pissimo gaudebat, & contra inimicos gratiae dei non solum apostolicis, sed etiam regijs utebatur edictis: Et quando idem cum esset doctissimus, aduersus libros tamen PELAGIANORVM beati AVGVSTINI Episcopi responsa poscebat. Vnde & uenerabilis memoriae Pontifex CELESTINVS, cui ad catholicae ecclesiae praesidium multa dominus gratiae suae dona largitus est, sciens damnatis non exanime iudicij solum sed poenitentiae remedium esse praestandum, Celestium, quasi non discussione negotij audientiam postulantem, totius Italiae finibus iussit extrudi, ab eo & praecessorum suorum statuta, & decreta Synodalia inuiolabiliter seruanda censebat, ut quod semel meruerat abscindi, nequaquam admitteret retractari. Nec uero segniore cura ab hoc eodem morbo Britannias liberauit, quando quosdam inimicos gratiae solum suae origenis occupantes, etiam ab illo secreto exclusit oceanis, & ordinato Scotis Episcopo, dum Romanam insulam studet seruare catholicam, fecit etiam barbaram Christianam: Per hunc uirum etiam Orientales ecclesiae gemina peste purgatae sunt, quando CIRILLO Alexandrinae urbis Antistiti, gloriosissimo fidei catholicae defensori ad execandam NESTORIANAM impietatem apostolico auxiliatus est gladio. Quo etiam PELAGIANI, dum cognatis confederantur erroribus iterum prosternerentur. Per hunc uirum intra Gallias istis ipsis, qui sanctae memoriae AVGVSTINI scripta reprehendunt, maleloquentiae est adempta libertas, quando consultantium actione suscepta, & librorum qui errantibus displicebant pietate laudata, quid oporteret de eorum autoritate sentiri, sancto manifestauit eloquio: euidenter pronuntians quantum sibi praesumptionis istius nouitas displiceret, qua auderent quidam aduersus antiquos magistros insolenter insurgere, & indisciplinata calumnia praedicationi ueritatis obstrepere, AVGVSTINVM, inquit, sanctae recordationis uirum pro uita sua atque pro meritis in nostra semper communione habuimus, nec unquam hunc sinistrae suspicionis saltem rumor aspersit, quem tantae scientiae olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam a meis semper praedecessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserant, utpote qui ubique cunctis & amori fuerit & honori. Contra istam clarissimae laudationis tubam, contra ista sacratissimi testimonij dignitatem audet quisquam malignae interpretationis murmur emittere? & perspicuae sincerissimaeque sententiae nubem obliquae ambiguitatis obtedere? ut scilicet quia in Epistola Papae librorum, pro quibus actum est, non expressus est titulus, hinc eos adpareat non probatos, & istam in sanctum AVGVSTINVM laudationem pro autoramentis fuisse conlatam. Maneat, plane maneat ista conditio, ut horum librorum nouitas repudiata uideatur, si in eadem causa eiusdem uiri dissentit antiquitas: & ut inutile aut incongruum iudicetur, quod ab hijs quae contra PELAGIANOS condidit dissonans inuenitur. Vt itaque omittamus ea uolumina in quibus ab exordio Episcopatus sui multo prius quam impugnatores gratiae exurgerent,

Celestinus Romanus Episcopus.

Augustini laus.

**A** exurgerent, pro gratia disputauit. Legantur tres ad MARCELLINVM ipsius libri, ad sanctum PAVLINVM Nolanum Episcopum Epistola retractetur. Ad beatissimum quoque apostolicae sedis tunc XIXTVM, nunc uero Pontificem emissae paginae recurrantur. Ad sanctum PINARIVM, ad VALERIVM Comitem, ad seruos Christi TIMASIVM & IACOBVM, distinctim edita uolumina reuoluuntur: sex libri priores contra IULIANVM, unus ad sanctum AVRELIVM Carthaginensem Episcopum de gestis Palaestinis, alius ad PAVLVM & EVTROPIVM sacerdotes contra PELAGII & CELESTII quaestiones, & ad beatam memoriae Papam BONIFACIVM libri quatuor explicentur. Ac sic in hijs omnibus operibus, multisque alijs, quae enumerare longum est, idem doctrinae spiritus, eadem praedicationis forma praecessit, agnoscant calumniatores.

Deerant aliquot uersus in antiquo sane codice Laurissensi.

PROSPERI A Q V I T A N I C I DE LIBERO ARBITRIO FINIS.

**B**

VICTORIS

# VICTORIS EPI

SCOPI FIDEI RATIO EXI  
GENTE HVNERICO REGE  
VVANDALORVM.



Egali imperio fidei catholice, quam tenemus, precipimur redere ratione. Ideoque aggrediamur pro nostrarum uirium mediocritate diuino fulti adiutorio quod credimus uel predicamus breuiter intimare. Primum igitur de unitate substantie patris & filij, quod Græci *ἰσοουσιον* dicunt, exponendum nobis esse cognoscimus: Patrem ergo & filium & spiritum sanctum ita in unitate deitatis profiteamur, ut & patrem in sua proprietatis persona subsistere, & filium nihilominus in propria extare persona, atque spiritum sanctum personae suae proprietatem retinere fideli confessione fateamur: Non eundem asserentes patrem quem filium, neque filium confitentes qui pater sit, aut spiritus sanctus: Neque ita spiritum sanctum accipimus, ut aut pater sit aut filius, sed ingenitum patrem, & de patre genitum filium, & de patre procedentem spiritum sanctum, unius credimus esse substantiae uel essentiae: quia ingeniti patris, & geniti filij, & procedentis spiritus sancti una est deitas: tres uero personarum proprietates. Et quia contra hanc catholicam, uel Apostolicam ipsidem exorta haeresis nouitatem quandam induxerat, asserens filium non de patris substantia genitum, sed ex nullis extantibus, id est ex nihilo substituisse. Ad hanc impietatis professionem, quae contra fidem emergerat refellendam & penitus abolendam, *ἰσοουσιον* sermo graecus positus est, quod interpretatur unius substantiae, uel essentiae, significans filium non ex nullis extantibus, nec ex alia substantia, sed de patre natum esse. Qui ergo putat *ἰσοουσιον* auferendum, ex nihilo uult asserere filium extitisse: Sed si ex nihilo non est, ex patre sine dubio est, & recte *ἰσοουσιον* id est unius cum patre substantiae filius est. Ex patre autem esse, id est, unius cum patre substantiae, hijs testimonijs approbatur, Apostolo dicente: Qui cum si splendor gloriae, & figura substantiae eius, gerens quoque omnia uerbo uirtutis suae. Et ipse iterum deus pater incredulorum perfidiam obiurgans, qui praedicantis per Prophetas filij uocem in sua substantia manentem audire noluerunt, dixit: Non audierunt uocem substantiae. Quam uocem substantiae cum tam terribili intestatione increpans, ad eundem Prophetam loquitur dicens: Super montes accipe plantum, & super semitas deserti luctum, quia defecerunt, eod quod non sint homines, non audierunt uocem substantiae a uolatilibus caeli usque ad pecora. Et rursus eos qui a professione unius substantiae declinantes, in eadem fidei substantia stare noluerunt, increpat dicens: Si stetit in substantia mea, auertissem utique eos a uia sua mala, & a pessimis cogitationibus suis. Et iterum non extra substantiam patris filium confitendum, sed in eadem fideliter mentis oculis contuendum, apertissime declaratur, dum dicit Propheta: Quis stetit in substantia domini, & uidit uerbum eius? Patris ergo substantiam filium esse propheticis iam olim designatum est oraculis, dicente Solomone: Substantiam enim & dulcedinem tuam, quam in filios habes ostendebas. Quam in figura & imagine panis caelestis populo Israel caelitus apparet profuxisse. Quod ipse dominus in Euangelio exposuit dicens: Non Moyses dedit nobis panem de caelo, sed pater meus dat uobis panem de caelo: Se utique panem esse designans, cum dicit: Ego sum panis uiuus qui de caelo descendi: De quo etiam Propheta

A Propheta David dicit: Panem angelorum manducauit homo. Namque ut ad huc euidentius patris & filij substantia, unitas & diuinitas, et aequalitas ostendatur, ipse in Euangelio dicit: Ego & pater unum sumus. Quod non ad unitatem tantummodo uoluntatis, sed ad unam refertur eandemque substantiam: quia non dixit, ego & pater unum uolumus, sed unum sumus: Ex eo enim quod sunt, non ex eo tantum quod uolunt paternae unitatis declaratur assertio. Item Ioannes Euangelista dicit: Propterea quarebant eum Iudaei interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, & aequalem se faciens deo. Quod utique non ad Iudaeos est penitus referendum, quia Euangelista ueraciter dixit de filio, quia aequalem se faciebat deo. Item in Euangelio scriptum est: Quaecumque pater facit, eadem & filius facit. Similiter: Et sicut pater suscitatur mortuos & uiuificat, ita & filius quos uult uiuificat. Item: Ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Aequalis enim honor non nisi aequalibus exhibetur. Item ibi filius ad patrem dicit: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Item: Philippe qui me uidet, uidet & patrem: quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Hoc non dixisset, nisi patri per omnia fuisset aequalis. Item ipse dominus dixit: Credite in deum, & in me credite. Et adhuc ut unitatem aequalitatis demonstraret, ait: Nemo nouit filium, nisi pater: neque pater quem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et sicut filius cui uult reuelat patrem, ita & pater reuelat filium, sicut ipse Petro ait, confitenti eum Christum filium dei uiuificantem: Beatus es, inquit, Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est. Et iterum filius dicit: Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Et: Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me attraxerit eum. Unde claret, aequalitatem patris & filij ad se inuicem credentes adducere. Item dicit: Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis. Et: A modo nostis eum & uidistis eum. Verum quia duas in filio profiteamur esse naturas, id est deum uerum, & hominem, uerum corpus & animam habentem, quicquid ergo excellenti sublimitatis potentia de eo referunt scripturae, admiranda eius diuinitati tribuendum sentimus: & quicquid infra honorem caelestis potentiae de eodem humiliter enarratur, non uerbo dei, sed homini reputamus assumpto. Secundum diuinitatem ergo est quod superius diximus, ubi ait: Ego & pater unum sumus. Et: Qui uidet me, uidet & patrem. Et: Omnia quaecumque pater facit, eadem & filius facit similiter. Vel caetera quae superius continentur. Illa uero quae de eo referuntur, ista sunt: Pater maior me est. Et: Non ueni facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Et: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Vel cum de cruce dicit: Deus, deus meus, quare me dereliquisti? Et iterum ex persona filij Propheta dicit: De uentre matris meae deus meus es tu. Vel cum minor angelis indicatur. Et quam plura hijs similia, quae studio breuitatis non inseruimus. Filius ergo dei nullis conditionum necessitatibus obstrictus, sed libera diuinitatis potentia, ita quae nostra sunt mirabili pietate assumpsit, ut a suis quae diuina sunt omnino non destiterit: quia diuinitas nec augmentum admittit, nec patitur detrimentum. Unde gratias agimus domino nostro Iesu Christo, qui propter nos, & propter nostram salutem de caelo descendit, sua passione nos redemit, sua morte uiuificauit, sua ascensione glorificauit. Qui sedens ad dexteram patris, uenturus est iudicare uiuos & mortuos, iustis aeternae uitae praemium largiturus, impijs atque incredulis merita supplicia redditurus. Profitemur itaque patrem de se ipso, hoc est, de eo quod ipse est, sempiternae atque ineffabiliter filium genuisse, non extrinsecus, non ex nihilo, non ex alia genuisse materia, sed ex deo natum esse. Et qui de deo natus est, non aliud est quam id quod pater est, & idcirco unius substantiae est, quia ueritas natiuitatis diuersitatem non admittit generis: Nam

**C** Nam si alterius à patre substantiæ est, aut uerus filius non est, aut quod nefas est dicere, degeneratus est. Est enim uerus filius sicut Ioannes ait: Ut simus in uero filio eius. Non est & iam deneger, quia deus uerus de deo natus est uero, sicut idem Ioannes Euangelista exequitur dicens: Hic est uerus deus & uita æterna. Et ipse dominus in Euangelio: Ego sum, inquit, uia, ueritas & uita. Ergo si aliunde substantiam non habet, de patre habet: si de patre habet, unius substantiæ cum patre est. Sed si unius substantiæ non est, ergo non de patre, sed aliunde est: quoniam unde est, inde substantiam habeat necesse est: Omnia enim ex nihilo, filius uero de patre. De duobus eligat quicquid uelit, aut det ei substantiam de patre, aut fateatur ex nihilo substituisse. Sed propheticum forsitan obijcitur testimonium: Generationem eius quis enarrabit? Cum ego non dixerim, enarra mihi modum uel qualitatem diuinæ generationis, & tanti secreti arcanum humanis uerbis enuntia, quoniam unde natus sit requisitum: Diuina enim generatio inenarrabilis est, non ignorabilis: Nam usque adeo non est ignorabilis, id est, non ignoratur unde sit, ut & pater de ipso genuisse, & filius de patre se natum sapissime protestetur, quod nullus omnino ambigit Christianus, sicut in Euangelio demonstratur, ipso filio dicente: Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine unigeniti filij dei. Item Ioannes Euangelista dicit: Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Ergo professionem nostram breui sermone concludemus. Si uere de patre natus est, unius substantiæ est, & uerus filius est: sed si unius substantiæ non est, nec uerus deus est. Aut si uerus deus est, & tamen de patris substantia non est, ingenitus ergo & ipse est: Sed quia ingenitus non est, factura ergo est, ut putatur, aliunde subsistens, si de patris substantia non est. Sed absit hoc ita credere. Nos enim unius substantiæ cum patre filium profiteamur, detestantes Sabellianam hæresim, quæ ita trinitatem confundit, ut eundem dicat esse patrem quem filium, eundemque credat esse spiritum sanctum: non seruantes tres in unitate personas, sed forsitan obijcitur, cum ingenitus pater sit, genitus filius, non fieri posse unam eandemque esse substantiam geniti atque ingeniti: cum utique si sicut ingenitus pater est, ingenitus esset & filius, tunc magis diuersa possit esse substantia: quia unusquisque à se ipso subsistens, communem substantiam cum altero non haberet. Cum uero unigenitus pater de se ipso, id est de eo quod ipse est, si quid illud est aut dici potest: imò quia ut est dici omnino non potest, filium generauit, apparet unam esse gignentis geniti que substantiam, quia deum de deo, lumen de lumine filium esse ueraciter profiteamur. Nam lucem esse patrem Ioannes Apostolus testis est dicens: Quia deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Item de filio ait: Et uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Et infra: Erat lumen uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Unde apparet patrem & filium unius esse substantiæ, dum lucis & luminis diuersa non potest esse substantia, eius scilicet quæ de se gignit, & quæ de gignente existit. Denique ne aliquis inter patrem & filium diuersitatem naturalis luminis introducat, ideo Apostolus de eodem filio dicit: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. In quo euidentius & coæternus patri, & inseparabilis à patre, & unius cum eo esse substantiæ perdocetur: dum luci splendor est semper coæternus, dum splendor à luce nunquam separatus est, dum splendor à luce natura substantiæ nunquam potest esse diuersus. Qui enim splendor lucis est, idem & dei patris uirtus est: sempiternus ergo propter uirtutis æternitatem, inseparabilis propter claritudinis unitatem. Et hoc est quod nos fideliter profiteamur, filium de patris substantia natum, sicut ipse pater deus apertissimum perhibet testimonium. Qui ut de sua ineffabilis naturæ substantia proprium filium genuisse mon-

**A** isse monstraret, ad instruendam fragilitatis nostræ imperitiam, ut nos ex uisibilibus ad inuisibilia erigeret, terrenæ natiuitatis uocabulum ad diuinæ generationis traxit exemplum dicens: Ex utero ante luciferum genui te. Quid clarius? quid luculentius effari diuinitas dignaretur? Quibus indicijs? quibus existentium rerum exemplis proprietatem generationis ostenderet? Non quia corporeis compositus est membris, aut aliquibus artuum liniamentis distinctus, sed quia nos aliter ueritatem diuinæ generationis auditu mentis percipere non possemus, nisi humani ueteri prouocaremur uocabulo, ut ambigi ultra non possit de dei substantia natum esse, quem constat ex patris utero extitisse. Credentes ergo deum patrem de sua substantia impassibiliter filium generasse, non dicimus ipsam substantiam aut diuinam esse in filio, aut diminutionem pertulisse in patre, & per hoc passionis potuisse uitio subiacere. Absit enim à nobis, ut talia uel opinemur, uel cogitemus de deo, quia non perfectum patrem, perfectum filium sine sui diminutione, sine aliqua deriuatione, sine omni omnino passionis infirmitate genuisse fideliter profiteamur. Nam qui obijcit deo: qui de ipso genuit, diuisionis uitium pertulit? Potest dicere, quia & laborem sensit, quando uniuersa condidit, & ob hoc die septima ab omni suo opere requieuit. Sed nec in generando de se ipso passionem uel diminutionem aliquam sensit, nec in condendo uniuersa fatigationem aliquam pertulit. Nanque ut & euidenti nobis diuinæ generationis impassibilitas insinuaretur, deum ex deo, lumen ex lumine, filium profectum accipimus. Si ergo in efficientia uisibilis ac mundani luminis tale aliquid non inuenitur, ut lumine ex lumine sumpto, & per quamdam generationis natiuitatem exorto, ipsam luminis originem, quæ ex se lumen aliud dedit, nec minui, nec ullum omnino detrimentum ministrati ex se luminis perpeti potuit, quanto rectius & melius de diuini & ineffabilis luminis natura credendum est, quæ ex se ipsa lumen generans minui omnino non potuit: Unde æqualis est patri filius, non natus ex tempore, sed gignentis coæternus, sicut splendor ab igne genitus gignentis manifestatur æqualis. Hæc de patris & filij æqualitate, uel de substantiæ unitate quantum breuitatis ratio fuit, dixisse sufficiat. Superest ut de spiritu sancto quem patri ac filio consubstantiuum credimus, coæqualem & coæternum dicamus, & testimonijs approbemus: Licet enim hæc ueneranda trinitas, personis ac nominibus distincta sit, non tamen ob hoc à se atque à sua æternitate discrepare credenda est. Si manens ante secula diuinitas in patre, & filio, & spiritu sancto uere ac proprie creditur, nec diuidi nostris interpretationibus potest, nec rursus uersa in unam personam trinitas ipsa confundi. Hæc fides plena, hæc nostra credulitas est, idcirco deos nec æstimari patimur, nec uocari, si unum deum in prædictis personis ac nominibus confitemur: Inenarrabilis enim diuinitas non ut concludi aut apprehendi uelut uocabulis posset, intra nomina personasque se præstitit, sed ut id quod erat esse nosceretur: intelligentiam sui ex parte quam capere humana mentis angustia præualebant credentibus dedit, Propheta dicente: Nisi credideritis non intelligetis. Una est ergo trinitatis deitas, & in huius uocabuli appellatione significatio est unius substantiæ, non unius personæ. Ad quam rem fidelibus comprobanda in testimonium sui diuinitas ipsa multis & creberrimis confectionibus semper affuit. Liceat ergo ob breuitatis compendia ex multis paucis proferre, quoniam uere probatio maiestatis tam etsi habet pluralitatem testimoniorum, pluralitate tamen non indiget, quoniam credenti pauca sufficiunt. Primum igitur de ueteris testamenti libris, post etiam noui, patrem & filium & spiritum sanctum unius docebimus esse substantiæ, libro Genesis sic inchoante: In principio fecit deus cælum & terram, terra autem erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ erant super abyssum, & spiritus dei ferebatur super aquas. Ille Iudæ-

**C**is quis esset interrogantibus, dixit: Principium quæ & loquor uobis. Superferebatur spiritus dei super aquas, utpote creator uirtute potentia suæ continens creaturam, ut ex hijs uia omnia producturus, ipse rudibus elementis ignis proprii formata præstaret, & iam tunc mysterio emicante baptismatis, uirtutem sanctificationis liquor is natura perciperet, primaq; ad uitam corpora animata produceret, *Psal. 23.* Dauid proinde aspirante: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris omnis uirtus eorum. Vide quàm plena sit breuitas, & quàm clare in sacramentum unitatis recurrit, patrem in domino, uerbi significatione filium ponens, spiritum sanctum altissimi ex ore nuncupauit. Et ne uocis editio acciperetur in uerbo, cœlos per eum asserit esse firmatos. Ne autem flatus in spiritu reputetur, cœlestis in eo uirtutis plenitudinem demonstrauit: nam ubi uirtus, ibi necesse est persona subsistens, ubi omnis nō ablata à patre & filio, sed cōsummata significatur in spiritu sancto: non ut solus habeat quod in patre & filio est, sed ut totū habeat cum utroque. Et iterum cum de uocatione Gentium dominus loqueretur, intra unum diuinitatis nomen spiritum sanctum prædicans, ait: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et iterum cœlestia Corinthijs precatus Apostolus, hæc subdidit: Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus cum omnibus uobis. Et ut apertius in hac trinitate unitatem substantiæ fateamur, illud etiam nobis est intuendum, quomodo deus cum de mundi & hominis creatione disponderet, sacramentum trinitatis ostenderet dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cum dicit nostram, ostendit utique non unius: cum uero imaginem & similitudinem profert, æqualitatem distinctionis personarum insinuat, ut in eodem opere si aperta cognitio, in quo nec pluralitas cassa est, nec similitudo dissentiens: dum & consequentia sic loquuntur: Et dixit deus, & fecit, & benedixit deus. Et necesse est ut creationis totius autor deus unus sit. Quam fidei rationem antiqua denique per Moysen benedictio pandit & comprobatur, qua benedicere populum sacramento trinitatis uocationis iubetur. Ait enim deus ad Moysen: Sic benedices populum meum, & ego benedicam illos: Benedicat te dominus, & custodiat te: Illuminet dominus faciem suam super te, & misereatur tui: Attollat dominus faciem suam super te, & det tibi pacem. Quod hoc ipsum Propheta Dauid affirmat dicens: Benedicat nos deus deus noster, benedicat nos deus, & metuat eum omnes fines terræ. Quam trinitatis unitatem supernæ angelorum uirtutes hymno uenerantur, & ter numero sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, indefinenti canentes ore, in unius fastigium dominationis gloriam eius exaltant. Quod ut adhuc apertius fidelium sensibus inculcetur, cœlestium mysteriorum consciū producimus Paulum, ait enim: Diuisiones autem donationum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministracionum sunt, idem autem dominus, & diuisiones operationum sunt, idem uero deus, qui operatur omnia in omnibus. Et certe has diuisionum differentias pro qualitate ac merito participantium spiritum sanctum docuit operari: Cum ipsarum gratiarum differentias partiretur, in ultimis intulit dicens: Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens propria unicuique pro ut uult. Vnde nullus ambiguitate relinquitur locus, quin clareat spiritum sanctum & deum esse, & suæ uoluntatis autorem, qui cuncta operari, & secundum propriam uoluntatis arbitrium diuinæ dispensationis dona largiri apertissime demonstratur: Quia ubi uoluntaria gratiarum distributio prædicatur, non potest uideri conditio seruitutis: in creatura enim seruitus intelligenda est, in trinitate uero dominatio ac libertas. Et ut luce clarius unius diuinitatis esse cum patre & filio spiritum sanctum doceamus, Ioannis Euangelistæ testimonio comprobatur, ait nanque: Tres sunt

**A** sunt qui testimonium perhibent in cœlo, pater, uerbum, & spiritus sanctus, & hijs tres unum sunt. Nunquid ait tres in differenti æqualitate seiuncti: aut quibuslibet diuersitatum gradibus longo separationis interuallo diuisi? Sed tres inquit, unum sunt. Ut autem magis magisque sancti spiritus cū patre & filio una diuinitas in creandis rebus omnibus demonstratur, habes creatorem spiritum sanctum in libro Iob primo: Spiritus inquit, diuinus est qui fecit me, & spiritus omnipotentis qui docet me. Et Dauid dicit: Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Si renouatio & creatio per spiritum erit, sine dubio & principium creationis sine spiritu non fuit. Post creationem igitur ostendamus, quia uiuificat etiam spiritus sanctus, sicut pater & filius. Equidē de persona patris refert Apostolus: Testator in conspectu dei, qui uiuificat omnia. Vitam uero dat Christus: Oues inquit, mea, uocem meam audient, & ego uitam æternam do illis. Viuificamur uero à spiritu sancto, ipso dicente domino: Spiritus est qui uiuificat. Ecce una uiuificatio patris, & filij, & spiritus sancti aperte monstrata est. Præscientiam rerū omnium in domino esse, & occultorum cognitionem, licet nemo Christianus ignoret, tamen ex Danielis libro monstrandum est: Deus inquit, qui occultorum cognitor es, qui præsciis es omnium antequam nascantur. Hæc eadem præscientia in Christo est, sicut refert Euangelista: Ab initio autem sciebat Iesus quis esset eum traditurus, uel qui essent non credentes in eum. Quod sit autem occultorum cognitor, ex hoc manifestum est, cum obscura consilia Iudæorum traducens dicebat. Quid cogitatis nequam in cordibus uestris: Similiter præscire omnia spiritum sanctum, ipse manifestauit dicens ad Apostolos: Cum uenerit spiritus ueritatis docebit uos omnia, & uentura adnuntiabit uobis. Qui uentura nuntiare perhibetur, præscire omnia non dubitatur: quia ipse scrutatur altitudines dei, & nouit omnia quæ in deo sunt, sicut memorat Paulus dicens: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam altitudines dei. Item in eodem loco: Sicut nemo scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus eius qui in ipso est, ita nemo scit quæ sunt dei, nisi spiritus dei. Ad intelligendam uero potentiam spiritus sancti, pauca de terribilibus proferamus. Vendiderat possessionem, ut scriptum est in Actibus Apostolorum, suppressa parte pecuniæ dolosus discipulus, reliquum pro toto ante pedes ponens Apostolorum, offendit spiritum sanctum, quem putabat latere: Sed quid ad eum dixit continuo beatus Petrus: Anania, quare Satanas repleuit cor tuum, ut mentiris spiritui sancto: Et infra: Non es mentitus hominibus, sed deo. Atque ita percussus uirtute eius, cui mentiri uoluerat, expirauit. Quid hic uult beatus Petrus intelligi spiritum sanctum? Utique clarum est cum dicit: Non es mentitus hominibus, sed deo. Manifestum est ergo, quoniam qui mentitur spiritui sancto, deo mentitur: & qui credit in spiritum sanctum, credit in deum. Tale aliquid, imò fortius quiddam dominus in Euangelio ostendit: Omne peccatum & blasphemia remittitur hominibus, qui autem blasphemat in spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Ecce terribili sententia irremissibile dicit esse peccatum ei, qui in spiritum sanctum blasphemauerit. Compara huic sententiæ illud quod scriptum est in libro Regnorum: Si peccando peccauerit uir in uirum orabunt pro eo: si autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo? Si ergo blasphemare in spiritum sanctum, & peccare in deum simile, id est inextinguibile crimen est, iam quantus sit spiritus sanctus unusquisque cognoscit. Deus quod ubique sit, præsens impleat omnia, ore discimus Esaiæ: Ego inquit, deus approximans, & non de longinquo, si absconditus fuerit homo in absconditis, ergo ego non uidebo eum? Nonne cœlum & terram ego impleo? Quod autem deus sit ubique, Saluator in Euangelio: Ubicumque ait, fuerint duo uel tres collecti in nomine meo, ibi & ego sum

**C** sum in medio eorum. De spiritu itaque sancto quod adsit ubiq; dicit Propheta ex  
*Sap. 1.* persona dei: Ego in uobis, & spiritus meus stat in medio uestrum. Et Solomon a-  
 it: Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam  
*Psal. 138.* habet uocis. Item David dicit: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam?  
 Si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero in infernum ades: Si sumpsero pen-  
 nas meas in directum, et habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua de-  
 ducet me, & cõtinēbit me dextera tua. Habitat deus in sanctis suis secundū promif-  
 sionem, qua dixerat: Habitabo in illis. Quod uero dominus Iesus dicit in Euange-  
*1. Ioan. 5.* lio: Manete in me, & ego in uobis, probat hoc Paulus dicens: An nescitis, quia Ie-  
 sus Christus est in uobis: Hoc autem totum in spiritus habitatione adimpletur, si-  
*1. Corin. 6.* cut memorat Ioannes: Ex hoc inquit, scimus, quia in nobis est, quia de spiritu suo  
 dedit in uobis: Et iterum dicit: Glorificate, & portate deum in corpore uestro. Quē  
 deum: utique spiritum sanctum, cuius templū esse uidemur. Nam quod arguat  
 pater, arguat filius, arguat spiritus sanctus, ita probandum est. In Psalmo quadra-  
 gesimo nono legitur: Peccatori autem dicit deus, Et infra: Arguam te, & statuam  
 contra faciem tuam, David similiter orans dicit ad Christū: Domine ne in ira tua  
*Psal. 6.* arguas me: Quia ipse uenturus est arguere omnem carnem. Quod uero de spiritu  
*Ioan. 16.* sancto Saluator in Euangelio: Cum uenerit inquit, paraclētus, ille arguet mundū,  
 de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Hoc prouidens David, clamabat ad domi-  
*Psal. 113.* num: Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Nam & quod bonus sit pa-  
 ter, bonus filius, bonus spiritus sanctus, sic probatur. Dicit Propheta: Bonus es tu  
 domine, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. De se autem ipse unigeni-  
*D* tus: Ego sum pastor bonus. De spiritu æque sancto David in Psalmo dicit: Spiritus  
*Ioan. 10.* tuus bonus deducet me in terram rectam. Quis autem illam dignitatem spiri-  
*Psal. 142.* tus sancti possit tacere? Antiqui enim Prophetæ clamabant: Hæc dicit dominus.  
 Hanc uocem Christus adueniens in suam personam reuocauit dicens: Ego autem  
*Act. 11.* dico uobis. Noui autem Prophetæ quid clamabant, sicut Agabus Propheta in A-  
 ctibus Apostolorum: Hæc dicit spiritus sanctus, Et Paulus ad Timotheum: Spiri-  
 tus inquit, manifeste dicit. Quæ uox omnino demonstrat indifferentiam trinitatis.  
 Dicit se Paulus à deo patre & Christo uocatum fuisse & missum: Paulus inquit,  
 Apostolus, non ab hominibus: neque per hominem, sed per Iesum Christum, &  
 dominum patrem. In Actibus autem Apostolorum, quod à spiritu sancto sit se-  
*Act. 13.* gregatus & missus. Sic enim scriptum est: Hæc dicit spiritus sanctus: Segregate mi-  
 hi Barnabam & Saulum in opus, quo uocaui eos. Et paulo post: Ipsi inquit, missi  
 ab spiritu sancto descendere Seleuciam. Item in eodem loco: Attendite uobis & u-  
 niuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus cõstituit Episcopos. Ne quis autem spi-  
 ritum sanctum, quia paraclētus dicitur, contemptibile aliquid æstimet: Paracle-  
*Paracletus* tus enim aduocatus est, uel positus consolator secundum latinam linguam, quæ  
*quid sit.* appellatio etiam filio dei cõmunis est, sicut dicit Ioannes: Hæc inquit, scribo uobis  
 ne peccetis: sed si quis peccauerit, paraclētum habemus apud patrem Iesum Chri-  
 stum. Nam & ipse dominus cum dicit ad Apostolos: Alterum paraclētum mittet  
 uobis pater, sine dubio, cum dicit alterum paraclētum, se quoque paraclētum ma-  
 nifestat. Sed neque à patre hoc nomen paraclēti alienum est: Beneficentiæ enim  
*2. Cor. 1.* nomen est, non naturæ. Denique ad Corinthios Paulus ita scribit: Benedictus de-  
 us & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius conso-  
 lationis, qui nos consolatur. Et cum consolator dicitur pater, consolator dicitur fi-  
*1. Cori. 6.* lius, consolator etiam spiritus sanctus, una tamen nobis consolatio à trinitate præ-  
 statatur, sicut & una remissio peccatorum, Apostolo affirmante: Abluti inquit, estis,  
 & iustificati, & sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritu  
 dei no-

**A** dei nostri. Possimus plura adhuc de diuinis scripturis proferre testimonia, quæ iux-  
 ta baptismi sacramentum trinitatem unius gloriæ, operationis ac potentia mani-  
 festarēt, sed quia ex hijs plenus est sapientibus intellectus, multa præteriuimus stu-  
 dio breuitatis. Faciamus ergo recapitulationem dictorum nostrorum: Si de patre  
 procedit spiritus sanctus, si liberat, si dominus est & sanctificat, si creat cum patre  
 & filio, & si uiuificat, si præsentiam habet cum patre & filio, si ubique est & implet  
 omnia, si habitat in electis, si arguit mundum, si iudicat, si bonus & rectus est, si de  
 eo clamatur: hæc dicit spiritus sanctus, si Prophetas constituit, si Apostolos mittit,  
 si Episcopos præfecit, si consolator est, si cuncta dispensat pro ut uult, si abluat &  
 iustificat, si tentatores suos interficit, si is qui eum blasphemauerit non habet remis-  
 sionem, neque in hoc seculo, neque in futuro, quod utique deo proprium est. Hæc  
 cum ita sint, cur de eo dubitatur quod deus non sit, cum operū magnitudine quod  
 est ipse manifestet: Nō utiq; alienū esse à patris et filij maiestate, qui nō est ab ope-  
 re uirtutū alienus. Frustra illi nomen diuinitatis negatur, cuius potestas non potest  
 abnegari. Frustra prohibeor eum cum patre & filio uenerari, quem exigor cum pa-  
 tre & filio confiteri. Si ille mihi cum patre & filio confert remissionem peccatorū,  
 confert sanctificationem & uitam perpetuam, ingratus sum nimis & impius, si ei  
 cum patre & filio non refero gloriam: aut si non est cum patre & filio colendus, er-  
 go nec confitendus in baptismo est. Si autem omnimodo confitendus secundum  
 dictum domini, & traditionem Apostolorum, ne semiplena sit fides, quis me po-  
 terit ab eius uultu prohibere: in quem enim credere iubeor, ei etiam deinde suppli-  
 cabo. Adorabo ergo patrem, adorabo & filium, adorabo & spiritum sanctum, u-  
 na eademq; ueneratione. Quod si quis durum hoc putat, audiat quomodo David  
 ad culturam dei fideles hortetur: Adorate inquit, scabellum pedum eius. Si religi-  
*Psal. 98.* onis est adorare scabellum pedum eius, quanto magis religiosum, si eius spiritus  
 adoretur: Ille utique spiritus, quem beatus Petrus in tanta sublimitate prædicauit,  
 dicens: Spiritu sancto misso de cœlis, in quem concupiscunt angeli prospicere. Si  
 angeli eum cupiunt aspicerē, quanto magis nos homines mortales despicerē  
*Act. 7.* non debemus, ne forte & nobis dicatur, sicut dictum est ad Iudæos: Vos semper  
 spiritui sancto resististis, sicut & patres uestri. Quod si hæc omnia & talia non incli-  
 nant animum ad uenerandum spiritum sanctum, accipe adhuc aliquid fortius. Sic  
 enim Paulus instruit Prophetas ecclesiæ, in quibus utique et per quos spiritus san-  
 ctus loquebatur: Si inquit, omnes prophetauerint, intret autem aliquis infidelis,  
 aut idiota, cõuincitur ab omnibus, examinatur ab omnibus, occulta quoque cor-  
 dis eius manifesta sunt, & tunc cadens in faciem adorabit deum, pronuntias quia  
 uere deus in uobis est, & utique in eis spiritus sanctus est, qui prophetant: Si ergo  
 infideles cadunt in faciem, & adorant spiritum sanctum perterriti, & confitentur  
 inuiti: quanto magis fidelibus expedit, ut uoluntarie & ex affectu adorent spiritū  
 sanctum: Adoratur autem spiritus sanctus, non quasi separatim more gentilium,  
 sicut nec filius separatim adoratur: quia in dextera patris est, sed cū adoramus pa-  
 trem, credimus nos & filium & spiritum sanctum adorare: quia & cum filium in-  
 uocamus, patrem nos credimus inuocare: & cum patrem rogamus, à filio nos ex-  
 audiri confidimus, sicut ipse dominus dixit: Quicquid petieritis patrem in nomi-  
 ne meo, ego faciam, ut honorificetur pater in filio. Et si spiritus sanctus adoratur,  
*Ioan. 13.* ille utiq; adoratur cuius est spiritus. Illud autem nullus ignorat, quia diuinæ maie-  
 stati nec addi quicquam nec minui humanis supplicationibus potest, sed unus-  
 quisque secundum propositum uoluntatis suæ, aut gloriam sibi acquirit fideliter  
 uenerādo, aut confusionem perpetuam pertinaciter resistendo: Certum est enim,  
 quia contentio & superbia damnat, honorificentia uero fructum deuotionis ex-  
 pectat. Quare autem fideles non honorificent integre trinitatē, ad quā se pertinere  
 P 3 confidunt:

**C**onfidunt cuius nomine serenatos, cuius seruos se nominari gloriantur. Nam sicut ad nomen dei patris homines dei appellantur, ut Helias homo dei dictus est, ut *Homo dei.* Moses homo dei appellatus est, sic a Christo Christiani nuncupamur, sicut et a spiritu *Christiani.* tu spiritales appellamur. Si igitur uocet quis homo dei, & non sit Christianus, nihil *Spirituales.* est. Qui si Christianus uocetur, & non fuerit spiritalis, nec sibi satis de salute confidat. Sit ergo nobis secundum salutaris baptismi confessionem fides integra trinitatis, sit una deuotio pietatis, nec more gentilium potestatum diuersitates opinemur, aut creaturam quantum ad deitatem in trinitate suspicemur. Sed nec Iudaeorum scandalo moueamur, qui filium dei negant, qui spiritum sanctum non adorant, sed potius perfectam trinitatem adorantes & magnificantes, sicut in mysterijs ore nostro dicimus, ita conscientia teneamus, sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. Ter dicentes sanctus, unam omnipotentiam confitemur, quia una est religio, una gloria trinitatis, ut audiamus ab Apostolo, sicut audierunt Corinthij: Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio dei, & communicatio spiritus sancti cum omnibus uobis. Hec est fides nostra, euangelicis & apostolicis traditionibus, & omnium quae in hoc mundo sunt catholicarum ecclesiarum societate fundata, in qua nos per gratiam dei omnipotentis permanere usque ad finem uitae huius confidimus & speramus. Directa XII. Calendarum Maiarum, per Ianuarium Zattarensem uillaticum, a Casis Medianis Episcopis Numidia, Bonifacio Foratianensi, & Bonifacio Gatianensi, Episcopis Vizacenis.

FINIS.



GENNADIUS IN CATALOGO DE  
CEREALIS VITA.

Cerealis Episcopus, natione Afer, interrogatus a Maximiano Africanorum Episcopo, si posset uel paucis diuinae scripturae testimonijs absque ulla disputationis duntaxat assertionem fidem catholicam assignare. Quam ille in nomine domini suffragante sibi ueritate, non paucis testimonijs, sicut Maximianus irridens petierat, sed copiosis tam ueteris Testamenti, quam noui approbauit, & libello edidit.

CEREALIS

CEREALIS EPISCOPI

PI CONTRA MAXIMINVM

ARIANVM.



Vm Carthaginem Cerealis sanctae catholicae fidei Castellensis Episcopus uenit; & quia uiciniore est illis ciuitatibus, quae dei furore inarserunt, regales pulsauit aures eius aduentus. Et cum ab eo requirerent, quibus erat iniunctum, si uera sint quae fama iactauit, ex ordine cum enarraret, Maximinus Arionitarum Episcopus superuenit, & ait Episcopo Cereali: Videtis quae uestra faciunt peccata? ideo deseruit deus uos. CEREALIS. Quare nos deseruit, & non potius uos, qui animas sub Christiani nominis stilo iugulatis, nec ueram fidem tenetis? MAXIMINUS. Si ueram fidem tenetis, proponam tibi quaestiones uestrae fidei, ut si ueram habes fidem, uolo ut ad unam propositionem excludendam duo uel tria testimonia adducas. CEREALIS. Non duo uel tria, sed plura adducam testimonia. MAXIMINUS. Primo docet:

- Quia aequalis est patri filius.
- De unitate, quia unus est deus pater, & filius, & spiritus sanctus.
- Quo modo pater miserit filium. Quo modo pater clarificet filium.
- Quia omnipotens est filius.
- Quare dixit filius: Pater maior me est. Vel quare dictum sit: quod pater tradidit filium.
- De libera filij potestate.
- Contra id quod dicunt, autor est qui generat, uident principium patri.
- Contra id quod dicunt, patrem imperasse filio ut faceret creaturam.
- Quia deus est spiritus sanctus. Quia creator est spiritus sanctus.
- Quia uiuificator est spiritus sanctus.
- Quia & ipse propriae potestatis est & uoluntatis & omnipotens.
- De trinitate uel unitate. Quia inuisibilis est filius.
- Contra id quod dicunt, ex patre per filium, & spiritu sancto facta omnia.
- Contra id quod dicunt, quare prius pater, deinde filius nominatur.
- Contra id quod dicunt, quod pater subiecit illi omnia.

CAPVT I.

CEREALIS. Quia aequalis est patri filius, sic docet Apostolus Paulus dicens: Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo. Qui est in forma dei patris, non potest esse minor, qui non rapuit quod non habuit, quia in forma patris semper fuit. In Euangelio Ioannes ait: Propterea Iudaei uolebant eum interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, aequalem se faciens deo. Item ipse dominus dixit: Qui me uidet, uidet & patrem. Item in Euangelio: Ego & pater unum sumus. Hic unum pro aequalitate dixit, quia aequales sunt, qui unum sunt. Sumus autem ideo dixit, quia alius est pater, alius est filius; sed unum sunt pater & filius. Neque enim diuiditur deus, cum ipse filius dicat: Ego in patre, & pater in me est. Quia uero non solum unum sunt pater & filius addito spiritu sancto, subter habes demonstratum, unum autem ad societatem pertinet patris & filij, unum autem ad solum dominum pertinet, quia est pater, & filius, & spiritus sanctus. Item ipse dominus in Euangelio: Omnia quae habet pater mea sunt. Item ipse filius in Euangelio ad patrem dicit: Omnia mea tua sunt, & tua omnia mea sunt. Et iterum: Qui non honorificat filium non honorificat patrem, Item in Euangelio: Qui me odit, & patrem meum odit. Item

**C** in Epistola Ioannis: Qui negat filiū, nec patrē habet: sed qui confitetur filiū, & filiū  
 1. Ioan. 2. um habet & patrē. Item in Solomone: Splendor est lucis æternæ, & speculum sine  
 Sap. 7. macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Hoc de filio dicit. Item in Euange-  
 lio: Sicut habet pater uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitā in semetipso.  
 Quod autem dicit, dedit: genuit intelligitur. Aut si postea dedit uitam iam genito  
 filio pater, ergo genitus filius sine uita erat. Et quomodo dicit ipse filius in Euan-  
 gelio: Ego sum uia, ueritas, & uita: Item ad Hebræos sic de filio dicit Apostolus:  
 Heb. 1. Qui cū sit inquit, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, gerens quoque omnia  
 uerbo uirtutis suæ. Ergo splendor gloriæ, & figura substantiæ patris, quomodo mi-  
 nor est patre, cum & substantiæ ipsius teneat splendorem, id est, ueritatem: Figura  
 Figura dei. autem dei, æqualitas dicitur dei. Item Apostolus Paulus ad Colossenses de filio di-  
 cit: In ipso inhabitat inquit, omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Si in Christo  
 habitat omnis plenitudo diuinitatis, & quomodo minor est filius?

## CAPVT II.

**Q**uia unus deus pater, & filius, & spiritus sanctus, sic docetur. Ipse dominus  
 in Lege dicit: Audi Israël, dominus deus tuus, deus unus est. Et Apostolus  
 dicit: Nullus est deus, nisi unus. Itē ipse dicit: Unus deus, una fides, unū baptisma.  
 Itē Apostolus Iacob, dicit: Tu credis, quia unus est deus, benefacis, & demones cre-  
 Iacob. 2. dūt et contremiscūt. Hęc fidē cōtremiscūt demones quā uerā esse nouerūt. Itē ipse  
 dñs dicit: Ego sum deus, & nō est alius præter me. Itē in Psalmo xxvii. Quis de-  
 us præter dñm, aut quōs deus præter deū nostrū: Et ipsi cōfitemur, quia & filius deus est.  
 Ostendāt mihi quomō unus est, nisi quia pater, & filius, et spiritus sanctus unus est.

## CAPVT III.

**Q**uomodo miserit pater filiū, sic docet: Missio filij, incarnatio est filij, testificat  
 D. Apostolus Paulus, & quis missus sit, utrū filius dei, an filius hominis, dicens:  
 Galat. 4. Misit deus filiū suū, factum ex muliere, factū sub lege, ut eos qui sub lege erant re-  
 dimeret, Ergo qui ex muliere factus est, ipse missus quod est, etiā sub lege fuit, sicut di-  
 Phillip. 2. xit: nam ut deus cōdidit legē. Itē ipse Apostolus dicit de Christo: Semetipsum exi-  
 Esa. 48. naniuit formā serui accipiēs. Quādo semetipsum exinaniuit, tūc semetipsum mi-  
 sit: Nā & ipse filius dicit: Ego ueni quærere & saluare quod perierat. Hic nō dixit,  
 missus sum, sed ueni. Nam & spiritus sanctus misit eum, sicut scriptū ipso docente  
 est in Esaia Propheta: Et nunc inquit, dominus misit me, & spiritus eius. Itē dicit  
 ipse filius: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare paupe-  
 ribus misit me &c. Ergo maior est spiritus sanctus filio, si maior est qui mittit, quia  
 spiritus sanctus misit filiū dei. Deus utique ubique est, quia ait: Cœlū & terrā ego im-  
 pleo. Et alibi dicit: Cœlū mihi sedes est, terra autē scabellū pedum meorū. Quomo-  
 do igitur mittitur filius: aut quomodo mittit pater, si in cœlo & in terra ubique unus est  
 deus: Item audi ubi nō solū æquales ab æqualibus, sed & maiores mittantur à mi-  
 Maiores sepe ã minoribus mittuntur. noribus, sicut legimus angelū esse missum à Tobia, & Christus missus est à Pila-  
 to ad Herodē. Nūquid humiliāuit se angelus, quia prexit, quo missus est à Tobia: aut  
 humiliāuit se Christus, qui à Pilato missus est ad Herodem? Vis scire, quia ubique  
 est filius, nec est ubi mittat, audi quid dicit ipse filius: Nemo ascendit in cœlū, nisi  
 qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Nō enim dixit, qui fuit in cœ-  
 lo, sed qui est in cœlo, & tamen in terra loquebatur: Sed & in terra tunc homo fuit  
 & deus: Nam si deus, non fuit in terra, quomodo angeli illi ministrabant, sicut scri-  
 ptum est: Et discessit diabolus, & uenerunt angeli & ministrabant ei.

## CAPVT IIII.

**Q**uomodo clarificet pater filium, sic docetur: Nam & filius clarificat patrem  
 sicut scriptum est in Euangelio, dicente ipso filio ad patrem: Ego te clarifi-  
 Ioan. 17. caui super terram. Iterum ipse filius dicit: Pater clarifica filium tuum, ut & filius tu-  
 us cla-

**A** us clarificet te. Et ipse spiritus sanctus clarificat filium, quia scriptum est: Ipse me  
 clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Si ergo clarificat spiritus  
 sanctus filium, nunquam maior est filio spiritus sanctus. Et ipse filius dicit in Psal-  
 mo: Sacrificium laudis honorificabit me. Ergo sacrificium laudis holocaustum  
 passionis accipitur: in passione ergo clarificatur homo, nam deus semper est glorio-  
 sus. Vis scire quia non solum semper gloriosus fuit filius, sed & deus gloriæ fuit &  
 est, Apostolus Paulus dicit de Iudæis: Si enim cognouissent, nunquam dominum  
 gloriæ crucifixissent. Nunc ergo qui mori potuit, ipse & glorificari potuit homo  
 raturum. Nam audi quid dicat ipse filius, quo modo se ipse sanctificat: In ueritate, di-  
 cens, sanctifico meipsum.

Sacrificium  
 laudis cuius-  
 modi.

## CAPVT V.

**Q**uod omnipotens est filius, sic docetur. In Solomone legitur: Omnipotens  
 Sermō tuus domine, exiens à regalibus sedibus tuis, in mediam exterminij  
 terram prosiliuit. Ergo & rex est, qui regales obtinet sedes. Itē in Apocalypsi: Hęc  
 dicit filius dei, qui est & qui fuit omnipotens deus. In Euangelio: Omnia quæcun-  
 que pater facit, hæc & filius similiter facit. Item in Euangelio: Sicut pater suscitauit  
 mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. In Esaia filius dicit: Ecce ego  
 mittam manum meam super uos & depraedabuntur, qui depraedauerunt uos, & sci-  
 eris, quia dominus omnipotens sum, & qui misit me dominus omnipotens est. Hic  
 Ieremias Propheta dicit: Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus hic  
 deus noster, & non est alius. Et ut appareat de Christo dici, sequitur: Postea in ter-  
 ris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Item Apostolus: Nos autē inquit,  
 prædicamus Christū, dei uirtutem, & dei sapientiam. Itē ipse cum de Iudæis loque-  
 tur: Quorum patres inquit, & ex quibus Christus secundum carnē, qui est super  
 omnia deus benedictus in secula: Amen.

## CAPVT VI.

**Q**uare dixerit filius: Pater maior me est. Vel quare dicitur, quod pater tradi-  
 dit filium suum, docetur. Scriptum est in Psalmo, filio dicente ad patrem:  
 De uentre matris meæ deus meus es tu. Ergo de uentre matris est deus eius  
 pater, & ideo maior est pater. Item ipse filius in Psalmo dicit: O domine ego ser-  
 uus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, id est Mariæ. Ipse est seruus, & inde  
 maior est pater. Item: Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti: Et ite-  
 rum: Saluum me fac ex ore leonis. Hęc ad hominem pertinent, nam & ipse ait: Po-  
 testatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam,  
 nemo eam tollit à me, sed ego eam pono à me, & iterum sumo eam. In Psalmo: Ego  
 dormiui & somnum cœpi & resurrexi, quia dominus suscepit me. Et Apostolus,  
 quia se ipse filius tradidit, sic ait: Qui me dilexit inquit, & tradidit semetipsum pro  
 me. Item ipse Apostolus: Qui dilexit inquit, ecclesiā suam, & tradidit semetipsum  
 pro ea, mundans eam lauacro aquæ in uerbo. Item in Epistola Pauli ad Ephesios:  
 Sicut & Christus inquit, dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Itē in Psal-  
 mo ipse dicit: Vt faciam uoluntatem tuam deus meus uolui. Homo dicit in Psalmo:  
 Deus meus, quomodo superius dixit: De uentre matris meæ deus meus es tu. Et ta-  
 men postea sequitur, quando dixit: Vt faciam uoluntatem tuam deus meus, adiun-  
 xit, uolui: quia uoluit, fecit, ipse enim est de quo dicitur: Omnia quæcunq; uoluit,  
 fecit. Ipse nasci uoluit, ipse mori uoluit, ipse omnia pati uoluit, & esurire, & sitire, et  
 lassari, & tamen secundum hominē. Nam uis scire, qualis sit filius dei, Esaïas dicit:  
 Deus æternus, qui fecit extrema terræ, non laborauit, neque esuriit &c. de filio dicit,  
 de quo dicitur est: Omnia per ipsum facta sunt. Nam deus nihil mali, ac laboris pati  
 potuit, cui dicitur in Psalmo xc. Non accedent ad te mala, & flagellum non ap-  
 propinquabit tabernaculo tuo.

## CAPVT

**C** **D**elibera filij potestate sic docetur. In Euangelio dicit: Pater uolo ut ubi ego sum, & isti sint mecum. Non dixit, peto. Non dixit in Euangelio ad leprofum, peto, sed uolo, mundare. Item in Euangelio ad Petrum, dum se peteret ut ambularet super aquam, ait Iesus: Veni. Non rogauit, sed ueni dixit. Item ad Chananzam mulierem dixit: Non sum missus nisi ad oues quæ perierant, domus Israel. Gentilis erat hæc mulier, tamen quia uoluit, præstitit beneficium & sanauit filiam eius, ad quam se missum non esse dixerat: Non enim ad gentes, sed ad Iudæos erat destinatus Christus: tunc dixit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Ad quam se missum non esse dixerat, quare concedebat beneficium ei: Ergo uides, quia quæ uoluit fecit, non quæ alius imperauit. Item in Psalmo de Christo dicit: Omnia quæcunque dominus uoluit fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Non dixit, quæcunq; petiuit.

## CAPVT VIII.

**C**ontra id quod dicit: Maior est qui generat, minor est qui generat: Hæc temporibus cognoscuntur, in Christo autem nulla sunt tempora, per quem omnia facta sunt: Non est enim ex tempore sempiternus, qui ante tempora nascitur generatus, sicut legimus: quia Adam à nullo genitus est, & tamen ipse & filius eius ambo erant pares & æquales, quia ambo erant homines. Maior & minor temporibus fiunt, quia unus senescit, & alius crescit. Sed apud deum nunquam fuerunt tempora. Ipsa enim tempora per filium facta sunt, & nihil in deo temporale est. Tolle ergo tempora, & ostēde mihi maiorem & minorem. Quemadmodum minor sit filius non solum patre suo, sed & angelis, Apostolus Paulus ad Hebræos de ipso dicit: Nunc inquam, modico minus ab angelis minoratum uidimus Iesum. Quare: Sequitur: Propter passionem mortis.

## CAPVT IX.

**C**ontra id quod dicunt: Autor est qui generat, uident principium: Patri nō est autoritas, ubi uoluntas nulla est: Pater enim nec uolens nec nolens genuit, sed natura. Nam si uolens genuit, ergo ipsa uoluntas patris filius est, sicut legimus: Quia ipse est uerbum & uirtus & sapientia. Ipse est & uoluntas patris: Si aliquando nō fuit filius, aliquando non fuit pater: quia pater esse non potuit, si filium non habuisset. Sed sicut pater æternus est, ita & filius æternus est, de quo scriptum est, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Non capitur tempore, non habet initium, nec includitur seculis. Et in Psalmo dicit filius ad patrem: Ego semper tecum sum. Si enim semper cū patre fuit, filius, quomodo autor est pater, qui ante nunquam fuit: Item de ipso dicitur: Priusquam fierent montes, & fingeretur terra, & orbis terræ, à seculo usque in seculum tu es. Si igitur uoluntas est patris filius, dicatur mihi, quomodo autor est pater, sine quo nunquam fuit filius: quia pater sine uoluntate esse non potuit: Quod dicit pater, propter filium dicitur, et quod dicitur filius, propter patrem dicitur: Nam & ille deus dicit de deo. Sed quia dixit filius: Ego in patre, & pater in me, non separatur, sed ideo unus est deus. Sed si minor est filius à patre, quare dixit pater in me est: Nunquam maiorem potest capere minor.

## CAPVT X.

**C**ontra id quod dicunt patrem imperasse filio ut faceret creaturam, respondetur. Cum utique & ipse pater fecerit, nam scriptum est: Faciamus hominem ad imaginem

**A** ad imaginem & similitudinem nostram. Vbi ostenditur pariter operatos, ut unum deum esse monstraret. Sequitur scriptura: Et fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Non dixit fecerunt dii, cum dixisset faciamus hominem, sed dixit: deus fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam. Item si pater non fecit creaturam, & quomodo dicit filius: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor: Item si pater non facit creaturam, & quomodo dicunt Apostoli ad patrem: Tu es domine qui fecisti cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, qui per os sancti pueri tui Dauid dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius: Conuenerunt enim in ueritate in ciuitate ista super sanctum puerum tuum Iesum Christum quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus, & toto Israël, & fecerunt sicut manus tua & consilium tuum præsumierat. Ergo de Christo loquebantur ad patrem, cui dicebant: Tu es domine qui fecisti cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Lege in Actibus Apostolorum, & inuenies de filio dici ad patrem istam sententiam.

## CAPVT XI.

**Q**uia deus est spiritus sanctus, sic docetur. Petrus ad eum qui subtraxerat de precio uillæ, dixit: Quid est quod impleuit Satanas cor tuum mētiri spiritui sancto: Et postmodum adiunxit: Non es mētiri hominibus, sed deo. Item in Actibus Apostolorum scribitur, Petro cogitante & hæsitante de uisitu, dicit spiritus sanctus: Ecce uiri querunt te, exurge, & descende & trade cum illis nihil dubitans, quia ego illos misi ad te. Et ueniens Petrus ad Cornelium dixit: In ueritate scio, quia non est personarum deus acceptor. Ad gentilem enim missus ab spiritu sancto, quia adhuc gentibus non prædicabat Euangelium, sed solis Iudæis. Item in Euangelio: Iesus autem spiritu sancto plenus regressus est à Iordane. An non est deus, qui implet deum: Ergo deus erat in Christo, quo plenus est regressus à Iordane. Item Apostolus: Nescitis, quia corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti: Secutus est: glorificate ergo deum in corpore uestro. Item in Solomone: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Item Esaias Propheta: Et dixit dominus ad me: Va de dic populo huic, aure audietis, & non intelligetis &c. Quem dicit deum Esaias, ipsum dicit spiritum sanctum Apostolus. Si deus spiritus est, quomodo spiritus sanctus deus non est: Si nō est deus spiritus sanctus, quomodo dicit Apostolus Paulus: Diuisiones autē donationū sunt, idem autem spiritus: & diuisiones operationum sunt, unus autem deus qui operatur omnia in omnibus, quia diuidit propria unicuique pro ut uult: Ipse est spiritus sanctus, de quo dicit Propheta Esaias: Spiritus inquam sapientia & intellectus, consilij & fortitudinis, scientia & pietatis, & timoris domini.

## CAPVT XII.

**Q**uia & creator est spiritus sanctus, sic docetur. In Iob legimus: Spiritus diuinus est qui fecit me. In Psalmo: Emitte spiritum tuum & creabuntur. In Euangelio: Inuenta est Maria habens de spiritu sancto. Cui fuerat dictum: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. In Psalmo: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Si in utero uirginis spiritus sanctus filium dei fecit, quid deo defuit quod non creauit: In Euangelio: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest uidere regnum dei. Amplius est enim regenerare quàm creare. Ecce spiritus sanctus, regenerat, quando in baptismo renascimur per ipsum.

## CAPVT

**C**  
 2. Cor. 3. **Q**uia uiuificator est spiritus, sic docetur. Apostolus dicit: *Litera occidit, spiritus autem uiuificat.* Item in Euangelio: Spiritus est qui uiuificat, caro autem non prodest quicquam. In Ezechiele ad ossa arida filiorum Israel mandatur & dicitur, per Prophetam: Dabo spiritum meum in uobis & uiuetis. Item Apostolus dicit Rom. 8. Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum a mortuis habitat in uobis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per habitatem spiritum eius in uobis. Ergo mortalia corpora uiuificantur a spiritu sancto.

**C**  
 1. Cor. 12. **Q**uia & ipse proprie potestatis & uoluntatis sit, & omnipotes sit spiritus sanctus sic docetur. Apostolus dicit: Alij datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alij datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij donatio curationum in uno spiritu, alij operationes sanitatum, alij prophetia, alij iudicatio spirituum, alij generalium linguarum: Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens propria unicuique pro ut uult. Ecce quod operatur unus atque idem spiritus ut uult, non quare ei imperantur. Ipse dominus in Euangelio dicit: Spiritus ubi uult spirat. In Actibus Apostolorum iubet spiritus Philippo, ut se Eunuchum Candacis reginae coniungeret: Act. 13. Item spiritus dicit: Segregate mihi Barnabam & Paulum in opere sancto, quo uocauit illos. Ecce spiritus sanctus segregat Apostolos & uocat. Item de Apostolis: Tentabant ire in Bythiniam, & non eos passus est spiritus sanctus. Ecce Apostolis imperat. Item in Solomone dicit: Spiritus sanctus mihi sapientia, id est in Christo. Spiritus sanctus unicus, multiplex, subtilis, immobilis, incoinquinatus, certus, securus, amans bonum, omnia potens, omnia praesciens, & qui capiat omnes spiritus intelligibiles, mundus, subtilis. Ecce qualis est spiritus sanctus. Item in Euangelio: Et regressus est Iesus in uirtute spiritus in Galilaeam. In uirtute spiritus ambulat Christus. Item in Actibus Apostolorum legimus: Quia loquebantur Apostoli, quemadmodum dabat eis pronuntiatio, spiritus dabat Apostolis quemadmodum loquebantur. Item Apostolus Paulus ostendit, quare tribuat spiritus sanctus dicens: Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Et legimus in Ioanne Apostolo: Quia deus charitas est. Si deus charitas, qualis est spiritus sanctus, cuius est ipsa charitas? Sic enim habes supra: Quia fructus spiritus sancti est charitas.

**D**e trinitate et uerbi diuinitate: Si trinitas non est, quare dicitur est: Ite, baptizate omnes gentes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti? Si unitas non est, quare in uno nomine dictum est, & non in nominibus? Si trinitas non est, quare dicit dominus: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob? Si unitas non est, quare dicit tertio deus, & non pariter deos appellauit? Si trinitas non est, quare dicunt in Esaiam Seraphim laudantia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. Vbi & trinitatem ostendunt & unitatem, quia deum dicunt & non deos. Si trinitas non est, quare dicit Apostolus: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Aut si trinitas non est aut unitas, quare sequitur: ipsi gloria, & non ipsis gloria, si plures sunt dii? Quod si de patre hoc uolunt aliqui accipere, ergo non calumniantur filio: quoniam sicut pater filium, sic per filium facta sunt omnia. Itaque deus non numeratur, non augetur, non indiget, quia non minuitur. Si deus est utique filius, non admittit ista in se: nam ipse dicit ad diabolum tentantem: Non tentabis dominum

**A** dominum deum tuum. Et Thomas Apostolus dicit, cum palparet loca uulnerum, ei: Dominus meus & deus meus. Inseparabilis quippe est trinitas: Neque enim locus est ubi non sit pater, & filius, & spiritus sanctus: ubique simul sunt, nec separantur locis, quia non est corporeus deus: nec numeratur deus, quia non subicitur numeris: deus igitur noster unus est. Nam cum pater, & filius, & spiritus sanctus sit, nemo Christianus tres deos poterit dicere, quia in nullo a se diuina distat natura: Numerus siquidem ordinem efficit, aequalitas non admittit: alter enim primum sequitur, alteri tertius applicatur: Sed cum gradus fieri non possint ex paribus qui subdi possint quemadmodum cum numeratur, unus ergo erit, quia non habet secundum: secundus quippe minor ordinem tenet, & minor alterum facit, alter posterioriorem indicat, posteriori imparem signat. Remoue distantiam, & quod numeres non habebis. Propheta dicit: Sapientia eius non est numerus. Si sapientia eius non numeratur, quomodo filius numeratur, qui est sapientia patris, sicut Apostolus dicit: Quare post patrem secundus dicitur filius, cum sapientia non numeratur, quia est sapientia patris.

**Q**uia inuisibilis est filius, sic docetur: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. In Apostolo de Christo scriptum est: Hic inuisibilis primogenitus totius creaturae. Item: Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum: Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in uitam aeternam: regi autem saeculorum immortalis, inuisibilis, soli deo honor & gloria in saecula saeculorum. Inuisibilis est ergo filius, qui uenit peccatores saluos facere. Si uidetur filius, uidetur & pater, quoniam scriptum est: Qui me uidet, uidet & patrem.

**C**ontra id quod dicunt: ex patre per filium in spiritu sancto esse omnia. Audi quia non solum ex patre, sed & ex filio, & spiritu sancto facta omnia inueniuntur dictum. Apostolus ad Ephesios sic dicit de filio: Veritatem autem facientes in charitate augeamur in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus conuenit & compactum. Ecce ex filio. Audi & ex spiritu sancto: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest uidere regnum dei. Et iterum in Euangelio legitur: Sic est omnis qui natus est ex spiritu.

**C**ontra id quod dicunt: quia pater perhibet testimonium filio. Ipse Christus dicit in Euangelio: Ego sum qui testimonium perhibeo de me. Ergo ipse testificatur de se. Prophetae perhibuerunt filio testimonium, nunquid maiores sunt Prophetae filio? Apostoli perhibuerunt testimonium filio, nunquid maiores sunt Apostoli filio dei? Sed cum ostenderit, quia ipse sibi perhibuit testimonium, non erit quod ab aduersarijs respondeatur: Ego sum, inquit filius, qui testificor de me.

**C**ontra id quod dicunt: quare prius pater, deinde filius nominatur. Audi & filium priorem nominari a patre, Apostolus dicit ad Galatas: Non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem. Item ad Thesalonicenses ipse dicit: Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem aeternam &c. Ecce prior est filius nominatus.

**C**ominatus. Audi & spiritum sanctum priori loco nominari. Apostolus dicit: Unum corpus, & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestrae, unus deus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium. Ecce prius spiritum, & postea patrem nominauit. Sed dico, nunquid quia legimus in Leuitico proprio loco sub una sententia nominatum Iacob, secundo Isaac, tertio Abraham, ideo dicens: meliorem fuisse Iacob ab Isaac, aut maiorem Isaac Abraham patre suo, sicut enim scriptum est: Et memorabor testamenti Iacob dicit dominus, & testamenti Isaac, & testamenti Abraham. Homines non praedudicatis, taxatio deo praedudicium cur infert, si forte alicubi prior taxatur pater a filio, aut filius a spiritu sancto: Quamuis probauerim filium & spiritum sanctum priori loco a patre taxatum.

## CAPVT XX.

**C**ontra id quod dicunt: Pater illi omnia subiecit. Apostolus ad Corinthios dicit de filio: Oportet inquit, illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Et ad Philipenses: Vnde etiam expectamus dominum Iesum Christum saluatorem nostrum, qui transfigurabit corpus humilitatis nostrae conformans corpori gloriae suae secundum operationem, ut possit sibi subijcere omnia. Item Apostolus dicit, quia filius tradet regnum deo patri suo, scriptum est enim de Christo: Cum tradiderit regnum deo & patri. Ergo maior est filius a patre, quia ipse tradet patri suo regnum: Haec sunt quae tantisper commemorare potui & decerpsi, multa autem praetermissa sunt impedimento uelocitatis, quae legens poterit inuenire. Hoc tantum lector teneat, dominum deum minime numero subiacere, minime separari: quod enim minimum est, deus non est. Sed quod deus est filius, & spiritus sanctus uterque perfectus est. Haec est autem uera perfectio, quam non subijcit alterius comparatio, nec remanet quod possit accrescere. Deus spiritus est, non caro; intellectus est, non globatio; internum lumen est, non materies circumfusa. Ideo non diuiditur pater, & filius, & spiritus sanctus, quia non est talis, qui se paret incidi: & tamen pater, pater est; filius, filius est; spiritus sanctus, spiritus sanctus est: Et ubique sine inuicem non sunt; quia unus est qui intelligi potest, separari non potest. Non sunt conglobati, quia non sunt uelut aerei, non sunt diuisi, quia sine inuicem non sunt. Haec est uera & catholica fides, quam Christus docuit & tradidit, Apostoli docuerunt, & omnes sancti Patriarchae & Prophetae fideliter cecinerunt. Propositionibus tuis iuuante patre, & filio, & spiritu sancto, de nouo & ueteri Testamento respondere debeas. In libro sapientiae: Quia sicut deus sapientia, quae est filius dei, sic & spiritus sanctus nouit consilia patris. In eodem libro: quia omnipotens est filius, per quem facta sunt omnia. In eodem libro: quia spiritus sanctus etiam filius, qui dicitur uirtus dei. In eodem libro dicitur de spiritu sancto, quia incorruptibilis est. In eodem libro, secundum formam susceptae humilitatis uisibilem dicit Christum, secundum formam uero deitatis non uisibilem, sed inuisibilem pronuntiat: Quod enim uidetur homo, quod non uidetur, deus agnoscitur. In eodem libro dicitur, quia filius dei de substantia est patris. In Cantico canticorum, ubi Christum dicit esse regem, cum ad eum ecclesia loquitur. In Ecclesiastico: quia innumerabilis est magnitudo dei. Vnde docetur, quia blasphemi sunt, qui trinitatem separando, ac gradibus & numeris credunt esse suadendam. In Psalmo CXVII. Similiter de sapientia, quae est filius dei, sic & spiritus sanctus nouit consilia patris: Consilium autem tuum quis scit, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum de altissimis: In eodem libro, quia omnipotens est filius, per quem facta sunt omnia: Non enim inquit, impossibilis erat omnipotens manus tua, quae creauit omnia, & orbem terrarum ex materia informi. In eodem libro: quia spiritus sanctus etiam filius est: Dispersi per spiritum sanctum

† professus

D

**A** sanctum uirtutis tuae persecutione passi ab ipsis factis suis. In eodem libro de spiritu sancto, quia incorruptibilis est: Incorruptibilis enim spiritus tuus in omnibus est. In eodem libro, ubi secundum formam susceptae humilitatis uisibilem dicit Christum: secundum formam uero deitatis non uisibilem, sed inuisibilem pronuntiat dicens: Videntes illum quem olim negabant, deum agnouerunt uerum. In eodem libro: quia filius dei de substantia est patris: Pro quibus angelorum esca cibasti populum tuum, & paratum panem de caelo praestitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem: substantiam enim tuam, & dulcedinem quam in filios habebas, ostendebas. In Euangelio secundum Ioannem: quia inuisibilis est spiritus sanctus: Spiritus ueritatis, quem mundus non potest accipere: quia mundus non uidet eum, nec cognoscit eum: Vos autem cognoscitis eum, quia apud uos manebit, & in uobis erit. In Cantico ubi Christum dicit esse regem, cum ad ecclesiam loquitur: Introduxit merem in cubiculum suum, exultemus & iocundemur in te. Item similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quousque rex sit in recubitu suo. In Ecclesiastico: Quia innumerabilis est magnitudo dei. Vnde docetur quam blasphemi sint, qui trinitatem dei separando gradibus ac numeris suadenda estimant: & quis inuestigauit magnitudinis eius imperium, & magnitudinem eius quis dinumerauit: In Psalmo XXVII. Similiter de sapientia, quae est filius dei dictum est, quia sapientiae eius non est numerus: Magnus dominus noster, & magna uirtus eius, & sapientiae eius non est numerus. Propositionibus istis MAXIMINVS Arionita nihil ualens ad respondendum, differebat de die in diem. CEREALIS uero dixit illi, qui intererat, cui erat iniunctum: Propositionis ab eo quaestionibus adiuuante deo respondi, cur meis propositionibus non responderet: Supra memoratum igitur Maximinum, cui erat iniunctum, cum conueniret, tacuit. Et ait Cereali: Vade tibi in propria ecclesia, quia conuentus a me Maximinus noluit respondere, hinc intelligitur quia non ualuit, ubi tacuit, & tuis propositionibus respondere noluit. Iam inter uos deus audit.

B

CEREALIS EPISCOPI ADVERSUS  
MAXIMINVM FINIS.


Q. 2 GELASII

# GELASII EPISCOPI

ROMANI DE DVABVS NATVRIS

IN CHRISTO, ADVERSVS EUTY-

CHEN ET NESTORIVM.



**N**ecessarium quoque fuit, ut quia multos de incarnationis domi-  
nicæ sacramento recens altercatio uel causa perfringit, hoc est  
de nostri deitate pariter & humanitate profuturam ueraciter Sal-  
uatoris, in quantum clementer idem referare dignatur, fidei ra-  
tionisq; conuenientia promeretur, præcipue cum repererit, quan-  
tum ad nos perlatum est, puerile commentum perniciose callidi-  
tas, quo se uelut necessarium prouidisse iudicet argumentum, ut

*Eutychni.* \* quolibet ingenio unam competenter existimet in reparatore generis humani pro-  
fiteri nos debere substantiam pronuntians: ridenda uersutia contra Eutychnianos,  
qui unam prædicant in nostro redemptore naturam, duas à nobis merito proferendas:  
Contra autem Nestorianos, qui diuidunt naturas in eodem domini sacramento u-  
nam nostra confessione promendam. Quapropter nimis sollicitè præcaueda est hæc  
insidiosa peruersitas, quæ nec fidei ueritate, nec rerum ratione consistit, & noxia subti-  
litate molitur in restauratore nostro quibuscunque modis unius intelligentiam defi-  
nere naturæ: nam cum pari blasphemiam utraq; pestis insaniat, in conceptu scilicet uirgi-  
nis sacræ, atq; ipso primordiali, uel initiali domini Saluatoris exortu, qui in uisceri-  
bus intactæ matris, cessante terreni patris officio, diuina sumpsit operatione principi-  
um, materiam conditionis humanæ de substantia genitricis instituens, & unitionem diui-  
næ potentie dignatione suæ maiestatis imperties, ut utriusque naturæ ineffabiliter u-  
nitione, ab ipso suæ conceptionis exortu mirabiliter ac potenter existeret: nec in sanctæ  
Mariæ profus internis istius sacramenti quicquam uel præcesserit, uel post secutum fue-  
rit institutum. Sed huius magis simul effectum mysterij conceptus ipse prouenerit: nec  
illuc aliqua præueniente substantia perfectio unitionis accesserit, sed ab unitione per-  
fecta potius utriusque substantiæ fuerit, inchoatum: Sicut angelus dicenti uenerandæ  
uirgini, cum de gloriosa sobole futura cognosceret: quomodo fiet istud, quia uirum non  
cognosco: Respondit: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit  
tibi: Propterea quod ex te nascitur, sanctum uocabitur filius dei. Et ex te nascitur ait, ut  
proprietas de matre sumenda nostræ conditionis exprimeret: & sanctum, quoniam sine contagione  
carnalis concupiscentiæ gigneret: & uocabitur filius dei, ut simul humanæ diuinæ  
que naturæ hac ipsa conceptione, sicut dictum est, mirabiliter unitione, pderet sacramen-  
tum, secundum quod scriptum est: Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Malis  
spiritus dei diceret: uerbum carne factum, cum in carne uerbum non fuerit omnino conuer-  
sum: dummodo principalis unitionis naturaliter in eodem diuinitatis humanitatisque si-  
gnificaret pressius ueritate, cum scilicet appareret ipsum uerbum in utero matris uirgi-  
nis operans, ex eadem susceptæ sibi met tuenda substantiæ fecunditatis illius excitasse con-  
ceptum. Cum inquam, hæc domini nostri conceptione, quæ licet nullatenus ualeat ex-  
plicari, pie tamē hac professione credenda sit, Eutychniani dicunt, unam esse naturam,  
id est diuinam, ac Nestorius nihilominus memoret singularē, id est humanam: Si contra  
Eutychnianos duæ à nobis asserendæ sunt, quia unam depromunt, consequens est ut etiā  
contra Nestorium unam dicentem, non unam, sed duas potius ab exordio sui unitas extitisse  
procul dubio prædicemus contra Eutychnen, qui unam, id est, solam diuinam conat asse-  
rere, humanam competenter addentes, ut duas, ex quibus illud sacramentum singulare con-  
stitat, illic permanere monstramus. Contra Nestorium uero quod similiter unam dicit, id est,  
humanam

**A** humanam, diuinam nihilominus subrogantes, ut pari modo duas, contra eius unam in  
huius mysterij plenitudine, primordialibus suæ unitionis effectibus extitisse uera-  
ci definitione teneamus, atq; utrosque diuerso modo singulas garricetes, non eorum  
quenquam de una tantummodo, sed ambos de duarum naturarum, humanæ scilicet & diui-  
næ, à sui principio sine confusione qualibet atq; defectu, unita proprietate permanē-  
te uincamus. Quauis enim unius atq; idē sit dominus Iesus Christus, & totus deus ho-  
mo, & totus homo deus, & quicquid est humanitatis deus homo suū faciat, & quic-  
quid est dei, homo deus habeat, tamē ut hoc permaneat sacramentum, nec possit ex  
aliqua parte dissolui, sic totus homo permanet esse quod deus est, ut totus deus per-  
maneat esse quicquid homo est. Si aliquid, quod absit, uel diuinitatis uel humanita-  
tis inde decesserit, sequatur ineffabilis resolutio sacramenti, & quod dictum auditumque  
fugientum est, uel homo, deus esse iam desinat, si sola illic humanitas; non etiā deitas  
perseuerat: uel deus homo consequenter esse desistat, si sola illic diuinitas, non etiā  
humanitas unita permaneat. Nec glorificata uideatur nostra conditio unitione dei-  
tatis, sed potius esse consumpta, si non eadē subsistit in gloria, sed sola existente deitate,  
humanitas illic esse iam destitit. Videbitur autē, quod abhorret animus dicere, sed  
cogit necessitas non tacere, diuinitas in utroque mutabilis, si uel in carnē est ipsa con-  
uersa, uel sic est in deitate humanitatis transfusa conditio, ut proprietates eius esse desi-  
erit: Si enim ex se ipsa ex toto iam non est, restat ut accesserit ad creueritque deitati, sic in  
deitatis naturam scilicet transeundo, ut esse destiterit profus humanitas, ubi modis  
omnibus diuina substantia mutabilitatem recipere iudicet: quæ cum nec minui possit om-  
nino, nec crescere transfusione humanitatis adiectæ, uelut aucta uideatur. Sin ue-  
ro humana conditio, nec in diuinitatem transfusa subsistit, ne accessu sui hanc sentiat  
hausisse, nec in sui proprietate perdurat, nusquam profus resedisse cognoscit, ac per hoc  
**B** non sublimata, sed abolita potius inuenitur: atq; ita insolubile, quantum ad ipsos per-  
tinet, resolutum sacramentum. Præterea si in deitate ut putant humanitate transfusa, uel  
ex omni parte translata desit esse humana substantia, ergo ut humanitatis forma si-  
ne sui proprietate cessauit, si dicunt in nuda deitate humanæ formæ lineamētā con-  
stare, quod aliud quam Anthropomorphitas conuincit inducere: quos dudum catholica ra-  
tio somniantes dānauit ecclesia: Nam si & substantia & forma hominis Iesu Christi  
hac transfusione consumpta est, quis est quem uidit ad dexteram uirtutis stantē sanctus  
Stephanus: Quis hominis filius uenturus est ad iudicandos uiuos & mortuos: Quis  
erit quem uidebunt, in quem conpunerunt: Abolitum est omne mysterium, uacuatū est reso-  
lutumque, ut dictum est, quod absit, omne sacramentum, falsumque erit, quod ait ipse Salua-  
tor: Palpatē & uidete, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me uidetis habentem.  
Et certe hoc post resurrectionem dixit, talis iam dixit, qualis cum discipulis per  
quadraginta dies conuersatus est, conuescens, & cohabitans cum eis: Talis dixit, qualis  
ascendit in caelis: talis dixit, qualis promissus est inde esse uenturus. Aut legant ipsi  
ubi, posteaque de se illa professus est, fuerit immutatus, & aliter quam se discipulis patefecit  
ascenderit leuatus in caelum. Aut nos rectius ea sequimur, quæ diuinis uoluminibus  
astruuntur, non delirantium somnia & phantasmata uana sectamur. Sed autem homines  
inepti, quo se putent uim manifestationis huius effugere: quo modo ipse uoluit, sic  
humanam sublimauit magnificauitque naturam. Plane sicut ipse uoluit, sicut per Prophe-  
tas suos ante prædixit: sicut per Apostolos suos, per Euangelistas ecclesiæ suæ uolu-  
it intimari. Quapropter ut dictum est, ab exordio istius sacramenti sacras paginas re-  
uoluamus, quid de conceptu eius edixerint, quid de partu, quid de una eademque  
persona domini nostri Iesu Christi, simul dei hominis, & hominis dei. Quid ante passionem de  
eodem uox diuina pronuntiet, uel de se ipse testet, quid uero post resurrectionem nihilomi-  
nus ipse perdoceat, qualis cum discipulis fuerit conuersatus in terris, qualis in caelo a-  
scenderit, quid de eodem ad caelos ascendente promissum sit, quid de eo nunc in caelis etiā  
Q 3 constituto

C constituto, quid de eius aduentu cuncta cœlestia dicta pronuntient, & qualiter se uel intelligi uoluerit, uel nostra confessione depromi, scripturis attestantibus audiamus, & competenter eius simus in omnibus, quia se nobis insinuare dignatus est, uoluntate contenti. Sed iam diligentius uestigemus, si EUTYCHIANI, qui se NESTORIUM refutare prætendunt, & propter hunc catholicis sensibus unã conantur subintroducere uelle naturam: quamuis hoc iam manifesta sit ratione destructum, si non ipsi quodam circuitu, & occultis ambagibus, nescientes utiq; quid loquantur, neque de quibus adfirmant, ad eundem NESTORIUM uolentes nolentesq; rediguntur. Dicunt enim: ante adunationem duæ naturæ fuerunt, post adunationem una facta est. Quæro ab hijs, quando uelint dicere ante adunationem: Si ante incarnationis dominicæ mysterium proueniret, quis nesciat diuersas esse naturas, & ineffabiliter differentes: illam summam omnium naturarum: istam, & si imaginem deitatis gerentem, tamen terrenæ conditionis & infimam. Nos autem de incarnationis sacræ ratione tractamus, non de istarum, quæ nota est omnibus, distantia naturarum: Si ante ergo quam hoc mysterium in utero uirginis gigneretur, nulla quæstio, nulla contentio est, duas esse naturas diuinitatis & humanitatis, longeq; diuersas, nos autem, sicut dictum est, de mysterio loquimur Christiano, quod utique in utero uirginis matris est inditum, proinde si illic uelint accipi ante adunationem duas fuisse in utero scilicet materno: ergo fuit ibi aliquod interstitium, quo ante adunationem sui istæ naturæ putarentur fuisse discretæ, & in adunationem postea conuenisse. Redolet hic NESTORIUS, utque ille dixit in partu, nudumq; hominem differuit procreatum, & postmodum in deum fuisse prouectum, hoc isti huius mysterij deprehenduntur sentire conceptum, si illic interstitium quantumlibet interuenisse dicatur, quo aliquid ante præcesserit, & aliquid postea sit secutum, ac non potius & ipse fuerit conceptus unities, & ipsa primordialiter extiterit unities conceptus, atque in huius unities effectu profusus omne quod dicitur antea & postea sit remotum: quia non uelut duæ substantiæ primitus extiterunt, id est, ipsius humanæ formæ, quæ suscepta est, & deitatis quæ suscepit, ut earum postea adunatio sequeretur, sed hoc ineffabile magnūq; mysterium adunatione sit potius inchoatum, & ipsa inchoatione huius conceptiōnis unities. Iam uero si ut ipsi delirant adunatione una facta natura est, aut unities abolitio est, aut utriusque confusio: quod utrunque fides catholica & ipsius ueritas sacramenti non recipit, testificantibus, ut dictum est, editis diuinitus paginis, quibus sicut à principio sui & duarum naturarum hac unities conceptus est, & conceptio uirginis hac eadem diuinitatis pariter & humanitatis unities perfecta processit, ita & in hoc mysterio permanentibus utriusque naturis, & sacer partus euenit, & in omni tempore, quo in hoc mundo redemptor noster esse dignatus est, deus simul & homo proprie permanens, ueraciter id existendo, signis competentibus apparuit, dictis factisq; conspicuus. Sic ad passionem, quam pro nobis est suscipere dignatus accessit, sic post resurrectionem curiosis etiam se non est de dignatus declarare discipulis, talisq; ascendit in cœlum, atque ita inde promissus est esse uenturus, & in utraque natura etiam nunc cœlo positus apostolica prædicatione firmatur existere. Quis audeat non minus sacrilega mente, quam imperitis blasphemijs, mortiferaque dementia unam dicere post adunationem factam fuisse naturam: cum totius scripturæ salutaris eruditionibus instruemur, & duas unitas fuisse conceptum, & sub una eademq; persona unities domini nostri Iesu Christi totius dei hominis, & totius hominis dei duas in suis proprietatibus incontaminata generatione prolatas, & easdem proprie permanentes in conuersatione mundana fuisse manifestas, & in omnibus, ut sæpe iam dictum est, sine defectu alterius utranque persistere in utraque unum eundemq; dominum Iesum

A sum Christum, totum deum hominem, & totum hominem deum, sine sui confusione, sine ulla diuisione, quam conditio possit quæcunque perstringere, sine priuatione, uel defectione cuiusquam, ex hijs proprie, uel in hijs ueraciter manere, ex quibus, uel in quibus unus, & perfectus, & uerus est Christus, & sine quibus, uel sine qualibet ex hijs, id est, siue humanitate, seu deitate, nec perfectus, nec unus, nec uerus est Christus tempore conceptus. Dictum est: Verbum caro factum est, & inhabitauit in nobis. Tempore uero partus legimus: Emmanuel esse natum. Sic angelos cecinisse gloriam dei, sic nuntiasse pastoribus filiū dei natum: sic Magos ab oriente Bethleem petisse, ut quem nouo sydere genitum cognouerāt, adorare, ut tamen ueraciter puerum pannis inuolutum, præsepio positum, ueraciter materno gremio gestatum, cum eum Magi oblati muneribus adorarent, humanæ substantiæ & nostræ naturæ conditionis exortum, sicut euangelica uoce depromitur, sic ecclesiæ catholicæ professione credatur, ita deinceps pariter hūc eundem dominum Iesum Christum & deum, expleffe quæ humana sunt, & hominem gefisse quæ diuina sunt, ut in utroque hunc eundem unum ueraciter existentem omnīs confessio Christiana concelebrat: sic ad passionem uenisse, ut & deus & homo uerus sit crucifixus: Et in cruce pendens, Latroni homo deus uerus patefecerit atria paradisi, atque elementa cuncta commouerit: ut deum hominem uerum mortuum, sepultum, ut hominem deum uerum seipsum suscitasse post triduum, ut hominem deum clausis ianuis discipulis constitisse, ut deum hominem, manus suas, & pedes, carnem, ossaq; monstrasse discipulis: ut deum uerum hominem quadraginta diebus ita discipulis fuisse conspicuum, ut hominem deum uerum sic in cœlo esse sublatum, sicq; inde promissum esse uenturum deum: Sic hominis filiū à dextris stantem dei, beato Stephano martyre testificante conspectum: sic in cœlestibus constitutū beato Paulo prædicante monstrari, cum ait: In quo habitat omnīs plenitudo diuinitatis corporaliter: Sic inde ueraciter deum hominis filium sedentem in nubibus cœli, uenturum ad iudicandos uiuos, & mortuos. Quibus omnibus testimonijs manifestissime declaratur in utrisq; naturis, ex quibus, uel in quibus conceptus, editus, nutritus, & conuersatus in mūdo est, & eleuatus ad cœlum, unum atq; eundem manere dominum Iesum Christum: qui in utroq; unus atq; idem ueraciter deus homo, & homo deus manere non possit, nisi utraq; natura, in qua id pmanet ueraciter permaneret: ut ipsæ naturis ueraciter permanentibus, ex quibus, uel in quibus unus atq; idem uerus homo deus, & deus homo uerus existit, idem semper homo deus uerus, & deus homo uerus ipse permaneat. Adhuc autem, etiam illud adijciunt, ut sicut ex duabus rebus constat homo, id est, ex anima & corpore, quamuis utriusq; rei sit diuersa natura: sicut dubium nō habetur, plerunq; tamen usus loquendi singulariter pronuntiet, simul utrunq; cōplectens, ut humanā dicat naturam, non humanas naturas, sic potentiā in Christi mysterio, & unities diuinitatis atq; humanitatis unã dici uel debere, uel posse naturā: non cōsiderantes, quia cum una natura dicatur humana, quæ tamē ex duabus constet, id est, ex anima & corpore principaliter, illa causa est, qua nec initialiter anima alibi possit existere, q; in corpore, nec corpus ualeat constare sine anima: & merito quæ alterutro sibi sit causa existendi, pariter unã abusiue dici posse naturā, quæ sibi inuicē causam præbeat, ut ex alterutro natura subsistat humana, salua proprietate dūtaxat duarū. Licet autē more locutionis humanæ etiam à parte sæpe totū quodlibet possit intelligi: quæadmodū cum dicimus: tot animæ, corpora pariter indicamus: uel cū dicimus: Omnis caro; naturas animarū simili designatione cōplectimur, nec habemus incognitū. Sic nos unã rem pro duab. dicere ac utraq; significādas, ut tamen et duas esse nullatenus ignoremus, & proprijs cōstare substantijs quantauis unities necitā: nā et deitas absq; humanitate pmanet esse qd deitas est, et humani-

**C**as etiam sine adsumptione diuina in sua, qua diuinitus instituta est permanet esse natura, atque ita & sine sui adunatione possunt in suis proprietatibus permanere: ex quo si earum facta processit unio, propter seruandam plenitudinē sacramenti, perfectionēq; mysterij has eadē necessariū est pferri sub una eadēq; persona sic indiscretas atq; inseparabiles illa unitione cōstare, ut permaneāt esse quod sunt: Nā & in hoc mysterio cū nulla necessitas impugnationis emergit, simpliciter unā rem frequēter pro utraq; proferimus, ut dicamus filius hominis, Et: Quid me curatis occidere hominē, qui ueritatē locutus sum uobis: Et itē Apostolus: Cū autē benignitas inquit, & humanitas apparuit Saluatoris nostri dei, Et alibi: Qui est super omnia deus benedictus in secula, Nūquid cū tantūmodo deus dicitur, nūquid cū humanitas dicitur, deitas inde remouet: Nūquid cū filius hominis dicitur, nō etiā filius dei cōsequenter aduertitur: Nūquid cū uerbū dei dicitur, nō simul intelligit & caro qd factū est, Nunquid cū caro corpusq; depromitur, nō etiā diuinitas indubitanter ostēditur: Aliud est quod usitato loquēdi compēdio saepe de qualibet rei parte dicimus, & totū quod est sine dubio, pfitemur. Aliud cū prorūpūt humanā te meritatis audacia, quā sic aliquā partē nuncupare cōtendit, ut quod totū est negare moliat, & necesse sit pro ueritate certātes, illos qui partē suscipiūt, partēq; contemnunt etiā de toto cōuincere: Nā quomodo nō uidēt etiā suis uerbis admoniti, quia cū dicunt: quolibet modo humanā naturā salua corporis animāq; distantia, unam tamē quolibet modo humanā pnuntiet esse naturā: Huic ergo se adunante diuina, etiā secundū ipsos duæ sunt, utiq; humana pariter & diuina: una igitur nec potest esse, nec dici cū duæ sint: Unio est enim duarū, nō cuiuslibet alterius abolitio, nam nec dici potest unio, nisi duarum: alio qui dualitate submotā, non unio potest uel dici uel esse, sed unio. Quis iam ferat dedignari eos uocabula promere naturarū: cū utiq; nulla res, sit quæ nō propriā possit habere substantiā: substantia uero nulla sit, quæ nō natura dicatur: nam remoue naturam cuiuslibet substantiæ, tolles etiā sine dubitatione substantiā, sublata substantia pariter res quælibet illa tollitur. Dedignantur in quā, isti nomen naturarū, cum deus ipse nō dedignatus sit naturæ suæ uocabulo à suis prædicatoribus nūcupari, sicut beatus Petrus Apostolus in Epistola sua dixit, cū Christi dominī mysteriū prædicaret: Ut per hæc inquit, efficiamini diuine consortes naturæ. Quid quod ipsi etiā unam dicēdo naturam in domino Iesu Christo, naturæ tamē nomē cōuincuntur asserere, an unam liceat nominare naturā, & duas, uel plures rerum cæterarū adpellare fas nō erit. Quis ista non rideat, & tanq; puerilia deliramenta despiciat: nam & cū dicūt, unam fuisse naturā incarnatā, uolentes hoc modo uelut ostendere singulare, nullatenus euadunt significationē duarū, dum enim dicitur unā diuinitatis naturā fuisse incarnatā, remotis ambiguitatibus altera erit quæ incarnata est, altera qua incarnata perhibetur: quoniam nō eadē erit natura deitatis, quæ incarnata est, quæ est naturæ carnis: quæ incarnata affirmat, neq; se ipsa natura deitatis incarnata est, sed natura carnis incarnata cognoscitur. Sicut neq; se ipsa natura carnis extitit deitate sublimis, quia & non aliunde diuinitas, q̄ de utero uirginis matris incarnata processit, & caro non nisi in iisdē uisceribus sancto spiritu superueniēte, & altissimi obubrāte uirtute est unita deitate. Certe cum dicimus de uno eodemq; domino nostro, quid secundū deum, quid secundū hominē dixerit feceritq;, uel etiā si dicamus hoc: ut homo deus dixit aut fecit, & hoc ut homo deus dixit & fecit, quæro utrum, uel cum secundum hominē dicimus dictū factumq; aliquid, uel deus homo fecit aut dixit aliquid, utrum ne in eo homo sit uerus an falsus. Si falsus, MANICHÆVS, A POLLINARIIS, MARCIONISTÆ, atq; huiusmodi pestes consequenter exultant, quæ in Christo domino ueritatē corporis abnegauerunt, ac putatiuum esse dixerunt: Ut alias interim perniciosiores, quæ hoc dogmate continentur hæreses nunc omittā.

Si autem

**A** Si autem cum hominē Christū quoquomodo nuncupamus, uerus illic intelligendus est homo, sicut fidē catholicā tenere manifestum est: uera illic ergo est humanæ naturæ substantia, & proprietate humana ueraciter conditionis existit, ut uerus homo sine cunctatione subsistat: quia aliter esse uerus homo non possit, nisi naturæ suæ substantialiter uerus proprietate subsistens. Nihil est ergo cur uel esse uerum uideantur firmare, si non est: Aut cur negare contendat uerum non esse, quod uerum est. Si autem non negant, manet ergo naturaliter in suæ proprietate substantiæ: quia uerū aliter esse non poterit. Quærant ergo isti, quā suæ dementiæ foueas quibus circumdantur euadant, & palam se aut in illorū esse numero fateantur, qui uerum Christi corpus impugnant, aut negare non audeāt, tum nisi hac ratione uerū esse non possit. Sicut & cum eundē deū dicimus, uel secundum deū loqui, aut facere prædicamus, aliter uerū esse non possit, nisi ueram illic diuinitatē, & in sua proprietate substantiæ permanentē deitatis fateamur esse naturam. Ergo hæc utraq; in uno domino Iesu Christo uera esse manifestum est. Vera autē utraq; aliter esse nō posse, nisi in suarum proprietate permanentia naturarum, nullus humanæ mentis sensus, si quantulacuncq; rationis est, prorsus addubitat. Hæc in quā in uno eodēq; domino Iesu Christo, atq; in eius una eademq; persona, qua ex utrisq; naturis unus atq; idem est, utraq; ineffabili atq; insolubili unitione perpetua sunt, ut & totus homo deus sit, & totus deus homo sit, atq; hæc eadem ex quibus, uel in quibus unus atq; idem & deus homo est, & homo deus est, confusa non sint, deficientia non sint, sed sic unum eundemq; deum hominē, & hominē deū utraq; unita perficiant, ut proprietatē suā penitus nō amittant, qua ut ex utrisq; unus atq; idem deus homo, & homo deus possit esse perficiunt: Si qualibet earum, quod absit, proprietate exinde subtrahatur, aut deus homo non erit, aut homo deus esse nō poterit. Ac sic ut eo uenimus, quo nos istorum cogit uenire intētio, unius rei pprietate sublata pro parte apud eos mediū erit Christus, nō unus, nō integer, ideoq; nec uerus, sequitur ut falsus: quia modis omnibus in hoc tēdit abruptū, si aliqd naturaliter inde remouetur, ex quibus uel in quibus unus & integer Christus est, ob hoc consequenter & uerus: Ergo ut uerus sit, integer sit necesse est, ut integer sit, unus atq; idem sit, utroq; in eo sine ambiguo permanēte, ex quibus uel in quibus unus idēq; persistit: Vnde quod nos homines imperiti duos Christos adseuerare & deierāt, quæ delirant: dicamus proprietatē uniuscuiusq; substantiæ, uel naturæ in Christo manere perpetuam, dolenda potius eorū grandis est cæcitas, qua nō uident, nō duos Christos per hæc posse depromi, ex quibus integer Christus existit, & sine quarū unaquaq; substantia integer nō possit ostēdi: Sed ipsi potius se nō integrū Christū cōfitemē astruere, cū in eodē sacramēto aliquid de hijs, quibus integer cōstat, conātur abstrahere: Itaq; nos magis unū dicimus, qui integrū profitemur, & illi partē remouendo de hijs, ex quibus integer & unus existit, ita unū nō habent, sicut nec integrū, & sicut integrum nō habent, ita nec uerū. Qua propter cū nobis obijciūt, sine quibus integer unus & uerus Christus omnino nō constat, aperiāt oculos sui cordis, & uideāt quod ipsis potius <sup>uero quors</sup> rectius imputeat, per quā nō integer Christus ergo, nec unus, nec uerus apud eos esse doceat. Nūquid nam cū homo ex anima cōstet & corpore, quorū duas naturas esse nō dubiū est, nō adunatione naturaliter una psona & unus est homo: Amplius dicimus, certe & interiorē hominē & exteriorē scripturæ diuinæ saepe testatur autoritas, & tamē nō ideo duo homines in uno, sed una psona & unus est homo: unde interior & exterior ad significatiā dicuntur qualitatū, nō ad euidētiā psonalē duorū. Quāto magis in illa ineffabili adunatiōe in diuisibili, nūquanq; soluēda, sicut salua pprietate utriusq; naturæ, ex quibus hoc mysteriū cōstare nō dubiū est, & sine quibus cōstare nō posse manifestum est: sicut una eadēq; psona est dñi nostri Iesu Christi, sic integer, sic unus, sic uerus est Christus: Et magis

Due nature in homine.

Vna natura Christi saepe utraq; exprimit.

Unio.

D

Vnio.

Incarnatio duas naturas requirit.

**C** & magis unus non est, si integer non est, quia sublata parte ex hijs, quibus integer adprobatur, dimidius uidebitur esse non integer: & sic unus non est, sicut integer non est: & sicut integer non est, sic uerus non est: si uerus non est, falsus apud eos Christus esse conuincitur. Quod mysterium à beata conceptionis exordio sic coepisse sacra scriptura testatur, dicendo: Sapientia ædificauit sibi domum, septiformis spiritus soliditate subnixâ, quæ incarnationis Christi, per quam efficimur diuinæ confortes naturæ, ministraret alimonia. Certe sacramenta quæ sumimus corporis et sanguinis Christi, diuina res est, propter quod & per eadem diuinæ efficimur confortes naturæ, & tamen esse non desinit substantia uel natura panis & uini: Et certe imago & similitudo corporis & sanguinis Christi, in actione mysteriorum celebrantur. Satis ergo nobis euidenter ostenditur, hoc nobis in ipso Christo domino sentendum, quod in eius imagine profitemur, celebramus, & sumus, ut sicut in hanc scilicet in diuinâ transeant, sancto spiritu perficiente substantiâ, permanente tamen in suæ proprietate naturæ, sic illud ipsum mysteriû principale, cuius nobis efficientiam uirtutemq; ueraciter repræsentant: ex quibus constat proprie permanentibus unum Christû, quia integrum uerumq; permanere demonstrant. Sed Apostolus, inquit, dixit de Iudæis: Si cognouissent, nunq; dominû maiestatis crucifixissent. Ecce inquit, dominus maiestatis est crucifixus. Plane hoc dicimus, hoc sentimus salua impassibilitate deitatis: deitas enim impassibilis semper sine ambiguitate persistit. Sicut enim legitur dominus maiestatis Christus, sic utiq; legitur etiam hominis filius. Itaq; & dominus maiestatis, filius hominis est, & homo est: & filius hominis deus est maiestatis, & homo deus est, et quicquid deitatis est, habet filius hominis, & quicquid humanitatis est, habet dominus maiestatis. Beatû Petrum audiâmus dicentem: Christo igitur carne passo omnes eadem fide armamini. Carne passum dixit, non deitate, cum tamen ipsa deitas totum suû faciat, quicquid caro perpeffa est: sicut & filius hominis suum habet totum, quicquid est dei, & sub una persona merito unus atq; idem dicitur pati, quicquid ut deus homo patitur, non infirmitate & conditione passibili, sed dignatione suâ faciens passionis iniuriam, aduersione particeps, sed sine passibilitate compatiens, sicut unus idemq; uirtutes operatur, quicquid ut homo deus operatur: Si enim quamuis corporeis obnoxia passionibus anima sit humana, & eorum uel mulceatur blanditijs, uel afficiatur aduersis, & compatiendo sentiat ipsa quicquid conditioni carnis infertur, non tamen secundum se ipsa quæ est animæ substantia ullo uulnere sauciatur, uel quibuslibet plagis uexationibusq; contingit. Vnde dictum est: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Quomodo posset fieri, ut deitas hijs subiaceret rebus, quibus anima non subiacere cognoscitur: cum tamen ut dictû est, diuinitas non passibilitate, non cruciatione, non afflictione, non uulneratione passibilis sit, sed ea dignatione qua suscepit hominẽ sibiq; uniuit, suum facit quicquid hominis est, quia homini tribuit quicquid est dei, ita tamen, ut ab omni passibilitate prorsus intemerata permaneat. Quapropter hanc regulam catholicæ fidei, orthodoxæq; doctrinæ, quam à cunctis patribus, catholicæq; magistris ecclesiæ, sicut eorum dicta testantur, quæ recensere perlongum est, ex diuinis manantia fontibus ad nos usq; transmissa suscepimus, quæq; summam perstricta libauimus, cû sedẽ apostolicã uestra dilectio unanimiter teneat, constanter prædicet, sapiẽterq; defendat, cunctasq; aduersum hanc blasphemias procedentes exterminet, quæ pugnas magis uerborû, sicut ait Apostolus conantur ingerere, quàm salutarẽ cunctis suscipere ueritatẽ, ut id ipsum dicẽtes uno corde, unoq; ore, & credamus quod à maioribus nostris accepimus, & donante domino tradamus posteris confitendû, cum quibus nobis unitam fidem deo propitio perdurare catholicorû subiecta testimonia magistrorû recensita testantur.

TESTIMONIA

## TESTIMONIA VE-

TERVM, DE DVABVS NAT-

TVRIS IN CHRISTO.



**I**GNATI Episcopi & martyris Antiocheni ex Epistola ad Ephesios. Unus medicus est, carnalis & spiritualis, factus & non factus: in homine deus, in morte uita æterna, ex Maria, & ex deo, primum passibilis, & tunc impassibilis dominus noster Iesus Christus.

Et post pauca. Singuli inquit, uiri communiter omnes ex gratia, ex nomine conuenite in unam fidem, & in uno Iesu Christo, secundum carnem ex genere Dauid, filio hominis & filio dei.

**E**VSTATHII Episcopi Antiocheni Confessoris contra Arianos. Quapropter congruas uirtutes & gubernationes gentium & populorum, & mixtarû plebium, & rerum uniuersarum imperium, homo percipiebat Christi palam, qui & sapientia, & ætate gratiaq; proficit, sicut Euangelij litera docent particulariter.

Eiusdem contra eos. Et iterum cum dicitur Iesus, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, atqui ut ita introducit hominis potestatem declarat, quæ quomodo æterni sumens sceptrum imperij, omnium haberet commissum iudicium.

**E**iusdem contra eos. Si enim in Christo inquit, plenitudo diuinitatis inhabitat, aliud uero quod inhabitatur. Si uero naturaliter differunt ab alterutris, neque mortis passionem, neque cibi adpetitum, neque desiderium poculorum, non somnum, non tristitiam, non fatigationem, non lacrimarum effusiones, non aliam quamlibet mutationem plenitudini diuinitatis coexistere fas est, cum sit inconvertibilis per naturam. Homini uero hæc adplicanda sunt proprie, qui ex anima constat & corpore: congruit enim ex ipsis humanis, & innoxijs motibus demonstrare, quia non phantastice & putatiue, sed ipsa ueritate totum hominem indutus est deus perfecte adsumens.

In eiusdem. Quo circa aliud quidẽ erit mortale, aliud quidem præter hoc immortale: Consequenter autem & Timotheo eandem scribens Epistolam, prospiciens deiserum hominem proclamabat: memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundum Euangelium meum.

Et post pauca: Homo autem deum ferens, qui mortis passionem sponte censuit sustinere propter hominum utilitatem, palmam quidem & certaminis, ut ita dicendum sit, honorem, potestatem percepit. Et ubi recipitur gloria, quam nequaquam prius habuerat.

**H**IPPOLYTI Episcopi & martyris Arabum Metropolis in memoria hæresium. Hic procedens in mundum, deus & homo apparuit, & hominem quidem eius facile est intelligere, cum esurit, & fatigatur, & laborat, & sitit, & formidat, & fugit, orat, contristatur, & super ceruical dormit, & calicem respuit passionis, & anxius sudat, & ab angelo confortatur, & à Iuda traditur, & contumeliam patitur, à Caïpha & ab Herode despicitur, à Pilato flagellatur, eiq; à militibus illuditur, & à Iudæis ligno configitur, & ad patrem clamans commendat spiritum, & inclinato capite spiritum tradit, latus lancea perforatur, inuolutus in syndone ponitur in sepulchro, & à patre die tertia suscitatur. Diuinitatem uero eius uidere rursus clarum est.

D. Hierony.  
negat se scire  
nomẽ loci, ubi  
Hippolytus fuit  
erit Episcopus  
in Catalogo.

**C** rum est, quando laudatur ab angelis, & hoc à pastoribus inspicitur, & expectatur à Simeone, & ab Anna testimonium perhibetur, & quaeritur à Magis, & ab stella designatur, & aqua in nuptiis operatur uinum, & increpat mare uolentia commotum uetorum, & ambulat super mare, & caecum ex natiuitate uidere facit, & mortuum Lazarum quadriduanum resuscitat, & uarias facit uirtutes, datq; discipulis potestatem.

Eiusdem: Vidisti quod secundum carnem quidem eius est, ex Dauid narrat, quod uero secundum spiritum, ex deo: qua propter probatum est eundem & deum & hominem.

**A** **T**HANASII Episcopi Alexandrini in libris contra Arianos: Quia igitur aliqui, magis autem & plurimi, qui nondum discipuli facti, ex qua peculantia ad docendum uenerunt, nescientes neque quae dicunt, neque de quibus affirmant, excaecatis oculis mentis non habentes intellectum uidentem deum, sicuti Iacob: neque mundum cor uidens deum, ea quae propter hominem Saluatoris nostri, quae propter nos indutus est, sunt scripta & opera humilia, & pauperes uoces diuinitati tribuentes uerbi, errant & errare faciunt minus doctos & infirmos, ut humiliter de domino sapiant, necessitatem habemus exponere, sicut Iudas scribit per Epistolam, quae congruant uerba diuinitati uerbi, & quae secundum Saluatorem intelligendo homini. Sicut enim in sacculo aurei solidi & argenti in positum, unius Imperatoris imaginem & inscriptionem nominis utraque habent, sed nouit numularios custos eorum, auri excellentiam ultra honorem inferioris argenti: Ita licet in una scriptura de diuinitate filij, & de corpore ex Maria, quod propter nos indutus est, sit scriptum, singula tamen eorum scimus, sicut discipuli sapientes unius & uere magistri. Quaecumque igitur humilia uerba & opera sunt, in corpore filij intellige scripta, quaecumque litterae gloriose, in uerbi diuinitatem.

**D** Eiusdem contra eosdem. Certissime itaque sciat omnis domus Israel, quia Iesum & Christum eum deus fecit, hunc Iesum quem uos crucifixistis, & ipsum ergo crucifixum domini hominem ostendentes quasi per digitum Apostoli, dixerunt: Hunc Iesum quem uos crucifixistis, Christum & dominum fecit eum deus. Certissime itaque domini homo & principium inquit, uiarum creatus est per scripturam ad beneficium operum, & principium uiarum, principium omnium sanctorum, qui appellati sunt uia, & dominus, & Christus est, qui factus est & crucifixus est.

Eiusdem. Quod ergo ex ligno depositum est corpus mortuum Iesu, quodque in monumento positum est, & sepulturae conditum à Ioseph. Arimathiae, hoc suscitauit uerbum dicens: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Qui & omnes mortuos uiuificat, & ex Maria hominem Iesum Christum uiuificabit, quem adsumpsit: si enim in cruce existens, praedicta sanctorum corpora mortua suscitauit, multo potius suscitare potuit, quod induit corpus semper uiuens deus uerbum, sicut Paulus ait: Uiuum enim est uerbum dei & efficax.

Eiusdem. Sicut enim lumen non laeditur in tenebroso loco, neque pati potest aliquid uitae, mortalem uisitando naturam; inconuersibilis enim & immutabilis est uerbi diuinitas, sicut ait in Prophetia dominus de semetipso: Videte, uidete, quia ego sum & non mutabor.

Eiusdem ex Epistola ad Epictetum. Sed enim non phantasia est salus nostra, neque corporis solutio, sed totius hominis animae et corporis uere salus est facta. Humanum itaque naturaliter quod ex Maria est secundum diuinas scripturas, & uerum fuit, qui id fuit quod nostrum est: soror enim nostra Maria, quoniam omnes ex Adam sumus.

EUSEBII

**A** EUSEBII Episcopi Palaestinae, cognomento Pamphili ex expositione Psalmi septimidecimi. Deus qui inclinauit caelos & descendit. Ascendens in hominem quem assumpsit, quem nunc Cherubin sermo nominans, euolauit cum eo, ascensum faciens cum diuinis spiritalibus obsequiis sibi pennarum uenti ipsis etiam appellatis.

Eiusdem ex Euangelica preparatione libro septimo. Non solum autem Iudaeorum Gens, sed etiam omne genus humanum in omnem nequitiae speciem, & in ipsam scelestam idololatriam descendens, non aliter subiugationem futuram insinuat, nisi per solum sancitum in hominis aduentum dei uerbi ex uirgine experte nuptiarum uas humanum assumeretur. Quae autem rei huius utilitas, iam tempus est dicere, quia per hominem mors intrauit in mundum, sicut ait Apostolus, oportebat quodammodo per eundem hominem & contra eum exerceri uictoriam, ut corpus mortis, corpus uitae monstraret.

Et rursus eiusdem. Si uero iurantem eum audieris per sanctum & patrem suum, audi iurantem per deum uerbum quod omnibus seculis praexistit sanctum & unigenitum eius filium, quem deum uarie locuta sunt dudum à nobis posita uoces, per quem iurat deus & pater eius tanquam dilectum eum, qui ex semine Dauid est, in infinitum seculum glorificaturus, quod etiam factum est, quando uerbum incarnatum eum qui ex semine Dauid est assumpsit, atque deificat. Unde & filium eum appellat, dicens: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et iterum: Ego primogenitum ponam illum.

**B** GREGORII Episcopi Nazanzeni in Natali domini. Duplex erat Christus, homo quidem quod uidebatur, deus uero quod non uidebatur: comedens quidem ut homo uere & sicuti nos, habuit enim carnis similem passibilitatem sicuti nos.

Eiusdem ad Eledonium. Naturae quidem duae deus & homo: Nam & anima & corpus. Filij uero non duo, neque dii, neque enim hic duo homines, licet ita Paulus & quod intus est hominis, & quod foris est appellauerit. Et si oportet dicere compendiose, aliud quidem & aliud ex quibus Saluator: siquidem non idem est inuisibile quod uisibile, & sine tempore quod sub tempore est. Non autem alter & alter, absit, ambo namque unum temperamento cognata.

Eiusdem. Non fallant homines, inquit, neque fallantur, hominem si mente suscipientes dominicum, sicut ipsi dicunt, magis autem dominum nostrum & deum: neque enim hominem diuinitate secernimus, sed unum eundemque dogmatizamus: prius quidem non hominem, sed deum & filium unigenitum, & ante secula non mixtum corpori, & quaecumque sunt corporis, in fine uero & hominem assumptum.

**B**ASILII Episcopi Caesareae ex libro contra Eunomium. Qui uel modice considerat sermonis Apostolici uoluntate, quia non diuinae rationationis modum nobis tradit, sed dispensationis uerba declarat, dominum enim & Christum eum deus, inquit, fecit hunc Iesum, quem uos crucifixistis. Ostentatiua uoce humanitatem eius, & quod uidetur palam uniuersis insinuans.

Eiusdem ex sermone Gratiarum actionis. Quapropter deflens super amicum, se ipsum communem humanam naturam monstrauit, & nos ex utraque exaggeratione liberauit, ut neque passionibus debilemur, neque tristitiam insensate feramus.

GREGORII Episcopi Nysseni contra Eunomium. Dexteram itaque dei exaltatus. Quis ergo exaltatus est: humilis an excelsus? Quid autem humile.

R. nisi

**C** nisi quod humanum: Quid uero aliud præter diuinitatem excelsum est? Sed deus exaltari non indiget, cum sit excelsus. Humanitatem igitur Apostolus exaltatam dicit exaltata uero est, & quod dominus & Christus est facta. Non ergo ante secula essentia domini in eo quod ait, fecit, designat Apostolus, sed humilis transitionem ad excellentiam, quæ per dexteram dei facta est: *Dextera domini.* rat enim & per hoc uerbum pietatis sacramentum: qui enim dixit, quia dextera dei exaltatus est, certissime reuelauit dispensationem ineffabilem sacramenti, quia dextera dei creatrix omnium existentium, quæ est dominus, per quam omnia facta sunt, & sine qua factorum constitit nihil, ipsa unitum ad hominem euegit per unitatem ad propriam celsitudinem.

Eiusdem aduersus eundem. Neque uiuificat, inquit, Lazarum humana natura, neque deflet sepultum impassibilis substantia, sed proprie quidem sunt hominis lachrima, uita uero uere uitæ est. Non pascit milia humana paupertas, neque currit ad sicum omnipotens substantia. Quis est fatigatus ex itinere? Et quis sine labore totum mundum uerbo constituit: quid est splendor gloriæ? & quid quod clauis transfixum est: quæ forma in passione caditur palmis: & quæ ex infirmitate glorificatur.

**D** AMPHILOCHI Episcopi Ichoni, ex libro ubi exponit: pater meus maior me est. Non conturbetur, inquit, cor uestrum, neque formidet, quia tradendus Iudæis sum: non enim inuita res est, sed spontanea passio. Vado & uenio ad uos. Vado & uenio utrumque sicut homo, sicut deus autem inseparabiliter sum uobiscum. Vado per mortem homo, uenio rursus per resurrectionem homo. Si diligeritis, gauderitis utique, quia uado ad patrem meum, & quia pater meus maior me est. Sed non conturbetur cor uestrum, quia dixi: pater meus maior me est, maior enim est eo qui uadit ad eum, non eo qui est in eo. Sicut enim deus in patre sum, sicut autem homo uado ad patrem. Illo ergo maior est pater, qui nunc uadit ad eum, non qui est in eo. Et ut compendiose dicam, maior est & æqualis: maior interrogante, quantos panes habetis æqualis fatiante populum totum ex quinque panibus. Maior interrogante, ubi Lazarum posuistis: æqualis Lazarum suscitante sermone.

Eiusdem & in alio sermone dum explanaret illud: Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam. Hæc ait. Cuius ergo sunt passionis: carnis? Si das passionem carni, da ei & humilia uerba, & cui adscribes miracula, supra nos comenda sermones: miraculorum enim operator deus merito sublimia loquitur, & operum digna passum uero templum bene humilia loquitur, & similia passionum.

Eiusdem contra Arianos. Discerne igitur, inquit, iam naturas & dei, & hominis, neque enim secundum excessum ex deo factus est homo, neque secundum profectum ex homine deus: deum enim & hominem dico. Cum uero passionis carni, & dederis deo miracula, necessario etiam nolens dabis humilia quidem uerba homini ex Maria, sublimia uero & deo decibilia uerbo, quod in principio erat. Propterea enim alicubi quidem sublimis loquitur sermones, ut per sublimes quidem inhabitantis uerbi indicet maiestatem, per humiles autem humilis insinuet carnis infirmitatem. Vnde alibi quidem æqualem se patri dicens, alibi uero maiorem patrem, non sibi repugnat, sed ostendit quia & deus & homo est: deus quidem ex sublimibus, homo autem ex humilibus. Si autem uultis nosse quomodo pater maior est, ex carne dixit, & non ex persona diuinitatis.

*Sublimia deo conueniunt, humilia homini.*

Eiusdem

**A** Eiusdem. Noli, inquit, passiones carnis uerbo impassibili adplicare: deus enim sum & homo, hæretice. Deus, sicut profitentur miracula: homo, sicut testatur passiones. Quia ergo deus sum & homo, dic quis passus est? si deus passus, dixisti blasphemiam: si uero caro passa est, cur non passioni adplicas, cui inijsis quoque formidinem? alio enim patiente alter non timet, & homine crucifixo non perturbatur deus.

ANTIOCHI Episcopi Ptolemaidis. Agatur, inquit, & qui ex grege Hæreticorum est, cur confundis Euangelium? Cur tentas deum & hominem? quando audieris de Christo aliquid humile, & pauper, & mediocre, & serulle, deinde deo dignum & sublime, cœlumque contingens, redde quæ huius sunt huic, & quæ huius, huic.

Eiusdem in festiuitate Natiuitatis. Liber, inquit, generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Habes qui ex deo est: Suscipe qui ex Maria, neque illum neges, neque hoc confundaris: habes filium dei, habes filium Marie: habes dominum, habes seruum: habes creatorem, habes interpretem: habes æternum, habes temporalem: habes de cœlo, habes de Betlehem: habes cœlestem, habes terrenum. Quicquid gloriosum, iaculare sursum. Quicquid humile, huic coniunge.

Eiusdem. Peperit Maria infantem, hoc erat hominis: orta est desuper stella, hoc erat dei: lacte nutriebatur infans, hoc eius qui secundum nos est, obsecundant ei qui natus est Magi, hoc eius qui ante secula est: lactatur in spelunca, hoc clementie est.

Eiusdem. Lucernam, inquit, intelligo ex Maria hominem, lucernam, quia assumptus ex terra, & ex meo luto factus est: lucernam, hominem, ignem habentem deum. Quando consideras deum in hominem, & uides hunc quidem de terra, hunc uero de cœlis, quando uides hunc equidem ex Maria, hunc autem ex patre, & utraque in se inseparabiliter copulata, illud intellige, quod deus noster ignis consumens est.

Eiusdem aduersus Iudæos in Pascha loquens. Omnino autem cura tibi est uocum prophetarum, cur exas uocem Danielis, dicentem: Lapis abscessus est sine manibus, & factus est in montem magnum: Putas non tibi uidetur mons Maria: lapis sine manibus abscessus? Christus lapis abscessus sine manibus, homo natus sine amplexionibus? Sed ne te redarguens meis uerbis dem suspicionem aliquam blasphemiam: non hominem purum dico, charissime, sed hominem per quem saluus factus es, hominem quem Prophetæ prædicauerunt, hominem ostendentem tibi cœlestis uitæ principium, hominem de quo plenæ sunt omnes prophetiæ, hominem quippe qui de seipso dicebat: Quid me queritis occidere, hominem qui ueritatem dixi uobis? Et alibi. Cum uideris, inquit, qui ex Maria est, perferutare qui celatus est interius.

SEVERIANI Episcopi Gabalorum contra Nouatum. Unigenitum deum uerbum pater genuit deus, noua & huius peregrina uulua uirginis genuit. Audi Euangelistam dicentem: Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabunt nomen eius Iesum, qui ex tuo corpore parietur. Sed nullus reprehendat uocem, tanquam seorsim dicenti deum, seorsim uero carnem: Intellectum sequamur, adorationem non separemus.

ATHANASII Episcopi ex Epistola ad Epictetum. Dicere autem eum in carnem uersum, ipsius uerbi nos mutatione sentire, & quis iam de cætero nos patietur hæc solūmodo dicentes: Omni enim hærese ad impietatem amplius declinastis.

R 2 GREGORII

**C** GREGORII Episcopi Nazanzeni ex Epistola ad Cledonium. Verbum itaque caro factum est, & qualiter mihi uidetur habere se ad id quod dicitur, peccatum eum factum, non in eam domino transmutato, nam quomodo poterat? sed in eo quod hoc suscepit, peccata nostra assumpsit, & languores nostros portauit.

Eiusdem ex eadem Epistola. Si enim non dicitur, inquit, in maledictum eum peccatumque conuersum, cum hæc dicitur factus, neque in carnem dicatis eum conuersum. Hæc nanque magna est blasphemia.

AMBROSII Episcopi Mediolanensis. Sed aiunt quidam scriptum: quia uerbum caro factum est, quod scriptum est non nego, sed uidete quod dictum est: intulit enim, & habitauit in nobis. Hoc est, illud uerbum quod carnem adsumpsit, hoc habitauit in nobis, hoc est, in carne habitauit humana. Miraris itaque in hoc quod scriptum est, uerbum caro factum est, carne assumpta à deo uerbo, quando & de peccato quod non habuit dictum est: qui factus est peccatum, non natura & operatione peccatum factus est, sed ut nostrum peccatum in sua crucifigeret carne. Abstineant itaque dicere uerbi naturam in carnis naturam esse conuersam; aliud est enim quod assumpsit, & aliud quod assumptum est.

IOANNIS Episcopi Constantinopolitani in Euangelium secundum Iohannem. Quapropter cum audieris quia uerbum caro factum est, non conturberis, nec concidas; non enim substantia in carnem transiit; hoc enim impietatis est ultima, sed manens quod est sic serui formam assumpsit.

Eiusdem post pauca. Audi, inquit, Euangelistam, intulit enim: & inhabitauit in nobis, hoc solum nunc dicens, nihil incongruum suspicaris in eo quod ait factum est, non enim conuersionem dixi illius inconuertibilis naturæ, sed in habitationem, & per mansionem. Quod autem inhabitat, non idem est quod habitaculum, sed alterum in altero inhabitat, nam non erit habitatio.

**D** EYSTATHII Episcopi Anthiocheni contra Arianos. Deus, inquit, uerbum, eandem quam genitor portat imaginem, imago quippe existens diuine substantiæ, uerum autem eius templum homo existens, non idem quod templi fabricator est, dissimili ortus ex genere.

Rursus eiusdem post pauca. Sed potestatis maiestatem introducere uolens, & ipsum corpus mortificatum hic filium dixit, ipsum quidem sublimitatis nomen imponens, id est, habitantis in eo dei decibiliter.

Et post pauca. Puto autem, inquit, nec insane quisquam & furiose debachatus, dixerit aliquando quia diuinitatis plenitudo mortis passa dispendium est. Ergo uasaniunt, & bachantur, & furunt, & insaniunt, & suis mentibus excesserunt, qui deo uerbo passionem applicare præsumunt.

Et post pauca. Si enim in Christo, inquit, plenitudo diuinitatis inhabitat, primum quidem aliud est quod inhabitat, aliud autem quod inhabitatur. Si autem naturæ differunt ab alterutris, neque mortis passionem, neque cibi appetitum, neque poculorum desiderium, non somnum, non tristitiam, non fationem, non lachrimarum fluxus, non aliam quamlibet mutationem plenitudinis diuinitatis coexistere fas est: cum sit inconuertibilis per naturam homini. Hæc adplicanda seorsim sunt, qui ex anima constat & corpore.

Eiusdem. Quonia neque dicere fas est, quia uerbum mortuum est, & deus qui suum templum triduanum suscitauit. Si autem alteri est, ipse igitur iste natus est primogenitus ex mortuis, qui morte circumamictus est, ipse uero sit princeps in omnibus que uirtutes adquisitas suscepit. Denique triduanum ex sepulchro resurgens uerbi templum, ipso corpore quidem ad proprios uenit Apostolos, hæc autem uerba dixit eis: Data est mihi

**A** est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Quia uero hanc potestatem accepit extrinsecus templum, & non qui edificauit templum præcipua pulchritudine deus.

ATHANASII Episcopi Alexandrini in libris aduersus Hæreticos. Quæcunque igitur humilia uerba & opera sunt, in corpore Iesu intellige scripta: quæcunque uero gloriose sunt litera, in uerbi diuinitate. Quando esurit post ieiunium, corporis passio est: cum uero ex quinque panibus quinque milia uirorum præter mulieres, & infantes pascit, & duodecim sportæ fragmentorum remanent, opus uerbi diuinitatis. Cum uero super cervicalē dormit in naue, corporeæ quietis est opus: cum ambulans supra mare increpat fluctibus & uentis, quiescit, obmutescit, mox audit ab hijs qui in naui cum iureiurando confessi sunt: uere dei filius es. Cum stans ad sepulchrum Lazari deslet, & uenturus ad passionem dicit: Tristis est anima mea usque ad mortem, & anxiat: spiritus quidem diuinitate promptus ad omnem dispensationem dicit carnem uero infirmam, carnis uero infirmitas est contristari, & moestum esse: quando imperatiue dicit: Lazare ueni foras, & surrexit uiuens mortuus quadriduanus, quod factum non est à principio mundi, signum diuinitatis est.

Eiusdem de incarnatione. Dum dicit Euangelista nondum erat spiritus sanctus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus, carnem eius dicit nondum glorificatam: non enim dominus gloriæ glorificatur, sed caro domini hanc gloriam accepit coascendens ei in caelum, unde & spiritus sanctus adoptionis nondum erat in hominibus, & quod assumptæ ex nobis primitiæ in caelum nondum ascenderant. Quæcunque ergo scriptura dicit, quia filius accepit, & glorificatus est filius, propter humanitatem eius dicit, non propter diuinitatem.

**B** Eiusdem in eodem libro. Unde, ait, & deus eum super exaltauit, & donauit ei nomen quod est super omne nomen, & cætera. De templo hæc dicit, quod est corpus eius, non enim excelsus exaltatur, sed caro exaltatur excelsi, & carni excelsi donauit nomen quod est super omne nomen, & non uerbum dei per gratiam accepit, ut uocaretur deus, sed caro eius cum eo deificata est.

Eiusdem. Sicut enim lumen non lædit in tenebroso loco, neque uita potest aliquid pati natura, sicut ait prophetia dominus de se: Videte, quia ego sum, & non mutabor.

BASILII Episcopi Cæsariæ de gratiarum actione. Sicut ergo suscepit famem dominus forte cibo egesto eius in corpore, et fatigatus est musculis et neruis ex itinere protensis, non diuinitate labore domata, sed suscipiente corpore naturam sequentis passionis. Sic & lachrimas fudit, naturalem casum carni aduenire permittens, quod euenit quando concavitates cerebri ex fumigatione tristitiæ completæ fuerint, & ueluti per quosdam riuos, id est, foramina oculorum humectationis onus egreditur.

GREGORII Episcopi Nyssæ contra Eunomiū. Accusat eos qui passionem assignant humanæ naturæ, uult enim omnino ipsam diuinitatem subdere passioni: duplici enim existente & sine dubitatione opinione, siue diuinitas, siue humanitas in passione sit facta, unius accusatio in defensione fit modis omnibus eius quod relinquitur. Si igitur accusant eos qui passionem circa humanitatem respiciunt, laudabunt in dubitanter eos qui passibilem dicunt filij diuinitatem. Quæ autem per hæc struitur defensio dogmatum eorum, absurditatis est: nam si patitur quidem secundum eorum sermonem diuinitas filij, patris uero in omni impassibilitate seruetur, impassibilis ergo natura ad eam quæ suscepit passionem: Aliter ergo habet qui diuinitatem passam dicit, & non templum diuinitatis.

GREGORII Episcopi Nazanzeni ex Epistola ad Nectariū. Et hoc non modo crudele est, sed omnium grauissimum illud est, quia ipsum unigenitum deum

Lachrimarum natura & causa.

**C** iudicem existentium, principium uitae, destructorem mortis asserit esse mortalem, & propria sua diuinitate suscepisse passionem, & in triduana illa corporis morte etiam diuinitatem commortuam corpori, & ita rursus per patrem a mortuis resurrexisse.

**AMBROSII** Episcopi Mediolanensis. Cur, inquit, diuinitati applicas carnis infirmitates, & infirmitatem humani corporis applicas diuinae naturae, nunc anima mea tristis est non sapientia dicit, sapientia enim perseverauit inconuertibilis, licet indumento carnis circumamicta sit.

Et rursus alibi. Sunt uero quidam, qui in tantam processerunt impietatem, ut putent quia diuinitas domini circumcisa sit, & quia in ligno non caro fuerit, sed illa diuina substantia creatrix uniuersorum.

**DAMASI** Episcopi Romani contra Arianos cum anathematis interminatione. Si quis dixerit, quia in passione crucis dolorem pertulit filius dei deus, & non caro cum anima quam induta est serui formam, quam sibi met adsumpsit, sicut scriptura dixit, anathema sit.

**AMPHILOCHII** Episcopi Hiconij ex libro ubi exponit: pater maior me est. Et ut non longum extendam sermonem, interrogo te compendiose, heretice, qui ex deo ante secula natus est, passus est, an qui ex Dauid in postremis temporibus natus est Iesus? Siquidem diuinitas passa est, locutus es blasphemiam. Si uero homo, sicut ueritas habet, qua gratia non applicas homini passionem?

Eiusdem in sermone de Filio dei. Cum dixisset enim Petrus quia & dominum eum & Christum deus fecit, addidit hunc Iesum quem uos crucifixistis, quem deus suscitauit a mortuis: mortuum uero est templum, non diuinitas, & qui suscitauit eum uerbum uirtus est, dicens in Euangelio: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Si ergo dicit, & dominum eum & Christum fecit deus mortuum, & a mortuis suscitatum carnem dicit non filij deitatem.

**D** **SEVERIANI** Episcopi Gabalorum. Similiter enim, inquit, secundum animam timuit, mortuus fuit, contristatus est, tristis est enim, inquit, anima mea usque ad mortem. Et coepit contristari & mortuus esse. Haec non erant passiones peccati, sed passiones naturam cognoscentes. Denique Saluator ut ostenderet, quia illa uerba non erant decentia ueritatem, sed congruentia carni, dicit discipulis circa ipsum passionis tempus: Tristis est anima mea usque ad mortem, uigilate ut non intretis in temptationem. Et interpretatus cuius sint passiones, dicit: Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Ostendens igitur per omnia ueracem & diuinitatis dignitatem, & carnis dispensationem.


**ANTIOCHI** Episcopi Ptolemaidis in sermone contra Haereticos. Noli contumere naturas, et circa dispensationem non contremiscas, tene deum, da deo decem: suscipe hominem, da homini decem. Esuriit iste, qui secundum te: paupis ille, qui ultra te est: sitiuit, qui hodie natus est, ambulauit supra mare, qui sine tempore splenduit.

**IOANNIS** Episcopi Constantinopolitani in cruce. Christum cum audieris, non deum cogites solum, neque incarnatam dispensationem solam, sed utrumque, & deum uerbum, & incarnatam dispensationem. Noui Christum esurientem, & noui Christum ex quinque panibus & duobus piscibus pascentem quinque milia, extra mulieres & infantes, Noui Christum sitientem, & noui Christum aquam in uinum mutantem. Noui Christum super aquas ambulantem, & noui Christum in nauis dormientem. Noui Christum morientem, & noui Christum mortuos suscitantem. Noui Christum Pilato astantem, & noui Christum patri consistentem. Noui Christum a Iudaeis lapidatum, & noui Christum ab angelis adoratum. Et aliud quidem infert deitati, aliud autem humanitati: propterea namque utrumque dictum est, quoniam noui Christum ex Maria natum, & noui Christum ante secula genitum.

IOANNES

# IOANNES EPISCOPVS

ROMANVS ILLUSTRIBVS AC MAGNIFICIS VIRIS AVIENO SENATORI, LIBERIO SEVERINO, FIDELI AVITO, OPILIONI, IOANNI SYLVERIO, CLEMENTINO ET AMPHELIO DE DVABVS NATVRIS ADVERSVS EUTYCHIANISTAS.



Lim quidem illustres & magnifici filij, ad hoc sententiae meae summa constiterat, ut ante iussionem uestram, postquam epistolae uel dogmatis tenore cuncta ecclesia, hoc est sacerdotum senatorum, & populi probauit adensus, sub paginali alloquio uestris etiam sensibus intimanda digerere. Sed consilij ordinem illa res uerit, quia & dogmati per dies singulos diuinae scripturae subduntur, & imperfecta destinari non poterant, & ea quae per legatos directae sunt, prius non poterant in exemplaribus scripta transmitti. Nouimus etenim quod domino docente praecipit est, quod pastor diligens gregem salubria ultro non desistat ingerere: quia res quae ad salutem animae pertinet omnibus necesse est sensibus intimari. Proinde illustres & magnifici filij, quia festinatio non pertulit portitores, ut ea scribi & dirigi potuissent, in contenti tamen si dictus diuinus fauor adriserit, tam epistolae quam dogmatis exemplaria destinabimus. Nunc tamen, ne quid de uestris sensibus relinquatur ambiguum, quid epistolae tenore habeat, quid textus dogmatis contineat, breuiter insinuare curauimus. **IUSTINIANVS** siquidem imperator, filius noster, ut ex eius epistola tenore cognouistis, de his tribus quaestionibus orta certamina fuisse signauit: *Iustinianus tres quaestiones proposuit.* utrum unus ex trinitate Christus, & deus noster dici possit: hoc est una de tribus personis sanctae trinitatis sancta persona. An deus Christus carne pertulerit impassibilem deitate. An proprie & ueraciter mater domini dei nostri Iesu Christi Maria semper uirgo debeat appellari. Probauimus in his catholicam Imperatoris fidem, & ita esse prophetis & apostolicis, uel patrum exemplis euidenter ostendimus: unum enim ex sancta trinitate Christum esse, hoc est, unum de tribus sanctae trinitatis personis sanctam esse personam siue subsistentiam, quam Graeci dicunt, in his exemplis euidenter ostendimus.

In libro Genesi per Moysen trinitas ipsa sic dicit: Ecce Adam factus est tanquam unus ex nobis. Et iterum uas electionis Paulus ad Corinthios, ita euidenter expressit: Unus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus dominus noster Iesus Christus per quem omnia, et nos per ipso. Et in symbolo synodi Niceni: Credimus in unum deum patrem omnipotentem, & in unum dominum nostrum Iesum Christum unigenitum.

Item sanctus Augustinus, cuius doctrinam secundum praecessorum meorum statuta Romana sequitur & seruat ecclesia, in libro undecimo de ciuitate dei, sic dicit: Credimus & tenemus, & fideliter praedicamus, quod pater genuerit uerbum, hoc est sapientiam, per quam facta sunt omnia, unus, unum, aeternus, coaeternum: summus bonus aequaliter bonum. Et quod spiritus sanctus simul & patris & filij sit spiritus, & ipse consubstantialis & coaeternus ambobus, atque hoc totum trinitas sit propter proprietatem personarum, & unus deus propter inseparabilem unitatem, sicut unus omnipotens propter inseparabilem omnipotentiam, ita tamen ut etiam cum de singulis quaeritur, unusquisque eorum & deus omnipotens esse respondeat.

Eiusdem ex libro secundo contra Maximinum. Et pater deus est, & filius deus est.

**C** deus est, & spiritus sanctus deus est, & hijs simul tres unus deus est, nec huius trinitatis tertia pars est unus nec maior pars duo quam unus est.

In libro sancti Augustini quinto decimo de trinitate. Ratione etiā reddita intelligētibz parū est in substantia ueritatis, non solū patrē filio nō esse maiore, sed ambo simul aliqd esse maius q̄ spiritū sanctū, aut quoslibet duos in eadem trinitate maius esse aliqd q̄ unū, aut oēs simul tres maior aliqd esse q̄ singulos.

**GREGORIUS** Nazanzenus ex sermone de Epiphania. Deum, cum omnino uno lumine illustramur simul & tribus; tribus quidem secundū unius cuiusque proprietatis siue substantias, sicut placet aliquibus dicere siue personas, nihil enim pro uocabulorum diuersitate dissidendum est, cum ad eundem sensum nominum diuersitas prouocet & intellectum. Vnum autem secundū substantiam, uel deitatis ratione, diuiditur ergo, ut ita dicam, indiuisibiliter, coniungitur diuisibiliter, una est in tribus deitas.

Itē ex Epistola Gregorij Nusseni ad Ablamiū. Aestimēt hęc opera utrū unī assignēt p̄sonæ eorū, q̄ in sancta trinitate credūt, an p̄ tres eat uirtutis effectus.

Item ex Epistola Procli ad occidentales. Super hęc etiā confitemur unum ex trinitate increata atque ineffabili deum uerbum factum hominem.

Eiusdem. Quid enim nos sapimus atque sentimus, quia in ipsa diuina natura, qua coniunctus & unitus est filius patri sanctoq̄ spiritui, non dicimus emu deitate passum fuisse, sed carne, quā pro nobis assumpsit ex nobis. Vnus igitur ex trinitate crucifixus est carne qua factus est, non tamen deitate, qua unitus est patri & spiritui sancto perpeffus est, ne & illos crucifixos pariter asse-

**D** ramus. Hęc igitur ex plurimis pauca digessimus. Deum uero carne passum *Christum carne passum.* hic nihilominus roboremus exemplis.

Ex libro Exodi per Moſen dominus locutus est. Et uidebitis uitā uestrā in ligno pendentē. Deum autē esse uitam dominus noster in Euangelio Ioannis prædicat dicens: Ego sum uia, ueritas & uita. Itē Propheta dicit: Si affigit homo deum suum, quia uos affixistis me. Princeps quoq̄ Apostolorū beatus Petrus **Act. 3.** in Actibus ita dicit, dum impietates Iudæorū argueret: Vos autē uirum hominidam petistis dimitti uobis, autorem autem uitæ peremistis.

**1. Corin. 2.** Item uas electionis & doctor Gentiū sic prædicat. Si enim cognouissent, nunquā dominū gloriæ crucifixissent. Dominus autem gloriæ est deus, sicut Psalmographus ante prædixit: Quis est iste rex gloriæ?

**Act. 20.** Itē in Actibus Apostolorū. Attendite uobis & uniuerſo gregi, in quo uos spiritus sanctus cōstituit Episcopos, regere ecclesiā dei, quā acq̄siuit sangie suo.

**CYPRIANVS** Episcopus & Martyr in Epistola de patientia. Iudicatur iudicaturus, & dei sermo ad uictimam tacens ducitur.

**GREGORIUS** Nazanzenus. Et indignimus deo incarnato & mortificato, ut nos uiuamus.

Ex libro sancti Augustini de charitate. Ille enim qui uenit per crucis irrisio nes carnis perimere corruptionē, & uetustatē uinculi mortis nostræ suæ mortis nouitate dissoluere, mandato nouo fecit hominē nouū; res enim uetus erat, ut homo moreretur, quod ne semper ualeret in homine, res noua facta est, ut deus moreretur, sed quia in carne mortuus est, non in diuinitate.

**CYRILLVS** Capitulo duodecimo. Si quis non confitetur uerbū passum carne, & crucifixum carne, & mortē carne gustasse, factumq̄ primogenitū ex mortuis, secundū quod uita & uiuificans est & deus, anathema sit.

In Epistola Leonis ad Iuuenalem. Verā igitur generationē crux uera confirmat, quoniā ipse in carne nostra nascitur, qui in nostra carne crucifigitur.

Eiusdem

**A** Eiusdem ex Epistola ad Flauianum. Impassibilis deus non dedignatus est homo esse passibilis, & immortalis mortis legibus subiacere. Ex hac quoque parte plura ex dogmatis lectionū poteritis agnoscere. Gloriosam uero sanctā semper uirginē Mariam & proprie, & ueraciter dei genitricem, matremq̄ dei uerbi ex ea incarnati ab hominibus catholicis cōfiteri recte esse docemus proprie & ueraciter, & idem ipse ultimis tēporibus incarnatus, ex sancta & gloriosa uirgine matre nasci dignatus est. Propterea ergo quia proprie & ueraciter dei filius ex ea incarnatus & natus est, ideo proprie & ueraciter matrem dei ex ea incarnati & nati esse cōfitemur. Et ne dominus Iesus per honorificentiam uel gratiā dei nomē accepisse credatur, sicut **NESTORIVS** sentit in suis. Ueraciter autē ideo, ne phantasma, aut aliquo modo nō uerā sumpsisse carnē credatur ex uirgine, sicut adseruit impius **EUTYCHES**. Cui rei probamēta ex patrum traditionibus consequenter sanctus Augustinus in libro primo prædeterminationis. Prædestinatus est ergo Iesus, ut futurus secundū carnē filius Dauid esset, in uirtute autem filius dei simul; & filius hominis propter susceptū hominem; & filius dei propter suscipientē unigenitū dñi proprie & ueraciter dicit.

**LEPORIVS** in Epistola, quā Aurelius Episcopus Carthaginensis, & beatus Augustinus, & Synodus Africana firmauit. Nascitur ergo nobis proprie de spiritu sancto, & Maria semper uirgine deus homo Iesus filius dei.

**GELASIVS** ex libro aduersus **NESTORIVM** & **EUTYCHEN**.

Propterea quod ex te nascitur sanctū uocabitur filius dei. Ex te nascitur aut, ut proprietatē de matre sumendā nostræ conditionis exprimeret. Hijs igitur euidenter ostensum est, Illustres & magnifici filij, quid sperauerit Imperator, qd Romana sequat & colat ecclesia. Atq̄ igitur Christū dñm nostrū unū esse, ut sepe diximus, sanctæ trinitatis ex duabus naturis cognoscendū, hoc est in deitate & humanitate perfectū, nō antea existēte carne, & postea unīta uerbo, sed in ipso deo uerbo inītiū ut esset accipiens; ideo enim uero ex materno corpore caro sumpsit inītiū, salua proprietate uel ueritate utriusq̄ naturæ, hoc est diuinitatis atq̄ humanitatis, dei filiū dñm nostrū Iesum Christū catholice confitemur, omni post hanc cōmutationis cōfusione submota: neq̄ enim naturas in eo aliter agnoscimus, nisi differētiā intelligētes & confitētes diuinitatis atq̄ humanitatis. Sed nec duas personas in Christo intelligimus per id quod dicimus duas naturas, ut adunationis diuisionē facere uideamur, & sit, quod absit, quaternitas nō trinitas, sicut **NESTORIVS** sentit insanus. Nec cōfundimus eandem unitas naturas, cum unā personā Christi cōfitemur, ut **EUTYCHES** impius credit. Tomū uero Pape Leonis, omnesq̄ Epistolas, necnō & quatuor

Quatuor recepta concilia

Synodos, Nicenā, Constantinopolitanā, & Ephesinā primā, & Chalcedonensem, sicut Romana hæctenus suscepit & ueneratur ecclesia, sequimur, amplectimur, atq̄ seruamus. Hoc est enim nostræ fidei firmamentū, hæc fidei nostræ petra firmissima. Hęc autē, Illustres & magnifici filij, agens gratias sollicitudini uestræ, pauca intrinse curauimus, plenius tamē directis exemplaribus poteritis agnoscere. Aquimicos uero, qui se monachos dicūt, quia Nestoriani euidenter apparuerūt, Romana etiā eos dānat ecclesia: à quibus uos propter canonē qui cum excōmunicatis Christianū nec loqui nec cōmunicare permittit, diligētia pastoralī admonere non desino, ut eorū etiā simplicē colloquutionē uitetis, nihilq̄ uobis cum eis aestimetis esse cōmune. Quod ideo facio, ne reus silentij inueniar, si hæc ad uestrā minime, Christianissimi filij, noticiā pertulisset. Incollem magnitudinē uestrā deus noster custodiat, dñi filij merito illustres atq̄ magnifici.

FAVSTI

# FAVSTI EPISCOPI

DE RATIONE FIDEI, ET ALIQVOT  
LOCORVM INTER SE COL-  
LATIO.



**V**id respondendum est hijs, qui legentes in Euangelio, ita intelligunt: pater maior me est, filiū in diuinitate minorem esse blasphemant: **RESP.** Secundū autoritatem omnium scripturarum duæ sunt natiuitates in Christo, una ex patre initium nesciens, quia legimus: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbū: & qui in principio erat intra se, concludit omne principiū. Ex matre uero initium sumpsit, sicut legimus per Esaiam: Ecce uirgo in utero accipiet, & pariet filiū, & uocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum deus, id est, latens in humana fragilitate maiestas, sicut in Ioanne Euangelista legimus: Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: In nobis, id est, in fragilitate corporis nostri.

Item de Mariæ uirginis generatione: & porta erat clausa & non est aperta, tanq̄ si interrogaretur cur aperta non esset, adiecit quia dominus transiit per eam. Porta clausa, id est, signaculum pudoris, immaculatæ carnis integritas: Non enim est uiolata partu, quæ magis est sanctificata conceptu.

**D** Item de Christi gemina dei hominisq̄ substantia. Et erunt, inquit, duo in carne una, id est, deus & homo unus Christus, quod Apostolus de Christo & ecclesia, id est, de Christi corpore præcepit intelligi, sicut ait: Et erūt duo in carne una. Ego autem dico in Christo & in ecclesia quod aperte exposuit ad Romanos: Patres nostri ex quibus Christus secundū carnē adseruit hominis carnē consequenter adserit partes dei dicēs: Qui est super omnia deus benedictus in secula. Tam perfecta hic filij eminentia declaratur, ut dici de patre maiora non possint. Nam si initium haberet, non esset super omnia, sed inter omnia quæ pro conditione facturæ intra initium continētur, sed Christus quia æqualis est patri, nulla tēporis, nulla ætatis lege cōcluditur euidenter. Et ad Philipenses Apostolus duas Christi natiuitates, & duas substantias prædicat, dicēs: Qui cum in forma dei esset, formā serui accepit. Quibus regulis plena sunt uolumina noui & ueteris testamenti. Similiter & Iob prædicat eximius Prophetarū: Et in carne mea uidebo deum. Quod de illo tempore prophetauit, quando Christi deitas habitu nostræ carnis induta est. Quia ergo ut præfati sumus, uerbum caro factum est, & duos esse constat, hominem & deum in carne una, modo homo loquitur patri, modo deus; modo uisibilis ex matre, modo inuisibilis ex patre: **Da uerba hominis:** Ipse in Euāgelio dicit: Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ostendat hic pauper filius hominis diuitias suas in gloria diuinitatis: Omnia, inquit, quæ pater habet mea sunt. Dum dicit, omnia, nihil hic reliquit, quò minus haberet à patre omnia, id est, unus deitatis potentiam, substantiam, maiestatem. Quis eum minorem dicere non tremiscat, qui se patri generaliter & per omnia uindictus testis exæquat: sicut de eo Euangelista pronuntiat: Ideo uolebant eum Iudæi interficere, quia patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Et ad Philipenses: Non rapinam arbitratus est esse

**A** est esse se æqualem deo, id est, æqualitatem diuinitatis, quam rebellis angelus assumere uoluit per rapinam, Christus possidet per naturam. Cum ergo creatis ei, cum se in hominis substantia dicit minorem, crede ei cum se in diuinitatis substantia profitetur æqualem. Loquatur filius hominis: Pater, inquit, maior me est. Loquatur filius dei: Ego & pater unum sumus. Quasi homo esurit, quasi deus quinq̄ milia esurentium quinque panibus obsequio creaturæ suæ exaciat. Quasi homo in cruce pendet, quasi deus in paradysum de cruce latronem, gestis per omnem mundum loquentibus, introducit, dicens: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quo tempore corpus domini in tumulto fuit, anima in inferno, diuinitas in paradiso, in cœlo, & ubiq̄ intra se omnia supereminenti maiestatis immensitate complectens, secundum hominem minor dicitur, quando comprehenditur, flagellatur, crucifigitur, moritur, sepelitur, secundum deum per uirtutem resurrectionis in cœlestia sublimatus. Quasi homo suscepta morte, quasi deus super mortem. Secundū hanc regulam modo pauper est, modo diues, modo minor, modo æqualis, modo dominus, modo seruus. Tunc ergo minor patre credatur, quando angelorū conditor paulominus ab angelis minorat, sicut in octauo Psalmo legimus. Minorasti eum paulominus ab angelis. Tunc ergo patre minor dicatur, quando serui formā suscepisse perscribitur, quando etiā matre iunior inuenitur, quando de seipso in uisceribus primo Psalmo dicit: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt omnia ossa mea. Quod ergo minor patre secundum carnem, & secundū hominem nuncupetur, innumeris scripturarū testimonijs declaratur. De eius diuinitate ita ad Titum Apostolus dicit: Apparuit gratia dei Saluatoris nostri. Et iterum: Spectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Immane piaculum est, ut per infideles hominum blasphemias minor esse dicatur, quem magnū deum ipsa ueritas profitetur. Nam & Thomas Apostolus in Euangelio Ioannis, ubi post resurrectionem corpus hominis crucifixi per clauorum signa cognouit, deum qui intra hominem latebat Apostolica & Euangelica autoritate confessus est, ita dicens: Dominus meus & deus meus. Si fides adsit, aperta est ratio, qua Christus nunc minor, nunc æqualis patri sacris uoluminibus asseratur, sicut ipse de se dicit: Ego primus & nouissimus. Indubitanter agnosce, quod priorem non potest habere qui primus est. Item: Ego sum & & ω. Et sicut & literā nulla præcedit, ita & filiū dei nulli secundum constat esse, quia deus est.

Quid respondebimus eis, qui spiritum sanctum dicunt minorem deum, aut quod sceleratius est, ministerialem magis quam deum abrupta impietate pronuntiant: **RESP.** Quomodo creatura dicitur, qui domini creator ex Maria cōprobat: sicut legimus: conceptus de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine. Christus enim non de substantia spiritus sancti, sed de potentia, nec de generatione, sed iussione & benedictione cōceptus est. Et sicut à patre, ita etiā à spiritu sancto ad redemptionem nostræ malitiæ destinatus est. Ipso de se per Esaiā loquente: Misit me pater & spiritus eius. Si spiritus sanctus minor creditur, quomodo se filius, sicut à patre, ita etiā à sancto spiritu missum esse testat? Spiritus sanctus ipse locutus est in Apostolis, ipse efferbuit in Prophetis, dicens: te beato Apostolo Petro in Epistola sua: Non, inquit, ex hominibus allata est prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. Et Saluator in Mattheo ita ait ad discipulos suos: Non, inquit, uos estis qui loquimini, sed spiritus sanctus. Similiter & Dauid plenus spiritu sancto, & qui per eum loquebar

**C** loquebat manifesta uoce pronuntiat dicens: Audiā quid loquatur in me dominus deus. Quando ergo uasa dei sancto spiritu ebria loquuntur & dicunt: Hæc dicit dominus deus, uel deus deorum dominus locutus est, hunc dominum deum spiritum sanctum manifestum est. Et ad Corinthios deum esse spiritum sanctum euidenter ostendit dum dicit: Vos estis templum dei. Et quis esset hic deus consequenter edocuit ita dicens: Spiritus, inquit, sanctus habitat in uobis. Deus ergo templi, & spiritus sanctus habitator templi una persona est. Et in Actibus Apostolorum Petrus euidenter de sancti spiritus deitate ita ad Ananiam dicit: Quis te mentiri compulit spiritui sancto: non es, inquit, hominibus mentitus sed deo. Quid tam euidenter: Ecce deo notum promississe memoratur, & spiritui sancto mentitus arguitur. Si spiritus sanctus deus non esset, minime ad eum sacriligæ falsitatis iniuria peruenisset. Item ad Corinthios Apostoli uox est: Nescitis quia membra uestra templum sunt spiritus sancti: Glorificate & portate deum in corpore uestro. Illum utique deum portare præcipiuntur, cuius templa esse perhibentur.

**P**atrem priorem nominari. Quid respondebimus hijs qui dicunt: Non potest non prior esse pater, qui prior in baptismo nominatur? **RESP.** Et spiritus sanctus primus est, sine quo primum nominasse non sufficit, nec numerum autem nec ordinem recipit, qui in trium substantia unus & solus est.

Quid respondebimus eis, qui impio ore blasphemant dicentes: Ideo sanctus spiritus non est deus, quia nihil operatus est quasi deus? **RESPON.**

Videamus si in operibus eius nihil diuinitatis appareat, primo loco peccatorum remissio non tribuitur, nisi sanctus spiritus inuocetur. Et quia peccata sine sancto spiritu non donantur, etiam de ipso apertissime dictum esse nouerimus: Nemo, inquit, potest dimittere peccata nisi unus deus. Quem ergo reparatorem hominis uides, autorem hominis esse non dubites, ipse in primis absque peccato hominem fecit, qui in secundis à uinculo peccati hominem cum patre & filio regeneratorem absoluit. Vide quomodo Apostolus in epistola Corinthiorum opera spiritus sancti, uirtutesque concelebrat, ita dicens: Vnicuique autem datur per spiritum sermo sapientie, alij sermo scientie secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia curationum in uno spiritu, alij genera linguarum, operatio uirtutum, alij prophetia. Hæc omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis pro ut uult. Et quomodo dicimus ministerialis est, qui miracula tantorum charismatum arbitrio propria uoluntatis, & iure dominationis exercuit. De quo sub trinitatis distinctione legimus per Prophetam: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum.

**D** Spiritu oris dixit Propheta, non operis, ut eum tanquam de substantia patris noueris processisse. Et ideo dicit spiritus, quod ex patre procedit: spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Cœlorum uirtutes, id est, angelos, dominationes, thronos ac principatus, sicut per patrem & filium, ita etiam per spiritum sanctum ueritas loquitur. Non ergo sine immani sacrilegio creaturam dixeris, quem totius cœlestis militie perspicis creatorum. Secundum hæc in trium proprietate ac numero personarum, unam potentiam, unam gloriam, unam cognosce naturam, ne cum Iudæis ac Patriopassianis sine tribus personis filium aut sanctum spiritum neges, aut sine una substantia cum Gentilibus tres deos credere comproberis.

**S**piritus oris. Spiritu oris dixit Propheta, non operis, ut eum tanquam de substantia patris noueris processisse. Et ideo dicit spiritus, quod ex patre procedit: spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Cœlorum uirtutes, id est, angelos, dominationes, thronos ac principatus, sicut per patrem & filium, ita etiam per spiritum sanctum ueritas loquitur. Non ergo sine immani sacrilegio creaturam dixeris, quem totius cœlestis militie perspicis creatorum. Secundum hæc in trium proprietate ac numero personarum, unam potentiam, unam gloriam, unam cognosce naturam, ne cum Iudæis ac Patriopassianis sine tribus personis filium aut sanctum spiritum neges, aut sine una substantia cum Gentilibus tres deos credere comproberis.

ANTONINI

# ANTONINI EPISCO

PI CONSTANTINIENSIS AD ARCADIVM ACTVM IN EXILIVM A GENSERICO REGE VVANDALORVM, CONSOLATORIA.



**P**erge fidelis anima, perge, & confessor unitatis gaude, quia pro nomine Christi pati meruisti contumeliam, sicut Apostoli cum flagellati sunt. Ecce iam serpens ille sub pedibus tuis iacet, ipse constringere potuit, sed ipse cecidit, quia te eludere non potuit. Rogo te preme caput eius, non surgat ista in agone martyrij, nemo te commoueat. Ecce gaudet Christus & inspicit te, latantur angeli & adiuuant te, turba dæmonum calcaneum tuum obseruat, ne deficias & dæmones qui nunc lugent gaudeant. Tecum est omnis chorus martyrum præcessorum tuorum, expectant te martyres & defendunt, & coronam extendunt. Rogo te tene quod tenes, ne alter accipiat coronam tuam. Quantum temporis est, quo pugnaturus eris, & quantum temporis erit quo in æternum uiicturus eris: iam cœpisti, perface: hodie apparet cur pateris, dominum nihil latet, non te fallat diabolus in causa cum tibi ingerit nebulam, hoc uult ne charissimus patiaris. Verum frater habes certamen, integra est ista confessio: si mortuus fueris, certus esto martyr eris. Iob non attendit uxorem, & ideo uicit: non familias, non diuitias, non amicos, & merito superauit. Adam mulierem plus suam satis dilexit, & ideo tam lachrimabiliter cecidit. Sic dicit dominus: Qui non dimiserit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut familias propter me, non est meus discipulus. Quid, si conditione uitæ inortuus esses, uxor te aut familia habuit reuocare? Nam quem tenuisti, ipsum attende, ipsi hære, tene eum fortiter, ne dimittas, ne respexeris retro aut uxorem, aut diuitias, aut familiam: sursum cor, perfectam inchoasti pugnã. Ipse tecum archangelus qui cecidit dimicat, ipse tecum luctatur, sed tecum est pater & filius & spiritus sanctus. Vide ne timeas, adiuuat te ut coronet te. Septem filios Machabæa mater pro Christo misit ad mortem, ante eam cruciabantur, & ipsa magis eos hortabatur ut morerentur: ipsa autem post filios occisos ecce iam exultat cum filijs coronata. Respice quia in utero matris deus te fecit, ipse tibi spiritum & animam dedit, ipse te ornauit ratione & sapientia. Ipse cœlum fecit & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. Sic te uult suscipere pro fide morientem, ut tibi plenam exhibeat maiestatem. Respice mundum, periturus est: Respice solem & lunam & stellas, & ipsa soluenda sunt. Constringe fortiter pro anima tua, quæ aut semper uiuit, aut semper perit. Ecce dimissa sunt tibi peccata tua, & omnes iniquitates tuas deus pro hac pugna delebit, quæcunque usque hodie committere potuisti. Audi de hac re Ezechielem Prophetam dicentem: Quæcunque die iniquus conuersus fuerit ab iniquitate sua, & fecerit iustitiam, omnes iniquitates eius non memorabor ultra, dicit dominus. Iustitia tua, fides tua, quia iustus ex fide uiuit: tribulatio, expoliatio, exilium, remissionem tibi contulit peccatorum, mors autem aperit tibi regna cœlorum: Qualis eris cum te cum sancto Stephano uideris: Qualis eris, cum Petrum & Paulum, quos rogare solebas ut patronos habebis amicos: Christum mox tua anima uidebit, & corpus

**C** & corpus tuum erit in refrigerio resurrectionis, ut & ipsa caro uideat, quod tua anima cum exierit mox uidebit. Fremit diabolus, gaudet Christus. Roga, plora, posce auxilium, & mox accipies in mente solatiū: time poenas æternas, ubi semper ardetur, ubi semper in tenebris & corpus & anima cruciatur: ubi cum diabolo anima & corpus in æternum exurit. Gehennas expauesce, & Christū modo tene. Modo est ut aut uiuas aut pereas. Nemo te recuperabit, si in ista pugna defeceris. Et quid tibi prodest, si diabolo consenseris, & mox corpus amiseris? Aut nescis quia uita corporis tui in potestate est dei tui, qui tibi confestim auferre potest carnem, si dereliqueris fidem? Quidam Christianus dum pro fide in eculeo torqueretur, retulit adstitisse sibi angelum splendido uultu, cum linteo aqua perfuso, qui ei aquā in faciem spargeret, & linteo detergeret: donec tortus est iste angelus non recessit, consolans eum & refrigerans ei. Confessor autem Christi poenas quas sustinebat penitus non sentiebat. Minus tormenta sentiuntur, quando pro Christo pugnatur, quia uirtus animi superat dolores mundi: & cum inuocata fuerit diuinitas, mitigatur tormentorum acerbitas. Ecce pro homine tentus es, & afflictus non perdes fidem, etiam si amiseris carnem. Exhibe deo hanc perseverantiam, & ne ualde timeas poenam: aut enim grandis erit, & cito finitur: aut leuis erit, & nō ualde cruciabitur anima. Tu tamen exora, quia luctari cœpisti nec defecisti: martyrismum inchoasti, custodi animā tuam: Adiuro te per trinitatis unitatem, pro qua pateris mortem, serua cor tuum, & confirma per spiritum sanctum, quem in te exufflare uoluisti, & quem in te honorasti. Consiige fortiter per puritatem baptismi quod contemnere noluisti. Securus esto de corona, securus pugna donec uoluerit tibi dominus terminare uictoriam. Probat modo deus animum tuum: ibi est oculus dei, contemplatur te de hora in horam, quid agas, quid cogites, quomodo pugnes, quomodo stes. Si firmum te uiderit, gaudet & adiuuat. Si infirmū, succurrit & subleuat. Tu tamen certa pro ueritate usque ad mortem, & eris non solum tibi, sed & cæteris in salutē: alioquin à te deus exiget & tuam animam exanimē alienas. Signifer es Christi, in acie primus ambulas, tu cecideris, ab aliorum morte non eris immunis. Hæc time, nam & si uiceris, pro multorū salute pugnasti, & coronam multiplicem accepisti. Deus unus est, deus non potest esse minor, deus nō potest immutari: Scis ista, tene fortiter ueritatem. Audi autem breuiter quod præmissi: Deus unus est pater & filius & spiritus sanctus, & tamen ad solum Christum pertinet caro: Nempe aliud est anima, aliud ratio: & tamen in anima est ratio, & una est anima: sed aliud anima agit, aliud ratio: anima uiuit, ratio sapit: ad animam pertinet uita, ad rationem pertinet sapientia: & tamen nec anima est sine ratione, nec ratio sine anima: & cum unum sint, anima sola suscepit uitam, ratio sola suscepit sapientiam: Sic pater & filius. licet unum sint, & unus deus sit, tamen ad solum Christum pertinet caro: sicut ad solam rationem pertinet sapientia, licet non recedat ab anima. Ecce igitur in sole calor & splendor in uno radio sunt, sed calor exiccat, splendor illuminat: aliud suscipit calor, aliud suscipit splendor: licet ab inuicē calor & splendor non poterint separari. Suscepit ergo splendor illuminationem non feruorem: suscepit calor feruorem non illuminationem. Aliud ergo singulariter agunt, & tamen ab inuicem non recedunt. Sic & filius suscepit solus carnem, & tamen non deseruit patrem, nec se diuisit à patre. Filius itaque suscepit carnem in proprietate, & tamen & pater & spiritus sanctus non deseruerunt maiestate. In diuinitate æqualitas, in carne filij proprietas, nec tamen ab eo patris

Comparatio  
de sole.

**A** eo patris aut spiritus sancti recessit diuinitas: carnem suscepit Christus, nunquid à patre, aut ab spiritu sancto recessit: Ergo uera est unitas. Impleuit autē carnem Christi & pater & spiritus sanctus, sed maiestate non susceptione. Vis scire quia in eo fuit pater: non sum solus, inquit Christus, sed & pater mecum est. Audi de spiritu sancto, quia cum eo erat, Euangelista referat: Iesus plenus spiritu sancto regressus est ad Iordanem. Ecce solus Christus suscepit carnem, & tamen pater & spiritus sanctus non deseruerunt maiestate. Si cœlum & terrā implent, carnem Christi deserere non potuerunt, quando in diuinitatis unitate manserunt. Ad hoc citharam respice, ut muscum melos sonis dulcibus reddat: tria pariter adesse uidentur, ars, manus, & chorda: Ars dicat, manus tangit, resonat chorda: Tria operantur, sed sola chorda resonat quod auditur: Nec ars, nec manus sonum reddunt, sed eum cum chorda pariter operatur. Sic nec pater nec spiritus sanctus suscipiunt carnem, sed tamen cum filio pariter operantur. Sonum sola chorda excipit: Carnem solus Christus accepit. Operatio in tribus constat: sed quo modo pertinet ad solam chordam soni redditio, sic pertinet ad solum Christum carnis humani susceptio. Hæc à paruo in grandi marore posito: ut quæcunque dicta sint uix cordi meo occurrere potuerint. Hæc est recta regula fidei, pro hac si quid tibi contigerit, martyrismum perfecisti. Christus alapas accepit: Christus sputa aliena sustinuit: Christus felle & aceto potatus est: Christus spinis coronatus est: Christus crucifixus est, & inter latrones iniquos deputatus est iustus: Christus lancea perforatus est: Christus mortuus est: Christus hæc pro culpa tua, quanto magis tu firmus stare debes pro anima tua, ut nemo tollat coronam tuam. Iam in stadio es, calca fortiter, ne timeas, nihil pauceas, nihil penitus pertimescas: quia omnis pro te ecclesia deprecatur ut uincas, expectat te ecclesia catholica martyrem suum, ut honorificet sicut Stephanum suum. Vide ne confundas nos in hoc seculo. Vide ne humilies nos in conspectu aduersariorum. Sustinet tecum dominus Christus, sustinet tecum ecclesia. Esto securissimus de corona, non timeas penitus præterita quæcunque committere potuisti peccata.

ANTONINI CONSTANTINIENSIS  
CONSOLATORIAE AD ARCA  
DVM FINIS.

S 2 AGNELLI

# AGNELLI EPISCO

PI AD ARMINIVM, DE RATIO  
NE FIDEI.



**P**ater Martinus exegit literas ad tuam charitatem mittendas, adferens sollicitudinem tuam quarere solatium defensionis catholice fidei; quam quidam uaria assertione conturbant. Sed ipsa conturbatio cum colata fuerit omnis ferulentia proscitur, & hoc quod liquatum fuerit custoditur. Ante omnia ita credere oportet deum quia est; secundo quid sit deus. Quare hoc? quia dixit inspiens in corde suo non est deus. Ergo qui inspiens non est hoc non dicit, sed dicit; credo in deum. Si dixerit tibi quicumque quid est deus quem credis. Respondendum est, hic est deus qui clamat in Deuteronomio: Videte uidete quia ego sum deus, & non est alius prater me. Item cum Moses interrogaret quem illum diceret, respondit: Ego sum qui sum, & dices eis ad quos te mitto: qui est misit me, id est, immutabilis, & semper idem, non heri deus tantum, hodie uero deus & pater, sed semper fuit deus & pater, & semper fuit cuius esset pater. Si enim accessisset ei ut esset pater, uim passus est ut inciperet esse quod non erat. At est blasphemum ita sentire. Sed dicit aliquis: Non est uim passus, sed sua uoluntate genuit filium, quia si nolisset, non eum genuerat. Ad hac exigendum est, ut dicat quando uoluit generare filium, habuerit uirtutem generandi & sapientiam hoc ipsum uolendi. Si dixerit non habebat, confutas blasphemum. Si dixerit habebat, obtines uictoriam. Filius enim, ut dicit Apostolus, dei patris uirtus est & sapientia. Nam qui dicit uirtutem non habuit, blasphemat: qui dicit sapientiam non habuit, blasphemat: Hoc quare? quia in capite libri sui Arius dicit: Fuit deus quando pater non fuit, ut uideatur introducere minorem filium ad honorem patris. Blasphemat igitur patrem multis modis, primo iam quia non potest stare ut dicatur: qui est misit me, quia iam non potest dici, qui est, qui heri alius fuit, & hodie alius est. Ergo si non est alius hodie, cras alius, & semper immutabilis perseverat, semper ergo fuit pater, semper fuit cuius esset pater: Deinde etiam si hoc ipsum illi consentiat, catholicus quia uoluntate genuit cogere illum potest, ut dicat: antequam uellet generare filium ante noluit, & ideo non genuit: aut uoluit, & non potuit. Si noluit, bonum est quod noluit, & blasphemum est ut dicatur: fuit deus quando bonum noluit: Si autem uoluit & non potuit, est blasphemum, ut dicatur aliquando uoluisse & non potuisse deum. Hoc loco superatus Arius, ad hoc tenet catholicum: uere genuit aut putatiue genuit: Respondit catholicus: Vere genuit, Hæreticus ad hac: Si uere genuit, antequam generaret non fuit iste quem genuit. Ad hac respondendum est: multa esse in fragilitate humana quæ sic orientur ex ipsa fragilitate, ut simul incipiant genitor & genitus. Nam uox hominis sermonem parit, & non est sermo, nisi uocis filius. Modo quia sermo uocis est filius, ex eo minor dicens est sermo, quia uocis est filius. Hoc penitus dici non potest: Quare? Quia ex quo uox, ex eo & sermo. Adde in ipso sermone efficaciam & complecti tertiam personam, quæ penitus indiuidua perseverat. Vox ergo egressa sermonem

**A** sermonem & promit, & sermo egressus efficaciam gignit, ut puta iustum est per uocem, ille fiat consul, uel certe denudetur, uel certe interficiatur, uel certe de periculo liberetur. Ecce uox peperit uerbum, uerbum autem non peperit efficaciam, sed ex ipsa uoce & uerbo uirtus egressa alterum fecit consulem alterum interfecit. Et ideo ex patre filius, ex patre & filio procedit spiritus sanctus. Nec, ut quidam dicunt, duos habet deus filios, Christum & spiritum sanctum, sed habet filium inuisibilem, sicut ipse inuisibilis est, qui ut esset uisibile corpus nostræ fragilitatis adsumpsit, non ut inuisibilis esse cessaret: sed ut in ipso Christo inuisibilis incredulis permaneret. Nam cum dicit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis, ergo beati erant Iudæi omnes, & hij qui eum crucifixerunt, de quibus per David dicit: Ipsi uero considerauerunt & conspexerunt me. Vides ergo quia inuisibilis perseverat, & mente cernitur pura & credula. Ergo si inuisibilis pater, inuisibilis filius, inuisibilis spiritus sanctus. Et ut ad hoc te reuocem unde factum est, ut hoc de fragili homine doceamus. Tria hæc inuisibilia & indiuisa, & in unum conglobata, & uirtutis efficaciam redundantia, id est, uocem genitricem uerbi: ex uerbo uero simul cum uoce procedente efficaciam, quæ faciat alterum consulem fieri, alterum trucidari: dic mihi Ariane, ista tria unum sunt an non? Si unum non sunt, diuide uocem à uerbo, & efficaciam à uoce & uerbo. Quod si hoc in fragili homine ita unum sunt tria, uox, & uerbum, & efficaciam: tres quidem personæ sint, sed una subsistendi potentia, in homine fragilissimo, ut diximus, hæc sit tanta potentia, quanto magis in omnipotentia dei ita est, ut sit pater omnipotens genitor filij, & ex patre & filio procedens uirtus, qui est spiritus sanctus. Forte homo fragilis hoc habere potest, deus omnipotens hoc habere non potest: Huc usque ratio operata sit, nunc autoritas operetur. Apostolus Paulus duas formas æquales in patre & filio posuit, ut æqualitatem exprimeret: Dicit enim sic de filio: qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui suscipiens. Vides formam & formam & æqualitatem apostolica autoritate declarata. Sed occurrit Arius & dicit: Velis nolis, negare non poteris hoc quod dicit ipse dominus: Pater maior me est. Ad hac respondendum hoc quod dixit Apostolus: Cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui suscipiens. In hac utique forma serui minor, salua illa forma in qua non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Ac per hoc sic fiet, ut & ego tecum minorem dicam factum in assumptione hominis deum, & tu mecum non neges, salua illa forma in qua æqualis deo patri cessare non potuit. Restat ut hoc queratur ab Hæretico, cum formam serui suscepit filius, & uenisset in mundum, si deseruit patrem. Ad hac respondendum est: Si uerbum quod exierit de ore meo, & introierit in aurem tuam, & per aurem tuam in tuo corde coeperit manere, dic mihi nunquid quia in tuo pectore manet, iam in meo pectore non est? Si ergo integer sensus per meum os egressus, in tuam mentem ingressus, meum non deserit animum, quanto magis ex patre deo egressus sermo, patris pectus deserere non potuit: nam ipse filius dicit: Ego ex corde patris prodij. Et pater dicit: Eructauit cor meum uerbum bonum. Item obijciunt aliunde alibi iuit, id est, de caelo ad terram uere uenit. Quomodo potuit fieri, ut de sinu patris non recederet? Ad hoc dicitur: Considera quatuor

† parie

† d'ias sic legitur in codice Treuerensi: ita ut unum sint tria, ut uere tria sint uere unum: uere enim tria, uox, uerbum & efficaciam, tres ergo personæ, sed una subsistendi potentia.

AGNELLI EPISCOPI AD ARMINIVM.

**C** flumina de uno sinu paradisi egredi. Fons ergo pater est quatuor fluminum, & cum circueant omnem terram, tamen de sinu patris sui, id est, fontis illius qui est in paradiso non recedunt. Aut si potes diuide inter fontem & fluvium. Quod si hoc facere non potes, cessa diuidere filium à patre quod non potes de aquæ elemento ulla prorsus facere ratione. Item de passibilitate ager tecum Hæreticus, utrum deus ibi fuit quando passus est dominus: Si dixeris: simul passus est deus idiuisus, Patri passionē incurris: Si negas simul ibi fuisse diuinitatem, heresim facis. Cum ergo non negas ibi in cruce fuisse deum simul in Christo mundum conciliantem, compelleris docere, utrum simul crucifixus sit deus. Ad hæc aderes ipsum priorem uerba suscepisse, sed impassibile permansisse. Nam splendor solis in arbore manens eo tempore quo arbor inciditur, priorem securis ictum splendor accipit, sed impassibilis permanens, integer perseverat, arbor uero inciditur. Si ergo creatura luminis hanc obtinet uirtutem, ut cum sit in ligno uerberata simul cum ligno lignum passioni derelinquat, ipsa uero euadat iniuriam, quanto magis ipse creator omnipotens uera lux impassibilis perseverabit in Christo?

*Alias: dicere quod simul.*

AGNELLI EPISCOPI AD ARMINIVM, DE RATIONE FIDEI, FINIS.

RUSTICI

RUSTICI DIACONI

CONTRA ACEPHALOS PRAEFATIO, INCERTO INTERPRETE.



**H**Go quidem & peccata, & necessitates, & mensuram meam sciens, saepe proposui taciturnitatem præhonore dogmatismo, maxime, quoniã nunquã sic perturbata fuerunt quæ ad Christianos pertinent, sicut nostris temporibus: Primum quidem, quoniã nullus studia priscorum æmulatur, sed effectus discit, & semetipsum eorum qui pridem quiesuerunt in domino non filios confitentur, sed iudices ordinant, addentes hijs quantas nec est numerare calumnias, & hoc apud Acephalos quidem, sicut dici oportet omnes. Apud hos autem qui nouiter extiterunt, soli præcipue laici, quibus & hijs qui dicuntur Episcopi atque Presbyteri, & Diaconi, & reliquus clerus, & monachi, quidã errore, nonnulli avaritia, aliqui ambitione, magis autem cuncti omni malo Christianorum libertatem & fiduciam & sanum zelum usque adeo abiecerunt, ut quod ad ipsos attinet nec spem correctionis ultra reliquerint. Cum uero hijs uniuersa Christianorum uirtus abcessit, dum quod commune, ac domini Christi est, nullus uere curat, nec uerbo dignum reputat: omnes autem quæ sua sunt acrius quàm uel aliquando student. Et omnem spem super illos constituunt, per quos hæc large frui sperant. Quod uero hæc uera sint, res ipsæ testantur. Omne siquidem uestigiũ uirtutis abcessit, omne autem nequitie diluuium Romanam rempublicam meruit. Hæc igitur mea menti proponens, abstinendum quidẽ ab huiusmodi abominationibus iudicauit, solis uero uacandum steribus, & incessanter diuinam sustinendam sententiam, multos iam pridem frequenter ac fortiter desuper fulminantem, sed quid dicam relinquendi mundum, licet uoluntate omnino festinus, infirmissimus tamen uirtute, solum mihi est reliquum de tuis orationibus sperare. Reuertar ergo ad quod mihi propositum est, hæc me cogitante sollicitè hijs quæ similia, zelus quidem non quiescebat, ratio uero econtrario suggerebat: Quid coartaris o homo, & tantummodo autumas desperandum, inspiciens solum humanas impietates, & obliuiscens diuinum nutum. Attende illum qui saepe desperata iterũ suscitauit, qui mortua toties uiuificauit, ut dominus: qui enim pro impijs mortuus est, neque nunc habet uniuersam despiciere creaturam. Et mundus quidem prodit quod suum est, & quo uergit, à proprio factore declinans, misericors uero dominus non despiciet propterea magis demonstrare quod suum est. Tu interim non occultes quod tibi commissum est, aut decem talenta, aut quinque, aut unam paruissimam particulam, ne ille postea ueniens, propriae pecunie requirat usuram. Deinde unde scis, quia neque multi, neque pauci, neque ullus hijs quæ dicuntur assentiet, aut ad non cadendum, aut ad remeandum, ad fidem domini Christi? Quando uero & quod cunctorum deterius suspicamur euenierit, nullum tu pertulisti dispendiũ, quinimò & tanquã cuncta compleueris, coronas excipies, integerrimus namque ac fortissimus, quin potius misericordissimus iudex, non à fine, sed à uoluntate & intentione iudicat causas. Dum igitur undique tibi omnino tacendi excusatio sit occlusa, & ad non tacendum

*Deus ab affectu iudicat non euentu.*

**C** merces incaduca proponat, si tacueris, temetipsum prorsus addices: Nec enim accusationes iniqua gerentium sunt uerendae, quae à domino infinitae beatitudinis, procuratrices ostensa sunt, nec ea quae à prohibentibus te tibi inferuntur exilia siue custodiae, uariaeque afflictiones, & diuersae angustiae: non enim gehennae terrori sunt paria. Memento Christianum te esse, atque diaconum, & hoc summæ totius uniuersitatis ecclesiae. Si inportabile onus est ordinis, quare ullo modo aggressus es dignitatem? Semel diaconus factus, eius deo uotis es obligatus: alioqui debuisti refutare prius, & circa huiusmodi gradum cum aduersario tenere pacem, perquirens si tu cum decem milibus, uiginti aduersarij milia euincere potuisses. Hæc & hys similia, pro ut possum, conscribere me compellunt. Tuæ de reliquo erit orationis, si bona fuerit dictio hominis, qui uix derelictudine fidei sola præsumo, non pro maleuolentia, absit, sed quod certo meæ infirmitatis conscius sim. Intentio igitur mihi est, ea quae sepius in colloctionibus tam Constantinopoli, quam Alexandriae Aegypti siue in Antinoo Thebaidis, & in adiacentibus locis, seu lecta, siue etiã dicta, uel per me, uel per alios dependentes de fide definitionem sanctae Synodi Chalcedonenfis colligere, contraque aduersariorum quaestiones, quas similiter comperi, coaptare, ad con summationem duntaxat, & firmitatem uel ornatum sermonis adijcere quae oportet. Ut uero quaestionum solutionumque sit distinctio, propria per singula prænotatur ad ea quae sunt dicta persona: hys quidem quae nostra sunt, Orthodoxi, hys autem quae illorum, Haeretici, sicut se ipsae res habent, & præcedente demonstrabitur libro, seruata duntaxat & circa hoc illa consuetudine, quia non omnia quae à talibus dicuntur talia sunt: Etenim etiam ex hys quae communiter confitemur multoties inchoantes, ea quae sua sunt tentant demonstrare. Ne uero iterum confundamus eadem distinctione sermones, sed ut continue percurrat legentium memoriã duabus tantummodo personis oppositiones discretæ sunt.

**D** SILENTIVM loci, & temporis commoditas, & commune constitutum, & ab alijs rebus feruæ, nobiscum interim, quod deo fauente dixerim, concurrerunt simul, sicut igitur promissisti, quicquid uis congrue de hys quae inter nos discrepant interroga, custodita scilicet omnia à nobis patientia, & bona conscientia. Memor esto ad hæc, quoniam pariter conuenit absque omni linguositate & ipsas, pro ut possibile est, uerbis proferre res, me dicente: quia unus & idem filius dei filius hominis dominus noster Iesus Christus, in duabus naturis agnoscitur: Te uero utcunque placuerit. H A E R. Si duas naturas dicis esse Christum, & non unam compositam, Christum uero genuit beatissima uirgo, duas ergo naturas genuit. Vocabitur igitur ab hys quas genuit naturis dei genitrix, & hominis genitrix, circa impissimum NESTORIVM, qui eò quod æquæ uirtutis putaret, duo nomina uni, id est, dei genitricem & hominis genitricem uni nomini, id est, Christi genitricem, non dei genitricem uocare uirginem magis prælegit. Amplius & diuiso nomine dei genitricem, & hominis genitricem NESTORIVS dixit. At uero sanctae memoriae CYRILLVS, dei genitricem solum. Dicentes igitur duas esse naturas Christi, competenter Nestoriani uocantur. RVST. Consequenter uosmet ipsos per cuncta confunditis, nolentes domini Christi naturas discernere: te enim magis necesse est, dei genitricem, & hominis genitricem dicere, ut interim de qualitate nil loquar ego sermonum. Si enim Christus una & composita est natura, hæc uero natura ex uirgine nata est, & hæc ipsa deus & homo

Rustici quae partes fuerint.

**A** & homo est, igitur deum & hominem genuit uirgo, & dei genitrix & hominis genitrix nominatur. Si igitur ob hoc Nestorianos uocatis nos, neque uos hoc nomine carebitis: non enim credimus hanc, ut dicitis, compositam naturam, deum solū, uel certe purum nominare uos: eos enim qui sic deum dicunt Christum, ut non confiteantur & hominē, hunc ipsum uestrae non arbitramini fidei. Sed nec dei naturam uos arbitror putare compositam. H A E R. Nos dei genitricem dicimus solum, propter hoc enim maxime Nestorio beatissimus Cyrillus instabat. RVST. Quid igitur ad auferendam hominis genitricis uocem, uoce hac beatus Cyrillus usus ostenditur, an ad aliquid aliud? Dic igitur ad unum demonstrandum filium dominum Christum, unam personam, unam substantiam. H A E R. Ad unum demonstrandum Christum, dominum, filium, unam personam, unam substantiam, unam compositam naturam. RVST. Igitur secundum te hæc natura deus est solum, cuius causa dei genitrix tantummodo nominetur. H A E R. Non deus tantum, sed deus incarnatus. RVST. Cur ergo & mater non à deo & carne nomen accepit, quae ista generauit? H A E R. Quia causa carnis deus est, qui dum uellet dispensare salutem nostram, sumpsit ut uoluit, per quod quae uolebat impleat. Ergo & natiuitas, & alia miracula, & uoces, & passio, & omnia, ut breuiter dicamus, deo uerbo sunt reputanda per carnem, qui propter ista est incarnatus. RVST. Sic ergo deo reputanda sunt, ut de humanitate & alia modis omnibus denegentur, an de homine quoque seu carne ista dicenda sunt? H A E R. Solius dei cuncta sunt reputanda, non eò quod puro accesserint, sed ipsi incarnato. RVST. Sed multi sanctorum patrum, ea quae humanitatis sunt siue carnis non oportere ab ea separari confessi sunt, sicut & in synodicis epistolis beatissimus Cyrillus, & in paternis testimonijs sancta Synodus Ephesina, ad confirmandam suam rectam fidem ipsis gestis inseruit, decernens ita quaedam, quae carnis sunt, propter unionem dei uerbi personae deputanda, ut tamen ea carnis propria fateamur. H A E R. Da, si tamen potueris, testimonia consonantia hys quae ipse dixisti, saluis duntaxat dum tempus exegerit hys quae pro nostro dogmate proferemus: Veruntamen prius si potes causas assigna, cur non deo soli omnia per carnem dispensata deputentur, sicut supra ostendimus. RVST. Quia nec uerum est, nec decet, immo insuper nocet. Non est uerum, quia nihil horum non incarnato deo, neque secundum quod deus est tantummodo accessisse uel ipsi dicere praesumentis, non decet autem deum tanquam carnem patre minorem, neque mortalem, neque ante Mariam non fuisse, neque initium existentiae ab ipsa sumpsisse, neque per mortem duabus partibus partibus deum, id est, cum corpore, quam anima separatim: Si enim cuncta quae carnis sunt illi incarnato collidimus, uel quae adsunt tanquam sint, uel quae desunt, uel uti non adsint, inuenietur deus uerbum nec aequalis, nec consubstantialis, nec indifferens, nec coaeternus patri, nec immutabilis ante resurrectionem, sed ex substantia, & ex substantia uirginis quae altera est ab illa quae patris est. Inuenietur uero & homo & caro praedicari & per hæc quod caro sit incarnata, & inhumanatus sit homo. Si uero & ea quae uerbi sunt, carnis esse altera dicamus, concludimur quia homo quidem consubstantialis, & aequalis est deo & patri: deus autem minor à patre. Et ex hys de cetero: quia uerbo melior caro, & minus est uerbum carni propriae comparatum, nec non quia pater maior est carne, uerbum minus, pater igitur multo maior à uerbo est, magis uero et ipsi angeli. Multa quoque similia uales dicere, tuo intellectui derelinquo incongruitatis, quin potius impietatis euidentissimae infinitam multitudinem atque magnitudinem congregare. H A E R. Ergo nihil

**C** nihil quod carnis est dei est, nec quod dei est carnis est, & ubi nobis abierunt quæ scripturæ diuinæ sunt: ubi illa quæ sanctæ Synodi Ephesinæ, magis uero Nicænæ: ubi omnia pariter celeberrimi CYRILLI conscripta: RVST. Recordare d' optime, quia non dixi, nihil omnino eorū quæ uerbi sunt, de carne dicere nos debere, nec conuerso, sed quia non debent omnia: noli ergo inferre calumnias. Sed ad propositū reuertamur. Si igitur ut ex hijs claret, quia inuictus et noxius est omnium nominū indiscretus hic modus, ueruntamen & propriam paginam requirit. Si enim non solum credendo, sed etiā confitendo saluamur, sicut in corde siue animo est fides nostra, nō uerbis, sed rebus & definitionibus insignata, sic etiā procedere debet à labijs: nam quod aliter geritur, fraus & simulatio, hæc uero inuictabiliter noxia. Si ergo modis omnibus sic uerbū sempiternū est sicut pater, impassibilisq; idē dei sermo & inuictibilis sicut pater, nō uoce tantū simile, sed eadē uoce simul & re ista dicantur. Inuictibile enim dicitur, quod aliter se habere nō potest. At uero de quo id impossibile, nec uersus, nec passus est, nec cepit: inuictibilis enim conuictio, & mutari res mutabiles, & pati passibiles: similiter ergo quod quomodolibet patitur secundū hoc est passibile, & quod uertitur uertibile, & quod moritur mortale, & quod augeatur crescibile, & omnia hæc, nec impassibilitatē, nec immutabilitatem de cætero seruant. H AER. Potes mihi hæc ostendere ex sanctorū patrum confessionibus, & maxime à sanctis synodis, id est, ea quæ in Nicæa, & quæ in Epheso cōuenerūt, & ab hijs quæ celeberrimus Cyrillus conscripsit: RVST. Plane quidem horum sunt demonstrationes, si uero & hoc uis, post pauca & istud fiet: interim de prima quæstione adhuc dicenda sunt pauca. Si igitur Adam uictus à diabolo, corruptionem nostro intulit generi, oportebat per hominē rursus diabolū uinci, ut possimus nos ab incorruptibilitatis participatione frui. Sed hoc, sicut infirma & subiecta seruituti atque corruptioni, nostra natura per semetipsam non ualebat explere, & à domino hanc oportebat assumi, sic rursus sine nostra natura id fieri nec decebat utique, nec uoluit deus. Non enim per uolentiam proposuerat superare diabolū, aliās hoc modis omnibus egisset & purus, sed deuictio hominī uoluit præstare uictoriā, quod decibilis quā per hanc pulcherrimā unitionem euenire non poterat: si tamen in tanto mysterio illud impletum credimus, quod aut solum fieri poterat, aut pulchrius celebrari non poterat. Quod igitur sine deo non posset impleri, hoc idē sine homine nec debuit exerceri, nec deus uoluit: qui non uult esse nisi quæ debent esse, & ideo quæ huiusmodi sunt omnia, dei solius tanquā non fuerit ipse etiam homo dici nō licet. Omnia igitur talia unius eiusdemq; personæ, dei & hominis confitenda sunt, aut ita dei dicenda quedam talia, ut tamen nō auferamus ea & de homine dici. Non igitur Nestorij blasphemix est, Christi genitricem dicere, eō quod idem sit dei & hominis dicere genitricem, sed negare Theotocon hereticum est, dum & diuinitus inspirata scriptura dicat, & hoc sæpius mater Iesu, & ex qua genitus est Iesus qui dicitur Christus: insuper si quidē deus est ille quem genuit, recte dicitur Theotocos, & quia Christus est qui natus est, recte dicitur Christotocos. Arbitror autem quia quecunque reddatur ratio nominis huius, aut eadem erit & illius, aut magis illius. Amplius si dei genitrix existens Christi genitrix non est, Christus, quod absit, non erit deus, ratione conuersa. Si enim qui Christotoco confitetur, & Theotocon abnegat, Christum non dicit deum: qui dei genitricem confitetur, & Christi genitricem refutat, similiter deum denegat esse Christum. Insuper in tantum Christi genitricem

Inuictibile.

Maria theotocos.

**A** genitricem confiteri bonū est, sed dei genitricem negare non pium, ut & ipse NESTORIVS Christi genitricem dicens, dei uero genitricem negans, non propter id quod hoc dixerat, dū narretur, sed quia illud addixerat. Insuper non omnia, quæ ab Hæreticis dicuntur nequam sunt: quæ autē sint mala Nestorij, ex cōtra. ictionibus beati CYRILLI, quæ in epistolis ipsius ad illū quas & sanctissimū CELESTINVM Papā magnæ Romæ ut pprias suscepisse apparet. H AER. Multa quidē habēs ad prædicta quæ dicā, nolo prolongare sermonē, hoc enim forsitan & inutile, atq; laboriosum sit: unū uero breuiter exigo canonicis testimonijs demonstrari mihi, utrū ea quæ dei uerbi carni contigerūt, ut ais, oportere de ipsius humanitatis dici sicut olim præueniēs dixi. RVST. Bene quaesisti, hoc enim & ordo exigit, et ideo mox dicet ex Epistola sanctissimi Cyrilli archiepiscopi Alexandriæ, ad sanctæ memoriæ IOANNE M archiepiscopū Antiochiæ magnæ, per quā uniuersalis sanctarū dei ecclesiarum facta est pax. » Conitemur igitur dominū nostrū Iesum Christū filiū dei unigenitū, deū perfectum, & hominē perfectū, ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex patre genitum secundū deitatem, in ultimis uero diebus eundē propter nostram salutem, ex Maria uirgine, secundū humanitatē. Consubstantialē patri eundem secundū deitatem & consubstantialē nobis secundū humanitatē. Duarum enim naturarū unio facta est, propter quod unum Christū, unum filiū, unū dominū conitemur. Circa hanc incōfusæ unitionis intelligentiā conitemur sanctam uirginē dei genitricē, eō quod deus uerbū incarnatus sit & in humanatus, & ex ipsa conceptione sibi met ipsi illud templū, ex ipsa susceptum. » Euāgelicas uero & apostolicas de domino uoces scimus de loquos uiros quosdam quidem cōmunicantes: quippe ut in una persona, quosdam uero diuidentes: quippe ut in duabus naturis, et quosdam quidē deo decibiliter secundū deitatem Christi, quosdam uero humiles secundū humanitatē tradentes. Has uestras aduertes sanctas uoces, sic quoq; nosmetipsos sapere inuenitis: unus enim dominus, una fides, unū baptisma. Glorificauimus omnī Saluatorē deum inuicticem congaudētes, quoniam à deo inspiratis scripturis, & traditioni sanctorū patrum nostrorū, cōuenientē habent fidem, tam quæ apud nos tam quæ apud uos sunt ecclesiarum. Hæc ipsa uero & in epistola eius ad NESTORIVM dicta sunt, de qua quæ ad hoc idem pertineant, ad testimoniū coaptabimus inferius, prædictis intellectibus apta existentia. Nunc autē sermoni imponā finem. Quia igitur calumniāmi nos, tanq; quia duas dicentes domini nostri Iesu Christi naturas, & ex hoc necessarie dei & hominis genitricē introducentes, hæreticū introduceremus dogma, demonstrare coactus sum, quia ne hoc, quod secundū consequentiā introducitur, hæreticū sit, quod per diuinā gratiā competenter effecimus. H AER. Quot igitur sunt unius Christi substantiæ? RVST. Duæ. H AER. Quare? RVST. Quia duabus integris, id est, perfectis naturis consubstantialis est Christus. H AER. Ergo & duo, seu certe multi sunt Christi, aut multæ personæ, quia multis personis consubstantialis est Christus. RVST. Sed ad consubstantialia semper uicissitudinē recipit, siue responder, uel adæquatatur naturarū numerus, sed non etiam similiter responder numerus personarū: etenim deus pater duabus personis consubstantialis est, non tamen duæ personæ sunt pater: similiter uero & filius, nec nō & sanctus spiritus. Et unus quisq; nostrū una persona est, ueruntamen innumerabilibus personis consubstantialis est. H AER. Sed nec quia duabus naturis consubstantialis est Christus, idcirco duæ naturæ sunt, non enim unum quodq; tantum est circa numerum, quanta

Cyrillus quanti habitus.

quanta sunt consubstantialia eius: alioqui demonstra aliquid tot habens naturas, quantas habent quæ illi sunt consubstantia quod queritur. RVST. Ego & tu uel quilibet homo, aut quicumque angelus & unius naturæ est, & unius naturæ consubstantialis, & unumquodque indiuiduum animal similiter. HAER. Sed tu unum quidē multis naturis consubstantiale debes ostendere. RVST. Si esset quæcunq; res duabus perfectis naturis consubstantialis, aut pluribus existens, hæc omnimodo suarū naturarum numero consubstantialia æquaret, & quia una non est multæ res, multorū numerū æquant. Ex hoc clare monstratur, quoniā & Christus consubstantiales naturas suarum naturarū numero confesse adæquat. Si uero unumquodq; reliquorū uniuscuiq; naturæ consubstantiale est, & unūquodq; unius naturæ est, minimē mihi hoc hanc reprobatur rationem; nihilominus enim unumquodq; suæ naturæ numero uel potius quantitate æquat consubstantialia: non enim minus unū habet à consubstantialium quantitate naturā, & hoc non ideo quod nihil sit minus secundum quantitatem ab uno. Quia igitur his qui in duabus naturis sunt, consubstantialis est Christus, id est, tam patri quā nobis: omne uero consubstantiale, consubstantialiū naturalem cœquat quantitatem: Christus igitur consubstantialiū naturalem cœquat quantitatem. Christo uero cōsubstantialiū duæ naturæ sunt nihilominus, & Christi igitur duæ naturæ sunt nihilominus, siue substantiæ. Hoc uero est ex ipso substantiæ nomine cōprobare: Christus enim cōsubstantialis dicitur tam patri quā etiam nobis, cōpersonalis uero nec illi, nec nobis. Sicut igitur si compersonalis esset tam patri & sancto spiritui, quā etiam nobis, non esset utiq; eius una persona, sed amplius. Sic quia & illis & nobis consubstantialis est, non una eius est natura sed duæ, seu potius personis non naturis consubstantialis est Christus. Veruntamen & hijs non compersonalis, sed consubstantialis est confidenter. Quid uero est consubstantialis, nisi eiusdem naturæ per omnia? Igitur qui contendit, quia nō naturis sed personis consubstantialis, quæ diuersarū sunt naturarū, is non mente, sed nudis uerbis contendit. Igitur sic sermonē conteximus: si Christus duarū naturarū personis consubstantialis est, seu certe si Christus hijs personis, quæ in duabus sunt naturis, consubstantialis est, omne uero consubstantiale in tot naturis est, in quantis est quicquid ei consubstantiale est, Christus igitur in duabus naturis est: tot enim sunt ea quæ sunt illi consubstantialia. HAER. Dispensatiue, & condescensorie propter pacem dictum est à sanctissimo & beatissimo patre nostro Cyrillo in Epistola ad Ioannē, consubstantialis nobis secundū humanitatem, alioquin si non hoc uerum est, ostende alia eius testimonia dicentis, quia simillimus nobis natura humanitatis est Christus. RVST. Ergo dispensatio & hypocrisis nihil ab inuicem differunt, & erit idem secundū idem & bonū simul & malū: si uero distāt hæc, ostēde. Si cōdescēdens tantū exultat, quid amplius poterit exultare, qui nihil remittit & uincit? Lege quæso illius epistolæ ipsa primordia, & cessa resistere ueritati, mox enim totā suspicionē tuam destruet. Condescensio enim non perfectam affert lætitiā, tanquā quæ non propter id quod principaliter queritur proprie fiat, sed propter infirmorū fragilitatem. HAER. Habemus epistolaria Hypomnistica illius sanctissimi patris, in quibus significat, quia condescensorie ad Orientales scripserit propter pacem. RVST. Primū quidē multa dubitatio, utrum monstrētur eius hæc esse, quod & si eius sunt, unde manifestum quod talia loca non ficta sint: dum certe à principio ab Eutyche prolata à multis tanquā ficta sint accusata. Quod si etiam ficta non sunt, unde certum quia

A tum quia non potius hoc quod à te profertur dispensatiue & condescensorie dictum sit, maxime dum sciret ipse, quoniā dei ecclesia familiaribus literis non intendit neq; Hypomnisticis, neq; hijs quæ ad unū & domesticū fiunt, sed hijs quæ ad Synodos, aut à Synodis dogmatice & publice & definitiue de hijs quæ in quæstionē ueniunt conscribunt. Hoc uero claret, quia istas epistolas, id est, suas & Orientalium de pace, transmittens Romanæ ecclesiæ sedē, à sanctissimo XISTO cōfirmari sategit: eorū uero quæ à uobis dicuntur, nihil manifestauit prius apostolicæ sedē. HAER. Ergo xistus cōfirmauit epistolas unicitas & earū fidem? RVST. Non solū confirmauit eas in scripto, & hoc cum multa lætitiā, sed & in super hoc addidit, rescribens CYRILLO sanctæ memoriæ. Quoniā nunq; similia NESTORIO sapuit, sed à principio fuerit Orthodoxus: IOANNES sanctissimus frater noster, licet olim suam sententiā suspenderit, ut nobiscum Nestoriū minime condemnasset. Adijcit autē dicens: Quia bene nos fecimus, qui nihil cōtra eum definitimus immaturū clarēt enim nostrorū uindictæ gaudiorū. Et plurima talia. Si uero uis, & uerba ipsa ponemus. HAER. Oportet quidem & hoc fieri, ueruntamen si habes demonstrationē, quia & in alijs sermonibus synodice ab eo dictum sit tale aliquid demonstrato, alioqui manifestum est quoniā condescensoriæ dictum est, ut lucraretur Orientales. RVST. Saluis mihi hijs quæ prædicta sunt, & hoc fiat ex Synodico sanctorū patrū qui in Ephesum conuenerunt. Sancti ATHANASII: Non phantasia est salus nostra, nec folius corporis, sed totius hominis uere salus facta est. Huius manū igitur natura, id quod ex Maria, secundum diuinas scripturas & uerum erat illius Saluatoris. Ex eadem Synodo testimoniū sancti THEOPHILI. Non uelut alicuius pretiosæ materiæ cœlestis accipiens corporis uenit ad nos, sed in luto magnitudinē suæ artis ostendit, ex luto plasmatum corrigens hominem, ipse ex uirgine noui decoris homo procedens, modū quidem genituræ permutans: per omnia uero ad nos absq; peccato, nō diffugiendā similitudinē iudicans. Ex eadē Synodo testimoniū sancti AMBROSII. Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quoniā regnum dei, sicut scriptū est, nō in persuasionē humani uerbi est, sed in ostensione uirtutis. Seruemus differentiā diuinitatis & carnis, unus in utroq; loquitur dei filius, quia in eodē utraq; natura est. idē loquitur, sed nō uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc quid dem gloriā dei: nūc uero hominis passiones, quia sicut deus docet diuina, quia uerbum est, sicut homo uero docet humana, quia in mea substantia loquebat. HAER. Si non est una & eadem natura deus & caro secundū unitionem, erit una Christi natura deus, altera uero homo tantūmodo. Sed illa una natura, secundū quā deus est, non cōsubstantialis est nobis, deus igitur non consubstantialis est nobis. Si igitur Christus quidē consubstantialis est nobis, deus uero nō consubstantialis est nobis: Christus ergo, quod absit, non est deus. RVST. In tali præcipitio sua fallacia hominē semper includit, ut proprijs laqueis infingatur. Si enim humanitas Christi est secundū quā Christus homo est, hæc autē non consubstantialis est patri, homo igitur nō consubstantialis est patri: Si igitur Christus consubstantialis est patri, at uero homo non consubstantialis est patri: Christus igitur nō est homo. Amplius si hic syllogismus est uerax, similiter & nos concludemus de deo: Si enim Christi deitatis substantia, secundum quā utiq; deus est, non consubstantialis est nobis: deus igitur non consubstantialis est nobis: Si igitur Christus consubstantialis est nobis, deus uero non consubstantialis, sequetur incongruū quod superius dictum est, quo dicitur Christū non esse

Cyrilli scripta  
confirmata à  
Xisto Episcopo  
po Ro. ano.

Athanasius.

Theophilus.

Ambrosius.

T

**C** non esse deū. Igitur secundū uestra uaniloquia, aut erit nobis consubstantialis diuinitatis Christi natura, aut Christus, quod absit, non erit deus: Aut rursus, erit Christi humanitas patri consubstantialis, aut Christus, quod absit, nō erit homo. Nihil est ergo tali modo conclusum. **H A E R.** Si duæ naturæ sunt Christi, erit unaquæq; quod est, et aliud nihil. Qua de re humanitas erit humanitas solum, ac non etiā deus. At uero deus erit tantūmodo deus & nō homo. Purus igitur deus purus homo Christus. **R V S T.** Non est idem, ò tu calumniose, solum hoc esse, & purum hoc esse: Anima enim tua solūmodo anima est, & aliud nihil, ueruntamen incarnata est, & corpore nuda non est; & corpus tuū tantūmodo corpus est, ueruntamen & animatū. Si uero humanitas non humanitas solum est, sed etiā diuinitas; & diuinitas non solum diuinitas, sed etiā humanitas, diuinitas igitur & humanitas inhumanata est, & diuinitas & humanitas diuinitatē & humanitatē sibi met adunauit. Et humanitas igitur secundū ea in humanata est, & deo unita diuinitas. **H A E R.** Si una natura Christi deus est, altera uero homo, una uero nō est idem alteri, igitur neq; deus & homo idem est. Quomodo igitur secundū uos unus est Christus? **R V S T.** Deprehensa est uerfuita tua, idem nanq; aut personā significat, aut naturā. Igitur eundē quidē dicimus esse deum & hominē Christū, non idem uero natura; unus est igitur Christus, non unū sicut simpliciter dicimus, unum uero persona, non simpliciter unum est: igitur unus quidē non uero unum, & aliud & aliud; non alius uero & alius, absit. **H A E R.** Quomodo hoc fieri possit ego nullo modo uideo: omne em̄ quod aliud est, & alter est. **R V S T.** Ego à te alius quidē sum, sed nō aliud; unum est enim secundū quod tu homo es, & secundū quod ego sum homo: Anima uero mea à corpore tuo alterū, & anima tua à corpore meo, & mea anima in meo corpore, & tua in tuo alterū quiddam intelligitur, quomodo libet hac ad inuicem comparentur: ralius enim personarū magis differentia conuenit, aliud uero & aliud naturarū, etenim tua anima tuo corpori comparatur, non est alius homo, sed aliud. **H A E R.** Quinimo & alius rectissime dicitur. Quis est enim apud Apostolū exterior homo qui corrumpitur, & interior qui renouatur: Omne igitur aliud etiā alius est, & identidē omnis alius & aliud. Et ego enim ab angelo alius sum, sed & aliud, & ille à me alter simul & aliud. Et sic quisq; inueniet singula quæque dinumerans. **R V S T.** Vtrum uera sint quæ dixisti, ex hīs quæ alterne se habēt, si uidetur quæramus. Quoniā sic se habet hic unus ad hoc unum: sicut hic alter ad hoc alterū uel hoc aliud: & sic se habet hic unus ad hunc aliū, sicut unū ad aliud. Si igitur unū non semper idē est quod unus & aliud, non semper erit alius, & uicissim nō omnis unus & unum est, neq; omne unum & unus est. Idem uero sequitur, de id quod est alius, & de eo quod est aliud. Discreuit uero hac omnia dominus in Euāgelio inueniens: **Ioan. 10.** Ego & pater unū sumus, & nusq; dicens unus sumus, sed magis è diuerso dixit sum. Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est uerū, **Ioan. 14.** alius est qui testificatur de me, & scio quod uerū est testimonium quod testificatur de me. Et quis esset iste, post addidit dicens: Qui misit me pater ipse testimonium perhibet de me. Et de spiritu uero sancto inquit: Si diligitis me, præcepta mea seruate, & ego rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in sempiternū, illum spiritum ueritatis. Non dixit aliud consolatorium spiritum, sed alium paracletum. **H A E R.** Hac ad hoc solum spectant, quia unum sunt pater & filius, & quia alius pater, et alius filius, non tamen quia nō unus est, neq; quia non aliud & aliud. Dum igitur quatuor proposita sint, duo tantūmodo

**A** tantūmodo demonstraui, id est, quia unū sunt pater & filius, & quia alius pater à filio & spiritus sanctus. Remansit igitur non probatū quia non sit aliud pater, & aliud filius, & quia non ipse sit pater & filius. Hæc igitur potius testimonijs te oportet ostendere, maxime quia unus dicitur pater & filius, unus enim deus est. **R V S T.** Et si præmissa quod quæris demonstraauerunt, quia & quod unum est, aliud non est & qui alius est, unus & idem non est. Tamen & hoc demonstrabitur, quia ipse quidem deus est pater & filius & spiritus sanctus, sed cum adiectione nominis dei. Si uero auferatur adicentibus nomen quod est deus, non iam simpliciter dici potest ipse esse pater & filius & spiritus sanctus, inquit enim: Ego ex memetipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Ecce non ipse est pater qui & filius: si enim ipse esset, ex se ergo loqueretur. **Ioan. 14.** Supra autem dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui me misit. Et rursus adhuc aliquanto superius: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, pater meus est qui glorificat me, quem uos dicitis: quia deus noster est, & nō cognouistis eum. Ego uero scio eum, & si dixerō, quia nescio eum, ero similis uobis mendax, sed scio eum, & uerbum eius custodio. Et adhuc dicentibus ei pharisæis, non esse uerum testimonium eius, tanq; eo de semetipso testificante, respondit dicens: Iudicium meum iustum est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. In lege autem uestra scriptum est: Quia duorum hominum testimonium uerum sit. Ego sum qui testificor de memetipso, & testificatur de me qui misit me pater. Ex hīs igitur quæ dicta sunt, & illud quæ situm claret, id est quia non aliud & aliud pater & filius, uel si dicatur aliud & aliud persona, dñæ enim, non tamen aliud & aliud, simpliciter & absolute. Si enim alius nō unus & idem, sicut ostensum est, & aliud non unum & idipsum, & è conuerso quod unum est, aliud non est. Quia igitur unum sunt pater & filius, aliud non sunt. Pater igitur & filius & spiritus sanctus unum quidem sunt, quia una eorum natura est, unus autem non sunt, quia tres personæ sunt. Sed rursus clara uoce testificans, dico simpliciter unus, & simpliciter unum, & simpliciter non unus sed alius, & simpliciter non unum sed aliud nobis est sermo: nam cum complexione & aliud persona dicitur, & non alius deus pater à filio. **Vi**des igitur dixisse nos, quia dominus Christus, qui alterā naturā præter cōmunem sibi uniri dignatus est, unus est, quia una persona est: non unū uero, quia non una natura. Sic nos dicere ergo intellige, quotiescunque dixerimus, unus & unum, & aliud & alius. Hoc ipsum uero & cum lectionibus sanctorum patrum Synodus Ephesina, in condemnationem Nestorij blasphemiarum, & suæ fidei probationem posuit atq; firmauit. Quinimo per hæc contraria quidē destruxit, suā uero dogmata confirmauit. Inter beati Nazianzeni Gregorij lectiones dicens ita: Aliud quidem & aliud ex quibus Saluator, siquidem non idem inuisibile uisibili, & id quod intemporale illi quod subtemporale. Non uero alius & alius, absit, ambo enim hæc unum commixtione. Deo quidē humanato, homine uero deitato, uel quomodo libet quis nominet, dico autem aliud & aliud, quia è conuerso quam in trinitate se habet: Illic enim alius & alius, ut non subsistentias confundamus, non aliud uero & aliud. Unū enim tria & idem hac diuinitate. Non solum uero hīs nos abundare putetis, quibus uestras contradictiones euertere præualemus, sed audite potius, per quæ nostra firmare ipsa omnium firmissima ueritas consueuit. Quorum diuersa sunt, quæ illis cum multis alijs communiora esse solent, sicut ea quæ genera nomi-

**C** nantur horum, & specialiora diuersa sunt, sicut hæc quæ uocantur species horum, & substantiæ, & nature secundum numerum sunt diuersæ. Sed simplicis rei & compositæ sempiternæ & temporalis, uertibilis & non uertibilis, mutabilis & immutabilis, passibilis & impassibilis, diuersa sunt genera & species, diuersa igitur secundum numerum & substantiæ uel nature. **H AER.** Hoc in domino Christo non habet rationem propter unionem, sicut enim rationalis animæ & corporis diuersa quidem sunt genera & species, unum uero animal homo, & eius una substantia & natura, sic & in domino Christo genera quidem discrepant, nature uero minime. **R V S T.** Non est uerum quod dixisti, anima namque & corpus non tam secundum genus, quam potius secundum speciem distant. Genus enim tam animæ quam corporis substantia susceptibilis contrariorum; etenim & anima susceptiua uirtutis & uitij est, & corpus saluutis atque languoris. Sed nec simpliciter specie differt corpus ab anima, una enim species humanitatis est, sed forsitan hijs quæ sunt media inter hæc. Hoc enim mortale, illud uero est immortale, & alijs talibus differentijs. Quare uerax est prædicta propositio. **H AER.** Sed ecce principio isto concessio, continuo descendentes usque ad fines Nestorij peruenitis, Nam quorum diuersa sunt genera, & species & substantiæ, ac nature, horum nec unum est indiuiduum, nec substantia una, neque una persona, sed amplius. Si enim duo hæc quæ dicis indiuidua sunt, siue substantiæ, uel essentiæ, siue substantiæ rationales, duæ omnimodo & personæ. **R V S T.** Non necessarie conclusisti, diuersis enim existentibus mundi & generibus, & speciebus, & substantijs, & naturis, indiuiduum non est diuersum: **V**nus est namque indiuiduus mundus, & si secula diuersa dicantur: secula enim ex temporibus fiunt, mundus uero substantiarum est. Nec illi uero sunt huic rationi contrarij, qui plures mundos suspicant. Nam uel si esset alius, similiter plures haberet in semet ipso naturas atque substantias: unusquisque uero eorum nihilominus unus esset. Sic igitur nos si in aliquo alio præter in uno Christo subsistere alias duas indiuiduas substantias diceremus, tunc duas pluresue personas modis omnibus inuitabiliter inferremus. Si uero de uno ac solo id dicimus, sicut nullus recte credentium hanc omnium corporalium naturarum constitutionem duos uel plures mundos affirmat, sic neque nos duos aut plures Christos asserimus. Magis uero nec sic, sed longe melius; omnia namque illa non secundum substantiam sunt unum, sicut nature huius dominici Christi. Si uero non diuersa sunt genera, neque species deitatis & humanitatis, ergo nec ex diuersis naturis Christus, neque est ex duabus. Si uero est ex duabus, dæ igitur earum differentias substantiuas, non enim uis secundum indiuiduum ista distare. Insuper si reuera homo est, id est, animal rationale terrenum, & nihil distat à deo, igitur quod est impiissimum, nec nos ab eo, aut certe ille nobis consubstantialis non est. Insuper si uerum est, quoniam quorum diuersa sunt genera, non eadem sunt & quæ sub generibus distinguunt, similiterque & ea quæ hijs subsunt, siue ad aliena inuicem genera, siue ad ea quæ intra ea sunt comparata. Quorum hoc quidem genus habet, illud uero non habet, multo magis diuersa monstrantur. Si igitur deitas nec genus habet, nec eam speciem quæ supponitur generi, habere uero hæc inuenitur humanitas, multo magis in una natura coadunari non posse demonstrantur. Superiora igitur sine præiudicio posita sint, in quibus diuersa genera & species diximus diuinitatis & carnis. **H AER.** Unum summumque genus habet diuinitas atque humanitas, substantia enim generalissimum genus est diuinitatis & humanitatis, quæ est per semetipsum subsistens. **R V S T.** Per se subsistens, cum de deo

Substantia sum-  
mum genus.

de deo dicitur, significat quod nullius alterius ad id ut sit indiget. Cum uero de creaturis, nequaquam à creatore enim esse sumpserunt. Et in ipso uiuimus, & mouemur, & fumus. Substantia uero, id est, *substantia*, cum de deo dicitur, ab eo quod sit semper nominata est, quippe *substantia* id est quæ semper est, in creaturis uero minime. Igitur etsi unum nomen est substantiæ, non tamen una res. Non est igitur commune genus substantiæ deitatis & carnis, sed nomen commune tantummodo: Hoc uero genus non est. **H AER.** Sed & anima, idem genus non habens corpori, unam cum eo speciem complet. **R V S T.** Magis unum summumque genus habet, utrumque enim substantia est & nomine & definitione: quod in Christo de deitate & humanitate impossibile esse, si adhuc dubitas, & inferius ostendetur. Anima igitur rationalis, & corpus hominis, identitatem nature circa unionem suscipiunt, eod quod & unum genus, & eandem speciem teneant. Sunt uero etiam diuersæ nature, quia & sub diuersa specie, ac definitione nonnunquam ponuntur. Ab uero deitas & humanitas Christi sub una specie non ponuntur. **H AER.** Non fit ex incertis, secundum quod incerta sunt, demonstratio incertorum. Si igitur ostendis, quia deitas & caro sub una definitione non iacet, & quia in uno eodemque homine differt definitio & natura, & species corporis & animæ, tunc forsitan ea quæ adiecisti sequentur. His igitur inferiori loco seruatis, ueniamus ad alia, ut non sermonum prolixitatem longius extendamus. **R V S T.** Dominum christum consubstantialem tam patri quam nobis, secundum unam & eandem per unionem substantiam sæpe profertis, nulla perdita neque confusa. Sed ipsam sicut dicitis unam substantiam impossibile est non habere quædam, quæ in comparatione ad inuicem recte aliud & aliud nominentur, ut carnem, ut animam, ut uerbum. Contingit enim multas differentias sumere, quas ego tanquam notas tuo intellectui derelinquo. Aliud igitur & aliud si substantia & substantia dicitur, recte alia & alia substantia prædicantur. Si uero aliquid horum non est substantia, quomodo secundum hoc ei quædam sunt consubstantialia, cum non sint secundum substantiam consubstantialia? Quomodo autem uera diuinitas, & perfecta, & indiuidua humanitas substantia non erit? Si igitur alia, & alia substantia deitatis & carnis, quomodo duas eas non patimini confiteri? Si uero & duas has confitemini, cur à nostra sententia & comunione desciscitis? **H AER.** Sic & puri alicuius hominis poteris duas demonstrare substantias, ut ex hijs conuincaris tres inducere Christi substantias: homo etenim secundum substantiam mentis, consubstantialis est angelis, secundum corpus uero, pecudibus simul ac bestijs. Et rursus secundum corpus quidem consubstantialis sumus corporibus mortuorum, secundum animam uero animabus ipsorum, ut non angelorum tantummodo ponamus exemplum, de quibus & mihi incertam fateor esse questionem. **R V S T.** Hoc totum falsum est. Consubstantialitas enim pro parte, & non pro totietate substantiæ imperfecta est, à CCC enim x & viii. sanctis patribus, propter hoc deo patri consubstantialis dictus est filius, ut cognosceremus, quia nihil in eo deest paternæ substantiæ. Similiter uero ab his, qui postea fuerunt, sanctis patribus, consubstantialis nobis est prædicatus, ut omnia nostræ de substantiæ illi habere credamus. Igitur hæretica fraude consubstantialitatis nomine utitur, qui ex parte hoc suscipit. Quicquid ergo uerum sit de angelis, consubstantialis eis non est homo, similiter uero nec bestijs, neque pecoribus, neque cadaueribus, nec animabus. Amplius, nec simpliciter secundum quæcunque partem consubstantialis in rationalibus homo recte dicitur; nam licet una sit materies, ex qua corpus,

T 3 sed ta

**C** sed tamē forma corporis longe præstantior. Vnde nec partē parti, uel totietatē  
 consubstantialē uerum est esse, quasi eo quod una materia sit, ne consubstan-  
 tiales dicamur serpētibus, & acimicibus, & pulicibus, & muscis, & omnibus si-  
 mul quæ humani corporis euaporatione nascuntur. Insuper, si omne quod  
 cōsubstantialē est hominī secundū corpus, cōsubstantialē est, circa hoc ipsum  
 illis quibus secundum hoc consubstantialis est homo erit & Christus, quod  
 absit, omnibus prædictis consubstantialis secundum corpus. Nobis enim cir-  
 ca hanc partem consubstantialis est Christus: Si uero aliquis tales despiciens  
 blasphemias, hæc ut uera concedat, illud tamen auelli nō potest, quia huiusmo-  
 di consubstantialitas neque integra est, neque perfecta. Non igitur duabus per-  
 fectis, naturis cōsubstantialis est homo, ut Christus. Amplius si magis proprie  
 à nascēdo est dicta natura, ut gignitur magis quam ut corrumpitur est natura.  
 Homo uero integer nascitur atque perfectus, corruptio autem separat corpus  
 & animam ab inuicem, & duas separatas res efficit, quarum neutrum perfecta  
 natura est: Si enim perficit naturas corruptio, & cōtrarij secundum se contrari-  
 us est effectus, igitur genitura naturas exterminat, quod est nimis incongruū.  
 Et quidem humanitatis Christi natura mortis tempore in duas est separata,  
 & in duo quædam facta est una natura, quorum tamen neutrum fuit perfecta  
 natura. Iterum uero resurrectio ex duabus est, sed nō se sic habet perfectissimarum  
 in eo unities naturarū, sine corruptione siquidem sine imminutione una-  
 quæque unitarum naturarum in speciei perfectione subsistit. Insuper, si ho-  
 minis cuiusdā puri ut ais duæ possunt substantiæ demonstrari, licet earū nul-  
 la perfecta natura sit, nec idcirco nō duæ sunt, quoniam nō perfectæ, dum duæ  
 perfectæ sint Christi naturæ, quomodo non multo amplius duæ sunt: Si igitur  
 & illos, qui duas naturas hominis dicunt, nihil subsequitur inconueniens, du-  
 as igitur naturas confitentem Iesu dñi Christi, quid indecens cōsequetur? Qui  
 autē tres dicit, imperfectæ perfecta diuinitati connumerat: superflua uero erit  
 omnium sub uno patrum uox, dicentium consubstantialē nobis esse Christū  
 secundum humanitatem, ad interemptionem eorum qui dicunt, inanimatam  
 uel sine mente esse dispensationem. Si uero apud homines sic dicuntur consub-  
 stantialia, nihil profuit patres cōsubstantialē dixisse filiū patri: potest enim  
 quis impius suspicari, quoniam quantum præstat rationale inanimato, tantum  
 pater filio cōparatur. Est uero ut arbitror, multa milia infaniora his dicere. Sed  
 nunc inserim ista sufficienter H A E R E. Si una est & substantiua res Christus, igi-  
 tur unum quiddē substantiuū, una per unitionē substantia Christus est. R V S.  
 Res, & personam significat, & naturā. Et una igitur res Christus & duæ. Ma-  
 gis uero ipse quidem res una est, quippe ut una persona, in duabus uero natu-  
 ris agnoscitur. H A E R. Quia interim nō negasti unam rem esse Christū, quo-  
 modo enim nō qui unum dicit Christum, res uero hæc & substantiua, una igitur  
 ut diximus substantia Christus est, una igitur & natura: quid enim ad me, utrum  
 etiam duæ res sint, an minime interim quia una est contradicere non potes.  
 R V S T. Sed non modis omnibus sequitur unam rem & substantiuam unam  
 quoque esse substantiam, nam & Aaron uirga quæ attulit fructum, una  
 quidem substantiuaque res erat cum fructibus suis, non una uero substan-  
 tia cum fructibus erat. Et tabulas scriptas digito dei unam rem dicimus, sed nō  
 unam quoque substantiam. Verum nec illud incongrue arbitror responderi,  
 quia Christus nec substantiua, nec insubstantiua, sed supersubstantiua res  
 est: Quippe duarum perfectissimarum substantiarū, uel naturarū; etenim pa-  
 nis ille

Natura à na-  
 scendo dicta  
 est.

**A** nis ille quem dominica oratione deposcimus, supersubstantialis dicitur. Et arbi-  
 tror sic nos eum petere, ut Christum potius expetamus, donec, sicut ait aposto-  
 lus, formetur Christus in nobis. Amplius uero, si milium habēs petri ramos in-  
 fertos, una arbor & una est res, sed quia habet & proprios ramos, nec una sub-  
 stantia, neque una natura est. Sed ut milium, simul & pirum duæ, ut uero arbor una  
 una esse res dicitur, quid obest unitati personæ, si Christum duas res esse dica-  
 mus? Aut quid naturarū dualitati, si eum unam rem cōfiteamur existere? Insuper  
 et si respondeamus substantiuum quiddam esse Christum, non ob hoc erit  
 una substantia, unam siquidē personam dicimus substantiuam, sicut si aliquis  
 uerbi gratia dicat, hunc mundum non esse insubstantiuum, nō tamen ex hoc  
 eius unam cogeretur affirmare substantiam. Si uero aliquis omnino insanus,  
 & contentiosissimus dicat, unam mundi esse substantiam, sequetur eum nec  
 in quibuslibet rebus aliter ullatenus dicere, nisi quia una substantia sit: Si enim  
 cunctæ quæ in orbe sunt diuersitates non faciunt sub numero esse substantias,  
 unaquæque ad aliam comparata una erit cum ea: una igitur substantia hominis  
 & lapidis & elephantis atque formicæ, & cœli ac montis. H A E R. In hunc mū-  
 dum talis nō euenit unities, quia nec unus est filius, unus Christus, unus domi-  
 nus. Et si unus simpliciter mundus, sed est milia milium reperire, qui uocentur  
 filij, & personæ, & substantiæ. In Christo autē inconuulsibilis unities facta est.  
 R V S T. Nonne prædixi, quia exemplū nō per omnia est inconueniens: aliās  
 nō erit exemplum, sed per omnia idem. Quia igitur dixisti substantiuū quid-  
 dam esse Christum, ostendi quia & aliud aliquid dicitur quidem substantiuū,  
 non unius autem substantiæ, sed multarum est. Si uero ea quæ arte fiunt dicere  
 uelim, multa milia talia inuenire possibile est, ut nauem, ut domum, ut lucer-  
 nam ardentem, & his similia: uniuersa enim talia substantiua quidem sunt, nō  
 unius uero substantiæ. H A E R. Nunquam natura minus continet à perso-  
 na, quippe consueta & amplius continere. De eo autem nūc de naturis rationā-  
 lium. Et ideo duas naturas dicere abhorremus: metuentes ne consequenter di-  
 camus duas quoque personas. R V S T. Insanissimus timor, nec enim sunt  
 duæ rationales naturæ, quæ nō milia contineant personarum, sed nequæ una,  
 quæ non plures quam duas personas obtineat. Nō erit ergo neque una Christi  
 natura, ne sint eius non duæ tantum, sed plures quoque personæ. Insuper autē  
 nec ex duabus secundū uos naturis est Christus, ne sit ex duabus, aut pluribus  
 personis, seu filiis, aut Christis, aut dominis. Si uero eos, qui ex duabus naturis  
 dicunt Christum, siue ex duabus sicut, uos consequitur personis aut pluribus,  
 non consequitur ex duobus Christis, aut filiis dicere. Nec illos hæreticos, qui  
 duas etiam dicunt Christi personas, eadem cōsequenti incongrua. Quare mul-  
 to minus Orthodoxos, qui dominū Christum in duabus naturis confitentur,  
 sequetur duos dicere dominos, aut Christos, aut filios. Insuper, si ob hoc duas  
 naturas metuitis dicere, ne forte, secundum quod consueuit, in reliquis duas  
 inducat is personas, dicitis enim, quia nunquā minus sunt à duabus personis  
 duæ naturæ, nec illud unquā cōfiteri debetis, quia dominus Christus deus per-  
 fectus, & homo perfectus est: quia in reliquis rationalibus uniuersis, perfecti  
 dei, & perfecti hominis impossibile est unā solāque esse personā. Si uero de hoc  
 inopinatisimo miraculo, nobis quippe Christianis existentibus, dubitare peri-  
 culosum est quoniū, quando uoluit deus perfectus potuit cōperfecta huma-  
 nitate una esse persona, quia nō est ei impossibile omne uerbum, circa Euangelium.  
 Cur dubitamus quia hæc ipsa persona in duabus perfectis naturis sit, nō sepa-  
 randa.

Panem super  
 substantialem  
 petere quid sit

C randa, sed potius agnoscenda? Sicut igitur deus perfectus, & homo perfectus inestimabiliter una sola persona est, sic duæ perfectæ naturæ mirabiliter unus est filius. Et hæc, ut ita quæ dicat, regula, in reliquis quidē cunctis immobilis est, in solo uero Christo soluta est. Non igitur ed quod male utatur substantiarū dualitate Nestorius, idcirco tacendum est duas esse substantias, alioquin quoniā male utitur perfecto deo & perfecto homine, Orthodoxi non hoc debent dicere. Et ut simpliciter dicamus, si tacere debemus, uel omnino auferre omnia quæ ab Hæreticis male usurpantur, nihil nobis est confitendū, & præ omnibus auferentur scripturæ diuinæ. H AER. Cogis me idē repetere, quando natura minus cōtinuit à persona; aut quādo substantia minus a substantia dicite? RV. Ad hoc quidē iam sufficienter respondimus, ueruntamen & hoc competenter adijciam, quia nec hic duæ naturæ solum continent Christi personam, licet in ipso solo secundū substantiam sint unitæ, & diuina enim natura eius pariter cōtinet & patrē & spiritū sanctū, & humana eius substantia reliquos homines, sed quemadmodum in diuina natura subsistens, ut pater & spiritus sanctus, non tamen purus est deus, & in nostra uero, sed nō nudus est homo, si in duabus subsistens nō est partitus, nec enim duas habet personas. Quæro uero à te quomodo dixisti naturā, utrum ne uniuersalem, an potius indiuiduā? H AER. Ego indifferenter accipio, quæ enim omnino differentia est, aut quid interest? RVST. Multa etenim, si enim uniuersalem uel cōmunem dicis, uerū est quia non minus continet à persona, imō magis & amplius. Si uero particularem uel indiuiduā, sicut meam tuam quæ, uel alterius indiuidui alij nulli cōmunem, non enim idem sum ego qui & tu. In Christo propterea exemplū non inuenimus, ut dixi, quia solæ rationales naturæ sunt, deus, & militiæ coelestes, & homo. Nunquam uero ex hijs duæ unitæ ad inuicem sunt naturæ, ut unam facerent solam quæ personam, sicut in domino Christo circa unitiōnem deitatis atque humanitatis. Hæc est enim inopinatissima proprietas illius unitiōnis, cuius exemplum non potest inueniri. Nunquā enim duæ rationales naturæ in unā personā inseparabiliter sunt unitæ. Iusuper nec est dei particularis natura, id est, nullius alterius, nisi unius solius quæ personæ, sed una & sola diuinitas inexcessibiliter omniū trium natura est personarū: unum siquidē deum ueraciter confitemur. H AER. Si unus & indiuiduus Christus, omnis uero cuius quæ una species est, una uero species una natura est, una igitur Christi natura est. RV. Sunt multa milia indiuiduorū, quorū nec una species, nec natura una, sed multæ sunt, ut ciuitates, ut domus, ut naues, ut chartæ, & earū quæ illic scriptæ sunt literarū. H. Sed hæc ex arte sunt, non à deo neque à natura. RVST. Interim si esset consequens, ex omni necessitate unū indiuiduū unam quoque esse naturā, & in hijs omnibus una utique natura fieret. Si uero dicis, omne indiuiduū quod à deo fit, unā habet speciē, & unū naturā: Nec hoc uerū est, mundus enim à deo factus est, & non habet unam naturā. H AER. Sed adhuc uolo circūscribere adiectiōne sermonē, ac dico: Omne indiuiduū substantiuū quod à deo fit, & inseparabile est, una est species & una natura. RVST. Rursus in admirabili, non admirabile quæris, & in incomparabili cōparationē, & exemplū in hijs quæ exemplū recipere nequeunt. Si uero id esse rationalis hominis arbitraris, & ego tibi multas affero huiusmodi regulas, quas nō poteris explicare in secula seculorū. Dic em̄ mihi quando perfecta diuinitas, & perfecta humanitas una facta natura sit, & nō manserint duæ: quādo creator & creatura una est per unitiōnem facta substantia: quando duæ perfectissimæ naturæ alterū quiddā perfectū effecerint,

A cerint. Et non utriusque perfectius simul & melius, quando una species duabus perfectis speciebus inexcessibiliter fuit consubstantialis. H AER. Quoniam nunquā tale aliquid factum sit, confitemur & nos, ex tunc uero uniuersa hæc inestimabilia & mira facta sunt, ex quo una per unitiōnem facta persona est. Tu uero magnalia, inestimabilia dei accusas ut incongrua. Si igitur ex hijs non factum putas unū filium, unum Christū, unum dominū, dic aperte. Si uero unā confiteris secundū ueritatem personam, da quæ unum necessarīe consequuntur. RVST. Da & tu consequentia perfectæ deitati, humanitati quæ perfectæ: da quod est propriū consubstantiali deo, patri sapientiæ, & consubstantiali nobis carni animatæ anima rationali. Redde suis rebus propriū numerū, non auferas quantitatem. Si substantiuā perfectionem confiteri non simulas, ubi enim perfectio secundū substantiam, illic & substantiarū quantitas: ubi unitio inconfusa, illic & numerus unitorū. Omnis uero substantia simul accipit & esse, & unā esse, & sic una, ut unī collata duas impleat unitiō adiecta. Non numerus interemptus, alias tu mihi ostende unitiōnem inconfusam perfectarū rerum, quæ perimat earū numerū solum, & nullius secundū nullā partē perimat esse quod est, ut uidearis aliquid non irrationabiliter dicere. Hijs uero & illud adijciam. Dixisti, quia omne indiuiduū à deo factū, substantiuū & inseparabile una species est. Si igitur sic facta est inhumanatio, ut alia quædam creata, habes quod dicere? Volo autē ut non dicas uerba tantū, sed ipsas res: dic igitur uel unum substantiale indiuiduū à deo factum & inseparabile, & unam speciē, ut exinde inuenias ueritatem. H AER. Omnia quidem talia esse conspiciamus, ueruntamen dicam & unum ex hijs. Ecce unus quisque nostrum & indiuiduū, & unum est aliquid, & substantiuū, & à deo factus, & inseparabilis, & tamen una species est & una natura, & una substantia. RVST. Omnia ut consueuisti posuisti dolo se. Quia igitur exemplum manifestiora quæ dicta sunt fecit, dicemus & nos, quoniā non similiter hæc sumuntur in domino Christo: Tu uero ea de quibus disquiritur ut confessi sumpsisti: non enim sic indiuiduus Christus, ut reliqua uelut nos, nostrū siquidem quicquid indiuiduam habet personā, id est, alij nulli cōmunem: & indiuiduam substantiā suam. In Christo uero persona quidē indiuidua, ipse est enim solius. Natura uero non eodem modo indiuidua, communis enim cunctarū trium personarū, & nisi cōmunem nō est possibile reperire. Rursus unū non simpliciter dicitur de Christo, quia unū quid sit, sed cautius, quia unus sicut supra ostensum est. Similiter uero & de substantiuo est demonstratū: quia non solum quod in una substantia subsistit, substantiuū est, sed & in plures, & quod à deo fit, nō cum faciente deo unum dicitur, sed factura unū cum factura, sicut cum corpore anima. Et indiuiduum quidē confitemur filium dei dominū nostrū Iesum Christum, & eius inseparata persona est. Naturæ uero eius nō inseparata ut una, sed inseparatæ ut duæ unitæ sunt. Igitur claret, quoniā non eadem facta sunt in domino Christo quæ in alijs. Insanū est igitur quod dolose uerbofatus es talia, dum magis dicere cōueniret, quia in creaturis se sic habet: in creatore uero creaturam suscipiente non sic. Nec enim in quolibet alio factū est unū, ut duæ perfectissimæ naturæ præexisterent à principio in alijs indiuiduis suis, & postea ex hijs esset una persona. H AER. Quid enim, quæso dic mihi, nōne omnes catholice doctores ecclesiæ exemplo hoc usi sunt: inquentes sicut unus est homo anima & corpus, sic unus est Christus deus perfectus, & homo perfectus. Sic ergo & Christus & indiuiduum, & unum, & substantiuum, & reliqua sicut dixi. RVST. Et supra iam dixi, regula

**C** dixi, regula est uniuersorum rationalium cōmunissima, ut exempla aperte sumantur, nō uero à totietate. Vt sunt igitur patres hoc exemplo, non ut ea que duxisti ostenderent, quæ & olim falsa monstrauius, sed ut ostenderent unū filium, unum Christum, unum dominum, & eius unam personam subsistentialem. Vt uero non putes hoc exemplum per omnia conuenire, audi à nobis inrefutabiles rationes, quæ uestrum mendaciū euertunt. Si enim gentiliū fabulas hactenus tenes, & putas quia præextiterunt animæ rationales corporibus suis, duæ nihilominus erunt perfectissimæ substantiæ ac naturæ, deus & mens. Insuper, dei uerbi, & unitiæ illi animæ duæ secundum te à principio præsubsistent personæ. Ex duabus uero præexistentibus personis, unam personam impossibile est fieri: Dicit enim sanctus CYRILLVS in Epistola, quæ & sedes Apostolica et sancta Ephesina Synodus cōfirmauit hæc: Vel si personarū unionem distament quidam, non enim dixit scriptura, quia uerbū hominis uniuertit sibi met ipsi personam, sed quia factum sit caro. Ecce usq; adeo accusat dicentes in Christo unionem personarum factam fuisse, ut & contra illud id ponat, quod legitur: Quia uerbum caro factum est. Ad causam uero nihil differunt qui dicunt præexistere unionem hanc qui assumptus est hominem, & qui asserunt præexistere mentē Christi, & isti nanq; illas mentes proprias uolunt habere personas, æquales etenim præextitisse, & similes eas & indifferentes per omnia naturaliter ac substantialiter asserūt, non tamen indistinctas circa indiuiduorū numerū: Nam si hoc non est quod dicunt, ergo una mens prius per omnia erat, & postea meritis discreta est in diuersas. Sed quomodo una nō unius esset meriti mens omnimodo una, & à seipsa nō differēs? Aut si propter hoc tantūmodo differre incipere illa mens potuit, quis non idem sit, & quæ illius discretionē subsistit, ac per hoc & mea mens tot indiuiduis debet distinguī quod meritis. Sed absit ab omni aīa ratiōali uasania ut peccati nūerus multiplicandarū causa blasphemetur animarū. Si igitur amplecteris taliū dogmata, nec sic animæ corporisq; exemplū per omnia conuenire cognosce: nō enim ex duabus perfectissimis personis est homo, neq; ex præexistentibus perfectissimis naturis, & si secundū corpus ex præexistentibus materia. Insuper ipsum corpus humanū non ad aliud aliquid factum est, nisi ut huius sit animæ uelut si quis dicat organum. Mens uero circa tales remotam subsistentiā habuit: non enim quæ in Christo unio facta est, à principio fuit. Nam si à principio unaquæq; mēs, quod absit, Christus erat, in nullo nanq; uolūt dispares à principio factas, non enim propter corpus tantūmodo Christus est, ali' s non inhumanatio, sed incarnatio est facta solūmodo. Similiter si una mens unita est uerbo, nō à uirgine inhumanatio, quia non ex tunc est nostræ naturæ unita totietas, sed iam prius illud quod est multo amplius subsistebat. Quinimo quod magis proprie homo est, id est, interior homo, & erit inhumanatio eius tantum qui foris unio. Sed non sic sapuerunt sancti patres, perfectam siquidem naturam nostram uerbo unitam, & non solam carnem à tempore conceptionis, quæ in uirgine facta est, consonatissime docuerunt. Continet enim prædicta epistola etiam hæc. Diuersæ quidem quæ ad unionē ueram conuenere naturæ, unus uero ex ambabus Christus & filius, non tanq; naturarū diuersitate consumpta propter unionē. Perficientibus autem potius nobis, unū dominum & Christum & filiū deitate atque humanitate, per ineffabilem & in enarrabilem ad unionem concursum. Ecce differentes quidem naturæ in domino unitas esse dixit, & hoc ad faciendū Christum, ne putares quod alio tempore præter id quo

**A** id quo conceptio corporis, & ne quis putet quia sola caro tunc unita est uerbo, addidit, quia diuinitas & humanitas ad unitatem concurrerint. H A E R. Nos prædictū dogma non colimus: hoc est enim quod dicitur ORIGENIS de præexistētia, quod & sancti patres nostri, & Archiepiscopi Alexandriæ sub anathemate damnauerunt, maxime sanctus THEOPHILVS, quem & sanctissimus CYRILLVS, in omni Orthodoxa confessione secutus est. Superflue igitur ea quæ à nobis nō coluntur dogmata dissoluisti. Oportet autē te, eō quod semel ita elegeris ut accuses nostrū dogma, & in contraria parte stes, ad impertinentia loqui. R V S T. Quia inter uos nonnullos habetis talia sentientes, & consequens est uestro dogmati ut ista dicatis, sicut postea ostendetur, idcirco hæc dicere sum coactus: quoniam uero tu nō uindicas talia, conuertar ad reliqua. Quia igitur non præexistunt corporibus hominū animæ ipsorū, claret quia propter inuicem creantur à deo. Anima quidē sicut ad gubernandū corpus secundū naturā, corpus uero sicut sine quo impossibile est tales illius operationes impleri: Ideo em indiuidua anima indiuiduo utitur corpore, & non alia anima alterius corporis gubernatrix est naturaliter, sed proprii unaquæq; ad hoc nanq; etiam substitit. At uero deus uerbū non ad incarnandū & inhumanandū substitit, sed sempiternus est, nec humanitas dico: uero modo nō indiuiduam quæ uerbo unita est, sed cōmunem neq; ergo humanitas ad hoc ut ita uniretur substitit, sed alteram habet subsistendi causam. Vides igitur longe impar unionis exemplū. H A E R. Et si discrepat dei uerbi, & animæ exemplum, quia deus nō tantū præextitit animæ, sed & infinite præextitit homini, & quia ipse & totius naturæ, & suæ humanitatis creator est, & nec solum mouet propriā humanitatē, sed & uniuersa quæ uult, & quemadmodū uult, non tamen humanitatis à carne: sicut enim ad hoc facta est humana caro, ut à rationali, id est, humana anima gubernata utilis sit ad animæ operationes explendas, quæ aliter impleri non queunt, sic dei uerbi humanitas, ut dum mouere ab eo, eius operationes expleret. Similiter igitur per unionē uerbi & eius humanitatis una natura est. R V S T. Nullo modo hoc, sed magis è contrario uerum est: Si enim ex maiore horū quæ dicta sunt dissimile atque inconueniens est exemplum: ex minore uero simile atque non discrepans, multo amplius dei uerbi & humanitatis non est una natura, quàm sit. Igitur cum nequeat esse & non esse una solaque natura, reitat ut propter exempli similitudinem sit utiq; bene una persona: propter id uero quod longe amplius discrepat, non una natura. Si igitur non facta est una natura, constat quia permanēt duæ: non enim dicturus es è conuerso, quod dei ad humanitatē non una natura sit, humanitatis uero ad deum una natura sit, non solū quia nihil differt circa rem, sed & quia continuo respondebo: Ergo uerbi & humanitatis duæ naturæ sunt, & si humanitatis & uerbi non duæ sed una, incongruum uero non à mea oriatur propositione, sed uestra. H A E R. Hoc nemo ut arbitror, eorum qui habent animam confiteri refutat, quia si una natura est carnis & uerbi, uerbi & carnis una natura est: & si duæ, nihilominus duæ. Idem nanq; est quoties libet quis conuertat uerbose sermone. Illud uero magis interrogo, si tua ratio uera est, cur non potius una natura, & non una magis Christi persona sit, quàm una quidem persona non, una uero natura. Quomodo autem Christus unus circa hominis sit exemplū, dum longe amplius discrepet quàm concordet: oportet enim multo magis unum non esse quàm esse unum Christum & filium & dominum. R V S T. Si quidem principaliter secundum seipsam inhumanata esset diuina

Theophilum  
Cyrillus secutus est.

**C** diuina natura, quæ sanctæ utiq; trinitati cõmunis est, omnium trium fuisse in car-  
natio personarum: quæ enim cõmunis naturæ sunt, principaliter & secundum se  
cõmunia sanctæ sunt trinitati. Quoniam uero non per se, sed per unam est incarna-  
ta personam; deus enim uerbum dei filius incarnatus est solus, qui est illius naturæ  
persona, idcirco unita ei caro rationalis, absq; ulla mediacione una cum eo per-  
sona, & unus est filius, & Christus unus & dominus: Vnã siquidem esse perso-  
nam, & unum filium, nõ totius trinitatis est proprium, sed unius soliusq; personæ.  
Incarnata uero dicitur uerbi natura per uerbum, & secundum quod uerbi est, non  
ipsum uerbum potius per naturam: & secundum quod est ipsa natura, nec & incar-  
natio, & natiuitas, & passio totius sit trinitatis. Similitudo erga prædicta ad  
unum pertinet filium, unum Christum: distantia uero non ad plures Christos aut fili-  
os, sed ad duas naturas. Ideo circumdixi totum, quia ad distantiam pertinet exem-  
plorum carnis & animæ, non ad quod interrogatum est, cur in Christo nõ persona  
potius, quam naturæ diuersæ sint. **HÆR.** Non mihi sufficit ad credendum, quia  
hæc exempli differentia sufficiat ad probandum quod non una, sed duæ naturæ  
sint domini Christi. Si igitur habes alias, quæ sint dicas. **RVS T.** Multæ sunt  
aliæ, quarum prima: quia uerbum à consubstantialibus, nõ natura neq; substantia,  
sed sola persona discretus est: unusquisq; autem nostrum præter cõmunem habet  
& propriam substantiam indiuiduam & naturam: Idcirco enim & multi homines  
nominantur. Rursum anima compatitur corpori, deus autem uerbum nequaquam.  
Anima nullatenus foris à corpore suo habet operationis principium: deus autem  
uerbum & inhumanitate existens, in celo, & ubiq; consuetas operationes imple-  
uit, licet quædam & inestimabiles & per corpus. Quid enim differat ad ope-  
rationes eius, quæ sunt ab initio, utrum non haberet, an haberet humanitatem?  
dum per humanitatem non plueret, non tonaret, non astra moueret: & simplici-  
ter dicere, nihil amplius per eam sit operatus, nisi sola quæ nouiter propter no-  
stram sunt facta saluationem, pro qua & inhumanatus est. Harum, quasi parua sint  
hæc, & nõ illi quoq; sociasse uel maiora uel æqua, sic tibi minus uidentur idonea.  
**RVS T.** Non ad hoc præfata posuimus, sed ad illud, quia alia est libertas deitatis,  
in carne & extra, & alia necessitas animæ, quæ obligata in corpore, secundum ha-  
bet eodem modo mouendi simplicis corporis potestatem. Verum & hæc donando  
adiecta sint, cum naturæ ac personarum trinitatis ratione spracta sufficiat. **HÆR.**  
Vna est Christi substantia, an non una, sed potius duæ? **RVS T.** Et hoc frau-  
dulenter interrogas. Substantia enim unum quidem nomen est, res uero diuer-  
sas significat, ad quas responsio una nõ conuenit. Interdum namq; personam signi-  
ficat, nonnunquam uero substantiam: In sancta enim synodo Ephesina, utrunq; mon-  
stratur. Sanctus enim **GREGORIUS** ille Nanzianzenus inter alia quæ in  
cõmentis Synodicis continentur, ad testimonium quiddam rectissimæ fidei, destructi-  
onem uero Nestorij dogmatum, & ista docere introducit. Aliud quiddam & aliud,  
ea ex quibus Saluator: non enim est idem inuisibile, uisibile, & intemporalis,  
subtemporalis. Non alius autem & alius, absit, utraq; enim unum cõmixtione, deo  
quiddam inhumanato, homine uero deitato. Vel quomodolibet quis nominet,  
dico uero aliud & aliud è conuerso quam in trinitate se habet: illic enim alius  
& alius, ut non substantias confundamus, non aliud uero & aliud, unum enim  
tria, & idem deitate. Ecce manifestissime Synodi uniuersalis autoritas, sub-  
stantias pro personis in sancta trinitate suscepit atque laudauit. Sanctus uero  
**CYRILLVS** Alexandriæ Archiepiscopus, in tertia ad Nestorium epistola, uni-  
tione quæ est secundum substantiam in Christo asserens factam: rursus, eas quæ  
de ipso

*Substantia  
quid sit.*

*Aliud.*

**A** de ipso sunt uoces non diuidendas duabus subsistentiis neq; uero personis præcepit,  
prius quæ dicentes sic: Eas uero quæ in Euangelio sunt Saluatoris nostri uoces, nec du-  
abus subsistentiis, neq; uero personis partimur. Postea uero: Si quis personis duabus,  
seu subsistentiis, uel eas quæ in euangelicis, & quæ in apostolicis sunt conscriptæ uo-  
ces impertit, uel eas quæ super Christo à sanctis dicuntur, aut ab ipso desemetipso,  
Et reliqua. Superius uero: Si quis super uno Christo diuidit subsistentias post uniti-  
onem sola coniungens eas coniunctione quæ est secundum dignitatem, uel autori-  
tatem, seu potentiam, & non magis conuentu illas secundum unitiõnem natura-  
lem, anathema sit: Dicens igitur abominabile esse diuidere super uno Christo sub-  
sistentias, & hoc post unitiõnem: Similiter uero accusans qui eas coniungunt se-  
cundum hoc uel illud, & non potius secundum istud ostendit, quia oportet eas cõ-  
iungere, secundum hoc. Non ergo coniungendæ sunt in Christo subsistentiæ se-  
cundum solam dignitatem uel similia, sed potius coniungendæ sunt in Christo sub-  
sistentiæ, secundum unitiõnem naturalem: **HÆR.** Ego arbitror, quia magis ex  
duabus naturis simul & subsistentiis, tanquam ex duabus personis dixit in domino  
Christo unitiõnem: non enim tam uicine hoc ipsius subsistentiæ nomen tam di-  
uersum assumpsit, & maxime inueniens post unitiõnem, tanquam si ante unitiõnem  
duas diceret naturas atq; personas, post unitiõnem uero unam. **RVS T.** Nullo mo-  
do uerum est prædemonstrauimus enim, quia non ex duabus personis dominum di-  
cat: Si enim hoc dicere uoluisset, sicut dicens ex duabus naturis factum dominum,  
non recusat confiteri quod deus uerbum nostram naturam sibi unierit, sic nõ ha-  
bit reculare fateri quod hominis personam sibi metipso unierit. Nunc uero hoc qui  
dem approbat, illud uero accusat, dicens in Epistola ad Nestorium secunda, sic: Iu-  
uat uero nullo modo rectam fidei rationem si sic habeatur, uel certe si personarum  
unitiõnem diffament aliqui: non enim dixit scriptura, quod uerbum hominis un-  
ierit sibi metipso, personam, sed quod factus sit caro. Ecce claret aut sicut ipsum ponit,  
aut sicut omni modo consequens dicere unitiõnem personarum, & dicere quia uer-  
bum hominis personam sibi metipso unierit, & hoc tanquam contrarium diuinæ scri-  
pturæ infamans e contrario posuit, quia factus est caro, hoc penè clamans: quoni-  
am qui in Christo unitiõnem personarum dicit, enicit illud quod à sancta scriptura  
est dictum: quod uerbum caro factum sit. Paulo superius uero ostensum est dicens:  
Duarum enim naturarum unitio facta est, propter quod unum Christum, unum filium,  
unum dominum confitemur. Clarissime igitur subsistentiæ nomẽ nonnunquam personam,  
interdum uero naturam significat: non enim sicut inquis, semper & personam signi-  
ficat, & naturam. Et rursus ubi iubet non dissipari uoces, quæ de Christo dicun-  
tur, duabus personis siue subsistentiis subsistentiæ nomine atq; personæ similiter at-  
que indifferenter est usus, in tantum quia postea ipse diuisit uoces super duabus naturis,  
inueniens: Euangelicas uero & apostolicas de domino uoces, scimus de illo quos ui-  
ros, quosdam quidem cõmunicantes, sicut super una persona, quosdam uero diui-  
dentes, sicut super duabus naturis. Et post aliqua: Glorificauimus omnium Salua-  
torẽ dñm, quoniam scripturis diuinitus inspiratis, & traditioni sanctorum patrum  
nostrorum cõuenientem habet fidem, tam quæ apud nos, quam quæ apud uos sunt ecclesiæ.  
Hæc uero cõtinue per ordinem supra sunt posita. Ecce diuinas scripturas, & patres  
sic prædicare confessus est: quoniam oportet distribuere uoces duabus naturis. Quia  
ergo non dicit sibi metipso contraria, constat quoniam naturis quidem distribuendæ  
sunt uoces, nequaquam uero personis, id est subsistentiis. Commune igitur diuersarum  
id nomen est rerum, & interdum personam significat, nonnunquam uero naturam. Vnã  
igitur substantiam dicimus domini Christi: subsistens est enim persona eius,  
non uero abominamur & duas dicere: quando & pro naturarum nomine pie  
hoc quis assumere uult sub omni cautela, subsistunt enim duæ naturæ. **HÆR.** Sed

V ecce



C zatis nomen, cuius dogma defenditis, aut ut leuius dicam, cuius error uestrum dogma necessaria ratione comitatur. RVST. Si rationalis apte dicitur deus, interim non quæram, sed illud magis affirmo, quia in deo indiuidua: dico uero singularis, id est nō communis, sed unius & solius personæ nulla natura est: sola enim in deo communis natura est trium personarum: illic uero nec sic definitur persona, non enim illic persona est indiuidua natura, neque communis, sed indiuiduum naturæ communis. HAER. Ergo ut dicis, magis duæ personæ sunt in domino Christo: Vnicuique siquidem secundum uos naturæ propria personæ ratio conuenit: deus enim uerbum indiuiduum diuinæ naturæ est, huminitas uero natura rationalis indiuidua, hæc uero duæ naturæ, duæ igitur & personæ. Nec enim potes dicere, quia nō quæ æquiuoce, sed quæ uniuoce dicuntur, connumerantur, qui communem trinitatis naturam indiuiduam humanitati connumerans, etiam ob hoc duas naturas fatēris. RVST. Et si in reliquis rationalibus creaturis substantia indiuidua persona est, sed non in domino Christo: non enim quia eum ex duabus perfectis naturis esse confitemini, ob hoc ex duabus secundum uos erit personis, alioquin iam non erit incongruum dicere uerbum hominis sibi unisse personam, quod in Epheso exclusum est communi sententia. Quia uero id olim est demonstratum, addam etiam illud, quia comuniter quidē nobis cōfessum est, quod diuersæ quidem, quæ ad unitatem ueram cōcurrerūt naturæ, non tamen etiam quia diuersæ, quæ ad unitatē ueram conuenere personæ. Si enim uos quoque suscipitis sancti Cyrilli Epistolā, cui Synodus Ephesina subscripsit, hoc refutare nequaquam potestis. HAER. Et ubi hoc aliquando sanctus uir ille conscripserit unquam probare non poteris. RVST. Ipsa illius sanctissimi uerba satisfaciunt. Testimonium ex secunda Epistola ad Nestorium sancti Cyrilli: Carnem animatam, anima rationali uniens uerbum, sibi metipso secundum substantiam, ineffabiliter atque intelligibiliter factus est homo, & uocatus est filius hominis non secundum solam uoluntatem, uel benignitatem, sed neque uelut in assumptione solius personæ. Et quia diuersæ quidē, quæ ad unitatem ueram conductæ naturæ, unus uero ex ambabus Christus & filius, non tanquam naturarum differentia interempta propter unionem, perficiētibusque potius nobis unum dominum, & Christum, & filium deitate & humanitate, per ineffabilem & inenarrabilem unionem concursum. Igitur & si super alijs natura rationalis indiuidua persona est, in Christo uero hæc regula nullatenus uera est. HAER. Irrationabile mihi nimis uidetur esse quod dicitur, quia in omnibus quidem uerum est, in Christo uero hæc regula nequaquam uera est: Si enim similiter nobis participatus est sanguine & carne, & per omnia nobis assimilatus est absque peccato, cur in eo solo non uerum sit, quod omnibus uerum est? RVST. Si quidem hoc solum inæstimabile atque insuetum esset in Christo, equidem neque tunc te diffidere huiusce miraculis oportere cōuenerat. Si uero et multa, imò uniuersa in illo inæstimabilia, hoc magis esse irrationabile uel tarde iam respice, quæ cum tanta miranda atque inæstimabilia fide percipias, ad unum horum dubius es. Quis enim, dic mihi, præter hunc alius talis ut hic? Ideo iste non secundum cōsuetudinis legem factus est: quoniam nemo à semetipso factus est sicut iste, sed nouo modo, noua unionem, noua & singulari atque irregulari, imò uero superregulari lege factus est. Nunquam siquidem neque homo, neque angelus, neque quis ex superiorum rationalium deus erat, nec erit in unam deo illi, qui consubstantialis est patri, personam unitus: nullus ex alia natura unus cum uerbo & deo Christus est factus: Neque quisquam unus dominus, nec unus unigenitus dei, sicut in hoc credimus factum: duarum nanque perfectissimarum rationalium naturarum nunquam secundum ueritatem facta est una persona, sicut in domino Christo est factum. Amplius uero adhuc dicam, quia neque inter ipsas creaturarum substantias unquam tale aliquid factum est, ut unirentur in unitate personæ. Non igitur aliorum

A aliorum rationalium regulæ supponetur ipse dominus, non enim ceterorum factus est lege. Sicut igitur Nestorij syllogismos, quin potius paralogismos, id est, falsas collectiones, & aliorum qui similiter consueta & æstimabilia in non æstimabilibus, & mirabilibus, & mentem supereminētibus quæ sunt abominatur. Ex talibus enim non potest colligi, quod idem sit deus perfectus, & homo perfectus, sic credentes omnia regenti & omnipotenti deo. Vobis quoque resistimus, qui dum uultis comparationibus, et exemplis, & legibus regulisq; subijcere unionem super cuncta fulgentem, iam non eam creditis singularem. HAER. Ego homo sum, rationabiliter persuaderi desidero, rationalem me creauit deus. RVST. Recole quæso, & participem te esse illius diuini baptismatis, recole de illo mysterio esse sermonem, cui nunquam æquum quid uel simile contigit: quia hoc ipse in semetipso uniuersorum dominus fecit, sic per ut Prophetas ipse prædixerat, inquit: Faciam nouum in foemina, quod omnes mirabimini. Verum quia ualde me cogis uerbo inire, quæ super exiliunt animam, prius à deo ueniam petens, ut possim aggrediar disquirere inperscrutabilem rem. Dico autem, quoniam si fides accommodanda est exemplis, omnia quidem sine exceptione habet nostræ naturæ Christus, non omnia uero humanæ personæ: uidemus enim uiam quamque huiusmodi substantiarum, omne quod suum est esse in semetipsis habentem, præter ceteras alias sequestratum: Nec enim mea anima alterius corpus per semetipsum uel prime gubernat, etiam si secundum accidens, uelut filios aut seruos dicimur gubernare. At uero deus illam humanam naturam nunquam sua præsentia atque gubernatione depositam reliquit, tanquam si dicat aliquis effrenate libero arbitrio ab uti, sed & ob hoc eam creauit, non ut suæ, sed ut eius esset: & super semetipso eam fundauit, tanquam super basim quandam, uel fundamentum si uera dicam, ut per eam perficeret propositum suæ immensæ largitati pulcherrimam dispensationem. Igitur si omnis indiuidua natura persona est, sed illa omnis quæ non ad hoc creatus, ut alteri inseparabiliter unita permaneat: Nam & humanum corpus non est alterius personæ anima sua, alioquin ut iam dixi, erit Christus ex tribus personis, & ex quinque trinitas sancta. HAER. Prius me oportet ea quæ ante dixisti recipere, si tute ad reliqua peruenire contendis. Miror nanque quomodo dicitis, quia inhumanatio domini caret exemplo, dum multi parum exemplorum comparationibus hanc assimilent: nec non & ipsa sancta & uniuersalis Synodus Ephesina, in mysterij explanationem hominis utatur exemplo, & hoc ex lectionibus antiquorum perdoceat, quia sicut ex anima ex diuinitate & humanitate una natura una hominis est natura domini Christi, sic aliquatenus inquit: Naturæ equidem duæ, deus & homo, quia & anima & corpus: filij uero non duo, neque dii: neque enim hic duo homines, & si sic Paulus, quod intus est hominis, & quod foris est appellauit, & si oportet breuiter dicere, aliud quidē & aliud ea ex quibus Christus, si igitur hoc sanctissimi patres rationalis animæ & humani corporis exemplum suscipiunt ad domini inhumanationem, sic unitas dicentes in Christo naturas, sicut in unam naturam hominis animam simul & corpus, quomodo nos hoc super inhumanatione sapere prohibetis extra exemplum dicentes esse unionem, cuius tantis ac tales patres similitudinem proferunt. RVST. Ergo in nullo dissonare dicitis eam quæ in Christo celebrata est unionem, ab ea unionem quæ incessanter fit in uniuerso mundo, ubicunque componitur homo? HAER. Quomodo non differt, dum semel & solum facta sit super diuinitate atque carne. RVST. Hoc non ipsius unionis, sed eorum tantum quæ uniuertur differentiam fecit. Si enim sic, uerbi gratia, dico aut hominem & angelum, aut deum, & uirtutem forsan aliquam ex rationalibus celestium aduari contingeret, hijs quæ unirentur non unionem distarent. Quare alterum est differre ea ex quibus aliquid est, & alterum ipsum unionem eorum

**C** modum. HAER. Et si aliquid distat unitio, effectus tamen minime, in unam si quidem personam conuenerunt. R V S T. Sed nos nunc ab unitioe argumentamur effectum, & quonia communiter confitemur Christi unam solamq̄ personam, si una quoque natura sit quærimus. Sed quia omnis cōparatio aut exemplū, non per omnia simile, nec per cuncta dissimile poni necesse est, cū multos modos circa hominis cōsideremus exemplū: Ex duabus em̄ naturis non modo unus homo, una persona, una subsistentia, sed & una species, unum animal, et una substantia uel natura. Ex hijs ipsis apparet, quia à sanctis patribus non ut unius naturæ, siue substantiæ significatiuum super domino sumitur, quia hoc ut exemplum suscipiunt. Si uero non modo una persona, & una subsistentia, & unus idemq̄ est, sed & una species, substantia, & natura, & simpliciter nullo modo unitorum saluus est numerus, iam nō erit exemplum. Hoc autem nec uerum, nec hac intentione dictum est ab scriptore, sed ad demonstrandum tantūmodo, quia sic ut illic quæ unita sunt, unum eundemq̄ hominem perfecerunt: sic & hic unum Christum, unum filium, unum dominū, unam personam, & unam subsistentiam: quod est et ex ipsis considerare sermonibus. Nō enim dictum est ex duabus quidem naturis deus & homo, quia & anima & corpus: at uero naturæ iam non duæ, sed una per unitioem. Sed postquam dixit duæ naturæ deus & homo, addidit: filij autem non duo. Cur ergo peruertis ea quæ ob hoc clarescunt dicta, ut unus filius mōstratur: & rō duo dij, neque interiorē & exteriorē, uelut alterum & alterū, duos quis Christos esse putaret, sed ut uel si quid Christi interioris, & quiddam exterioris circa exemplum propositum, sicut de homine inquit Apostolus, non tamen uelut interiorē & exteriorē, duo Christos existere. HAER. Ego alium suspicor eorum quæ dicta sunt intellectum: quod enim dixit duæ naturæ deus & homo, quia & anima & corpus: filij uero non duo, neque dij, nec enim hic homines, & si sic Paulus, qd̄ interioris hominis & quod exterioris appellauit, tale est, ac si quis dicat, non sunt duo Christi deus & homo, etsi sic Apostolus interiorē & exteriorē uelut duos homines nuncupauit, id est, animā, corpus. Igitur hominem quem Apostolus uelut in duo partitus est, sanctæ memoriæ Gregorius unum modis omnibus nominat, nec Christo eum conferēs, duos uideatur Christos asserere. Quia igitur super uno eodemq̄ homine circa Apostolum licet dicere, interior homo & exterior: de Christo uero non licet dicere, is qui intus est Christus, & is qui foris est Christus, secundū patres sanctos, qui in Ephesum cōuenerunt, ne duos faciamus Christos, claret quia in Christo maior unitas, quàm quæ in homine facta sit, multo amplius igitur per unitioem una natura est Christi. R V S T. Planius audire desidero, quæ à te dicta sunt nuper, obscurissima em̄ sunt. HAER. Breuiter simul & plane eadem repetentur. Dixit alicubi Apostolus: Quia quanto is qui foris est noster homo corrumpitur, tanto is qui intus est renouatur. Et tanq̄ de alio & alio loqueretur, eum qui intus est, & eum qui foris est separauit, ut ueluti duo homines putarentur, alter interior, & alter exterior. Dicit ergo Gregorius, sic ex duabus naturis Christus, sicut ex anima & corpore homo. Nō tamen licet uel sic nos dicere de Christo, sicut de hoīe, quatenus sicut ille qui intus est, & ille qui foris est homo, quodāmodo duo sunt homines, sic duo sint filij: non enim circa hoc exemplum sumimus, quasi ut alter sit interior filius, & alter exterior, sed circa hoc tantū, quia ex ambabus unus est filius. Quare ex patre, & non ex toto sumpsit exemplum. Insuper non solummodo duo, sed & tres, ueluti uidetur Apostolus homines subsignare, dicens enim: Interior noster homo, & exterior homo noster. In eo quod dicit, noster, alium uelut hominē mōstrat, cuius isti sint duo: alius enim ego, & alius ille qui meus est. R V S T. Falsissime atque uerutissime inquis, non enim uel Apostolus sic incongrue scripsit, uel illa uniuersalis Synodus ita desipuit, ut hanc

**A** ut hanc incongruitatem uelut ex persona sancti Gregorij exponeret ad demonstrationem propriæ fidei: quoniam non hoc est interior & exterior homo, quod simpliciter homo, sed quod non integer homo: non enim uel animus, uel corpus integer homo: Omne siquidem quod negatur, adiecta negatiua particula ponitur, utputat: Anima rationalis homo non est. Ponitur homo, & id non esse dicitur. Circumscribit ergo Paulus hominis partem, dicens: exterior homo, id est, non & interior, ac per hoc non totus homo. Rursus qui intus est homo, igitur non etiam qui foris, ergo nec homo, sed aliquid hominis, neque perfectum. Quia uero sic intellexerit pater, non modo ex opposita è diuerso incongruitate, sed & ex contentia rationum licet ostendi, inquit enim: Si quis duos filios introducit, unum quidem ex deo patre, secundum uero ex Maria, & non unum & eundem, & ad optione decidat quæ promissa est recte credentibus: Naturæ quidem duæ, deus & homo, quia & anima & corpus: filij uero nō duo, neque dij. Nec enim hij duo homines, & si sic Paulus, quod intus hominis, & quod foris nominauit, & si oportet breuiter dicere, aliud quidem & aliud ea ex quibus Saluator: Siquidem non idem uisibile inuisibili, & intemporeale ei quod sub tempore. Non alius uero & alius, absit: ambo enim hæc unum mixtione, deo quidem inhumanato, homine uero deitato, uel qualitercunq̄ quis nominet. Dico uero aliud & aliud, è conuerso, quàm super trinitate se habet: Illic nanq̄ alius & alius, uti ne subsistentias confundamus, non aliud & aliud: unum enim tria & idem deitate. Primum quidem non dixit, ex duabus ut eis Christus, sed potius duæ naturæ deus & homo, id est, Christus. Si enim de alio diceret, non addiderat: filij uero nō duo. Nullus enim deus simul & homo unus filius, nisi Christus. Nec uero dixit fuisse, sed esse duas naturas: quod enim mox adiectum est, non erat, sed est: dixit enim, quia & anima & corpus: & addidit, filij uero non duo, neque dij, & non addidit, sunt. Et ideo non ob hoc adiacet & hoc ipsum est, quasi ut non sint duæ naturæ, nec enim hic ideo deest, quod absit, eò quod tanquam sint duo filij, sed proprietates locutionum est, hanc particulam orationis in audientis intellectu relinquere: Si igitur duæ naturæ sunt deus & homo, id quod Saluator plane confessus est, quomodo tu per quasdam diabolicas uerutias eius in contrarium uerba peruertis: dic mihi. HAER. Interim contra ea quæ dicta sunt, per ordinem te oportet, si tamen omnino aliquid habes, opponere, & tunc me interrogare, si ad hæc habeam rationes. Quid ergo apud eum uult significare, & si sic Paulus quod intus hominis, & quod foris appellauit. R V S T. Patienter accipe, hoc enim & facturus sum. Postquam igitur dixit duæ naturæ deus & homo, quia & anima & corpus: filij uero non duo: Nec dij addidit, nec enim hic duo homines. Non igitur duo dicendū sunt homines de uno & eodem, nocebit nanque & hoc non mediocriter pietatis mysterio, si dicamus, quia deus, & duo homines Christus: seu quia uerbum nō homo factus sit, sed homines facti sint. Et est per hoc decem mīsa concludere, incongrua simul atque blasphema. Ante omnia uero, quoniam tu duas naturas esse nō dicens dñi Christi, duos homines dicis in eo, & negās duas dei & hominis esse naturas: Rursus solumq̄ hominem autoritate Apostoli duos esse homines contendis asserere, & Apostolo contraria dixisse Gregorium. Licet uero est, quod prædiximus ab Apostolo atque à patribus, quoniam quædam quidem sunt quæ de uno & solo dicuntur, & nō etiam de duobus, aut pluribus. Quædam uero similiter & de uno, & non de solo: ut est quando dicit dominus de corpore suo, quod templum sit, quando illud à Iudæis quidē soluendū esse prædixit, à se autē resuscitandū: Dicimur uero & nos uel filij, uel sancti spiritus esse templū. Vides igitur hoc idē & de eodē, & de nō eisdē, sed de alijs & alijs dici. Sic igitur aliud est de duobus loqui,

**C** loqui uel pluribus, aliud uero de uno, quidem, sed tamen similiter, & sic tanquam de duobus: illic enim uerborum similitudo, non identitas rerum: Non enim sine dissimilitudine est ea quæ de uno est, & illa quæ de pluribus ratio. Inquit ergo Gregorius: Quia & si communi & simili sermone Apostolus usus est super uno homine, quasi super duobus, non tamen duo sunt homines, is qui intus est, & is qui foris. Sed & hoc ipsum non indubitate posuit, sed ueluti sermone suspensio: non enim dixit, quia modis omnibus hoc dicat Apostolus, sed ait si sic Apostolus: quod intus est hominis, & quod foris est appellauit. Intendendum uero & quod ait appellauit. Non enim dixit confirmauit, neque defixit, neque definiuit, sed appellauit. Appellatio uero similitudo sermonum est, non autem omni modo, necessarius est & inuicibiliter identitas rerum. Non igitur ut de duobus intellexit hominibus, & si ut de geminis appellauit. **HÆR.** Quid uolumus sermonem protendere: Non ait interim lectio, quia in duabus naturis, sex ex duabus: addidit enim: Aliud quidem & aliud ex quibus Saluator, **RVST.** Interim permittite nos per ordinem quod olim quærebatur absoluere, & de hoc postea perquiremus. Prædictis igitur superaddit etiā hæc: Et si oportet breuiter dicere, aliud quidē & aliud ea ex quibus Saluator, si quidem non idem id quod inuisibile ei quod uisibile, & id quod intemporale, & quod subtemporale, non aliud uero & aliud, absit. Et hic quod dictum fuerat representat, quia ex duabus quidem substantiis, non ex duabus personis est Christus: aliud enim & aliud naturarum magis est proprium, aliud uero & aliud personarum. Signandum uero, quia non dixit, ex alio & alio Saluator, sed aliud & aliud ea ex quibus Saluator. Ne quis uestrum suspicetur, quia ex duabus quidem, sed iam non duæ naturæ: dixit enim pluraliter, ea ex quibus est Saluator. Si igitur ex duabus naturis Saluator, sunt uero hæc ipsa ex quibus Saluator, sunt igitur duæ naturæ: non enim potest hic dici: alia quædam dixit ea ex quibus est, præter duas naturas. Non enim possibile est, ex alijs quibusdam dici Christum, nisi ex duabus naturis existentibus: existentibus uero dico, non præexistentibus unitioni, absit, sed nunc usque manentibus. Rursus igitur sermonem repetam, lectio hæc duas, ex quibus est Saluator, hactenus uult esse clare naturas, quomodo igitur tu, nisi Satanæ uersutis in contrariū uertere, quæ bene sunt dicta conaris. Nō iam duas inquis esse naturas ex quibus Saluator, quas & duas naturas & aliud atque aliud patres esse dixerunt. Sicut autem dixit hic, aliud & aliud ea ex quibus Saluator, pro ut diceret ex quibus est Saluator, sic & supra duæ naturæ deus & homo, ac si diceret duæ sunt naturæ deus & homo. Intende uero & tenori lectionis huius, quæ per singula nomina similiter currit. **HÆR.** Quid ad me dicant ad hoc tamen solum duæ naturæ ut ex ipsis sit, nō tamen ad hoc, ut & in ipsis sit Christus, ne unus secetur in duos. **RVST.** Quotiescunque sermones uerteris, minime nos pigebit opponere tuis falsitatibus ueritatē: turpe est enim re uera & indecens contra \* asserentem peruersa nos pro ueritate frigidiores inueniri. Audi igitur interim, & suadere adhuc amplius ex hijs quæ sequuntur ita: Hæc enim ambo unum commixtione, deo quidem inhumanato, homine uero deitato, uel quomodo libet quis nominet. Vide igitur lectionem ambo nominantem, quæ tu duo quædam dici non uoles. Quis usque adeo uecors sit, imò quis demens? quis impius, & sine deo, qui ambo esse non dicat duo quædam? Simul quoque inspicere, quia sicut superius diximus, simpliciter unum naturæ sit potius proprium quam personæ, sicut unus personæ potius quam naturæ, ueruntamen eò quod non nunquam & præter acribiam dicantur talia, & alternæ saluo pio intellectu sicut Apostolus, sic de uno homine tanquam si de duobus locutus est, ille qui intus, & is qui foris homo, sic iste de duabus naturis tanquam quasi de una: non ait unum esse Christum, nec unam esse personam, sed simpliciter unum quid: dicit enim ambo hæc

**A** hæc unum commixtione: Non autem tibi blandiaris, quasi omnino de una natura se eloqui putauerit, alioqui & ego dicam, quia & hic non sine additamento legitur unum, sed dicitur unum commixtione, id est, unitione, non natura unum. **HÆR.** Non mihi plura iam dicas, ecce uno te superam sermone, ubi mihi de cætero fugies: ubi poteris uerti? Non solum enim quia unum quid dixit utraq, sed & addidit commixtione: ubi commixtio, ibi omni modo & una ex diuersis natura, una igitur ex duabus domini Christi facta natura est. **RVST.** Glorifico deum, quia uelut inuenta occasione, omne uenenum tuum promptissime uomuisti. Rogo uero & spero, quia quāto uulnus tuū manifestius factum est, tāto celerius curabitur. Nō dixit enim sanctorum doctrina naturarum permixtionem, non dixit fermentationem, non dixit confusionem: hæc namque omnia non iam seruant ea quæ unita sunt. Igitur si, quod absit, confusio facta est, non iam deus est Christus. Sed ipse exposuit quid dixerit commixtione, dum superaddit: deo quidem inhumanato, homine uero deitato, non dixit deo quidem confuso, homine uero confirmato: est enim, est reuera quædam commixtio saluam custodiens differentiam commixtorū, & hoc exposuit sufficienter olim sanctus Cyrillus in primo Tomo contra Nestorij blasphemias sic dicens: Nomen quidem commixtionis posuerunt etiam sanctorum patrum nūnulli. Quoniam uero reuereri te dicis, ne forsitan quædam putetur refusio contigisse, quemadmodum in ordine eorum quæ in inuicem liquida commiscerunt, liberem te ab huiusmodi pauoribus: Sapuerunt enim sic, nunquam abusi sunt uerbo ad summam factam unitionem eorum quæ ad alterutrum conuenerunt significare studentes: Conuenire autem dicimus secundum unitionem indiscissibilem, & impermutabiliter habentem propria carnis deum uerbum. Inuenimus uero & ipsam diuine inspiratam scripturam, non ualde hoc uerbū discutientē, sed potius quasi abusiue ponentē atque simplici ter. Scripsit igitur sacratissimus Paulus de aliquibus, sed non profuit eis sermo auditus, non mixtis fide hijs qui audierant. Nunquid ergo futuri erant circa æquum modum commisceri ad alterutrum, sicut certe uinum aquæ, & refusionem quædam sustentiarum, quæ est in inuicem pati hijs de quibus erat sermo, an potius uniri circa animam, secundum illud quod in Actibus sanctorū Apostolorum scriptum est: Quoniam multitudinis eorum qui crediderant, erat cor unū & anima una. Sed arbitror hoc uerum magis esse quā illud: esto igitur extra pauores super hijs: Cauita enim nimis est mens sanctorum. Ecce quod æque quæsitum est olim Nestorio, sanctus Cyrillus absoluit. **HÆR.** Ex synodicis eius, si tamē reuera potes, aliquid tale demonstra: que enim in pugna, & contentione, & contradictione, non utique circa acribiam dicta sunt: multa enim puto in talibus & magis dispensatiue dicta: Ea uero quæ synodi uniuersalis sunt firmissima omnium sunt, maxime quia oportet primum communia contemplari, & tunc propria scripta. Habeo namque & ego non pauca ex talibus proferre scriptis. **RVST.** Si ad satisfaciendum tibi nō sufficit circa hæc huius patris autoritas, me puta ista dixisse: Nunquid Apostoli uerba, quibus hæc demonstrata sunt, aut sic sanam expositionē poteris non probare? Veruntamē & in hijs obedibo tibi, spero enim in nomine domini quia si tibi per omnia quæ quæsieris satisfiat, omni modo etiam corrigaris: Ex synodica & unitiua Epistola sanctæ memoriæ Cyrilli, ad sanctæ recordatiōis Ioannē Archiepiscopum Antiochiæ, & synodum quæ sub eo est. Eos autē qui dicunt, quia confusio, aut fermentatio facta est deī uerbi ad carnem, dignetur tua religiositas condemnare: Credibile namque est, quosdam & hæc iactitare de me, tanquam si hoc uel sapuerim uel dixerim. Ego autē tantū alienus sum a sententiā huiusmodi, ut & infanire putem eos, qui quolibet illo modo suspicati sunt, quod momentī obubratiō circa illā diuinā uerbi naturā cōtingere possit: manet enim quod est semper, & muratus non est, sed nec unquam mutabitur, aut etiā permutationis erit susceptibilis: Impassibile uero ad

Commixtio.

ro ad

**C** ro adhuc illud dei uerbum confitemur uniuersi. **H A E R.** Et nos non impiam mixtionem dicimus, quam hic doctor iste accusat, sed piam, quam in uerbis sancti Gregorij, cum tota uniuersali Ephesina Synodo hic ipse sanctissimus Cyrillus accepit. Hæc uero pia mixtio unam naturam Christi effecit. **R V S T.** Licet sufficiant quæ dicta sunt, tamen propter pertinaciam tuam, ut scias quia non talis est huius lectionis intentio, cætera perscrutemur, quæ sic se habent. Vtræque enim unum, commixtione deo quidem inhumanato, homine uero deitato, uel quolibet modo quis nominet. Dico autem aliud & aliud econuerso quàm in trinitate se habet; nam illic quidem alius & alius, ut non substantias confundamus, non aliud uero & aliud, unum nanque hæc tria & idem deitate. Clare in talibus uerbis omnem uestram comminuit hæresim, monstrans quia aliud & aliud in Christo quidem conuenit, in trinitate uero tota iam minime, sed potius alius & alius. Vides igitur & duas naturas, & aliud & aliud dici de uno & de eodem domino Christo. Alius uero & alius, ubi personæ sunt tres, non quia Christus quarta persona sit, dum certe sine ipso non iam tres, sed duæ personæ sint seu substantiæ. Sed quia sicut in cõmune sanctæ trinitatis differentia, & numerus substantiarum, & non naturarum est, sic in Christo, qui coadimplet trinitatem naturarum, non personarum est tam differentia, quàm etiam numerus: si enim hic econuerso quàm in trinitate, quid aliud signat istud econuerso, nisi quia sicut ibi non una persona, ne substantias confundamus, sic hic non una natura, ut nō confundamus naturas? Ex iudicio igitur sanctæ & uniuersalis Synodi confusionem modis omnibus introducunt, qui unā dicunt naturam domini Christi ex diuinitate ac humanitate factam. **H A E R.** Duas naturas & aliud & aliud, ex quibus Saluator dixit, non in quibus Saluator: uos autem sicut Synodus Chalcedonenis non ex duabus, sed in duabus esse dicitis. **R V S T.** Non dixit fuisse, sed esse duas naturas, non solum propter illa quæ olim dicta sunt, sed & propter quod nunc dictum est: Non enim dixit sic se habuisse in Christo, sed quod sic se usque nunc habeat. Inquit enim & econuerso quàm se in trinitate habet, id est usque ad præsens, & nec dixit illic quidem, sic se habuit econuerso. In trinitate uero sic se habet, sed communiter addit, habet, postquam dixerat, econuerso. Sicut igitur nunc usque illic substantiarum discretio, sic & hic naturarum. Eorū enim quæ fuerunt & non iam sunt, ad ea quæ semper sic sunt, quomodo secundū aliud & aliud, & alius & alius, erit alter econuerso: Si uero & hoc tibi difficile est, ex superioribus iam mōstratum est, quia duæ naturæ deus & homo sic posuit, tanquam si diceret, duæ naturæ sunt deus & homo. **H A E R.** Et usque nunc duas naturas esse dicimus, sed ad hoc ut ex eis sit, nō ad hoc ut in eis: hoc enim dicere diuidere est in duo. **R V S T.** Dic igitur quæ sunt istæ duæ: Certe manifestum est, quia diuinitas eius & humanitas eiusdem. Si ergo in deitate & humanitate Christus, in duabus igitur naturis est Christus: nam si non hoc est, non est igitur ex duabus naturis quod absit, qui ex deitate & humanitate est: aut quod absit ex altera deitate & humanitate præter duas naturas, aut non ex deitate atque humanitate. **H A E R.** Et unde mihi ostendere potes, quia Christus in diuinitate atque humanitate sit? **R V S T.** Interim, quia non tantum fuisse quondam solum, sed esse quoque naturas dixit, demonstrat & illud, quia dicit: ambo enim unum commixtione. Idem uero est dicere, hæc ambo, & hæc duo. Sicut igitur quando dicit hoc unum non fuisse solum, sed etiam esse intelligimus, sic & quando ambo hæc non fuisse solum, sed etiam esse intelligimus: Si enim iam non hæc ambo, igitur iam non hoc unum. Quare, quod absit, non iam dicitur unus Christus, nec una eius secundum te esse persona, nec non etiam ipsum articulum, quod est hæc pluraliter dictum, nō naturam, sed naturas esse significat: Ambo uero illa duo esse, sub uno uero omnia dicta sunt, sicut ostendit dictorum lectio. **H A E R.** Non multa mihi, sed

**A** hi, sed illud ut dixi proba, quia in hijs sit Christus. **R V S T.** Et hoc tibi ex synodicis similiter lectionibus comprobabo. **H A E R.** Prius quæ sunt residua testimonij sancti Gregorij perquiramus, clare ut arbitror, unam domini Christi substantiam declarantia. **R V S T.** Seruetur tibi absque præiudicio & iste sermo: nunc uero interim, dum adhuc quæ dicta sunt memoriter retinemus, accipe synodicam lectionem quia Christus in diuinitate atque humanitate sit. Testimoniū synodicum Ambrosij sanctissimi Mediolanensis Episcopi. Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones: quia regnum dei, sicut scriptum est, non in persuasione humani uerbi est, sed in ostensione uirtutis. Seruemus differentiam diuinitatis, & carnis. Unus in utroque loquitur dei filius, quia in eodem utraque natura est. Et si idem loquitur, non uno tamen semper loquitur modo. Intende in eo nunc quidem gloriam dei, nunc uero hominis passiones, quoniam ut deus, docet & diuina, quia uerbum est: ut uero homo, loquitur humana: quia in mea substantia loquebatur. Audisti: custodiamus differentiam diuinitatis & carnis, unus in utroque loquitur dei filius, quia in eodem utraque natura est. Intende quæso in utroque esse eorū quæ dicta sunt dominum Christum, id est deitate, & humanitate, quorum & differentiam dixit oportere seruari. Et addidit: quia in eodem utraque natura est. Quid igitur uult id quod ait, quia: nisi ac si dicat, propter hoc in hijs est, quia in eo sunt hæc. Si enim in Christo duæ naturæ, & in duabus naturis est Christus. Propter hoc nec uno semper loquitur modo idem ipse, quia nō una natura est, sed aliquando quidem tanquam deus, aliquando uero ut homo. Quia in mea substantia loquebatur, id est, qui uis qui in mea erat substantia loquebatur, & ipsa uero temporis differentia, & dei gloria atque hominis passiones naturarum distinctione pariter representat, dum dicit nunc quidem hoc, nunc uero illud. **H A E R.** Tu ista dicitis, nam Synodus nō ait quod in utraque natura sit Christus, sed ipse quidem in utroque loquitur: in ipso autem utraque natura est, & non dixit duæ, sed utraque: quod uero utrumque, nō continuo duo. **R V S T.** Quousque o tu homo deo discredis, qui per sanctos locutus est patres, & impudenter non parcens, desperationis cæcitate etiam communes cõceptiones mentis euertis. Quis dixit, quis audiuit unquam hominum utrumque non esse duas: Conuincio uero te à tua ipsius conscientia. Dic igitur anathema ei qui non credit, quod Christus in utraque natura, & in Christo utraque natura est, ut credamus tibi uel hoc, quia ex bona conscientia loqueris. Quid est ergo, quid occasiones, & uarietates uerborum quæris? Dic anathema, & tunc tanquam nescientem te rationabiliter suadebimus. Quia uero dixisti, quia in utroque loquitur, & quia in mea substantia loquebatur, nō dixit quia in hoc, siue in illud sit, sed quia in utroque loquitur. Iam dixi, quia pro ut diceret, ille qui in mea essentia est, & pro ut diceret, unus qui in utroque est loquitur, sic hoc positum est in tantum, ut & sequatur filius dei. Reddito uero uerborum ordine, facilis est intellectus: tanquam si diceret, qui in utraque natura est dei filius, & addidit, loquitur. Verum tamen idem rursus designat illud incongruum, quod tua uerba cõsequitur: Si enim nō est in utroque, sed loquitur in utroque, loquitur igitur ubi nō est. Quinetiam si nō est ille in utraque natura, est uero in eo utraque natura, non est ille dei filius. In hijs quæ sunt in eo, & de nonnullis quidem talis ratio uerax est. Ego enim sum in hoc mundo, & in hoc loco, sed non etiā uel mundus uel locus in me. De hijs autem quæ ad substantiam pertinent, necessarie cõuersio fit: Etenim si filius in diuina substantia, & in filio ergo diuina substantia: & si humanitatis in ipso natura est, & ille in ipsa natura est: & si duæ sunt in ipso naturæ, & ille in duabus naturis est. **H A E R.** Ego timeo idem uelut in cõfessionē fidei dicere, quod quilibet dicere possit, diuidēs atque seingēs: diuisio enim in duo, uel in tria, aut certe in pluribus ultra fieri dicitur. Et ideo nō dico in duabus. **R V S T.** Similitudo sermonū idem nō facit in rebus existere, alioque tali modo et illud quod dicitur, quia in eodem utraque natura est, possibile est sustinere calūniā. Ecōtrario quæ

Similitudines.

**C** quæ enim confunduntur, in unum aliquid confunduntur. Hic uero est & sermo, num summa diuersitas, seu magis aduersitas dicere, quia unus & idem in duabus naturis est, & dicere quia in duabus aut in duobus quibusdam diuiditur: qui enim diuidit uel partitur, siue separatur, non est unus in illis in quibus separatur: non enim potest unus esse, & diuisus esse, sed postquã fuerat aliquando unus, iam nũc non est unus, postquã separatus est: Hoc ergo significat impia diuisio uel separatio. At uero unũ eundemq; in aliquibus esse, hoc magis, cautius, & tenacius inseparabiliter unum esse est: qui enim in duabus est, & idem ipse permanet, ille non solum partiri non potest, sed & sufficiens est ut in seipso unita custodiat, in quibus secundum substantiam, id est, substantiue est, id est, ea quibus absq; ulla medietate participat. Quare multo amplius & cautius nos unum dicimus filium, quippe qui scientes eum in duabus naturis existere, fortiter atq; incommotibiliter eum no uimus unum, non uinciẽdum, ut ita dixerim, naturarum dualitate, in quibus est, ut partiat in duo, sed & præualentẽ in sua ipsius indurpibili unitiõne illas ipsas in quibus est seruare naturas. **HÆR.** Argumentatio mihi & ingenij subtilitas, ut ita dixerim, uidetur hæc uerba. Ego autem ad illam sanctissimam sanctorum patrum conuertar auctoritatem, ex te uero secundum tuas promissiones exigã, ut quæ reliqua sunt lectionis sancti Gregorij, tandem aliquando iam recenseam. Quæ ita se habet: Si quis tanquam in Propheta dicit, secundum gratiã inoperatum, & non secundũ substantiam cõiunctũ & conseplasmã sit uacuu melioris operationis magis uero plenus aduersã. Si quis non adorat hunc crucifixum anathema sit, & deputetur cum deicidis. Si quis ex operibus perfectũ factum, aut post baptisma, aut post resurrectionem ex mortuis assilatione dignum factum dicit, sicuti Gẽriles, subinscriptos inducunt anathema sit: quod enim cõepit, aut proficit, aut perficitur, nõ deus. Vel si propter clementum catamodice ita dicitur, Ecce indubitanter anathematizati sunt, qui dicunt non secundum substantiam conuinctum deũ carni, & nõ conseplasmã: Si igitur secundũ substantiã in Christo unitio facta est, constat quia unam substantiam fecit: non enim dixit testimonium secundum substantias conuinctum, sed secundum substantiam: Substantia uero utiq; una est, & non duæ substantiæ, ut dicitis uos. Memini uero & illud, quia ubi naturalis unitio dicebatur, dixisti, quia interim non dixit unitiõnem secundum naturam, sed naturalem. Ecce igitur hic non substantialem, sed secundum substantiam specialiter cõiunctionã dixit, id est unitiõnẽ: addidit uero & cõseplasmã deum carni, & Iudæos non homicidas, sed deicidas esse. **R V S T.** Non dicit nunc qualiter adinuicem duæ naturæ conuenerint, sed quomodo una & sola diuina natura humanitati conuenit, sed non è conuerso etiam: Si uero improbable id suspicaris, huius principium particula intendamus, dicit enim: Si quis tanquã in Propheta dicit, secundũ gratiã inoperatum. Vides igitur propositionis principium, quomodo deus carni copulatus sit, non quomodo deitas & humanitas sine unitate, id est, ab una unitiõnis, ut ita dixerim, parte. Perimit igitur ne dicatur simpliciter secundum gratiã deum conuinctum, secundum illam gratiæ mensurã, circa quã in Prophetis est operatus, probat uero secundũ substantiã conuinctum, & neq; unitum dixit, sed conuinctũ. Conuinctio uero eorum est, quæ nõ immediabiliter sunt unita. Quid uero sit, quod dicere uolo, nitãr clarius dicere: Non deus uerbum diuinam naturã, sed diuina natura per dei uerbi personam unita dicitur carni: Si enim tota incarnari trinitas uoluisset, tunc forsã iuste ipsa per semetipsam fuerat incarnata natura: omnia enim quæ illi naturæ secundum se, & propter semetipsam adsunt, communia trinitatis, & nõ propria unius soliusq; personæ sunt: Inhumanatio autẽ non trinitatis communis, sed propria solius est substantiæ uerbi: incarnatus est igitur & deus uerbum, & natura eius: sed ille quidem per semetipsam, & secundum quod est ipse:

Substantia una.

Iudæos deicitas quidam dixerit.

Conuinctio.

**A** ipse illa uero non ita, sed per personã. Igitur deus uerbum secundum semetipsum quidem unitus est carni: una enim persona & una substantia est facta cum carne, secundum naturam uero conuinctus est potius quàm unitus, duæ enim mansere naturæ, & per comparationem uerbum potius unitum carni est, q̃ natura eius, & ob hoc istud potius quàm illud unitio est. Illud igitur magis conuinctio est, licet sit & unitio, hoc uero magis unitio est q̃ conuinctio: nam quæcunq; omnino conuinctio nominatur, illic penẽ semper seruatur & numerus conuinctorum, seu etiam quantitas. **HÆR.** Mihi multa incongruitate plenus uidetur hic sermo, nec enim differt dicere, quomodo ad inuicem duæ naturæ conuenerint, & quomodo diuinitas humanitati conuincta sit: Nam si una unitio est, à semetipsa minime differt. Sic igitur uerbum carni copulatum est, sicut caro uerbo. Deinde quæ rursus differentia uerbi eiusque naturæ, ut ipse quidem per semetipsum dicatur unitus, illa uero unita nõ per semetipsam, sed potius fuisse cõiuncta. **R V S T.** Intentius te audire quæso quàm prius, subtilior em sermo est, q̃ quo possit aliter comprehedi. Inhabitare etenim deus dicitur à nobis in carne, indiuise atq; incessanter, nõ autem caro inhabitare deum. Et templum dei dicitur caro, sed nequaquam templum carnis deus, & huiusmodi unitiõnem deus fecit, & non caro: caro autẽ passa est & minime fecit: Passio autem non solum corporalium, & contristantium, malorumq; *Passio.* dicitur, sed & spiritalium, & suauium, & bonorum, ita ut & ipsa beatitudo creaturarum passio nominetur, & una quidem eademq; unitio est, sed non una definitio siue ratio unitiõnis. Si igitur oportet per imaginem differentiam præsentare, deitatis unitæ carni, carnisq; deitati dicimus ita. Contingit unius eiusdemq; uix cõtrarias esse rationes, eadem namq; est ascensus atq; descensus, ab hoc quidem principio ad illud ascensus, ab hoc uero ab illo descensus, subiectum uero idem: locus namq; itineris idem est & si multoties miles id quilibet ille pertranseat. Sic igitur ut uerbi gratia, & manifestandi causa dicamus, differt à deitate ad humanitatem nõ ipsa unitio, sed ratio unitiõnis ad eum quæ est è diuerso: licet hic & illud discrepet, quia duarum naturarum unitiõnẽ non ambæ fecere naturæ, sed sola diuinitas. Quid em & cooperari ad unitiõnem natura nostra, quæ in Christo est, ualuit, quæ sumpsit ab ipsa unitiõne principium: Forsitan uero & propter hoc, non secundũ substantias, sed secundum substantiam duæ sunt conuinctæ substantiæ: quia non duarum, sed unius tantum miraculum ipsa unitio fuit: Nõ enim sicut in Prophetis, uel aliquibus alijs, diuina manum gratia porrigente, nobis tamen studentibus & quodammodo cooperantibus unimur deo, tali modo illic, sed longe ineffabiliterq; diuerso. **HÆR.** Rursum compellor ambigens obijcere, quæ sit differentia, uel quod medietum uerbi & naturæ, siue substantiæ eius, ut ipse quidem per semetipsum carni unitatur, natura uero eius non per semetipsam, sed secundum personã. **R V S T.** Quæ uos dicitis causam, ut non inhumanaretur pater & spiritus sanctus, dum una dei uerbi natura incarnaretur, quæ natura communis est trinitati, hæc nos dicimus causam, ut deus uerbum inhumanaretur per semetipsum, natura uero eius secundum personam. Imò uero id quod nos dicimus, multo uidetur facilius esse, q̃ quod dicitis uos: Si enim sic unita est humanitas atq; diuinitas, ut una fieret natura, & omnino inhumanatus non est pater, nec spiritus sanctus, qui eiusdem naturæ sunt, & non alterius, quomodo impossibile sit, sic inhumanatum fuisse uerbum, ut non per semetipsum inhumanaretur eius natura? **HÆR.** Sed omnia quidẽ quæ habet persona, habet immediabiliter & natura, non autem quæ sunt naturæ necesse est ut sint etiam personæ. **R V S T.** Sermo quidem iste & ante demonstrationẽ incongruentissimus uidetur uniuersis, ueruntamen propter insensatos ex necessitate respõdeo, quasi ut inq; nulla differentia est, nec aliquod medietum personæ uerbi, & naturæ ipsius, hoc quod nihil est, nil prohibet è conuerso dicere. Igitur nulla differentia,

**C** tiam, nec aliquod medium est a uerbi natura ad eius personam. Quoniam uero in-  
 differenter secundum eandem naturam se habent, non solum pater, sed & sanctus spiri-  
 tus, inhumanato uerbo eiusque natura, inhumanati sunt igitur secundum te & pater,  
 & spiritus sanctus. Necesse est igitur circa uestras blasphemias, ut & genita et passa sit  
 tota sancta trinitas. Insuper autem & caro secundum te trium erit personarum propter tri-  
 nitatem, aut trinitas una persona propter carnem, aut carnem necesse est naturam quidem  
 habere, personam uero non habere. Non igitur ex duabus naturis secundum te unus  
 Christus, unus filius, unus dominus: Hæc enim unius & solius apud uos compo-  
 sitæ personæ significatiua sunt. Sed solum sicut dicitis, una est facta natura: omnis  
 igitur ex uestra argumentatione necessitas est, aut unum esse Christum, unum filium, unum  
 dominum, & non unam eius naturam ex duabus, aut esse unam naturam, & non esse unum Christum,  
 unum filium, unum dominum. Quid igitur uestrum crimen alijs attribuitis: tanquam quia duas dicentes  
 naturas, negent unum dominum, unum Christum, unum filium, quod nobis incessanter  
 confitentibus, & uerbis & rebus, uos soli incessanter negatis, unam dicentes natu-  
 ram. Signandum uero & hoc, quia qui prius differentiam uerbi, & eius naturam esse  
 negaueras, nunc dixisti, omnia quæ habet persona, habet immediabiliter & natu-  
 ra, non autem quæ sunt naturæ, necesse est ut sint etiam personæ. **HÆR.** Confite-  
 or esse aliquid differens, sed hoc prohibet quidem quædam naturæ etiam personarum  
 esse communia: non tamen ea quæ personæ sunt prohibet esse etiam naturæ. Et ideo  
 una persona incarnata facta est una natura: facta uero una natura non est trinitas  
 incarnata: Ea enim quæ personæ sunt, mox sunt etiam naturæ: ea uero quæ sunt na-  
 turæ, non continuo etiam personarum. **R V S T.** Si igitur ea quæ personæ sunt, ut in-  
 quis, continuo etiam naturæ sunt, quoniam duæ personæ, id est, patris, & spiritus san-  
 cti, aliæ sunt præter humanitatem filij, altera igitur & natura secundum te patris, &  
 spiritus, præter humanitatis naturam, quæ est in Christo. Natura igitur patris, & natu-  
 ra carnis duæ sunt: Quia igitur, una & sola, & simplex natura est patris, & spiritus  
 sancti, ipsa uero & filij, secundum quod deus est: filij igitur naturæ sunt duæ. **HÆR.**  
 Sed in solo filio cum humanitate una est facta, in reliquis uero personis altera & al-  
 tera, duæque naturæ sunt. **R V S T.** Ergo circa quiddam quidem suum facta est una, se-  
 cundum aliquid uero minime: Hoc uero aliquid, si quidem filij personæ idem est, ma-  
 nifeste nobiscum non iam unam naturam, sed unum filium factum fuisse, & unam e-  
 ius confiteris personam. Si uero non est idem personæ, non erit simplex secundum te, sed  
 composita erit diuina substantia: cuius aliquid quidem factum est, una natura cum  
 carne, aliquid uero minime, una cum carne natura. Igitur deitatem & humanitatem ad  
 inuicem discernere non sustinens, ipsam simplicem deitatem, & hoc secundum se met-  
 ipsum discernes. Quia uero impius sit, omnia dei filij diuinæ ipsius impartire natu-  
 ræ, si dubitas, ostendetur: Nec enim carnis eius passionibus, diuinæ filij naturæ dicere  
 licet: nec ea quæ uerbi, siue reliquarum sicut arbitror substantiarum sunt propria.  
 Causa uero hæc est, quia ea quæ personas exprimunt, ab inuicem distantia sunt, simplex  
 uero, secundum quod simplex est nihil, differens habet: Pater enim genuit quidem, sed non etiam  
 genitus est. Filius uero genitus est, sed minime genuit: Spiritus autem sanctus, procedit,  
 non & est diuerso. At uero diuina, id est, sanctæ trinitatis natura, quæ tribus subsiste-  
 ntibus est communis, nec genuit, nec genita est, nec procedit: nam si unum horum, ergo & reli-  
 qua, id est, si genuit, et genita igitur est, et procedit: Et sic quoque impius est, omnia dei fi-  
 lij diuinæ eius impartire naturam. Nam cum sit proprium filij dei, nec gignere, neque pro-  
 cedere, hæc iam non referuntur ad eius naturam, quæ gignit atque procedit. Quin potius  
 si quid hoc est patri gignere, quod non gigni, neque procedere, & filio hoc

*Deerat uersus in exemplari.*

**HÆR.** Si non genuit diuina na-  
 tura, quomodo in Nicæa sanctissimi patres filium ex patris substantia genitum dicunt,  
 in quibus, genitum ex patre unigenitum, id est, ex substantia patris. **R V S T.** Non  
 habet

**A** habet symbolum ista: unde nec in Constantinopoli sancti illi patres **CL** hoc dixe-  
 runt. Veruntamen uel si det aliquis hoc ita positum, dictum est id pro eo quod est,  
 genitum ex patre unigenitum, eiusdem substantiæ existentem, cuius & pater non  
 tanquam genitus sit ab ipsa substantia: non enim substantiæ, sed substantiæ patris est fi-  
 lius, deus uerbum: non enim pater uerbi communis trium substantiarum natura, sed sola sub-  
 stantia patris. **HÆR.** Ergo secundum te, corruptum quod uerum est, sancta, & magna, et u-  
 niuersalis Synodus, quæ in Epheso facta est: posuit enim symbolum dicens ad locum  
 sic: Et in unum dominum Iesum Christum filium dei genitum ex patre unigenitum, id est, ex  
 substantia patris, deum ex deo, lumen ex lumine, & reliqua. **R V S T.** Non oportet quan-  
 do de patribus sermo est, sic audacter fieri uerba, alioquin & ego forte dixissem, er-  
 go corruptum sancta & uniuersalis Constantinopolitana Synodus, secundum te sym-  
 bolum patrum. Sed oportet nos, sanctis patribus parcetes, hanc partem derelinquere,  
 & illud solum dicere: Quia & si uerbis distat expositio, non tamen & sensibus. Igitur  
 quando dicimus genitum ex substantia patris, sic intelligit, id est, aut sicut superius dixi-  
 mus, quia eiusdem substantiæ est, aut ita distinguendum, ex substantia patris, deum ex deo  
 esse, & lumen ex lumine. Et illud uero dico, quia in una, eademque Synodo Ephe-  
 sina, ubi Charisius propriam fidem confessus est, quæ etiam placuit Synodo illi. Non sic  
 posuit hunc symboli locum, sed magis sic: Et in unum dominum Iesum Christum, filium  
 dei unigenitum, deum ex deo, & cætera. Arbitror uero hæc esse dissonantiam causam, eo-  
 quod a multis memoriter tenerent, & dum quidam nonnulla obliuiscerent, sermonem  
 commutarent pro altero alterum. **HÆR.** Firmius aliquid super hoc audire uelim, hæc  
 namque dubia sunt. **R V S T.** Sufficit tibi ad meam expositionis astructionem, tua ra-  
 tiocinationis sensum, magis autem suspicionem, siue dementiam subruui: si enim cuncta  
 quæ uniuscuiusque personæ sunt, & maxime filij, oportet nos communi trinitatis de-  
 putare substantiæ, ergo & passio filij diuinæ naturæ passio erit. Si uero dixeris, quia  
 sola illa, quæ diuinitatis sunt: ergo iam non una natura est, sicut una persona dei &  
 hominis: Si enim & dum cuncta personæ dei uerbi deputent, ut iactitas, diuinæ na-  
 turæ, ipsa diuina natura non sit una persona cum uerbo, quomodo humanitas eiusdem uer-  
 bi, cuius propria non deputat diuinæ naturæ, una cum ipsa sit natura: Quod si & hoc co-  
 cedamus, quia omnia quæ personæ sunt, deputari oportet communi personarum sub-  
 stantiæ, non eo quod primæ & secundum se substantiæ illius ista sint, alioquin secun-  
 dum se & genuit, & minime genuit: & genita & non est genita: & procedit, & non  
 procedit: & inhumanata est, & minime inhumanata: Pater enim genuit, & genitus  
 non est: filius autem genitus est, & minime genuit: spiritus autem sanctus nihil horum,  
 sed procedit tantum & non est conuerso. Nulla enim ratio est, cur si ea quæ assunt cuique  
 personæ, assunt etiam naturæ earum, non etiam desint ipsi naturæ, quæ desunt cuique per-  
 sonæ. Ac per hoc uere dicentur affirmationes atque negationes circa idem de una eadem  
 simplici substantia, quod est nimis incongruum, ita ut magis demonstraretur ex istis,  
 quia ea quidem quæ uniuscuiusque personæ sunt propria, ipsius secundum se ipsum,  
 & per semetipsum sunt: Quia nec sunt opposita, dum de eodem dicuntur: ea uero quæ  
 de natura communi, non ita. Quia igitur & inhumanato proprietates personæ, dico  
 autem filij: non igitur ipsa per semetipsam, & primæ natura inhumanata est. Et stant  
 nobis quæ superius dictæ sunt demonstrationes uniuersæ. Dico uero & illud, quia  
 quando dixerit deus simpliciter, uniuersam trinitatem dico: Quando autem deus adie-  
 ctum habuerit pater, non iam trinitatem, sed unam personam. Sic igitur cum dico substantia,  
 significo id quod commune est trinitatis: quando autem cum adiectione substantia patris,  
 solam substantiam illius personam. **HÆR.** Quid uero, quia sancta Synodus inquit, co-  
 plasmari deum carni, & quia deicide sunt Iudæi, tanquam non hominem occiso, sed deo: Quo-  
 modo deus coplasmatus esse, & occidit dicit, nisi quia una natura est: Si enim duæ es-  
 sent naturæ, cum saluus esset numerus, & differentia, & proprietates saluæ omni mo-  
 do essent. His autem permanetibus, dicere oportebat, quia occisus esset homo, & non  
 extinctus

**C** coextinctus deus, & quia plasmatus est homo, & non coplasmatus est deus, sed plasmatus, & suscitauit templum, id est hominem. R V S T. Magis non aduertis quae dicta sunt, id enim quod dicimus, con, semper aut duo, aut amplius numero significat. Si igitur deus coplasmatus est carni, duo igitur quaedam sunt, deus atque humanitas. Testis autem mihi ad hoc est sanctissimus Cyrillus, in secunda quidem ad Nestorium Epistola, inquit ita: Christum unum, & dominum confitebimur, non tanquam hominem coadorantes uerbo, ut non incisionis phantasia subintroducatur, propter hoc quod dicitur con, sed sicut unum, & eundem adorantes: quoniam non alienum est a uerbo corpus eius, cum quo & ipsi considerat patri. In tertia uero: Si quis audet dicere illum assumptum hominem coadorari oportere deo uerbo, & conglorificari, & coappellari deum, tanquam alterum cum altero: hoc enim quod est, con, semper quoties adijcit, id ipsum intelligere compellit, & non potius una adoratio honorat Emmanuelem, & unam ei glorificationem deputat, secundum quod factus est caro uerbum, anathema sit. H A E R. Copellor haec ipsa clamare, quomodo deus coplasmatus est, quomodo occisus: quo autem modo non contraria sibi metipsum dicit sanctae memoriae Cyrillus, qui id quod est, con, ex sua persona feruenter abiurat: Et hoc idem, con, rursus Synodice approbat: Haec sunt quae me praeter omnibus mouent, uehementerque perturbant. R V S T. Arbitror quod pariter fateamur, quod filius dei deus uerbum, consubstantialis existens & indifferens secundum naturam a proprio patre, identidem est impassibilis sicut ille, non tamen ob hoc omnino ab eo aliena sunt quae eius acciderunt propriae carni: Dico autem circa unionem. Quia igitur plasmata quidem est caro, non deitas uerbi sempiterna persistens, erat uero inseparabiliter carni unitum dei uerbum, ea quae propriae carnis sunt propria facies, dispensatione coplasmari dicitur carne, ut propriae carnis impassibiliter sufficiens plasmationem: Sicut enim genita ex uirgine sacrosancta eius carne, ipse dicitur genitus, qui omnibus ad id ut sint praestat genitum, sic plasmata eius carne, ipse dicitur coplasmatus: ut in eo quidem quod est consaluetur ratio naturarum. In eo uero quod est plasmatus, quod dum proprium sit primo loco humanitatis, dicitur tamen etiam de deo uerbo unionis omnino inseparabilis unitas, custodiat. Si igitur sola nobis unionem uoluisse ostendere, inculpabiliter utique diceret: Plasmatus est unigenitus secundum carnem siue carne, id est, secundum nostram naturam. Si uero sola differentiam immaculate dixisset, quia sapientia edificauit sibi domum, id est, uerbum carnem: nunc autem bene & breuiter utrumque ostendens, non principaliter & absque omni medio plasmari, sed coplasmari decibiliter introduxit. H A E R. Ecce de hoc quidem inuenisti quod diceres, nescio quomodo, quid autem de deicidii diciturus es, id est, Iudaeis. R V S T. Idem tibi denuo dicam, si enim semel deus, ea quae carnis sunt in semetipsum propter nostram salutem refert, non inconsequenter sicut coplasmari dicitur carni ipse, qui propriae carne plasmatus uocatur: non quia purum & sine carne occiderint deum: sed quia ille homo, quem occiderunt deus est. Non enim purum erat homo, sed perfectus tam in deitate, quam etiam in humanitate idem ipse. Si uero hoc tibi probabile non est, suscipe uel aliam expositionem, crimen apud iustum iudicem non a poena sustinentis deputat, sed ab intentione facientis. Quia igitur deus quidem impassibilis est per naturam, quod uero attinet ad Iudaeos dicentes: Iste est haeres, interficiamus eum, & nos habebimus hereditatem, circa Euangelium sic uoluerunt perimere filium dei, ut nec resurgeret ulterius, neque uero esset omnino diuinitas eius: licet nullus eum potuisset extinguere. Hic uero qui hoc ipsum quod est impossibile, intentione tamen propria ut facerent instituerunt, iuste utique deicidii uocantur, non a fine euentus: Quomodo enim hoc fieri possit, dum quod studerit sit impossibile: sed ab ipso impetus siue instantiae crimine. Forsan uero nec illud est incongruum dicere, quia sibi metipsum occidit deum, qui nec reputat esse illum, uel qui uitam propriam sic disponit, tanquam non sit deus: Nullam namque de bonitate eius in uita futura fructificat utilitatem, quippe tanquam si, quod ad illum attinet, non sit cir-

Occidunt deum qui contemunt.

**A** sit circa id quod dictum est: Dixit insipiens in corde suo non est deus: Sic enim dixit Psal. 52. Apostolus dei illis, qui post baptismum iudaizauerunt sicut prius, quia non simpliciter, sed sibi metipsis rursus crucifigunt filium dei. Nec non autem hoc quoque dicimus, quia Sabellius, & Samosatrus Paulus perimunt, id est abiurant sanctae trinitatis subsistentias, & Arius consubstantialitatem, & Nestorius unionem, & uos differentiam, ne forte tali aliquo modo & hoc dicatur, non quia interemerunt, uel occiderunt, sed quia resisterunt deum. H A E R. Si hoc ita intelligit, cur contra Nestorium haec lectio assumpta est: dum certe quae a te ante modicum dicta sunt, Nestorius non refutet. R V S T. Iam quidem supra dixi in principio uicini sermonis, ea quae ille omnino non recipit, id est, quia per unionem dicatur de deo uerbo quae carnis sunt: secundum uero ea quae in sermone dicta sunt, uideat quodammodo non inutilis esse ad eversionem Nestorii dogmatis sermo: Maledictionem namque ostendit eorum quod non credunt quod adorandus sit, quod crucifixus est: non enim purus est homo, sed deus simul & homo: nec uero coadorandus ut alter alteri, sed sicut unus: quia & unus est, adorandus est. Forsan autem & sicut quod deum passibile dicunt Deopassiani uocantur, non quod passus sit impassibilis substantia diuinitatis, sed propter illorum qui sic existimat blasphemiam, ne sic Apollinarista deicidii nominentur, qui ipsum deum in carne conuersum, & ita mortuum arbitrantur. Et si hoc ita se habet quod dictum est, tale est: Si quis non adoratur eum qui crucifixus est, anathema sit, & scribatur cum illis blasphemis, qui dicunt quod occisus sit deus in sua natura. Signatur dum uero & illud, quia ubi dixit coniungi & coplasmari, non ait neque deum, neque uerbum, neque Christum, neque dominum, arbitror autem ob hoc, ut daret legenti intellectum, quia secundum personam plasmatus est, tanquam unus, secundum ueritatem uero coplasmatus est tanquam habens alteram naturam, cum qua coplasmatus est. H A E R. Ego ab ipsa frequentatione sermonis ad alterum deductus intellectum, sic intelligo coplasmari, quia id quod non est prius, nisi secundum materiam plasmari dicitur, sicut Adae ex luto plasmatus est, quod autem iam prius est, & perfecte est, quando non quidem fit, sed unum, coplasmari dicitur. Sicut in domo quae olim prius sunt, & quae ad ipsam horam fiunt. Vel sicut in codice, cum consuuntur quaterniones, qui ante fuerant consui, si quis dicat, salua tamen pura dogmatis ratione, quae non solet esse per uniuersa conueniens, sicut et olim constitit inter nos. R V S T. Mihi prodest & istud, ubi enim id quod est con, illic non unum aliquod, sed plura, ita & hic. H A E R. Vnde constat quod haec ita se habeant: potes ne mihi haec ex ipsis satisfacere uerbis, an unde mihi ista depromes? R V S T. Licet oportuerit ut ea quae dicta sunt omnino satisfacerent tibi, tamen uel illa intende, quae in fine praedictis adiecta sunt, dicit enim: Quod enim coepit, aut proficit, aut proficit, non est deus, uel si propter clementem, quod paulatim fit ita dicatur. Quid ergo, dic mihi, nonne manifesta est differentia naturarum: Quod enim coepit, & proficit, & ad perfectionem peruenit, caro est: quod uero semper est, & secundum naturam non recipit augmentum, eod quod sit ultra omnia & perfectissimum, deus est. Quia igitur uersanietes ut Arius dicunt de domino crucifixo, quia deitas eius non secundum naturam, & substantiam perfectissima est, sed per donum uel mercedem honorem percepit a patre: quippe quae uertibilis sit atque mutabilis. Contra obiecit sanctissimus Gregorius, Si quis ex operibus perfectum. Ad haec uero Pauli Samosatris sodales dicebant: Quia post natiuitatem ex uirgine, nec non & post baptismum, & ultra post resurrectionem a mortuis proficit ad adoptionem. Hic quidem fractam & mutabilem deitatem filij suspicantes: illi uero hominem purum honorificatum a deo, & deificatum propter operum meritum, ut ob hoc etiam deus uocetur, non ut qui ante Mariam fuerit, et inhumanatus sit. Hos duos Gregorius sub uno conuincit, adijciens haec: Quod enim coepit, aut proficit, aut proficitur, non est deus, uel si propter clementem, quod paulatim fit, ita dicatur. Id est quod principium habet quando est, & quod non a natura est, sed propter opera fit perfectum, illud non est integerrime deus, uel si sub uno id accipiat, mox ut creatur ab opifice deo, uel si paulatim proficiat, sicut aliqui hominum. H A E R. Ergo sicut dicis, non contra Nestorium dicta

Apollinarista deicidii.

Paulus Samosatrus.

C dicta sunt hæc, sed cōtra Apollinariū, & Ariū, & Paulū Samosatē. **R V S T.** Sed quia Nestorij dogma ad dogma Pauli habet quandā cognationē, propterea eadē contra utrosq; conueniūt: Iacet enim in Synodico codice, inter alias Nestorij blasphemias, & hæc lectio. Sed sicut dicebamus deū omnium creatorē, & deum Moysen, inquit enim: Deum te posui Pharaonis, & filiū Israël dei: Filius enim inquit, primogenitus meus Israël. Et sicut dicebamus Christū Saul: Nō enim mittam manum meā in eum, quia Christus domini est. Et Cyrum identidē hæc dicit, inquit dominus, Christo meo Cyro: Et Babyloniū sanctū: Ego em̄ inq̄t, præcipiā eis sanctificati sunt, & ego adducā eos. Sic dicimus & dñm Christū, & deū, & filiū, & sanctū spiritū, & Christū. Sed cōmunio quidē nominū similis, dignitas uero nō eadē. Ecce palām hic impius, sicut Moysen deū, sicut Israël filiū, sicut Saul & Cyrum Christum, & Babyloniū sanctū, sic & ipsum dominū dicit non secundū naturam deū, sed uocabulo solo: nō secundū substantiam sanctū & unigenitū, sed sicut Babylonios, & Israël. Differentiā uero eius ab alijs non uult esse secundum substantiam, sed circa dignitatē, ut nesciēs natura deū. **H A E R.** Si nō est una facta natura, quomodo tanq; nō sit differentia deus cōplasmari dicitur: si uero ut dicis, eō quod dei dicant ea quæ circa carnē cōtigerūt, secundū ueritatē dicunt hæc, an mēdaciter? **R V S T.** Quia quidē salua sit differentia naturarū olim audiuimus, sanctæ memoriæ Cyrillo ad Nestoriū dicente: Quoniā diuersa quæ, quæ ad uerā adunitionē cōuenire naturæ, unus uero ex ambabus Christus, & filius, nō tanq; naturarū differentia, interēpta propter unitionē, quinimō perficiētibus nobis unū dñm & Christū, & filium deitate & humanitate. Ecce aperte usq; adeo nō perempta est differentia naturarum propter unitionē, ut nec dicat ipse singulariter; quinimō perficiente nobis unū Christū in deitate & humanitate, sed pluraliter dicat perficientibus: Si igitur deitatis & humanitatis differentia minime seruetur, aut numerus, nō oportebat dicere perficiētibus hac & illa. Hæc autē quarū differentia salua est, nō sunt absq; unitione. Quando igitur ad differentiam horum aspiciamus, neq; ea quæ diuinitatis sunt propria carni tunc dabimus: neq; enim cōsempiternā illam dicimus deo, nec descendisse de coelo: nec è diuerso ea quæ carnis sunt propria ad deū offerimus. Quando uero ad horū respiciamus unitionē, filium hominis dicimus descendisse de coelo, & sempiternū & unigenitū deum in terra uisum, & cum hominibus conuersatum secundū scripturas. Et, nemo ascēdit in cœlum nisi filius hominis, qui de coelo descendit: Deus enim uerbū qui descendit de coelo, filius hominis est propter unitionem, ad id quod nostrum est: Alio qui quomodo dicitur & est unus filius, nisi sic? Rursus qui ascēdit à terra in cœlum, & locū mutauit secundū corpus duntaxat unigenitus patris est, ipse sermo qui incarnatus est sempiternus: nō enim purus homo est, qui assumptus est. Igitur nec differentia peremūt unio, nec unitionē differentia dissipat. Si igitur deus secundum suam plasmatus fuisset substantiam, non utiq; poterat complasmari cum carne, sed plasmari tantummodo. Quoniam uero non propter sempiternā naturā suā, sed propter unitionē de deo id dicitur, cōplasmari dicitur, & hoc uere dicimus, uera nanq; unio est. **H A E R.** Non hoc significat, sed quia complasmatus est, sicut anima corpori, ut nulla differentia linqueretur, quæ numerū diuisionē uel dualitatis efficeret. **R V S T.** Licet prædixerim, quia nō simpliciter de deo fuerit sermo, sed indeterminate: Ex superiorib; em̄ de crucifixo dixit, & adiecit inferius cōplasmari: Ne autem diceres, quid & cui cōplasmatum est, ego adieci hoc nomen, quia uerbum carne. Si uero secundum te in unam naturam diuinitas humanitasq; plasmata est, non igitur bene dixit complasmari, id em̄ quod est con, aut duas significat plasmationes, aut duo quæ complasmata sunt. **H A E R.** Sed ego tibi denuo dicam, ergo id ipsum suscipiens: dico autem con, & id ipsum rursus accusans Cyrillus, est sibi metipsi contrarius. **R V S T.** Nō est ille magister sibi metipsi cōtrarius, sed id quod est con, & id quod est cum, & id quod est

**A** simul, quando de naturis tantummodo dicitur, differentiam duarū pie significat naturarū, & propter id ipsum, quando id ut de personis, uel subsistentijs in Christo dicitur, impiū est: mox enim duas significat personas, et filios, & dominos, & Christos. Quia uero sic prohibuerit dici id quod est con, manifeste in superioribus demonstratū est: Quia uero iterū dicit, quod uerbum cū carne assideat patri, audi ex secunda ad Nestoriū Epistola eiusdem Cyrilli sanctissimi, in qua sub uno & hoc dicit & illud: Si Christū unū & dñm cōfitebimur, nō tanq; coadorantes hoīem uerbo, ut nō in scisionis phantasia subintroducatur, ob id quod dicitur con, sed ut uerbum & eūdē adorantes, quia nō est alienū à uerbo corpus eius, cum quo & ipsi cōsident patri, non tanq; duo rursus confidentibus filijs, sed ut uno circa unitionē cum propria carne. Ecce & de corpore dicens inquit: Cum quo confidet patri. Intende id quod est, cum quo. Et rursus, cum propria carne. Id uero quod prius dixit, cum, & id quod posterius, & con, & co, idem est. Sed quotiescunque quidē ut dixi, sermo sit de naturis, dicitur cū humanitate diuinitas, & è conuerso: Quando uero de filio nō licet dicere, coadoratur filio dei filius hominis: non enim coadorantur in sancta trinitate, nisi personæ tantūmodo; diuinitas uero, sicut miracula est operata per carnē, sic adoratur per carnē: & adoramus omnes crucem, & per ipsam illum cuius est crux, non tamen crucē coadorare dicimur Christo, nec uero per hoc una est crucis & Christi natura. Similiter adorantes altare, coadorare altari nō dicimur trinitatē, sed potius per altare. Nec tamen rursus sicut patrē per filium, ita uerbum per carnē, absit, nō enim duæ personæ sunt Christi. Cū carne uero, id est per carnē, sicut dictum est, cū qua confidet patri & coadoratur. **H A E R.** Quia quidē adoratur unus Christus, & cōsident patri cō propria carne, dixit sanctissimus Cyrillus, sed unde constat, quia in græco *ὁμο* & *μυσ* idem sit, quod dicimus cum, uel con. **R V S T.** Quia & ipsum *ὁμο*, id est cum, Cyrillus sanctissimus approbauerit, & aliunde manifestū est, id est, quia nō tantū in uniuersali Synodo, sed & extra ubiq; cōtra diuersos Epistolā sanctissimi Athanasij ad Epictetum per omnia approbauit, in qua iacent inter alia & hæc: Dixit: Dorsum meum dedi ad uerbera, & faciē meam nō auerti à confusione sputorū. Quæ enim pertulit id quod humanū est uerbi, hæc ipsum uerbum illud quod erat cū eo in semetipsum referebat, ut nos uerbi deitate participari possimus. Ecce audisti, quia ei quod humanū est coaderat uerbū, et eas quæ humanitatis sunt passiones in semetipsum referebat: ubi autē coadesse, & referre illic irrecurabiliter quātitas secundū naturā. **H A E R.** Et ubi hanc Papæ Athanasij Epistolam sanctissimus Cyrillus probauit? **R V S T.** Non solum testimonia ex ea posuit in Synodo, sed & in Epistola ad sanctū Ioannē, in qua dicit & hæc: Quia uero sanctorum patrum scia ubiq; sequimur, maxime uero beati, & emni laude digni patris nostri Athanasij, circa quodlibet illud omnino euagari uidentes ab ipsis, creatum. **Epistola Athanasij ad Epictetum.** dat quidē sanctitas tua, dubitet autē nullus aliorū. Et rursus: Quia uero didicimus quod & Epistolā ad beatū Epictetum, omni laude digni patris nostri Athanasij, orthodoxe habentē, corrūpentes quidā ediderunt, ita ut ex hoc plurimi nocerentur, & hoc utile aliquid, & necessariū fratribus excogitātes, ex antiquis exemplaribus, quæ apud nos sunt, & absq; errore se habent, direximus exemplaria iuxta sanctitati. Et nos igitur huius editionis exemplaria habentes, ex ipsis tibi proposuimus. Intende igitur, quia orthodoxe habentem dixit Epistolam ad Epictetum, & quia fratribus utile ac necessariū, quid excogitāseius direxit exemplar, laudans eius scriptorem, ut dignum est. **H A E R.** Et si non est diuinitatis & humanitatis una facta natura, quomodo potuit fieri una persona? dum certe quoties ex duabus naturis una persona subsistit, fiat pariter & una natura. **R V S T.** Nimis insensatorū & insipientiū est de omnipotēte interrogare, quomodo potuit. Ad quod sufficit respondere quo mō uoluit: quia impossibile est deo nō adesse quod uult. **H A E R.** Et *Stultum est rogaré quomodo quid diuini fecerit deus.*

**C** unde certū est quod deus uoluerit cū carne unam se esse personā, & una fieri cum carne natura noluerit: dum certe dicat Apostolus: Quis cognouit sensum domini, aut quis cōsiliarius eius fuit: Insuper cōsequens est, unā fieri naturā quotiescunq; sit una persona. Nec nō et si ad dei omnipotētā respiciamus, potuit deus uolēs una cum carne fieri natura, & quoniā dei omnipotētis miraculo facta est una persona, cur nō & alio miraculo etiā una est facta natura: Aut cur non eodē utrunq; miraculo, imō uero idē: An facile est deo illud facere, quod impossibile ratiōibus uidet humanis, id est unā ex diuinitate atq; humanitate personā, & difficile est deo, id qd est humanis quoq; ratiōibus cōsequēs, ut una illius natura sit, cuius una persona est: R V S T. Magna est dei clemētia, qui ut nō erraremus, non solū inhumanari dignatus est, sed & causam principālē suā nobis inhumanationis ostēdere. Vnde superius demōstratū est, quia omnia nostra suscepit, excepto peccato. Assumpsit igitur cum substantiā nostrā naturā perfectē etiam quantitātē, pro qua eum unū hominem uocat Apostolus, et hoc sēpe. Hęc igitur perfectā nostrā naturā integra unitas, integrā diuinitatis unitati cōcurrēs, dualitātē naturarum rationabiliter coadimplet. Insuper nō otiose facit magnalia deus, tanq; propter hoc solum ut ipsa faciat, sed accōmode ad nostram salutē suam pensans intentionem: nec enim uel stupor

*Miracula dei ad nostram utilitatem ac comodantur.*

ris causa, uel uanā gloriā, aut gloriā, sed nostra utilitas eius benignitatis intētio est. Itaq; oportebat eum nostrā naturā, sicut alia omnia absq; peccato, sic quantitātē quoq; seu potius unitātē suscipere, sicut superius demōstrauimus: Nā si nō est quæ assumpta, est una natura: ergo nec una est, et p hoc nihil. Si uero una est, sicut impiū est dicere, quod desit ei aliquid nostrā substantiā, sic etiā quantitatis, habet igitur & hanc proprietatē quantitas illa, ut cōcurrēs diuinæ substantiā quantitātē, dualitatem perficiat. Insuper ad miraculū quoq; ualde superior inuenit nostra cōfessio: semel em dignatus dei sermo una esse cū carne persona, de reliquo non mirabiliter, qa & cōsue, ut uis, diceretur una factus fuisse natura: nihil aut mirabilius & mentem excedēs amplius, atq; diuinius est, qd qd incōsuetū, atq; incomparabile. Quid uero amplius tale, qd unam personā subsistere, cuius nō esset una natura: Claret igitur, quia & ratiōis, & miraculū, & causā cōparatione superiores inuenimur à uobis. H A E R. Si possibile est quantitātē absq; nominibus earū rerum, quarū quantitas est in dicta pferre, ut puta, si unusq; hominū, qui unus homo nominat, utrū ergo hūc, & ablato nomine, quod est homo, licet nobis unū dicere: Si enim hoc & super sancta trinitate recte dicimus, erit duo quādā pater, & spiritus sanctus: duæ nanq; personæ sunt: erit uero & filius duo quādā, duæ nanq; secundū uos naturæ sunt: pater igitur, & filius, & sanctus spiritus, quatuor quādā sunt. Sic enim tu quoq; nobis paulo ante obiecisti, quia diuinæ naturæ unitas cū unitate humanæ naturæ naturarū dualitātē explet: Et nos igitur secundū uestrā uos cōcludimus ratiōē: quia duo & duo quatuor sunt, quare pro trinitate quaternitatē colitis, nō igitur estis orthodoxi. Nec uero affirmare ualebitis, quod sine rerū nomine non proferat numeri eorū nomē, qa unū trinitatis cōfidentes esse Christū, & unū ex tribus nō potestis abnuere. Si uero interrogemini, ex quibus tribus unum, nō inuenitis unū nomen cōmune, quod de tribus pluraliter prædicare possitis: nec enim ex tribus patribus, nec ex tribus filiis, nec ex tribus spiritibus, sanctis uel paracletis. R V S T. Cōfucta fraude ambigua nomina posuisti, ac pro rebus nudū locutus es numerū. Sed ubi dicis: pater & spiritus sanctus duo quādā sunt: Dic quæ duo: & nobis tacentibus tu te ipsum cōuincēs. Sic rursus quādo dices de filio, duo quādā, determina quæ illa sint, & de falsitate tuæ compactiōis tu ipse temetipsum me tacente conuincēs: Duo enim quæ à te dicta sunt prius, pro duabus posuisti personis, duo uero sequentia pro naturis: trinitas autem personarum, non naturarum trinitas est. Et rursus, dualitas non personarum, sed naturarum dicitur circa dominū Iesum Christum. Si igitur duas personas dicēs, patrē, & spiritū sanctū, similiter duas dicemus

**A** ceremus, quod est blasphemū, filij esse personas, aut è cōuerso duas dicentes filij esse naturas, duas, qd absit, similiter dicemus naturas patris & spiritus sancti, tūc calumnijs uestris occasionē nō absq; ueri similitudine dederimus, ut duæ naturæ, & rursus aliæ duæ, uel duæ personæ, & aliæ duæ, in qua trinitatē pariter cōputarentur. Nunc autē sicut duæ, & una persona pariter cōputatæ tres faciūt, sic unā sanctæ trinitatis naturā cōmunem, & aliā unam solius filij, id est assumpti, duas esse necesse est, & unam esse nō posse. Licet igitur & duas credamus in filio esse naturas, nō tamen confessionē nostram quaternario sequitur: absq; rebus enim subsistentibus solum nō colimus quantitātē, etiam si proferre liceat solā. Insuper si nos duas dicentes esse naturas, ob hoc ipsum quaternitatē pro trinitate cōsequitur colere, & uos cōsequatur ex quaternitate colere trinitatē: quia ex duabus naturis dicitis Christū. H A E R. Sed nos nō ex tribus personis, sed tres personas esse dicimus: trinitatē dicimus uero & trium personarū, & in tribus personis esse unitatem. R V S T. Sed cur nō unus Christus duæ naturæ credatur, si tres personæ secundū ueritatē unus sunt deus: sicut & ipse dominus in Euāgelio inquit: Ego & pater unū sumus. Vnum dixit, & sumus, ut unū naturæ depute, sumus uero personis: Si enim simplicē naturā nō diuidit trinitas personarū, quomō personā quæ, ut fatemini, minime simplex est, sed cōposita discerpat naturarū dualitas: Insuper duo, & tria, & quatuor quādā, nō uno quoq; apud semetipsum subsistente, sed collecta & comparata, seu collata ut ita dixerim, uel potius pariter cōsiderata dicuntur: Non cōnumeratur uero in trinitate natura personis, aliqui & ante incarnationem, quod absit, quaternitas fuit: tres nanq; personæ sunt, & una natura, & numerus in quatuor minime pfcit. H A E R. Sed ibi ob hoc, quia nō est extrinsecus unitas, & extrinsecus trinitas, sed trinitas unitatis, & unitas trinitatis. R V S T. Si ob hoc solū nō cōnumeratur diuina natura tribus personis, quia trinitas unitatis est, & unitas trinitatis, omni modo ergo altera unitas præter unitatē cōmunem cōnumerabitur trinitati: Caro uero unius trium, id est, domini Christi, nō totius est trinitatis: nō enim tota trinitas incarnata est, secundum te igitur quaternario erit trinitas atq; caro. Igitur aut ostende nō esse unitatē nostram naturā, id est, carnē nō esse unam, aut recipe, quia nō ob hoc minime cōnumeretur personis natura diuina, quia unitas trinitatis est, & trinitas unitatis. Et reliquū tibi est ut nobiscum dicas, quod nō cōnumeretur natura personis. H A E R. Et cur minime cōnumeratur natura personis: dic igitur causam. R V S T. Mihi nulla necessitas imminet ostēdere, cur personis nō cōnumeret, ex quo perfectā meam demōstrauit uictoriā, qa hoc uerū sit qd probauit: si aut uis nobiscū causam pquire, sine præiudicio inquiret. Arbitror aut, qd ea quæ omnino sub una definitiōe nō cōtinetur, neq; cōnumeretur, ut puta si qs dicat: ego et tu unū sumus. Eo qd homo sum & ego, & tu: & sumus homines duo, & ad angelos unum sumus, eo qd rationales sumus & nos. Et rursus duæ naturæ sumus propter differentiā, et iterū hoc idē sumus: celo: creatura em et illud est, et aliud præter illud, ppter differentiā substantiā. Arbitror igitur quod ea quæ cōnumeratur, & unā quādā cōmune definitiōne, habere oporteat, & aliam quæ nō cōmunis, sed cuiusq; sit propria, sic igitur & domini Christi commune habent quod naturæ sunt, propriū uero quod hæc quidem diuinitas est, illa uero humanitas. H A E R. Si est definitiō eius, nō est incōprehensibilis deitas. Et illud uero me mouet, quomodo unā habent definitiōne, cōmunis triū personarū diuina substantia, ac indiuidua unius ac solius personæ natura, uel certe carnis Christi substantia: hæc enim uidetur esse impossibilia. R V S T. Nō superflue, ut apparet, causam querere olim refutabamus, quæ in sic lōga atq; difficilia uerba nos abstrahit. Quare nō me ulterius tale aliquid oportet adncere, ut nō superflue ad multiloquiū prahamur. H A E R. Patieter quæso & absq; præiudicio satis fieri em mihi sup hijs uolo, forsan em modis omnib. satisfactiōne cōmoditas cōsequet. R V S T. Qd mihi uidet forsan uero non irrationabiliter dicam, saluis tamen absq;

absq;

C absq̄ præiudicio hijs, quæ iam dixi: nec em̄ tale aliquid adiecissẽ, nisi hac cõditi-  
one proposita. Definitur ergo diuinitas, nõ secundũ quod diuinitas est, sed secun-  
dum quod natura est. Quid est quod uolo dicere? Non quod diuinitas est, sed quo  
natura. Aliud est per se quærere, qd sit deitas, & aliud quomodo se habeat ad tres  
personas ipsa diuinitas. Vt exempli gratia, dico aliud est quærere quid sit homo, a-  
liud quomodo, id est, utrum æqualiter uniuersi participemur cõmuni substantia,  
an minime, & rursus secundũ proportionẽ, utrum sic nos cõmuni humanitate, ut  
pater, & filius, & sanctus sp̄ritus una deitate, atq; cõmuni. Quod igitur nũc quæ-  
rimus, de proportione est, una uero duarum naturarũ definitio, secundũ quod na-  
tura sunt, quia id quod æque ac similiter & completiue ad id ut sit quicque partici-  
patũ personis substantia est: quæ uero hoc ipso participat, personæ sunt, quæ ab in-  
uicem proprietatibus differunt. Substantia uero cõmunis ipsius diuinitatis, quã in  
uero in diuiduo contemplamur natura est: Similiter etiã carnis natura in diuiduo nõ  
est, licet in diuiduo eã cõtẽplemur: Natura em̄ nunq̄ est in diuiduo, nõ em̄ defini-  
tio in diuiduo est, circa quã dicimus animal rationale, quod tactui subiacet. Apud  
medicos autẽ, dicunt homines natura differre pro tẽperamento, ut uerbi gratia, ca-  
lidior frigidior. Nos autẽ non sic dicimus naturã, quare secundũ hoc nihil distat  
cõmunis definitio duarũ naturarũ dñi Christi. Ergo quia utraq; similiter natura di-  
cit, & rursus utraq; non eadẽ, sed differt uniuscuiusq; definitio: duæ igitur sunt natu-  
ræ domini Christi, & harũ nulla cõnumeratur trinitati, ut quaternionẽ, quod ab-  
sit, efficiat. HÆR. Ego arbitror quoniã natura illa quæ cõmunis dicitur, uel certe  
species humanitatis, nihil est nisi nomẽ tantũmodo, esse uero uniuscuiusq; nostrũ  
in in diuiduo subsistentijs est, illud uero in solis rationibus & intellectibus, & subti-  
lissimis speculatiõib. seu magis mētis phãtasijs est, ceterũ re ipsa nõ subsistit. In deo  
aut̄ oportet oĩa & subsistere, et prime subsistere, id est, & naturã, & psonas. Quare  
neq; secundũ cõmunẽ definitionẽ sunt duæ naturæ. R V S T. Mihi cõtra hoc nul-  
lus est sermo, sufficit em̄ mihi, quia substantia humanitatis assumptæ subsistentiarũ  
trinitati, minime cõnumerat ad hoc, ut quaternitas efficiat ex eis. Cur autẽ, nescio  
causam, & me confiteor ignorare. HÆR. Sed cur cõnumeratur caro trinitatis na-  
tura, ut duæ, sicut inquis, efficiatur, quæ nõ cõnumeratur trinitatis personis, Ergo  
nec huic cõnumeretur, & nõ iam duæ sunt naturæ Christi, sed una. R V S T. Puto  
quod neq; esse uelis carnẽ, necesse est enim aut unã hanc esse, aut nec unam: dum  
uero nec una sit, nihil esse, dum uero nihil sit, neq; esse: ut em̄ minime tribus perso-  
nis cõnumeret, reputimur eo ne quaternitas fiat. Rursus ut nec naturæ uni trini-  
tatis congeminetur, perfecta carnis uidetur esse negatio: si enim una est, alteri uni  
connumeratur. Verũ illud affirmo, quia nec hic necesse est à me exigere causam, ete-  
nim & omnes sancti patres, & uos ipsi naturæ diuinitatis cõnumeratis carnẽ: ex  
duabus enim naturis dicitis Christũ. Quod si diuinitati nõ cõnumeratur humani-  
tas, nõ solũ in eis esse, sed & ex ipsis esse dicere nõ debemus. Nõ igitur ex duabus  
est. Sed & Ambrosius male secundũ uos inquit: unus in utroq; loquitur dei filius,  
quia in eo utraq; natura est. Et Gregorius, dicens: Duæ naturæ deus & homo, quia  
& anima & corpus. Et Cyrillus, dicens: Duarũ enim naturarum unio facta est, &  
quia diuersæ quidẽ quæ ad unionem ueram cõuenere naturæ, unus uero ex amba-  
bus Christus & filius, non tanquam naturarũ differentia interempta propter unio-  
nem, sed potius efficientibus nobis. Et hæc uniuersalis Synodus Ephesina firma-  
uit, & Celestinus ac Xistus Papæ Romani approbauerunt. Similiter uero & qual-  
dam uoces eorũ, quæ de domino dictæ sunt, & communificari tanq; super una  
p̄sona, & diuidi tanq; super duabus naturis. HÆR. Nouimus hoc, cõnumerantur  
naturæ, ut ex ipsis sit, nõ ad hoc ut in ipsis: nã & quæ dicuntur æquiuoca, eõ qd solo no-  
mine, ac nõ etiã definitione participet, cõnumerant ad inuicẽ, ut canis picus, & ue-  
rus; nemo enim unũ dicit hunc atq; illũ, sed omnimodis duo. R V S T. Gloria do-  
mino

A mino Christo, quia cõfessus es interim, quod quolibet modo, uerũtamẽ cõnume-  
rentur naturæ unde erat sermo. Hoc autẽ concessio, nõ iam necesse est demõstrati-  
ones repetere ceterorum. Iam enim simul ostensum est, quia duarũ est unio natu-  
rarum, & quia diuersæ naturæ, & quia nõ sit interempta differentia naturarũ, & qd  
effecerunt, & quia unus in utraq; quoniã in eodem utraq; natura est, & quia duæ  
naturæ deus & homo. Sed & illud necesse dico, quia si humana natura diuinæ  
nõ cõnumerat, nõ est ex duabus naturis una per unitionem facta natura domini  
Christi, sed ipsa una sempiterna existens, ipsa sola nunc usq; ita est sicut erat. Si ue-  
ro cõpositio, aut cõplicatio, uel concursus factus est, ex æquo illius naturæ, quæ ex  
cõpositiõẽ ut dicitis facta est, cõpletua humanitas est, quare ex æquo sicut diuina  
quãtatis est particeps. Si igitur una est diuina natura, una est etiam carnis: si uero  
media hæc, media etiam illa: & si nulla ista, nulla est illa. Quare & quod ex nullo, et  
nullo secundũ uos factũ est, aliquid esse non potest. HÆR. Habes unde ostende-  
re, quod non solum trinitatis natura communis à natura carnis, quæ uerbo unia  
est differat, sed & ipsum uerbũ ad serui formam, habeat aliquam distinctionem an-  
non. R V S T. Et hoc ostendẽt procedẽte sermone, quoniã nostra quidem natura,  
quæ deo uerbo unia est, nec altera persona, nec alterius est personæ, ueruntamen  
altera præter uerbũ est caro, altera uero natura, nõ altera persona: In Christo enim  
non solum de cõmuni ad reliquas de diuinitate personas, & propria eius carne, al-  
terũ & alterũ cõmuniter dicitur à patribus, sed & proprie de deo uerbo, & assumpta  
carne, quod alterũ sit atq; alterum. Intendẽ quæso subtiliter ueritatem, nec te uix  
ad uitam, ducentis angustia difficultatis labore perterreat: nõ enim diximus quod  
aliud ei, & alia carnis persona sit: ambo enim hæc unius & solius personæ sunt, sed  
B quia & præter deum uerbũ, qui una persona est: illarũ ineffabiliũ personarum, al-  
tera est humana natura, ita ut deus uerbũ quidem perfecta ex sempiterno persona  
sit, caro uero licet perfecta natura, persona uero nequaq;. Rursus dico, nõ alteram  
personã dixi, & iterum alterã personã, sed alterã substantiam & naturã: Alterũ nan-  
que definitur euidenter dei uerbũ, & alterũ eius humanitas, nõ alter, & rursus alter,  
sed ille quidẽ à carne alter, illud uero alterum & non alterũ: Ostendimus enim ex  
lectione Synodica Gregoriũ dicentem, duæ naturæ deus & homo, quia & anima  
& corpus. Vides igitur quod de hac ipsa persona loquat̄ domini Christi, cum em̄  
dixisset duæ naturæ deus & homo: adiecit: quia anima & corpus, hæc uero unius  
personæ sunt. Et rursus, filij uero non duo. Vides quod non de tota trinitate, sed de  
uero solo dixerit deus: & iterum post modicũ aliud & aliud ex quibus Saluator.  
Intẽdis quod de solo dixerit Saluatore. Et rursus: ambo enim unum, & de uno deo  
quidẽ inhumanato, non autẽ tota trinitas inhumanata est. Deinde adiecit & hæc:  
dico autẽ aliud & aliud è conuerso q̄ in trinitate se habet: nam illuc quidẽ alius &  
alius, ut non subsistentias confundamus, non aliud uero & aliud. Vides quod nõ  
de tota trinitate sit sermo cõmunis, sed proprius de filio solo: nam de trinitate qui-  
dem dicens, illuc dixit, de filio uero solo è conuerso inquit, alterum igitur deus uer-  
bum, præter propriã carnem: Proponatur uero prædictum testimonium, & quæ di-  
cta sunt manifesta erunt. HÆR. Si & nõ connumeratur natura personis, sed ta-  
men purus numerus puro numero cõnumeratur, quare duo & duæ quatuor sunt:  
nã quomõ aliter unus trinitatis dicitur Christus, nõ simplex, nec absq; carne existẽs,  
sed in unã personã cõpositus, dũ certe duæ simplices & absq; carne, & incõpositæ  
sint. R V S T. Numeri nomẽ absq; rerũ nomine tum profert, quando rei quidem  
similitudo communis adiacet numero alicui, sicut unicuiq; triũ esse personã, & si  
non eandẽ personã. Quomodo em̄ piũ sit non distinguere in trinitate subsistentias?  
Sed hoc diximus, quia sicut pater p̄sona est, sic et filius, et sanctus sp̄ritus: hij em̄ tres  
p̄sonæ quædã tres sunt: ergo quãdo dicimus hæc tres, si interrogaret aliquis quæ, possu-  
mus re-

*Carnem non  
esse personã.*

**C** mus respondere personæ: quādo autē dicimus hī tres, interrogati, qui tres ambigi-  
mus respondere personæ, propter indecentē sermonū cōpositionē, ne uideamur  
dicere: Hī personæ, uel hī tres psonæ. Quia igit̄ res quidē adiacēt, nomē uero ta-  
le, quod hīs commune sit tribus, interim positum non est, hos quidem tres dicere  
licet, & si interrogati quos tres dicere continue apte non inuenimus. Quādo uero  
simpliciter dicētes, prius hæ tres, interrogamur quæ tres; Adijcimus mox apte, per  
sonæ. At in illo uestro quaternione nulla res communis, & æque coaptabilis qua-  
ternario numero inuenitur, & non solum in uerbis, sed etiam in rebus impossibile  
sequitur. Quare nec numerū esse possibile est, eō quod res nulla subiaceat cōmu-  
nis. Quod & illud ostendit, quia personæ apud Latinos, hæ personæ dicuntur, & nō  
hæc personæ, id est, per hoc quod apud Grammaticos fœmininū genus uocatur,  
non per illud quod neutrum, Paracletus uero similiter masculinē dicitur, & Latine, &  
Græce. Sed de filio quidē, & de sancto spiritu inuenimus dici, ita ut possimus duo  
dicere: & interrogati quos duos, respondere paracletos. De patre uero, id nondū di-  
cere audeo, eō quod hic sermo nec scriptus sit, nec ab ulla quatuor Synodorū nomi-  
natiō dicat̄, quod et pater paracletus nominet̄. Si uero id cōcedat̄, interrogati quos tres:  
Respondere utiq; poterimus quæ tres paracleti sicut tres personæ, & tres subsistentiæ.  
HÆ R. Si ppter cōsolationē paracletus dictus est, et pater paracletus est: cōsolatur  
etiam animas iustorū & mitigat, sicut scriptū est: Memor fui dei, et cōsolatus sum.  
Sed et ipsum quod dñs inquit: Et ego rogabo patrē meū, & aliū paracletū dabit uobis,  
spiritū ueritatis. Ostendit nō duo tantū, sed tres esse paracletos: alius enim nō duo-  
rū, sed trium dicitur: alter uero duorum. Quare in trinitate & tres paracleti dicuntur.  
R V S T. Hæc acribia sermonum apud diuinas scripturas minime obseruatur, neq;  
à sanctis patribus, eō quod nec digna sit, quia hominū sunt adinventiones: nam  
& in Synodo iacere ostēdi aliud & aliud ex quibus Saluator: ex duobus ergo dicēs,  
aliud dixit & aliud. Nec non & testimoniū sanctæ memoriæ Athanasij, quod il-  
lic approbatum est, ita dicit: Aut quomodo Christiani uolunt nominari, qui di-  
cunt in hominem sanctum, quasi in unum Prophetarum uenisse uerbum, & non  
ipsum hominem factum, accipientem ex Maria corpus, sed alterum dei uerbum,  
ante Mariam, & ante seculā filium existentem patris: aut quomodo esse Christia-  
ni possunt, qui dicunt alium esse filium, & alium dei uerbum? Ecce indiscrete supe-  
rius quidem posuit, increpans hīs qui alterum dicunt: inferius uero hīs, qui alium  
& alium. Maxime uero Gregorij testimoniū crebro sermonem repetit dicens:  
Non alius uero & alius, absit, ambo enim unum cōmixtionē. Ecce & ambo dixit,  
id est non tria, ne forte suspicaretis, quia ueluti de tribus loqueretur, de deo, de ani-  
ma, de corpore. Maxime eō quod subsequatur. E conuerso quæ se in trinitate ha-  
bet: illic enim alius et aliud, ut non subsistentias confundamus, non aliud uero & a-  
liud. En & de trinitate alius inquit, & de Christo nō alius & alius, & nō ait, non al-  
ter & alter, dum certe Felicis sanctæ memoriæ iaceat lectio, dicens ita: Et non ho-  
mo à deo assumptus, ut alter sit præter: illū non em̄ hominē suscepit dei filius, ut al-  
ter sit præter illum. Ecce indiscrete positū in sancta & uniuersali Synodo Ephesina  
ostensum est, aliud & alterum, uel potius alius atq; alter. HÆ R. Ecce interim tu  
quoq; confessus es, quia si tres demonstrauerimus esse trinitatis naturas, clare hos  
qui duas Christo naturas dicunt, consequatur ut naturarum quaternitatem indu-  
cant. Si igitur demonstrauerimus tres in sancta trinitate naturas, quoniam omni-  
modo patris, & sancti spiritus duæ naturæ sunt, connumeratis per adiectionem du-  
abus, sicut uos creditis naturis filij circa inrecusabilem numeri computū, quaterni-  
tatis culturam consequi uestram confessionem demonstrauimus. R V S T. Nec  
hoc necesse est, quod interim sine præiudicio dictū sit, nisi forte sic tres naturæ sint  
trinitatis, ut non sit una cōmunis: Nam si est una quidem cōmunis, tres uero pro-  
pria,

**A** priæ æquiuoce iam natura nominatur, aliter nanque intelligitur illa, quæ singi-  
gillatim idem est unicuique personæ, & aliter quæ nullius est singillatim, sed  
communis est tribus: illa nanque una in tribus, hæ uero tres in una specula-  
buntur. Si igitur duas dicentes Christi esse naturas, communem trinitatis con-  
numeramus nostræ, id est, ei quæ in Christo est humanæ substantiæ, nullo mo-  
do introducimus quaternionem, non enim tres illi coaceruantes quatuor fa-  
cimur, sed unam & solam, uni & soli tantūmodo duas. Insuper etiam si sic sit  
propria uerbo natura, ut eidem personæ idem sit, quam conuocantes humanæ  
duas esse dicamus, non tamen consequetur quaternitas: quia aliter dicitur na-  
tura, quæ etiam persona sit, quoniam & per omnia ei idem, & aliter caro, quæ na-  
tura solummodo est, & non persona pariter atque natura hæc eadem, sed nec  
adijciemus si ita sit naturam, quæ etiam persona est, naturæ quæ etiam persona  
est, nec ob hoc dicimus duas, sed coaptabimus unam quidē naturam, quæ eti-  
am persona est, alteram uero, quæ nō etiam persona est, sed natura tantūmo-  
do, id est diuinam conuocimus naturam, quæ ipsa est & persona. Humanā ue-  
ro naturam, quæ solum natura est, & non etiam persona, & sic dualitatem effi-  
cimus naturarum. HÆ R. Ergo ut dicis multo magis quatuor secundum te-  
erunt trinitatis, imō potius ut dicatis quaternitatis naturæ si eius quatuor sunt  
naturæ: quod enim dixisti, multo magis efficit differentiam naturarum, non  
solum enim quia altera & altera uerbi, & hominis est natura, sed etiam naturæ  
altera definitio: Neq; secundum speciem, ueluti quis dicat, aut genus unum,  
erit quid unū. Quare multo magis distat ad efficiendum quartum, id quod  
modis omnibus differt, si tamen secundum uos differentiam etiam secundū  
numerum quantitas sequitur. Quanto igitur amplius naturæ differunt, tanto  
magis efficiunt numerū, & tanto euidentius quaternio inducitur. Omnis igitur  
necessitas est, aut humanitatis naturam dualitatem minime facere, cum co-  
pulari dei uerbi naturæ, aut quaternionem perficere connumeratam trini-  
tatis naturis. R V S T. Sed illud intende, quia quantalibet sint naturæ, trini-  
tas manet, à personis enim tribus, & nō à naturis nominatur. HÆ R. Nec à  
naturis solum, nec à personis solum, sed magis à numero sic uocata est. R V S.  
Sed numerus nihil est, cui res nulla subiacet. HÆ R. Sed subiacet etiam res:  
naturæ enim quatuor sunt, & à numero naturarum uocari debet uestra quater-  
nitas. Quanquā & si res comunis quatuor naturis nulla subiaceat, ipsum no-  
men mihi naturæ sufficiet, nam connumerantur æquiuoca, licet aliud sit æquiuo-  
uoca, aut unius nominis connumerari aliud ipsas res, ut canis marinus atque  
terrenus: Nō ut duo canes, sed ut duo connumerantur æquiuoca. R V S T.  
Concedentes dicimus omnia, sit ergo ut tu dicis, & à naturarum & à perso-  
narum pariter numero trinitas sic uocanda. Sicut igitur trinitas minime dicitur,  
nisi tres personæ, eademq; naturæ subsistant, ita non dicitur quaternio un-  
quam, nisi quatuor extiterint, nō tantum naturæ, sed etiam personæ. Nos uero  
etsi quatuor ut dicis naturas, non quatuor tamen personas, sed tres asserimus  
solum. Nō igitur quaternitatis culturam inducimus. HÆ R. Magis uero &  
uobis ipsis aduersantes, trinitatem quaternitatemq; pariter colitis, trinitatem  
quidem personarū, quaternitatem uero naturarum: Sicut enim si solæ tres per-  
sonæ essent, aut solæ tres naturæ, nihilominus trinitas esset, etsi quatuor aut  
personæ, aut naturæ quaternitas, sic etsi trinitas quidem personarum, natura-  
rum uero quaternitas, trinitas simul est atque quaternitas. R V S T. Sed nos  
etsi confiteamur, quod absit, tres ex sempiterno esse naturas, non tamen secun-  
dum

**C** dum quod naturæ sunt, sed secundum quod personæ adoramus & colimus?  
**H A E R.** Si tres naturæ sunt trinitatis, & altera carnis, quatuor fiunt, quod si & non colas quaternitatem, sit tamen secundum tuam confessionem quaternitas, prodesse tibi nihil poterit, imo & quod uis elige, aut quaternitas est, & male facis in diuinis rebus non colere atque adorare quod & est, & esse confiteris, aut non est, & impie agis, confitens & asserens esse, quod non est. Deinde i duas naturas sic esse asseris, ut qui communem trinitatis connumerat propriæ carnis, aut ut hanc illi, igitur dualitatem coles. **R V.** Quoniam id quidem quod assumptum est, proprium per dispensationem factum sit assumentis, manifestum est, non tamen commune trium. Quod & si quartum sit aliquid, neque tamen consempiternum, nec absque initio, nec increatum, neque per se, & ex sua substantia est, sed per unitionem est id quod esse glorificatur: illa uero tria, & coæterna, & consubstantialia, & absque inchoatione. Increata sunt ob hoc, etiam si ad existendum quartum quis aliquid esse, id quod humanum est dicat, non tamen quartum similiter erit, neque ad adorandum, neque ad colendum, neque ad glorificandum: Aliud est enim quod tanquam alterum quiddam, quippe quod creatura est, his quæ increata sunt, secundum quantitatem facit additamentum, eo quod non hoc idem, sed alterum quiddam sit & aliud, tanquam consubstantialia & consempiternum, coadorari quid illud & glorificari, & pariter coli. Insuper nec adoratio & cultura, ueluti sub numero offertur, nec enim tres culturae, aut tres adorationes sunt trinitatis: Quare neque quatuor, neque duæ: uel si ut dixi, unius aut etiam trium proprium sit aliquid alterum: Nec enim tabernaculum in heremo, nec arca, nec templum, nec altaria deo ab antiquis coadorabant, & cõcolebant, & neque dei, & horum una est facta natura. Nec adiecit numerum adorabili & colendæ trinitati, eo quod trinitas quidem coadore, hæc uero creaturæ non coadorentur trinitati, sed per eas trinitas adoretur. Quid enim dic mihi nonne scriptum est: Et adorare scabellum pedum eius: Hoc uero est terra, adoratur enim corpus quod de terra est non ut per semetipsum, aut propter semetipsum adoretur, ut deus, sed ut per corpus, & per carnem, siue humanitatem: Deus uerbo qui inhumanatus est coadoretur: certe enim & per fimbriam uestimentorum operatus est in illa quæ sanguine fluebat, & nullus tamen dicit, unam naturam esse uestimentorum, & uerbi. Et actu saluauit multos, & uocem mittens à proprio ore quadriduanum suscitauit Lazarum. Per quod igitur operatur, dum per hoc & in ipso adoratur & colitur, complacet colentibus se: Nec non & clauos, quibus confixus est, & lignum uenerabilis crucis, omnis per totum mundum ecclesia absque ulla contradictione adorat, & non solum quia deus & crux duæ naturæ sunt, sed & illud sanctum ferrum, præter illud uenerabile lignum alia est natura, & altera rursus ipsa domini caro. Et si ut dicis tres naturæ sunt trinitatis, & hæc uero proprium numerum habet, & omnia hæc adoramus uniuersi, & nullus unquam Christianorum dixit, quia quaternionem colimus, aut quinionem, uel senionem, quæ enim segregantur, & propria deo fiunt, per quæ & colitur & adoratur, illa iam uelut organa, & coadiuuantia infirmitatem nostram sunt ad propinquandum deo, & ad id ut sint quidem quantitatis non amittunt proprietatem, ad colendum uero & adorandum, & uenerandum, non iam connumerantur quæ creata sunt creatori: alterum namque est per hoc coli illud, & alterum secundum naturam, & sempiternam, & maxime proprie colendum aliquid illud esse. **H A E R.** Ergo ne non modis omnibus quicquid confitendum est, illud & adorandum, uel colendum siue uenerandum in sancta trinitate. **R V S T.** Dixi iam quoniam

Scabellum pedum  
dei adorari.

Clauis & crux  
eum adorari.

**A** quoniam non per omnia, & modis omnibus similiter. Verum & illud adijciam, quia nec dualitatem naturarum in trinitate confitemur aut colimus: una enim carnis natura, non totius est trinitatis, sed unius personæ dei uerbi. In trinitate uero illa connumerantur, quæ uel similiter, uel æqualiter trium sunt personarum. Quod si nos dualitatem, & uos ergo compositam colitis trinitatem, aut compositam simul ac simplicem, nam simplices dicitis prioris, & spiritus sancti naturas, siue personas, Christi uero compositam, amplius unus deus in trinitate, & unus colitur Christus, tres personæ unus deus est, duæ naturæ unius Christi sunt, quatuor autem naturæ, dum nec deus sint, nec Christus, unde poterunt coli dum uel in tribus, uel in duabus nil nisi aut unum aut unus colatur: Ut autem non sermones amplius prolongentur, demonstramus unam solam & non tres sanctæ trinitatis esse naturas, sed tres tantam personas, siue substantias. Si enim & tres naturæ, & una idem uero est natura atque persona, & una erit quod absit trinitatis persona. Si uero naturæ quidem & una, & tres, persona uero non una, sed tantummodo tres, nec secundum naturam siue substantiam, nec secundum personam siue substantiam unus erit deus, secundum quid ergo trinitas unus est deus? **H A E R.** Nos sic tres substantias & naturas dicimus trinitatis, ut tamen earum consubstantialitas salua sit, & una igitur & tres substantiæ atque naturæ sunt, & unus deus non secundum tres, sed secundum unam substantiam & naturam glorificat. **R V S.** Ergo secundum re & unus deus, & tres dei. Si enim propter substantiam naturamque unam unus est propter tres substantias siue naturas, tres secundum te dii sunt. Sed & multo amplius tres erunt quam unus deus, & proprie quidem quod absit tres erunt dii, improprie autem trinitas unus deus, circa errorem paganorum: unum enim deum esse ob hoc scripserunt cuncti patres, atque doctores, quia una est eius ac sola substantia siue natura. Si igitur una quidem trinitatis substantia est, & natura tantum, tres autem non tantum personæ, sed & naturæ atque substantiæ, multo magis tribus existentibus uniuersis, & nullo indiuiso tres erunt & dii. **H A E R.** Intantum tres naturæ sunt trinitatis, ut ostendamus quod unaquæque persona, propriam habeat ex sempiterno naturam, quæ alteri minime sit communis. Hoc uero manifeste probabitur, si id uel de una ex eis persona fuerit demonstratum. Si enim tres æquales & per omnia similes sunt, quicquid habet una persona, habebit & altera: Si igitur ostenderimus unumquemlibet ex eis habere sic propriam naturam, ut alteri nulli communis sit, pariter estis etiam de reliquis absque ulla contradictione conuicti. Esse uero propriam dei uerbi naturam patres affirmant, dicentes: Confitemur unam naturam dei uerbi incarnatam. Si igitur hanc unam illam communem magis esse credamus, incarnata ista, quæ totius trinitatis communis est, necessarie inducetur, trinitas incarnata quia uero id impium est, quippe sanctis scripturis, & patrum doctrinæ contrarium, manifestum est, quia una natura, quæ inhumanata est, solius est filij. Prædictum uero sermonem patrum nec uos poteritis abnuere. Flavianus enim, qui quondam fuit Constantinopolitanus episcopus, & quæ suscipitis in illoto libello, pro Flavianiani constantinopolitanae fidei scripsit, quæ imperatori Theodosio destinauit, qui & in Chalcedonensi synodo susceptus est. **R V S T.** Nequaquam necesse est, ut hi qui confitentur unam naturam dei uerbi incarnatam, si hoc de comuni sanctæ trinitatis natura dicatur, inhumanationem sanctæ trinitatis inducant: maxime quando per explanationem sermonis signantissimum dei uerbi nomen adijciunt. Sicut enim quando dicunt patres deum uerbum incarnatum, & inhumanatum, etsi commune nomen dei de tribus personis indifferenter prædicatur, non tamen ob hoc eos consequitur, quod incarnata sit trinitas: licet pater & filius, & spiritus sanctus unus sit deus, & ob hoc qui incarnatus est, dicatur & deus, & unus deus, & solus deus, & deus uerbum.

**C** bñ. Sicut igitur deū esse uel unū deū esse, licet uniuscuiusque personæ cōmune sit, nō tamē quando deū confitemur incarnatū, seu uirginē dei paretricē cōsequitur nos quod absit inhumanatā dicere trinitatē, sed unā ex illis personis, id est, ex illa trinitate, quæ deus est. Sic quando unam naturam dei uerbi dicimus incarnatā, nō nos consequitur, ipsam cum propria natura incarnatā dicere trinitatē, sed magis unam illarum personarum, quæ in illa natura sunt confitendæ. Et sicut ne uideamur dum deum dicimus incarnatum, trinitatem dicere incarnatam, non pro qualibet cautela tres dicimus deos, sic neque ob hoc, ne forte uideamur unam naturam dei uerbi incarnatam dicentes, trinitatem dicere incarnatam, nō dicimus pro quacunque cautela tres in trinitate esse naturas: si enim deus dicitur incarnatus, & rursus minime incarnatus, quando hoc quidem de filio dicitur, illud uero de patre, & spiritu sancto, & nō in duos deos unus deus uel separāt uel diuiditur, siue discernitur, quid consequetur incongruū, si de eodem deo, id est, de una eademque natura dicamus, quia & incarnata est in filio, & nō est incarnata in patre, & spiritu sancto. Nam uos quoque in eo quod dicitis quamlibet naturam siue substantiā esse communē, nō poteritis hanc consequentiā refutare; illam namque substantiā, nec incarnatā denegare in filio poteritis, nec affirmare, quod in patre & in spiritu sancto inhumanata sit. Erit igitur una eadem simplexque natura & incarnata, ut filij, & non incarnata, ut patris & spiritus sancti. Quare nō necesse est ob hoc propriam filij esse naturā, quia una dei uerbi natura dicitur incarnata: quippe cui et si esset aliqua non cōmunis, hoc idem tamen de illa natura cōmuni rectissime diceretur. Non igitur ob hoc demonstratū est propriā solius filij esse naturā, nec igitur cuiuslibet & alterius ex trinitate personæ. Insuper uos potius quaternitatē demonstramus inducere, quæ eā quæ dicitur Ephesina secunda Synodus non potest abnuere, quia Dioscorū condemnare nō uultis. Ille em̄ cū tota illa nepharia Synodo approbauit Eutychis hæretici uocē, illic inter monumenta deponentis: Quia confiteor duas naturas fuisse ante unitionē, post unitionē uero unā naturā confiteor. Si igitur ante inhumanationē duæ naturæ fuerunt, id est, una patris, altera spiritus sancti, nec enim poterunt aliter triū tres esse naturæ, duæ uero tunc & Christi naturæ ante unitionem, quatuor igitur naturas circa uestras rationes, et si non esse nunc usque, tamē ante unitionem fuisse inducitis, & ex quaternitate præexistente sanctā trinitatē postea inducitis factā. Insuper has præexistentes, ut dicitis unitioni naturas, siquidē permanere nūc usque dicitis, quaternitatē sicut inquitis nobis, uos magis ueraciter impie colitis. Quia quod cōsequitur ex his quæ dicuntur à uobis, uos ipsi nō poteritis abnuere. Si uero nō sunt usque hactenus duæ determinate, à quādo uestra quaternitas esse desierit, & nos quidē demonstrauimus, quæ neque tres naturæ sint trinitatis, neque si essent, nos quaternitatis credulitas sequeretur. Vos uero qui hoc tanquæ consequens ponitis, uincemini ex uestra uanità, quæ si uobis displicet, ante omnia ergo Anathematizate Dioscorū. H A E R. Nos interim non de causis singularū colloquimur personarū, sed de fide uniuersaliter disceptamus. Hoc uero negotiū illi seruabimus tempori, quando de Dioscoro & Theodoro, & Iba, & Theodoro disputabimus, causas personarū quæstioni de fide miscentes. Igitur & si tres dicimus pro personarū distinctione naturas in sacrosancta trinitate, unā tamē cōmunē substantiā cōfitemur, secundū quā cōsubstantialē dicimus trinitatē, & nec audire quaternitatē cōtenti sumus. R V S T. Sed ista cōmunis substantia indiscrete etiam natura patribus appellatur, quæ solis tribus personis cōmunis est, & alia illic præter hanc non est tanquæ propria unicuique personæ. Vel si creaturarū naturis comparata tantummodo, hæc ipsa propria dicitur unius cuiusque personæ, ut quando dicimus sicut & sancti patres, quia deus

**D**  
Dioscorus Eutychianus.

”

”

Ibas.  
Theodorctus.

**A** deus uerbum filius dei, non in propriam pertulit naturā. Insuper si idem est natura atque substantia, quatuor naturas & substantias intransferitis. Si uero alterum, ut & re & nomine appareat, quanto differt, tanto magis connumerata numero personarum redundat in quatuor, nisi forte nostris te rationibus dedas: quia tum posset esse quaternitas, si hæc carnis natura non tantum substantia, sed esset quoque persona. Nunc autem quæ mentis inspectione diuersa est, eod quod non sit etiam persona, nō coannumerat trinitati illi quā similis determinat ratio, quia illic personæ tres sunt, hæc uero non persona est, sed natura tantummodo siue substantia. H A E R. Sed hæc natura trinitatis in tribus illis naturis est, & idcirco etiam si altera est præter illas, per singula tamen omnibus illis connumerari non potest: quia in illis existens, & in semetipsa eas habens, nihil est præter illas. Trinitas namque unitas, & unitas trinitas. R V S T. Quomodo ergo ante unitionem duas dicitis filij dei naturas, si propriæ illi nō coannumeratur ista cōmunis? Quā enim omnino dominus habuit alteram naturam ante inhumanationem, nisi eam quæ ante secula est essentiā suam? H A E R. De diuinitate Christi & carne hoc dicimus, dico autē duas ante unitionem, non tanquæ communem hominum naturam confligans deo; nam si hoc esset, quomodo non etiam nunc duæ fuissent, dum certe nihilominus hominū quisque homo sit solum; excepto illo tantummodo, qui inhumanatus est, nec quasi prius pura fuerit caro, & postea unita sit uerbo. Hæc em̄ quæ dicit, hæreticus est, sed quia intellectu præcognoscentes duas naturas, deinde ad mouentes unitionē, unā cōtinuo effici dicimus. Ergo id quod dicimus ante unitionem uel post unitionem, non distinctionem temporis, sed speculationis significat ordinem, eod quod pariter horum nequeamus deprehendere intellectū, sed præspeculemur compositioni simplicia. Est namque est possibile, ut alter rerum naturæ sit ordo, & alter speculationis, quæ est circa intellectum: sicut in oratione, cum literæ natura priores sint, multo tamen sunt adinuentæ posterius. R V S T. Speculatio hæc secundum quam dicitis duas naturas intelligi, siquidem nunc usque uerax est, ut existentibus rebus incumbens, sunt igitur duæ naturæ ueraciter, quas ueraci intellectu cōspicimus. Si autem semper falsa, nec ante unitionem duas naturas cōfiteri debetis. Si uero ante unitionem quidem quondam uera, nunc autem de cætero falsa, erat igitur domini caro, quod absit, ante unitionē, quæ si & animata anima rationali fuisse cedat, præextitit igitur secundū uos prius purus homo, & post hæc unitus est uerbo. Ex duabus ergo personis, & ex duobus Christis, ex duobus filiis, ex duobus dominis, unum Christum blasphematis existere. Hæc uero modis omnibus abdicanda sunt, ex præexistentibus enim per sese personis, unio secundum subsistentiā fieri nequit. Si uero & post inhumanationē aliquando duæ naturæ subsisterunt, quæ ergo aliam dicitis unitionē, qua facta iam duæ nō sint. Sed & omnia quæ dicitis contra nos, qui nunc usque duas dicimus esse naturas, conuertite cōtra uosmetipsos, usque tunc enim easdem naturas dicitis existitisse, quas nos in perpetuum dicimus permanere. H A E R. Autumo quod quidam nostrorum melius dicant, quoniam non indiuidua illa humanitas Christi unitioni præextitit, sed communis humana natura, ex qua illa est caro. R V S T. Sed ad alia inconsequentia uos ducit hic sermo, nec enim uel post unitionem communis nostra natura unum quid per unitionem facta cum deo est, sed illa indiuidua quæ assumpta est; non enim patres hoc de illa, sed de hac dicunt. Nec possibile est communem naturam efficere unquam personam per semetipsam. Insuper nec in semetipsa illa subsistit, sed intellectu rationalium tantummodo, qui sit ex indiuiduis eius, à quo & esse accipit, sicut & ea quæ omnium genera uel species esse dicuntur apud seculi sapientes: si enim & esset anima,

Y 3 & tamen

C & tamen non esse rationalis, non erat communis creaturarum natura, siue quod dicitur genus atq; species. Nihilominus autē qui dicit ante unitionē quidem duas, post unitionem uero iam minime, sed potius unam, indifferenter omnino ex ipsis rebus quæ dux fuerunt, unū quiddam perfici uult, alioquin id quod dicitur iam minime non habet locum. Nunc autē communē naturam cunctis hominibus non dicitis unam factam cum uerbi natura, ne forte omnes homines in comuni natura uideantur iisdem Christo esse, aut sit, quod absit, tota trinitas incarnata. Sed unum quid indiuiduū, id est, una & sola caro, & una & sola anima, in unā personā deo uerbo unīta est, & in unā solamq; substantiā. H AER. Sed prius intelligendæ sunt duæ naturæ, & post hæc cōtinuo unītio amouenda est, & ideo nō dicendum est in duabus Christū, sed ex duabus esse naturis. RVS. Ergo secundū re unītio unītarum naturarū duarum peremptio est. H AER. Non naturarū, sed dualitatis peremptio est unītio, ita ut duæ iam nō sint duæ, sed unum quiddam secundum unitionē. RVS. Si ut inquis dualitas interempta est, erat ergo ante interemptionē, & ante unitionē, super quod sic ad complexiōes de dualitate, quæ de ipsis duabus naturis uoluerō facere, supradicta denuo cōsequantur incōgruat: nihil nanq; interimitur nisi qd̄ prius fuit. Quare si interempta est, erat ergo dualitas, & omnia illa quæ prædiximus incōgrua ad mediū ueniunt. H AER. Ante dualitati præclusit unītio, ut nec posset esse hæc ipsa, & hoc dico interemit, potestate, nō actu; nondū em̄ erat perfecte dualitas. RVS. Ergo nō existentē, sed adhuc futurā peremit. Dic igitur quid cuiusq; naturæ imperfectū fecerit ut minime dualitas esset: Ego enim nec imminutionē diuinæ naturæ uos suspicor dicere, & humanæ inastimabilē, in effabilemq; profectū. Quo ergo modo est imminuta dualitas, dum sit additum rei: quomodo substantiarū quantitas est præclusa, dum nullas substantiarū defectus euenierit. Si uero & ut ais cōnumerantur æquiuoca, quomodo duæ filij potestate, naturæ, duabus actu patris uidelicet ac spiritus sancti cōnumerata, quatuor non erunt: Si uero nunq; nō duæ naturæ fuerunt diuinitas & humanitas Christi, quō ex duabus naturis dicitur, q̄ ex istis esse cōfessione depromitur. H AER. Quid em̄, dic mihi, nōne omnia duarū perfectarū personarum dñs habet: Sicut ergo præclusit unītio ne esset dualitas personarū sic etiā substantiarū. RVS. Sed nostra natura in Christo, non etiā persona est, nō em̄ in semetipsa & secundū se ipsam segregatim habet esse suū, sed in uerbo substitit: & ideo nec ex duabus personis, sicut ex duabus naturis dicitur, nec quia uerbu hominis personam sibi metipsi unierit quia uero humanam naturam sibi metipsi unierit, & qui in Epheso, & reliqui sancti patres docent, & de his omnibus superius sufficienter ostendimus. H AER. Non negamus duas esse naturas, sed nec unam propter unitionem, hoc enim circa naturam est, illud uero secundum unitionē. Quare duæ sunt circa speculationem, non secundum rem. RVS T. Si uerax est speculationis, hæc duæ naturæ sunt & circa ipsam rem, si uero dicitis non esse uerā, ecce negasti duas esse naturas. H AER. Quid igit est quod distat inter impias serentes & pia, circa id qd̄ duæ naturæ dicuntur: Nam si puta illæ quilibet homo purus & deus pater duæ naturæ sunt, quid differt seu sic, siue sic duas naturas dicere: dū sicut de puro dicimus deo, & de homine nudo, sic uos de Christo loquamini: q̄a duas naturas dicitis. RVS. Multa sunt quæ in primis quidē communiter uidemur confiteri cum impijs, adiectione uero determinata iam fiunt, & per se quidem uel si inspecta sunt, nondū tamē & impia, nec & contra rursus, quæ accusari ex toto non queant. Dicit ergo Apollinarius unum Christum, unum filium, unam eius personam, & unam substantiam. Dicit & Nestorius duas naturas, & hi quidē sermones nondū quales ipsi sint prodūt, in additamento autē sermonū cognoscimus qui sint. Nam Apollinarius quidē unum dicit, quasi & cōuertibilis deitate sit,

Apollinarij hæ  
rcsis.

A & imperfectus humanitate. Nestorius uero duas male quidem coniungens, secundum æquiocationem nanq; secundum autoritatē, secundum appositionem, secundū habitum. Male uero etiam diuidens separansq; naturas in duas substantias, & personas, & filios & dominos. Ergo quando dicimus duas naturas, si nihil præcedit neq; subsequitur quod unitionē significare sufficiat, habebit occasionē uestra suspitio, si uero hoc & ante q̄ dicamus duas naturas, & postea dicimus, quia una est duarum naturarū persona, una substantia inseparabiliter, indiuisē inconuertibiliter, quid ultra remanet quod suspectum sit calumniari uolentibus. H AER. Hoc reprehendo, quia non post duas unitionē, sed post unitionem duas dicitis naturas, dum deberetis prius quidē confiteri duas naturas, postea uero unitionē, & unam naturā de reliquo. Hoc significat ex duabus quidē, quia post hæc unītio, in duabus aut, quia duæ post unitionē. RVS T. Si & duæ naturæ confitendæ sunt, & unītio amouenda, nō uideo quare non ex duabus, & in duabus recte dicamus: si enim te id quod dictū est delectat usq; adeo, dicite nō unū Christū in duabus naturis, sed in duabus naturis unū Christū, ut nō prius nominātes Christū, post hæc eū duabus naturis ut dicitis partiat. Sed prius dicentes duas naturas, tūc unū Christū nominetis. Et illud uero similiter obseruate, ut nō dicatis unū Christū ex duabus naturis, sed potius dicatis, ex duabus naturis unū Christū. Sed nūq; Christi ecclesia intendit uaniloquijs talibus, etenim dum præterit ex ex infinito diuinitas filij, tamen non nunq; post carnem nominatur, usq; adeo ueritas uerborū ordine nullum præiudiciū patitur, & maxime, hic ubi simul duæ naturæ, simul unītio. In sancta enim Synodo Ephesi, internalia testimonia, magis uero ante alia iacet sancti Petri, quod ita se habet. Vnde & Euangelista ueraciter dicit, uerbu caro factū est, & habitauit in nobis. Tunc utiq; ex quo angelus uirginē salutauit, dicens: Aue, gratia plena, dominus tecū. Ecce ex quo saluatio angeli, ex tunc est unītio celebrata. Quia uero non nunquā prænomīnatur caro & postea deitas, ostendit exinde sanctissimi Gregorij lectio, dicens ita: Ne decipiant homines, nec ipsi decipiantur, hominē dominicum, sine mente credentes, magis aut dominum nostrū & deum; nec enim separamus hominē à diuinitate. Ecce aperte ponitur in principio uerbi, prius quidē nominans hominē, & postea dominū & deū, & rursus hominē, & diuinitatē. Et post pauca iterū habet: Passibile carne, impassibile deitate, circumscriptū corpore, incircumscriptū spiritu, eundē terrenū & coelestē uisibile & intellectuāle capabile, & incapabile, ut toto homine eodēq; deo totus homo reformetur, qui ceciderat sub peccato. Ecce quoties ordine permutato, prius eū passibile, deinde impassibile nominauit, post hæc circumscriptū, & tūc incircumscriptū, & post plura talia adiecit, ut toto homine eodē & deo. Synodus autē Chalcedonensis, postq; dixerat in duabus naturis, adiecit dicens. Indiuisē, inseparabiliter inconuertibiliter agnoscendū. Et nō ait agnoscendos ut duos, sed ut unū agnoscendū. Et rursus, Sicut dominus noster Iesus Christus nos docuit, & patrum nobis tradidit symbolū. Si uero ut dicitis, una est facta natura, ergo nō ex duabus, sed ex tribus naturis dicere debatis: quippe qui etiam talem unitionem uerbi ad humanitatē dicitis, qualem caro habet ad animam. Quid enim uestra concessione uicinius anima habet ad carnem, quam hæc ad deitatem: ut sit dominus ex duabus, & non ex tribus. H AER. Simpliciter nobis respondete, duas naturas ad hoc dicitis substitisse, ut efficerent unum Christum, an ad hoc unum Christum, ut duæ naturæ subsisterent. Sed duæ naturæ & in alijs pridem substantijs substituerūt si igit

C si igitur non ad hoc ut ipsa subsisterent, sed ut Christus esset duae naturae fuerunt, non iam degunt duae naturae, sed illud tantum propter quod & subsisterunt & unitae sunt duae naturae. Igitur non iam duae naturae, sed unus Christus est confitendus. RUST. Mira dementia ob hoc non subsistere arbitrari naturas, eod quod idcirco subsisterint, ut in Christum concurrerent, dum nihil plus sit necesse subsistere, quam ea quae ob hoc subsisterunt, ut Christus extaret, & illud potius sit fatendum, quod unita subsistant, quae ut unirentur extiterant. Quin potius diuinitas nec ut uniretur subsistit, ex sempiterno est enim, sed humanitas illa quae simul mox unita est ut coepit existere, ergo secundum te Christi humanitas iam non est humanitas, quae ut uniretur subsistit. Quare manifestum est, duas naturas unitas subsistere. Quis igitur nisi captus mente iam dicat, quia quae propter quiddam subsisterunt, aut ipsa iam non sunt, aut tot, sed illud solum propter quod subsisterunt dum nihil utrorumque peremisset unio, licet unum immense exaltauerit, & hoc dum perfectissimum sit utrumque secundum propriae ratione naturae. Hoc uero simile est, ac si aliquis dicat, quia ob hoc haec litterae factae sunt, ut esset hic sermo. Quare non sunt iam haec litterae, sed solum hic sermo, ob hoc uero quid erit insanus. HAER. Quicquid aliud dicere uelis, ut ad propositum reuertamur, quaternionem nos inducere, quaternitatem colere minime possumus. RUST. Imo uero quia fuisse quaternitatem inducitis ex rationibus uestris inuitabiliter docui, & oportebat quidem in ordine tibi super hoc tactantia sermones non dare responsum. Sed ne his qui ita ut tu uasanius dicere placeat, non nobis est ad omnia satisfactum: & illud adijcia, quia tres dicitis sanctae trinitatis esse naturas: Si nihil omnino distant, unde A illas tres esse cognoscitis, qui diuinitatis & humanitatis tantum distantes duas esse abnuitis. Nos enim tres esse substantias ob hoc confitemur, eo quod non in eo quod quid est esse secundum naturam, sed in eo quod qualiter sit unaquaeque proprietatibus distinguatur. Nam pater quidem genuit, & genitus non est & ex aliquo alio non est, sicut ex eo sunt alij. Filius uero genitus est, & nihil consempiternum genuit. Et spiritus sanctus a patre procedit, & nihil consempiternum procedit, uel genitum est ab eo. Quidam uero antiquorum & hoc proprietatibus adiecerunt, quia sicut spiritus cum patre filium sempiternae non genuit, sic nec procedit spiritus a filio sempiternae, sicut a patre. Ego uero, quia quidem spiritus filium non genuerit sempiternae confiteor, nec enim duos dicimus patres, utrum uero a filio sempiternae procedat, nondum perfecte habeo satisfactum. Quoniam uero ad id quod nunc quaeritur nihil attinet, signandum quidem est, sed transeundum. HAER. Et ego nunc interim, de his ipsis loqui non arbitror utile. Ad tuam uero contra nos objectionem tibi breuiter respondebo, imo uero temetipsum tibi metipsum faciam respondere, quibus distare dicitis ut tres sint credanturque personae, his eas differre dicimus, ut tres sint credanturque naturae. RUST. Sed multo magis differunt Christi naturae, quas duas esse non uultis, quam tres personae, quas uultis etiam tres esse naturas. HAER. Cur ergo non sunt quatuor & personae, tanquam duae omnino personae sint filij? RUST. Quia humanitas domini Christi non est persona, licet differat ratione: sed quod attinet ad deum uerbum, sola natura est, non enim, uelut quis dicat, sua ipsius sed dei uerbi est illa caro, ut saepius dixi. H. Quid igitur, a persona minus habet humanitas, animae aliquid rationalis an carnis, an quantitatis? RUST. Haec non uestra contra nos sed aliorum contra nos simul et uos quaestio est. Non est igitur nobis necessitas hanc subruere loquenti

A quentibus contra uos, maxime quia superius est ostensum, quod deus uerbum non personam nostram sibi unierit, sed naturam. Veruntamen in sermone quem de definitionibus contra uos simul Nestorianosque conscripsi, demonstratum est quod natura quidem communem, sicut dici solet speciem representet; persona uero sit concursus eorum, quae describunt substantiam rationalem. Individuam substantiam uero esse circa proportionem, uelut fundamentum, in quo incumbunt quae circa sunt reliqua, sicut ipsum nomen ostendit, & tanquam maxime propria causam, in qua uniuersa quae accidentia nominantur, ut color, ut mores, ut habitus & dispositiones, et quae hijs sunt similia, & proprietates confluunt ipsae: interempto enim primo subiecto eorum quae circa sunt individuorum, nihil ultra esse possibile est: a maxima uero causa ut sit unum quodque, id uero est in quo incumbit ipsa totietas, nominatur, id est, ab illo subiecto quod tanquam fundamentum est hijs, quae circa sunt: Tota consistencia substantia nominatur. Sed quia secundum redditam rationem solent & irrationalium substantiae nominari, quin etiam insensibilium & inanimatorum, haec uero uniuersa personae propriae non ab omnibus dicuntur: ideo adieci hanc substantiam esse rationalem. Quoniam uero aliqui rursus uolunt & species, & genera substantialium quae dicuntur substantias appellare, ideo adiectum est hanc substantiam rationalem & individuam esse. HAER. Et quid pertinet hoc ad propositam quaestionem? quae sui enim cur perfectus homo personam habeat non perfectam, & hoc audire omnino desidero. RUST. Hoc enim & dictum est, sed quia minime aduertisti, audi cur humanitas domini perfecta quidem natura sit, non uero per semetipsam habens quoque personam: & cur non duae Christi personae, sed una solaque sit; causa enim sicut & tu in sermonis initio, licet ad aliud quid intendens, inquis: Verbum deus est carnis assumptum, in quo quasi in fundamento illa assumpta natura, quae est ferui forma incumbit, ad hoc assumpta, ut filius dei, qui sempiternus est deus, pro nostra salute & homo in diebus ultimis fieret: Nec enim homo de uirgine originem habere potuisset, nisi nos per eum deus ineffabiliter secundum substantiam sibi unitam redimere concupisceret, unitum uero ex quo eius quodlibet subsistere inchoauit in unam personam, unamque substantiam, sicut saepius diximus. Igitur & si in imaginatione mentis, si uel speculatione tenuissima intellecta humanitas domini Christi, uideatur & substantia & esse persona: nec enim habet aliquid minus praeter alias substantias rationales & in diuiduas, sed tamen intellecta per semetipsam hoc esse uideatur, sed non iam sicut unita sermoni; igitur non ueritas rei, sed mentis hoc cogit putari defectus, quasi obliuio unitionis existens: Quando uero id quod humanum est, non quasi in semetipso manens, sed per unitionem proprium factum, substantiae dei uerbi commemorata mens fuerit, non potest id pro persona suscipere: quoniam neque propriae substantiae nominatur, cuius altera circa intellectum res subsistendi causa, id est, uerbum est sempiternum. Nam si homo substantia esset, non oportebat ut eum solus deus uerbum in semetipso susciperet, & quod nostrum est, ut ita dixerim, in semetipso fundaret, sed potius ut aut praexistens homo proprium faceret deum uerbum, & stabiliret atque fundaret sibi metipsum quod dei est, aut magis ut praexistens uterque ad inuicem conueniret, & unus Christus, unus filius, unus dominus, unaqueque persona, & substantia, & praexistente apud se puro uno quoque non fieret. Nunc autem est diuerso factum est, non ergo habet personam quod nostrum est. HAER. Ergo si haec unita non essent, omnimodo duae possent esse personae: quia & deus uerbum nihil minus habet a persona: sicut enim deus pater, ita & deus uerbum una persona est. Et rursus nihil habet minus a tota persona homo perfectus ex consubstantiali nobis carne, & rationali secundum nos anima constans, horumque unitione subsistens. RUST. Et si omnis homo in diuiduus persona est, non tamen haec causa est, ut persona sit idem, quae est ut homo sit. Sed ut sit quidem homo haec causa est, eod quod sit animal rationale de terra,

Z ut autem

**C** ut autē sit persona hęc causa est, eō quod sit substantia rationalis, indiuidua, sed ut diximus illa humanitas non in semetipsam, sed in uerbo habet substantiā rem, nec enim propter hoc ut sua ipsius separatim esset sicut nos, sed ut uerbo uniretur, & eius esset proprium indumentum, & inextimabile, ut ita quis inquit, instrumentum, & ut deus esset homo creata est nostrę causa salutis: illa igitur causa magis in subiecto est quę subiectum. Sicut igitur uerbi gratia, in homine puro subsistēdi carnem causa est anima immortalis, quę seicēta caro in sua nō manet essentia, sed ad non esse properat incessanter; quippe quod omnino exterminari, quolibet corrumpatur modo necesse est. Et rursus nunc animę hominū defunctorū absq; corpore sunt, & perfectę personę sunt, sicut ait dominus Saducęis: Quia deus Abraham, & deus Isaac, et deus Iacob, non est deus mortuorū, sed uiuentiū. Omnes em̄ uiuūt, illi & non ait deus animę illius, & illius, sed deus illius. Et nō dixit, nō est deus animarum mortuarum, sed uiuentiū: sed deū simpliciter dixit esse uiuentiū, & perfecto existente Abraham, & Isaac, & Iacob; Et adiecit: Omnes em̄ uiuūt ei. Et non dixit, omniū enim animę uiuunt ei. **HÆR.** Hoc inquit, nō quod anima perfecta persona sit, quasi per hoc unū integer Abraham sit, & Isaac, & Iacob, sed quoniam deus uocat ea quę non sunt, tanq; quę sunt, sicut scriptum est. **R V S T.** Non interceptas importune sermonē, ubi enim fit de resurrectione memoria, illic necessarie immortalitatē representat animarū: non ut eorum quę non sunt, & a deo uocant tanq; sint, eō quod ea quę nondū sunt deus futura esse prænoscit, sed ut eorū quę sunt: Nullus enim sapientiū dicere audebit, quia cōmorianur corporibus animę, ut ob hoc nec Abraham sit, nec reliqui, nisi in præsciētia dei. Quod ergo dicere uolui, sicut extra corpus etsi non est animal perfectum secundū naturā, tamen rationalis animę persona perfecta est. Et rursus, postq; corpus resurrectione receperit, nihilominus perfecta hominis est persona. Sic quodāmodo in Christo ante inhumanationē quidē perfecta erat dei uerbi persona, & post hoc perfecta Christi persona est, & una sola persona, deus simul & homo, & causa ut sit illa humanitas deus est uerbum, & hęc cōparatione uerbi nō est ut subiectum, sed ut accidens. Sicut enim instrumentū per quod nostrā salutem fieri oporteret, & sicut superincubens ei, quod utitur illo ut diximus. Sicut igitur quādo circa Apostolū dicimus: Caput mulieris uir, & caput uiri Christus, & caput Christi deus. Et neq; uirum duo capita habere dicimus, neq; duo aut tria capita mulierē. id est, uirum & Christū, aut uirum & Christū, & deum, quia uir ad mulierem quidē cōparatus caput est: ad Christum uero, iam nō caput, sed aliquid aliud. Et rursus Christus ad uirum quidē cōparatus caput est, ad deū uero nequaq;: nec em̄ uerbū caput est patris, quę natura quę ex nobis est. Sic quodāmodo pro ut est possibile similitudinib, incōparabilia explanare, humanitatis subiectum hijs cōparatum, quę sibi omnino specialiter accidunt pportionē substantię ostēdit; deo autē uerbo collatū, sicut aliqd eorum, quę insunt substantię, nō secundum personalem substantiam reperitur: Et sicut ibi dum uir caput sit mulieris, & Christus uiri sit caput, tamen in ordinis consequentia solum eius caput est uir, dum certe per excellentiā glorię Christus solus, quippe ut deus, circa id quod proprie summū est, ita & hic esse apparet circa ea quę acciderunt naturę nostrę, humanitas illa substantia esse uidet, secundū uero summā substantię proprietatē, solū uerbū a quo de reliquo una & sola substantia uere totus est Christus, seu certe ea quę in Christo sunt nominatur. Si quis tamen hęc legit, memor sit nos proportionē proportioni pro ut est possibile cōparare: nō multis personis unam Christi solamq; personā, alioquin cur et tāta sunt dicta? **HÆR.** In ueritate quia in incōparabilibus, uel modicam similitudinē adhibere difficile est. **R V S T.** Sed & quod maius est dico, illic enim forsan dicat, ut arbitror, aliquis, impudentia fretus, duo uel tria esse capita mulieris, & forsan non impie, licet inconuenienter,

I. Corint. II.

**A** uenienter, hic uero duas personas impossibile est inueniri: nam si illic ad unum & idem, aut ad aliud & aliud comparat, duo capita esse putentur: unum quodque enim uniuscuiusque caput est. Hic similiter non erit: nec enim sic accidentia circa carnem carni, sicut uerbo cōparantur, sed carni quidē absq; mediatione, deo uero non ita: non enim quasi nō incarnato: Mulieris autē caput, & absq; mediatione deus est: Ecclesię em̄ caput Christus. Figuraliter autē ecclesia sponsa est, & figuraliter caput mulieris uir. Et ut simpliciter dicamus ac breuiter, quia & ego confiteor, qd exemplū nō omnino sit aptū, sed assumpsi hoc nō ut demonstratiōnis, sed ut explanatiōis gratia: Si quis uero aptiorē similitudinē repererit, dicat me facile complaceante, & uoluntarie ac libenter. Ne forte autē sit hoc quoq; præstantius dicere, quia sicut uniuersus orbis, dico uero orbem terrę, licet plerunq; etiam solus, tamē totus dicitur mundus, & rursus cum toto cœlo, & omnibus elementis unus & solus dicitur mundus, sic dicatur & de illa solaq; persona. Si uero ob hoc aliquas duas Christi substantias dicere creditis; dico autē non ut naturas, sed ut personas, quia in subtilibus speculationibus, & puris intellectibus per semetipsam contēplata humanitas Christi, uidetur eis, quia potest & ut persona, & ut substantia cogitari ad accidentia sua, quomodo uos ipsi negatis duas domini Christi esse naturas: qui non in subtilibus intellectibus, uel imaginationibus mentis intelligi solū, sed & in ipsa re subsistere humanā in Christo naturā negare minime quitis, quā nō solū illa quę nostra est, sed et illa quę uestra Synodus Ephesina p̄ sanctorū patrū lectiōnes testatur, & præcipue beatissimi Cyrilli Alexandria præsulis Epistolę prædicat. Nō enim quod nos dicimus de p̄sona, hoc uos poteritis reobijcere de natura, cuius definitio lōge abest a definitiōe p̄sonę. Sūt em̄ Christi naturę, ut superius dictū est, & diuinitas sanctę trinitatis cōmunis, & humanitas cōmunis omnibus nobis in indiuiduo cōtemplata: persona uero atq; substantia domini Christi, quę horum unitione celebrata est. In hijs uero substantijs, totū dicimus esse unum solumq; filiū dei dominū nostrum Christū, quem in duabus cōfitemur esse naturis. Est autē nō minus manifeste ex synodicis sanctorū patrum doctrinis colligere, quia non sint tres naturę sanctę trinitatis, sed una solaq;: Si enim tres essent sanctę trinitatis naturę, esset omni modo, ut tu quoq; dixisti, & filij una, & indiuidua diuina natura. Hęc uero idem foret per omnia, & non discerneretur ullo modo a dei uerbi sempiterna persona: nihil enim plus uel minus, aut quolibet modo alterū, aut aliter ullatenus contineret. Quare quicquid de filio, id est, de deo uerbo, hoc est autē dicere de persona ipsius Christi, seu tanq; ante inhumanationē, siue post hęc recte dicimus, & de natura eius orthodoxe diceretur, & quicquid de persona filij dicere de uidentū est, & de eius filij natura a patribus dici ueretur. Sicut igitur nullus patrum dixit, alicubi aliquando in propria passum filium nō esse persona, sic nullus eorū dicere sustineret in propria filij passum nō esse natura. Nūc autē econtrario fit, prædicat enim filium dei propria quidē passum esse persona, negant uero idē sancti patres, propria eū pertulisse natura: Ex hijs igitur necessarie sequit, personę filij eiusdem nō eandē esse naturā, demonstratū est: qd si esset sic propria solius filij dei natura, ut non esset ei hęc ipsa cōmunis cum patre & spiritu sancto, consequens esset ex necessitate naturam eius idem esse personę ipsius, quod quia minime sequitur, constat quia nō est natura solius filij propria, tanq; quę non sit & patri cōmunis & spiritui sancto, non igitur tres naturę sunt trinitatis. **HÆR.** Et unde mihi demonstrationes adhibebis, quia filius dei deus uerbū, in propria quidem persona passus est, uel quodcunq; suscepit eorū quę carni contigerūt, in propria uero natura non pertulit. **R V S T.** Patienter obsculata, & cōtinuo ostendetur: solummodo sermonidē finem. Hęc igitur demonstratiō nō ob hoc solum ueritatis proficit dogmati: quia unam & solā sanctę trinitatis naturam cōmendat, sed & per semetipsam causā ui-

**C**torix est, dum concludit quia non debet Christi una credi natura, sicut inferius declarabitur. Nunc autem testimonia ex Synodico sanctorum patrum codice proferantur, atque directa nostra colloctionis recognoscatur intentio. Lectio ex Epistola sanctae memoriae Cyrilli ad Nestorium, quam & Ephesina sancta & uniuersalis Synodus omnium Episcoporum interlocutionibus roborauit. Hac nos sequi oportet & uerba & dogmata, intelligentes quid hoc quod est incarnari, & hoc quod est inhumanari significet id quod ex deo est uerbum; non enim dicimus quod uerbi natura transformata facta sit caro, sed nec quia in totum uersa sit hominem, qui est ex anima & corpore, sed illud potius, quia carnem animatam anima rationali uniuersum uerbum sibi in seipso secundum subsistentiam, ineffabiliter, atque inexplicabiliter factus sit homo, & uocatus sit filius hominis, non secundum solam uoluntatem uel beneuolentiam, sed nec ut in sola assumptione personae. Et quia diuersae quidem ad unitiorem ueram conductae naturae, unus uero ex ambabus Christus & filius, non quasi naturarum differentia interempta propter unitiorem, quin potius perfectioribus nobis unum dominum, & Christum, & filium diuinitate atque humanitate, per ineffabilem & inenarrabilem ad unitiorem concursum; sic dicitur dum certe ante secula habeat subsistentiam, & ex patre sit natus, nasci secundum carnem ex muliere, non tanquam propria eius natura, in sancta uirgine principium sortitus sit existendi; nec uero quasi indiguerit necessarie propter seipsam natiuitate secunda post illam, quae est ex patre. Est enim uanum simul & imperitum, ut dicatur is qui ante omne seculum subsistat, & consempiternus est patri, indigere ad id ut sit secundo principium. Quoniam uero propter nos, & propter salutem uniuersum sibi in seipso secundum subsistentiam quod humanum est, processit ex muliere, ob hoc ipsum dicitur genitus esse carnaliter: non enim prius ex sancta uirgine natus est homo communis, & iam post haec uerbum descendit in eo, sed ex ipsa uulua uniuersum, carnalem dicitur sustinere genituram; ut suae carnis uiuificans genitum. Sic eum dicimus & pati, & resurgere, non tanquam deus uerbum in propria natura sustulerit uel clauorum transfusiones, uel alia uulnera, impassibile est enim quod diuinum est, quia & incorporeum. Quia uero id quod eius proprium factum est corpus pertulit haec, rursus passus dicitur ipse pro nobis: erat enim impassibilis in corpore patiente. Circa aequum uero modum, & in Moyse intelligimus: immortalis enim secundum naturam, & incorruptibilis, et uita, et uiuificans dei uerbum. Quia uero proprium rursus eius corpus gratia dei, sicut dixit Paulus, pro omnibus gustauit mortem, dicitur ipse mortem pati pro nobis, non ueniens in mortis experimentum, quod attinet ad eius naturam: dementia est enim hoc dicere, aut sapere, sed quia ut dixi nuper, caro eius gustauit mortem, sic & resuscitata eius carne rursus eius resurrectio dicitur, non tanquam qui in ullam corruptionem, quod absit incideret. Et post pauca: Hoc asserit ubique integerrimae fidei sermo, sic inuenimus sanctos patres sapuisse, sic praesumpserunt deipartricem sanctam uirginem dicere, non quia uerbi natura, siue diuinitas eius principium subsistendi sortita sit ex sancta uirgine, sed tanquam genito ex ea sancto corpore animato rationaliter, cui & secundum subsistentiam sermo uniuersum gigni dicitur secundum carnem. HAER. Si super tanta quae ante diximus, insuper testimonia magistrorum, uestro dogmati profutura, & nos parati sumus glorioforum testimonia magistrorum iam pridem excreta diffundere: quippe qui debemus ipsa potius sequi, quam proprias conclusiones intendere. R V S T. Nos interim in praesenti nondum protulimus ullum testimonium ex codicibus alijs, per quod in duabus naturis esse Christus euidentissime demonstratur, sed ex Synodici solis, quae refutare non potes, ad demonstrandum tantummodo unam solam esse naturam, siue substantiam sanctae trinitatis, quae & si propria filij dei a patribus dicitur, non ad exclusionem patris & spiritus sancti, sed omnium quae creaturae sunt atque facturae, nihilominus uero & illius substantiae hominis quam creauit simul ac sumpsit.

**A** ac sumpsit. Et ad ostendendum, quia propria illa natura non dicitur uerbum, & temporaliter genitum, neque passum, neque sustulisse aut plagas, aut fixuras clauorum, aut alia uulnera, neque mortuum esse, quod attinet ad eius naturam, nec resurrexisse, uel uniuersum tamen uerbum ex ipsa uulua uniuersum, genituram carnalem dicitur sustulisse, ut propriae carnis genituram uiuificans. Similiter & reliqua quae humana sunt: quoniam quod eius proprium factum est corpus ista sustinuit. Rursus ipse dicitur pati pro nobis, erat namque impassibilis in corpore patiente. Igitur nunc interim ex uniuersalibus & communiter confessis synodicis inchoantes, quae a te obiecta sunt soluimus, & quae oportebat firmauimus, alia uero minime attigimus interim ne, illa quae ad aliud opus pertinent commiscuentes, operemur confusionem, ueritatem & illarum lectionum difficultas potest ad alteram colloctionem sine praediuicio referuari. HAER. Velim & illud ediscere, quomodo putes hanc demonstrationem eis qui ea quae uestra sunt sapienter praestare uictoriam, eod quod probet, quoniam non debeat una per unitiorem credi natura domini Christi: hoc enim te esse dicturum promisisti superius. R V S T. Bene ad memoriam reuocasti dicam, & hoc: Si una per unitiorem natura domini facta est, quicquid dicitur de uerbo, de filio, de Christo, & de ista natura dicitur. Et rursus quod quid de illa natura, ut dicitur dicitur, utique & de his nominibus praedicabitur, & hoc non circa alium modum. Sicut igitur abominabile est dicere, quia deus uerbum in natura propria passus est, sic si forte praesumitis, fugite dicere: quia passus est in seipso uel persona sua, uel subsistentia. Aut sicut dicitur, non in experimentum ueniens matris, quod attinet ad eius naturam, hoc transferte dicentes, quod pertinet ad suam personam, & ad seipsum filium, mortuus non est. Quoniam uero ex his dicere adiacet, quoniam uerbi natura substantiaque pertulit, sic a uobis dicatur, non passam subsistentiam uerbi, neque personam, neque ipsum filium, neque hunc unigenitum, neque eundem dominum, uel ipsum Christum, sed eos qui haec dicunt, duos filios introducere non potestis abnegare, qui nouit, quia talia dicens Nestorius, tanquam duorum praedicator accusatus est filiorum, inquit enim, propter quod & datus est, ita: Ego hunc bimestrem, & trimestrem non dico deum. Et rursus: Non oportet factis nutrimentum dici de deo. Et in Epistola sua ad sanctissimum Cyrillum dixit, sanctam uirginem partricem Christi, non dei. Manifestum uero est, quia David filius non erat deus uerbum. Et rursus esse quidem corpus diuinitatis filij templum, & templum secundum summam quandam, & diuinam coniunctionem uniuersum, ita ut et propriificaret ea quae huius erant diuina natura, bonum est confiteri & euangelicis traditionibus dignum. Et rursus in his quae mox sequuntur, idem Nestorius negat id quod confessus est hic: adiecit enim continue & haec: Propriificationis autem nomini deputare & carnis proprietates, generationem dico, & passionem, & mortificationem, aut erratis, frater, circa paganos, uel gentiles est mentis, aut ea quae sunt ueterani Apollinarij & Arii, uel aliarum haesum aegrotantis. Quinimodum & aliqd grauius & ab illis: necesse est enim propriificationis nomine tractos, & lactis nutrimenti participem per propriificationem facere deum uerbum, & augmentum quod paulatim euenit confortem, & in passionis tempore facti terrorem, & indignum angelici adiuuentum. HAER. Et quid praecipue culpatis in his uos qui naturarum proprietates, ipsamque dualitatem nunc usque adseritis salua: si enim secundum ueritatem dicta sunt haec, nec trimestris dicens deus, nec lacte nutritus, nec recenti tempore natus ex uirgine, nec ipse filius & David, neque passus, neque mortificatus carne, nec creuisse paulatim, nec alias in semetipsum carnis excepisse proprietates per propriificationem dispensatiuam. R V S T. Dico quid reprehendimus non nos primi, sed cum patribus sanctis, prius quidem tanquam per transitum dico, pessime dixit: quia ea quae sunt templi diuinitatis natura propriificat, non enim trinitatis natura, sed una persona illius naturae existens, propria facit ea quae suae sunt carnis. Secundo uero, quia quoquo modo significans, quia deus uerbum uiuificat propria carnis, & dum hoc explanare debuerit hoc ipsum magis in his quae dixit postea deus

**C** gavit. Si enim ut inquit, deus suificat ea quæ carnis sunt per propriificationem dispensatiuam, oportet magis propriificationis nomini deputare & carnis proprietates; generationem dico, & passionem, & mortificationem, & alia. Ille uero hoc iam minime approbat, sed & sibi metipsum contrarius, ut hæreticum & gentile, & ut aliquid adhuc detestius id accusat. Cur namque omnino, qui inhumanatus est deus, ea quæ proprii templi sunt propria sibi fecit, si non habent etiam dici de eo, ad admirationem charitatis eius circa nos: quid enim maius est fieri, illa propria uerbi, an dici? Naturarum uero proprietates saluas esse fatentes nos similiter dualitatem illarum nihilominus affirmamus: quia sicut earum discretio est salua, sic & unitio. Unde quæ non sunt secundum naturam propria uerbi, eius sunt circa unitiorem, etiam si hoc multoties milies recusauerit impius: Proprietates enim saluæ sunt quidem, in unâ uero personâ subsistentiamque concurrunt. Idcirco non ut impius tantum Nestorium, sed & ut sibi metipsum contrarium in Synodo Valerianus inculcat dicens: Omnibus conspicua est contrarietas reuera Nestorij, non solum fidei sanctorum patrum, qui in Nicæa conuenerunt, & Epistolæ deo amantissimi, & sanctissimi archiepiscopi Cyrilli dissentientis, sed neque sibi conuenientis. Similiter uero ad eundem Nestorium scripsit Celestinus sanctissimus Papa dicens. Legimus ergo Epistolarum tenorem, & eos libros quos illustri uiro, filio meo Anticho reddere suscepimus: in hijs quidem nobis uestigatus, deprehensus & tentus, quodam multologo labebaris, dum uera in uoluis obscuris, rursus utraque confundens, uel confiteris negata, uel niteris negare confessâ. **HÆR.** Quæ dixisti de propriificatione & unitiōne uere orthodoxa sunt, et Nestorij uerborum litatibus ex aduerso, quasi è regione contraria: in reliquis autem puto quod illi eadem protuleris, quem magnopere accusasti. **R V S T.** Absit o calumniari edocete, incumbentes enim rationi prædictæ, adhuc quæ uerba sunt amplius subruemus, & nostram rectam fidem probando monstrabimus: Si enim qui dicit non ipsum deum uerbum, qui consubstantialis est patri, qui unigenitus, quique hijs quæ per eum facta sunt non potest comparari, genitum secundum carnem, inhumanatum ex uirgine, non lacte nutritum, non creuisse, non factum esse bimestrem, atque trimestrem, non passum, non mortuum, non resurrexisse. Si ergo ut inquam, qui hæc dicit, duos filios producat & Christos: igitur qui dicit, eundem deum non habere secundum deitatem principium ex uirgine, neque lactatum secundum suam naturam, neque creuisse, neque factum fuisse bimestrem atque trimestrem, neque passum, neque mortuum, neque resurrexisse, nec cetera adijciens utique ubique secundum propriam naturam, duas naturas modis omnibus introducit. Sicut igitur iuste abominamur ea quæ superius diximus, sic ea quæ nunc sunt dicta competenter amplectimur, quia sicut illa parum termini subruunt, sic ista recipiunt, unde iudicio uestro danamini: in eo enim quod abominamini, ac persecutioni subiicitis eos, qui dicunt, uel qui putant dicere: quia alter est deus uerbum, & alter homo assumptus ab eo, qui ex uirgine natus est, qui est plasmatus in uirgine, qui est unus ex nobis, qui in summam & ineffabilem quædam coniunctionem deo uerbo unitus est, ex ipso conceptu, in eo ergo quod contra eos qui talia dicunt, omnino feruenter insurgitis, & quasi latrantes illos indefinenter anathematizatis: ita ut si quis fauere talibus uolens fuerit uisus, nulla poena apud uos putet indignus, tanquam parum dicens hominem Christum, aut quasi duos filios euidenter inducens. Vos tamen ipsi, & communicantes uobis alteram dicentes humanam Christi naturam, & alteram eiusdem diuinam, & hoc audientes à patribus esse confessum, quos sequi præterditis, tamen duas naturas domini Christi post unitiōnem abominamini confiteri. Videmini ergo mihi, quia in diem iudicij ex ipsis danabimini condemnatione Nestorij. Nam si omnino iuste odistis Nestorium uos, tanquam qui per talia uerba duos introduxerit filios, quare uos de naturis hæc ipsa dicentes, duas naturas uos non fatemini predicare? Et certe uos non hæc solum dicitis de naturis, sed & pluraliter eas sapius nominatis, uel etiam pares confitemini eos, qui eas ita nominauerunt: quod Nestorius de Christi, uel filij, uel domini nomine fecisse non scribit. Quomodo igitur uos, qui hæc dicitis de naturis, ita calcamini, ut ea quæ confitemini non dicatis? Quomodo uero et Nestorio maledicitis, tanquam

**A** quam qui duos Christos induxerit, eod quod talia de deo uerbo & homine predicauerit: Et ut compendiose dicamus, hoc argumentum contra uos insuperabile inuenit, quamcumque huius partem uoluerimus inspicere. A nobis igitur Nestorius iuste danatur, at uero à uobis iniuste, cum quo danata est uestra sententia. Quare & nos quando Nestorium damnamus, contra uos promulgamus anathema, & uos ipsi quoties illum danatis, recurrit in uos: & quando id iaculamini contra nos, quasi ut contra Nestorianos, uos quippe ut calumniantes, & homines odientes, & quando à nobis cum uestris hæresiaribus, dico uero Apollinario, Eutyche, et Dioscuro, talis procedit calculus contra uos, eisdem sententiæ irrecusabiliter crebreque succumbitis. **HÆR.** Ego illi Synodo communicare non possum, quæ dicit quod præter trinitatem sit, inhumanatio domini: dicit enim in ea quæ uocatur definitio de symbolo **CL.** De patre enim & filio & spiritu sancto quæ perfecta sunt docet, & domini inhumanationem fideliter accipientibus repræsentat. Vtique enim qui de filio, quæ perfecta sunt docet, de inhumanatione eius, non extra, & præter trinitatem, tanquam de quarto aliquo, sed illic repræsentat. Hijs uero postquam dixerunt de patre, & filio, & spiritu sancto, tunc alterum quendam deum eiusque inhumanationem subintroduxerunt. **R V S T.** Olim demonstratum est, quia non est quartum quomodolibet inducere extra & extra de sanctæ trinitatis consubstantialitate facere, ac de uerbi dei inhumanatione sermonem, sed ita omnino ea quæ probata sunt minime aduertisti: dixit enim Synodus Ephesina: Quia è conuerso se habet in Salvatore quem in trinitate: illic enim alter & alter, ut non subsistentias confundamus, non uero aliud & aliud, absit: unum enim tria, et idem diuinitate, in domino uero aliud & aliud ex quibus Christus, siquidem hoc illi non idem est. Multum ergo ad ueritatem exeamini, nec illa uolenter accipe, quæ manifestius Ephesina, quam Chalcedonensis Synodus approbavit. Aliud est enim de trinitatis comuni substantia, & aliud de proprijs unius loqui personæ, & hoc de serui quæ illic in consubstantialis est forma. **HÆR.** Quis habet accipere Synodum, quæ Leonis approbat tomum, dicentem de deo uerbo & carne, super alia & hæc. Vnum horum coruscant miraculis, aliud succumbit iniurijs. Quid ergo, dicit mihi, non iniuriatus est deus carne: non uerbum per carnem miracula operatur? Quid autem uult separatio iste, ut dicat hoc quidem illud, hoc uero illud. **R V S T.** Deus quidem uerbum, quia iniuriatus sit carne minime denegamus, sed non succubit iniurijs, id est iniuriarum, passionumque, non inferior, sed potior fuit: caro uero eius non iniuriata est solum, sed & succubuit contumelijs, & passa est enim, sicut existens natura passibilis, & mortua est, & ei danata est mors, quæ seruit deo. At uero deus uerbum inhumanatus, pati quod propter unitiōnem dicit, propriificans ea quæ sunt passibilis, per suificationem dispensatiuam, ut & antea iam dixi: non autem passus est sicut caro: Nam si impassibilis simpliciter passus est, superflue est impassibilis: Ad quod enim aliud impassibilitas proficit, nisi ut id quod est impassibile minime patiat? Si igitur in deo nihil superfluum, neque inutile, sed perfecta & decora sunt uniuersa & apta, claret utique, quia & impassibilitas eius non est nec inutilis, non igitur passus est. **HÆR.** Sed misericordia protulit, qui propria natura non passus est. Quare? circa hoc & iniurijs succubuit, secundum quod & passus est. Quomodo igitur dicitur cum Leone, quia hoc quod coruscant miraculis, illud uero succubit iniurijs. **R V S T.** Et sanctissimus Leo, de propria inquit ipsius dei uerbi natura, quia coruscant miraculis, de carne uero quod reliquum est, & tu nunc confessus es: quia deus uerbum propria natura non protulit, cur igitur eadem confiteris pariter & accusas? Non enim dixit iste quidem coruscant miraculis, ille uero succubit iniurijs, ut suspicionem daret, quasi de duabus personis loqueretur, sed hoc quidem, hoc uero tanquam de duabus naturis: aliud enim & aliud ea ex quibus Saluator, siquidem non est idem in temporale, ei quod sub tempore est. **HÆR.** Non solum de propria dei uerbi natura, sed & de ipso uerbo ait, & hoc frequenter, quia non fuerit passus, ueruntamen & dicere quia uerbi natura non passa est, hoc idem est dicere, quod uerbum minime passum sit: nihil namque impassibilior est, ut ita dixerim, uerbi natura ab eo cuius natura est. Eadem igitur

**C** natura impassibilis manēs nostri miseratione passa est. R V S T. In dei bonitate cōtrariū nihil est. Quare misratio eius impassibilitatē nō soluit eius, si uero deus uerbum sempiternē impassibilis, nunq̄ quā perpeffus nuper propter misericordiam, qualiter uos dicitis pertulit, maius, & infinite maius dānificatus est, q̄ lucratus: lucratus enim nos est creaturā suā, & proprie amisit impassibilitatē substantiā. Vos igitur ualde erratis, sic aliquid laudātes in deo, ut rursus aliquid blasphemētis. Nō indiget deus laude uestra, ut subdole eius misericordiā exaltetis ad impassibilitatis eius prāiudiciū, nos cōpetenter sup̄exaltamus misericordiā eius, salua incōuertibilitate eius. Eos autē qui dicunt uertibilē, aut mutabilē filiū dei, anathematizat catholica & apostolica ecclesia, sicut Synodus Nicēna definiuit. Quinimō nō incōuertibilitatis solū, sed & potentia eius, quod absit additio est, si aliter creaturā suam saluare nō potuit, nisi suam proprietatē creator amitteret. Aut cōsiliū uituperatio, si potuit quidē & hoc nō amittere, & illud saluare, sed dum posset quod est melius, elegit q̄d deterius erat. Sic ergo illo quā nobis profunt laudemus in deo, ut ea quā nō digna sunt furemur. Hoc uero ex Manichæorū cognatiōe descēdit ad uos: ipso rū nanq̄ est passibilē cogitare deū, et omnē bonā naturā unam esse solius boni dei:

*Manichæorū heresis.* Et quia esse futurū prāuidēs deus periclitaturū propriū regnum, si princeps tenebrauū prior ei iniiceret prālium, & propter hoc misit de substantia sua, cōmiscendos cū illa substantia nequam, ut regnū propriū prāmuniret, & ex bonarum malarūq̄ potestatiū mixtione mundū factū esse blasphemāret: sic & uos dicitis, q̄d nō aliter nos saluauerit deus, nisi pro nobis ipse passibilis factus. H A E R. Memini te dixisse, quod deo illa humanitas cōparata, ut accidēs magis sit, q̄ subiecta substantia: Quomō igitur iam duæ sint Christi substantiā, dū quādo accidēs additamentū nō fiat substantiā quātitatis? R V S T. Hoc nō de substantiā, sed de subsistentiā dixit:

**D** ad diuinā uero substantiā, siue naturā, caro collata nihilominus substantiā & natura est: Demonstratū est em̄, quia & patres, qui dicūt duæ naturæ deus & homo, & utranq̄ naturā, & ambas, nō dicerēt hęc, nisi eas ad inuicē cōpararēt. Et uos ipsi uero idē facitis ex duabus substantijs & naturis, & insuper ex duabus quoq̄ Christum subsistentijs esse dicentes. Quod autem culpare Leonem sanctissimum uolū istī, dicentē: Hoc quidē illud, illud uero illud, suscipe de Ephesina Synodo lectiōnē, quā superaddiderūt iam postq̄ uenerūt Vicarij sanctissimi Celestini Papæ Romani, ex hīs demōstrantes, quomodo debeat CCCXVIII. sanctorū patrū symbolū declarari, ex testimonio sanctæ memoriæ Attici. Et hęc omnia suscipit, nō natura deitatis, sed assumptione carnis: illa quidē impropria impassibilitatis inuolabilitatibus permanēs, illa uero omnia patiens sustinensq̄. Ecce illa quidē de diuina natura loquēs ait, illo uero de corpore inquit assumpto, quo pertulit filius dei, sicut & idem dñs inquit: Nolite timere eos qui occidūt corpus, animā uero nō possunt occidere. Et rursus: Spiritus quidē promptus, caro autē infirma. H A E R. Quid ad illud dicere poteris, quia maior unio deī ad humanitatem facta est, q̄ sit carnis ad animam in homine quocunq̄ cōmuni: Per mortē siquidē anima separāt à corpore, deus uero ab anima illa, & illo incōtaminato corpore inseparabilis est in perpetuum. Si igitur ex minore unione una natura fit, multo amplius ex maiore: una uero hominis est natura, multo amplius igit̄ diuinitatis & humanitatis una natura est. R V S T. Ante demōstrationē habes obstupescere, admirando em̄ ego tecū cōfiteor, quā & maior unio est in dño Christo, & quā multo maius effectū, & unā tamen naturam minime fecit: tanto enim unio deitatis & humanitatis, quā in domino Christo facta est, illam quā fit in homine superexcellit & ipse unionis effectus quāto longius à se distātia uniuūt: multum nanq̄, & quantū dici nō potest superat, ut deitatis & humanitatis, uel solum una possit esse persona, q̄ ut ex anima & carnis, nō solum una psona sit, sed & fiat una quoq̄ natura: deus em̄ infinite, & quantum dici nō potest superat creaturam, & tantum quod distat uicit unio ineffabilis

*Atticus Cōstantino politanus.*

”  
”  
”  
”

**A** ineffabilis in unam personam ducens, tam longe naturæ terminis: seu rationibus separata anima uero paruum quid carnem excellit: conserua enim sunt utraq̄ & creaturæ, & ex nihilo facta à creatore. Si uero deī uirtus infinita non esset, minime tanta ex nihilo constare fecisset: ab eo enim quod nullatenus est, distant omnia infinite: Si igitur deī quidē uirtus infinita est, nostræ autē finita substantiā, magna illa & supereffulgens unio est, quā ualuit inter illa tantū discrepantiā unam personam facere: Sicut enim superexcellit uirtus eius, qui montē suspendit ad cœlum, & illi coniungit si possit, uel contingat id fieri ultra illius qui glebam monti cōiungit, sic unio quā in Christo est facta, eam quā per singula in cōmunibus hominibus fit. Verū tamen & illud inquit, quia nō necesse est à maiore unione maius aliquid effici, alioquin quāto amplius aliqua uniuūt, tanto potētiore uniuūt: sed ea quā confunduntur, ultra ea quā minime confunduntur amplius uniuuntur: ut humētia. Rursus anima, quā minime cōfundit̄ corpori, nō tamen maior est eorū quā cōfundūtur unio, unitioni rationaliū animarū ad propria corpora: hanc em̄ solus facit deus, illæ uero subiacent etiam nobis. Super hęc uero indefinite assumpta est maior. Responso uero sufficet, & si definite dicat, ueluti si quis dicat <sup>†</sup> inopinabilior, mirabilior est enim sic fieri unam personā, & nō unam naturā, q̄ illo modo unam personā unamq̄ naturam. H A E R. Dic mihi breuiter, in Christo humana natura secundū substantiā filius dei est an non? & deus uerbū secundum naturam filius dei genitricis an non? Si quidē secundum naturā claret, quia ambo una natura est: si uero nō secundum naturam, igitur absolute per gratiam, & duo filij erunt, dum deus uerbū quidē secundū naturam filius patris sit, & secundū gratiam matris: homo uero secundū naturam quidē matris, at uero per gratiam patris, & neq̄ hic illius sic, neq̄ iste illius ita. R V S T. Si duo sola essent quā proponeres, nec sic quidē tibi simpliciter quod profecutus es dederā: ueruntamē hoc dico, quia secundum personā & subsistentiam filius dei deus uerbū, deī genitricis est filius, et similiter, quin imō quod dicere idem est, quia serui forma secundū subsistentiam, & non secundū substantiam & naturā filius dei est. Et sicut si esset, ut ante dixisti una natura, sic nunc una subsistentia, & unus ac solus est filius. H A E R. Quoniam longus sermo nobis nō solum laborē & defectum, sed & fastidiū iniicit, quod intellectus ualde cōfundit, si uideat, reliquā collocationē in alium diem, si deo dictū placuerit, referemus. Veruntamen & hęc in nostris mentibus reuoluamus: multa nanq̄ apud semetipsum silentis tenentis discussio, & memoriā, & intellectū, & doctrinam, profectumq̄ præstabit. R V S T. Ne quāso protrahas tēpus cōuertendi ad deum, incertus est enim finis humanus, & diebus præcipue nostris, quando implacabilis ubiq̄ baccha interitus, et ignis gehennæ intrāsmehabilis est. Ne amicitias hominū uerearis, ut nō inimicitias incurras cœlestiū potestatiū. Ne affinitū multitudinē ut annumereris omnibus à seculo sanctis, ne hanc uestem ut induas Christum, ne hos temporaliū flores, ut fulgeas sicut sol in regno dei, nō huius mundi diuitias, ut uitā hæreditate capias infinitā, in perpetuo & inenarrabili gaudio: nō seculi fruitiones, & erit tua esca sancti spiritus manna: nō transitorias dignitates, ut possis regnare cū Christo. Efficere excelsiorum particeps, intellectū eleuans suspē de teipsum à secularibus curis, & tūc cōprehēdes taliū uilitatē. Gusta de dulcedine dei, & sensum capies amaritudinis mundi. Appropia et uide spiritale lumen, & erueris à carnalis confusionis tenebris. Exuscita temetipsum, & exili ad altiorum mundiciā, & discernes abominationes mundanæ sordidinis. Rumpes satanicæ captiuitatis uincula, ne perdas acquisitā baptismate libertatem. Fuge participationē contaminatissimi dæmonis, ut in temetipsum renoues adoptionē dei. Repugna diabolo cupienti te perdere, & acquiesce deo uolenti saluare. Cogita dilectionem dei, cogita fruitionem regni cœlorum, cogita futuri iudicij nimis terribilē diem, cogita illud

<sup>†</sup> gloriosior.

**C** illud ipsius domini Christi iudicium, quod à recto non potest detorqueri, cogita in sustētabilia gehennæ tormēta, cogita indormtiabiles uermes, cogita intransmeabilem & infinitā flammam, cogita illic inutilem poenitentia, infructuosa lamēta, surdos ululatus, improficuas pluias lachrimarū, dum potes irrecusabiliter impigre conuerte te ad ueritatē. Nō erit tibi nec hic excusatio, nec satisfactio apud deū, si persistis in malis, maxime dum cuncta soluta sint, quæ à uobis obiecta sunt. Licet sufficeret tibi unica Synodi uniuersalis autoritas, quæ numero superat uniuersas, quæ toties cunctarū consona ecclesiarum sententia cōfirmata est, tam per eūcyclicas Epistolas, regnante Leone, q̄ per libellos sacerdotum forsan duo milium quingētorū impetrāte Iustino, post ichisma Petri Alexandrini, & Acacij Constātinopolitani, non te perturbet ea quæ nuper exorta est perturbatio uniuersalis ecclesie, sed potius confirmet ad fidem: Si enim recta fides nostra nō esset, hijs temporibus proficere potius quàm perturbari potuerat. Leges scripturas diuinas, & inuenies præsens tempus incredulitatis esse, atq; discessionis à fide. Vnde magis ad cōuersionē correctionēq; festinare debes, ut & à præsentib. et futuris malis erui dignus effectus, infinitis dei bonis fruaris in regno celorū. Qd̄ nos impetrare cōtingat gratia & largitione patris, & filij, & spiritus sancti. **HÆR.** Si quæ dixi subtilius uelis inspicere, profecto reperies, quia ego non secundū quod unam personā & substantiam dicitis, duos uos introducere filios mōstrauī, sed secundum quod duas dicitis Christi post unitionem quoq; naturas, ac per hoc nisi meas enodaue-  
ris quæstioēs, quantūlibet unū filiū prædices, duos tamē inducis. **R V S T.** Si pater cuiuscūq; carnalis, & Episcopus sit eius & doctor, nō solū secundū carnē, sed etiā spiritum pater est eius. Et licet circa aliud & aliud, aliter atque aliter pater sit, non tamen duorum circa unum pater esse dicitur filiorum: Nam & uos ipsi licet unam per unitionem dicatis deitatis carnisq; naturam, nō tamen circa idem, uel eundem patrem eius dicitis conuenire, ut natura sit filius dei, circa quam naturaliter est filius hominis: nec enim simplicem iam nunc Christi integrī naturā, sicut ante incarnationem, nisi forte secundum solā deitatem dicere poteritis, quā dicitis ex duabus inconfusis existere. Aut ergo tua obiectio cōmuniter erit nobis uobisq; contraria, & non potest uobis adueritum nos adferre uictoriam, quæ nec contra illos se expedit, qui duos filios introducunt. Aut si illos una nobiscum superare desideras, idē responde illis quod audis à nobis: Vincere igitur, ut dupliciter uincas, & eam quæ in te, & illam quæ in illis est falsitatem. Alioquin si nos consequitur duos inducere filios, & uos consequet̄ ex duobus filijs introducere unū. Impossibile uero est ex duobus filijs fieri unum. **HÆR.** Apertius cupio audire quæ dicitis. **R V S T.** Responde si potes secundum quid sit filius dei deus uerbum, secundum simplicem deitatis substantiā, quæ infinite incarnationi præextitit, an sicut dicitis secundum compositam deitatis humanitatisq; naturam. **HÆR.** Secundum simplicem diuinitatis substantiam. **R V S T.** Homo autem, uel humanitas, siue caro secundum simplicem deitatis naturam, an sicut dicitis secundum compositam filius est eiusdem? **HÆR.** Non secundum simplicem, sed secundum compositam. **R V S T.** Quomodo ergo circa uestra deliramenta duo filij non sunt deus & homo, si deus quidem filius dei secundum non compositam, sed secundum simplicem homo uero filius dei est, non secundum simplicem, sed secundum compositam naturam? Ecce tuis captus es nodis. **HÆR.** Sed una eademq; est simplex atq; composita. **HÆR.** Sed & si sic esset, rursus inerat differentia, quia non se simpliciter habet simplex atq; composita, nec simpliciter idem est, quod ex una perfecta, ei quod ex duabus est atque perfecta.

FINIS EIVS QVOD AD NOS

PERVENIT.